INITIVM SAPIENTIE TIMOR DOMINI

Speculū aureū super septem psalmos penitentiales

nouiter editum a reuerendo patre fratre Guillermo Pepin sacre theologie pfessore religiosi conuētus Ebroycen. ordinis fratrum predicatorum. In quo quidem speculo inserūtur tres tabule/ vna alphabetica/ altera pro .xl. reliqua vero pro singulis dominicis totius anni. Sicqz de facili poterit lector inuenire materiā omni tēpore/ et ad omne propositum predicabilem.

PARISIIS.
Apud Ioannem Paruum.
1539.

¶ Typographus Lectori.

PLurimum me (lector cãdide) inuita=
bat, atqꝫ mihi in animo hactenus fu=
it vt hæc Poſtilla, nunc primũ in gal
liis. tibi expectanti, copioſe & emen
date in manus hominum exeat. Nã
(vt inquit Salluſtius) is demũ mihi
viuere videtur, atqꝫ animo frui, qui aliquo negocio intẽ=
tus, preclari facinoris, aut artis bonę, famam quærit (hęc
ille). Et hoc quidam in rebus magnificis, in quibus vſu
euenire ſolet vt quo diligentius animum aduertimus,
hoc multo plura offendimus quę exactiorem limã re=
quirãt. Verum cum nullis auſpiciis, nulloqꝫ molumine
totius meæ vitę filum poſſit extendi cõmodius intelli=
gam, quã totis neruis, & conatibus, ſtudioſis iuuenibus
(quorum conatum iuuare ſemper ſtuduimus) huiuſmo
di munuſculis in poſterum iuuare: anxie mecũm conſi=
deraui hac tyrunculis iuuare, ne quid in poſterum deſide
ratur. Hęc ergo, diligentiſſime lector, mei laboris fuit in=
tentio atqꝫ cõſilium vt hoc ſpeculum ſuper ſeptem pſal
mos pœnitentiales quã Vnquã antehac caſtigatior ſtu=
dioſi pueri habeant. Quod inſtitutum nobis in aliis
quoqꝫ, ſi diis placet, idem faciendi in animo eſt, modo
adoleſcentibus ſtudioſis non ingratam noſtram
induſtriam intellexero. Vale. & me
redama. Pariſiis An=
no chriſtianę ſalutis
ſupra mileſimum
quingenteſimũ
nono.

¶EPISTOLA ACTORIS SEQVENtis operis ad dn̄m confeſſorem chriſtianiſſimi Regis Franciæ. Reuerendiſſimo in Chriſto patri chriſtianiſſimi regis Francorū Ludouici. xii. confeſſori ſapientiſſimo, necnon omnium bonarum artium eruditiſſimo viro Fratri Guillermo Paruo, ſacræ theologiæ profeſſori diui ordinis fratrum predicatorum. Frater Guillermus Pepin eiuſdem ordinis theologorū minimus. Salutem plurimam dicit.

COmpertū extat (grauiſſime pater) retrohabitis ſeculis ſcriptores plæroſque circa fabulas & ſeculi vanitates conſcriptiones dictaſſe quæ audientium animos mulcerēt. offerētes ſinguli que magnatibus & mundanis gratiſſima forent. Scripſere nanqꝫ philoſophi multa ſubtilia. ſcripſere mathematici excogitat & inuenta ad humana ingenia exercenda. ſcripſere medici quæ ad ſalutē proſunt corporum morientium. de his vero quæ ad bene beateqꝫ viuendi modum conferūt paucis propemodum ſermo fuit. quod peculiariter intelligendum dixerim de pſalmis quos pœnitentiales vocant. Intra quorum corticem latet profecto ſuauis medela peccatorum ingens conſolatio pœnitētium, abundans ſalus animarum terror grandis obſtinatorum. magna ſpes electorum. Ob eam rem pro paruitate ingenioli mei manum iunxi chartulæ, vt ſaltim quantulūcunqꝫ parum recondere in Gazophilatio ſacroſanctæ matris eccleſiæ: quo commodius per fidos verbi dei ſatores diuinus honor ſaluſqꝫ animarum procurari queat, videlicet ſequentem

postillam super psalmos penitentiales per modum ser-
monum vtcunq3 ęditam, ne per incuriam obolescant. Causa autē suscepti laboris fuit instans petitio & stimulatio confratrum. salus animarum, solers occupatio vigiliarum. Habet nempe teste Seneca ad Lucillium, epistola septima occupans solicitudo ingens oblectamentum in ipsa occupatione. Non enim, inquit, æque delectatur, qui ab opere perfecto remouit manum. Enimuero cum in mentem venit illud eiusdem Senecæ prouerbium libro de quatuor virtutibus. Quæ, nosti sine arrogantia postulanti impartiaris non valui multorum instantias subterfugere: quo non minus imperfectum meum viderent oculi omnium hanc nostram lucubrationem legentium: quam tuæ paternitati theologorum ac philosophorum princeps, ego omnium mortalium simplicissimus offero & dedo: vt grauitatis onere cui in dies versaris paulisper restricto in hoc opusculo tuū reflectas sagacissimum ingenium. Suscipe itaq3 supplex oro virorum doctissime hanc tenuem & exilē deditionem nostram placabili animo & gratioso. Nec vt verbis vtar pręnominati Senecæ de beneficijs libro primo quid detur offeraturve considera, quin potius quā mente. Nempe, inquit, nonnunquam magis nos obligat qui parua dedit magnifice quoniam regum æquauit opes animo qui exiguū tribuit sed libenter. quod si hanc paruulam oblationem gratam te habiturū audiero, aliam suo tempore offeram & dedicabo. Hoc ipsum mihi sat est quod feliciter viuas in secula seculorum. Amen.

PROLOGVS IN OPVS SEQVENS.

PEnitentiales psalmos sacro septenario partitas numero non tam vsitatos quam deuotos saluificosque non est qui nesciat. Quos & si diuus ille Gregorius magnus graui admodũ sententia dignum duxerit ad faciem vsque enucleare: nõ propterea pudebit auidum lectorem perlegere hanc nostram exilẽ deditionem, quam biennio, vtcunq; perfecimus: huius rei gratia, quia si teste Marco Varrone ad Atheniensem lectorem vtile sit. Ingloriosum tamen est ex illaborato in alienos semper succedere labores. Tum quoniã dictante Marco Tullio Cicerone in de officijs: quę in terris gignũtur ad vsum hominis creãtur singula. Homines vero hominũ causa geniti sunt vt ipsi inter se alij alijs prodesse prosint. Tum vt verbis vtar barbati Hieronymi in prologo vitas patrum. tunc locupletior fiam cum aliorũ salus ministerij mei fuerit quęsita mercimonio. Quod si fortassis a te o lector criminor priscorum actorum interdũ repetere sententias, poetæ Virgilij cui impar quisuis mortalium: reminiscere sententiam, cui cum obijceretur alienos versus suo inseruisse operi respõdisse fertur. magnum virium esse de manu Herculis extorquere clauam. Nec mihi quidem arrogãter attribuere volo illud Iustiniani imperatoris prouerbium. ff. de auctore. C. de veteri iure enucleãdo dicentis quod qui subtiliter factum emendat laudabilior est eo qui primus inuenit. Sed potius mihi videor cũ altera Ruth colligere spicas que subterfugere metentium manus. Cęterum vt verba Senecę

repetam libro de quatuor virtutibus te qui hanc legeris lucubrationem non moueat dicētis authoritas, nec quis sed quid dicatur attendas. Nempe vt inquit qui supra ad Lucillium epistola.xx. philosophię nomen etiam si modeste tractetur mūdiosum est. Sed mordebit forsan quispiam hunc nostrum laborem, asseuerans iamiam plusquam satis confectos libros & codicellos, quorum copia potius nauseam quam ingenij excitat viuacitatē. Nempe teste ipso Seneca ad Lucillium epistola prima. Distrahit librorum multitudo, & cum legere non possis quantum volueris: sat est habere quantum legas. fastidientis enim stomachi est multa degustare. At vero qui talia fatur & inania meditatur aduertat sæpenumero (dicti Senecæ) sententiam ad eundem Lucillium scribentis epistola.xliiij. dicentis quod & si lectio certa prosit, varia tamen delectat. Enimuero sicut vinum semper bibere aut aquam deglutire gustus exhorrescit: alterius autē vti delectabile est, ita legētibus si semper exactus fuerit sermo grauisq; sententia delectabile non erit. Demum cum prefationum actorem summopere deceat vitare prolixitatem vti Iustiniano placet de nouo codice faciādo in prologo codicis. Ob eam rem in primis inuocato omnium rerum patre quo (teste Boetio de consolatione libro tertio, prosa nona) pretermisso. nullum rite fundatur exordium. prouinciam ipsam aggredi necnon ordiri conabor ad laudem gloriam & honorem domini nostri Iesu Christi qui est benedictus in secula Amen.

INCIPIT TAbula alphabetica in opus præcedens.

A

E

M

X

¶Explicit tabula alphabetica super precedes op9

¶INCIPIT TABULA alia per quã reperies materiam propiciaz secundum ordinem epistolarum atq3 euangeliorum totius quadragesime sumpto inde prius aliquo theumate iuxta coaptationem materie de qua predicãduz erit.

tre meo vbi supra. Debem⁹ petere tria per ordinem a domino. lectione. iiij. a. Item lectione. xvij. b.

Feria. iiij. de epistola.

Cūctis populus audiebat voces. Exodi. xx. Notādum quod debemus audire voces pphetarum ⁊ predicator̄. Sed sunt sex que nos impediūt a tali auditione. lec. xxix. a.

De euangelio.

Hipocrite bene pphetauit de vobis. Esaye. x. populus. ⁊cet. Matthei. xv. hipocrite signantur per mulum. lec. xxi. h. Item per cicatricem corporalem. lectione. xxix. c.

Aliud theuma.

Populus hic labijs me honorat cor. ⁊c. Item nota de oratione. Fiat sermo de quadruplici genere orationū indeuotarum. lec. lxxxv. c.

Feria. v. de epistola.

Bona facite studia vestra. Hieremie. vij. Ad hoc quod studia nostra sint bona debemus studere in. vij. artibus liberalib⁹. lec. xx. e.

De euangelio.

Increpans non sinebat ea loqui Luce. iiij. Non tantum demones verum etiā multe alie creature timēt nomē domini: ⁊ illi obediunt. lec. lxxxiij. a.

Aliud theuma.

Singulis manus imponēs curabat eos vbi supra. Man⁹ domini operātur sex egregios effectus. lec. xciij. d.

Feria. vi. de epistola.

Domine deus audi clamorem populi huius ⁊ aperi eis thesaurum tuum: fontem aque viue, Numeri vigesimoprimo. Clamant peccator et predicator. lec. lxviij. c.

Aliud theuma.

Eleuauit Moyses manum: et percussit virga bis silicem. vbi supra. Manus triplex est: scilicet dei: hominis ⁊ diuina. lect. cx. a.

De euangelio.

Qui biberit ex hac aqua sitiet iterum. Joānis quarto. Aqua huius mundi significat mundanos honores qui non satiāt sed cito deficiunt. Unde merito comparantur aque fluēti et similiter fumo. lectione. lxxi. a. b. c. d.

Aliud theuma.

Uenit mulier samaritana haurire aquam vbi supra. Fiat sermo de diluuio aquarum multarum. ⁊c.

Aliud theuma.

Alius est qui seminat: et alius qui metit. vbi supra. Semē sex modis accipitur. lec. xcvi. a.

Sabbatho de epistola.

Inueterate dierum malorum nunc venerūt peccata tua que operabaris prius Daniel. xiij. Peccator comparatur homini seui propter ista sex. lectione. vij. b.

Aliud theuma.

Erat cor eius fiduciam habēs in domino vbi supra. Merito enim poterat dicere Susanna. illud Psalmiste. Tu es refugiū meum a tribulatione. vbi nota quod dominus est refugiū hōrum videlicet. ⁊c. lec. xix. a.

De euangelio.

Jesus inclinās se deorsum digito scribebat in terra. Jo. viij Debem⁹ scribere i tabulis cordiū nostror̄ ista sex. l. lxxxvi. a

Aliud theuma.
Ego non te condēnabo vbi su pra. Domin⁹ non imputat pec catum quatuor generibus per sonarum. lec. xij. a.
Dominica. iiij. xl. de epistola.
Letare sterilis que non paris Galat. iiij. letari debent veri pe nitentes dicente scriptura. Le tamini in domino et exultate iu sti. etc. lec. xxiiij. a. b.
Aliud theuma.
Letare Hierusalē. etc. Triplex est Hierusalem. lec. lxvi. e.
De euangelio.
Erat fenum multum in loco. Joannis. vi. Feno comparan tur tria genera hominum. lect. lxxij. a. Item feno comparatur humana vita triplici ratione. lec. lxxix. d.
Aliud theuma.
Est puer vnus hic qui habet. v panes ordeace. vbi supra. Tri plex bonus panis reperitur in sacra scriptura. lec. lxxij. e.
Feria secunda de epi stola. theuma.
Venerunt due mulieres mere trices ad regem Salomonem. iij. Regum. iij. Mulieres mere trices et quecūqz persone luxu riose sunt valde immunde pro pter quod comparantur rebus immundis videlicet equo. lect. xxi. b. Item nicticoraci. lectio ne. lxxiiij. c. Item aque fetenti. lec. cx.
De euangelio.
Fecit flagellum de funiculis et eiecit vendentes de templo. Jo annis. ij. Flagellum triplex re peritur. lec. xxiij. a.
Feria. iij. de epistola.
Recesserunt cito de via quam ostendisti eis. Exod. xxxij. No ta quomodo tam nouiter ba ptizati quam penitentes et reli giosi. etc. cito recedūt de via do mini: et ambulant per viā quaz eis ostendit diabolus cui vidē tur dicere illud Psalmiste. No tam fac mihi viam in qua am bulam. Hec autem via que du cit ad perditionez: et per quam multi ambulant est sextuplex. lec. cxiiij. h.
De euangelio.
Clamabat Jesus docēs in tē plo. Joā. vij. Clamat deus ad peccatorem propter hec tria. le ctione. lxviij. c.
Feria quarta de epistola.
Lauamini mūdi estote. Esaye. i. De lauatione a peccato. vide lec. l. b. c. d. e.
Item aliud theuma.
Si fuerit peccata vestra vt coc cinum quasi nix dealbabuntur vbi supra. Aspersio triplex. le ctione. lv. c.
De euangelio.
Jesus vidit cecum a natiuita te. Joan. ix. Peccata mortalia excecant humanam mentē. lec. cvij. c.
Feria quinta de epistola.
Dimitte illam anima enim ei⁹ in amaritudine est. iiij. Regum iiij. Propter tria non despicit domin⁹ animā que est in ama ritudine penitentie et cōtritio nis. lec. lxv. c.
De euangelio.
Misericordia motus est super eam. Lu. vij. Miserationes dei magne sunt sex numero. lectio ne. xlix. a.
Feria sexta de epistola.
Erat langor fortissim⁹. iij. Re gum. xvij. Langor mortis est

tantus vt impediat hominem a consideratione sue salutis.lectione.v.c.

Aliud theuma.

Exaudiuit dominus vocem helye vbisupra. Oratione sex differetiarum hominum exaudit et respicit dominus.lectione lxxxv.a.

De euangelio.

Ecce quem amas infirmatur. Joh.xi.Multi infirmantur variis modis spiritualiter sicut et corporaliter.lec.xxvii.c.

Aliud theuma.

Quecunqꝫ poposceris a deo dabit tibi vbi supra. Orare debemus dñm pro tribus bonis obtinendis.lec.ix.b.

Aliud theuma.

Jam fetet quadriduan⁹ in monumento.vbi supra. Peccatum putrescit ad modum cicatricis quod exponitur sex modis.lectione.xxix.a.b.⁊c. Itē ibidē.g Nota bene.

Sabbato.

In tempore placito exaudiui te Esaye.xlix. Exaudire differt dominus propter sex rationes lectione.iii.f.

Alius sermo de eodem.

Exaudit deus libenter tria hominum genera.lec.lxviii.a.

De euangelio.

Venerat hora eius.Johannis octauo.Hora mortis nostre est a deo preuisa et predestinata quam transgredi nos possum⁹ Unde ⁊ comparatur sex rebus transitoriis.lectione.lxxix.b.

Dñica in passione de epl'a.

Christus neqꝫ per sanguinem hircorum aut vitulorum sed ꝑ proprium sanguinem introiuit semel in sancta.Hebre.ix. Sacrificium deo offerendum est triplex.lect.lxiiii.

Alius sermo.

Sanguis tripliciter accipitur in sacra sciptura.lec.lxii.a.

De euangelio.

Gloria mea michil est.Johannis octauo. Gloria mundi et mūdanorum cito transit sicut fumus.lec.lxxi.a.b.c.d.

Aliud theuma.

Quis ex vobis arguet me de peccato vbi supra. Boni non habent redargutiones in illis tribus partibus in quibus eas habent mali.lec.xxxix.b

Feria secunda de epl'a.

Adhuc.xl.dies et niniue subuertetur.Jone.iii Subuertunt et pereunt homines spiritualiter sex modis.lect.xciii.a.

De euangelio.

Modicum tp̄s vobiscum sū ⁊ vado ad eum qui me misit Johannis.vii.Uita nostra est breuior quam antiquorum propter ista sex.lec.xci.c.d.

Feria tertia de epl'a.

Miserunt eum in lacū leonum Dan.xiiii.Triplex est lacus lectione.cxii.a.

De euangelio.

Tempus meum nondum aduenit.tempus autem vestrum semper est paratum Jo.vii. Tēp⁹ sextuplex aduenit.lec.lxxxi. a.

Feria quarta de epistola.

Non decipiat vnusquisqꝫ proximum suum.Leuitici.xix. cōtra istud preceptū faciunt sex genera hominum.lectione duodecima.a.b.c.

De euangelio.

Quousqꝫ animam nostrā̄ tollis Si tu es Christus dic nobis palā Jo.x.Similes sunt in

lect.lviij.a.b.c.d

Dñica in ramis de ep̄la.
Formam serui accepit Phili. ij. Seruorum tria sunt genera. lecti.cxviij.f.g. Item sub eodē theumate Seruire debemus domino illis sex modis, lectione. xc.a.

De euangelio.
Risus dolore miscebitur. prouer.xiiij. Nota quomodo istud theuma rationabiliter cōgruit ministerio presentis diei pro quo notandum quod christus semper miscuit tristitiam cum gaudio &c. lec.lxxvij.c.

Aliud theuma.
Turbe que precedebant & que sequebantur clamabant dicentes. Osanna filio &c. Ad deum laudandum tria nos inducūt lec.lxiij.e.

Feria secunda de epistola
Dominus deus aperuit michi aurem Esaye.l. Aures sibi intēdi et aperiri petunt sex genera personarum lect.xcviij.a. Aliud theuma Ecce omnes quasi vestimentum conterentur vbi supra. de hoc vide lec.xciiij. i expositione literali. Item lectione.xcv.a. habes qualiter homines mutantur sex modis.

De euangelio.
Nunc aīa mea turbata est. Jo. xij. Turbantur in anima sex genera hoim. lect.iij.e.

Aliud theuma.
Christus manet ineternum vbi supra. Christus manet ineternum tripliciter lect.lxxx.a

Feria.iij. de epistola.
Tibi reuelaui causam meam. Jere.ij. Sermo fiat de confessione in qua tenetur peccator reuelare causam suam.i.peccatum suo confessori triplici iure lec.xv.a. Sic tamen ibi reuelātur peccata quos etiam teguntur trib⁹ generibus personaꝝ. lectio.xi.c Confessionis.iiij.bone conditiones lec.vi.a. Item confessionis.iiij. proprietates lectio.xvi.e.

De euangelio.
Circa materiam passionis vide ptes versus psalmorum penitentialium qui ad literam exponūtur de christi passione &c vide etiam in tabula sub litera decima vbi christus. Item nota quod passio christi fuit copiosa redemptio tripliciter lectione.ciij.c.d.

Feria quarta de epistola.
Dominus posuit in eo iniquitates omnium nostrum Esaye liij. Christus in sua passione fecit peccata nostra tanquā sua. lect.xliiij.a

Pro diebus sequentibus vsqꝫ ad dominicam de quasi modo nichil annotatum est in particulari poterit tamen lector recurrere ad tabulam alphabeticam et in ea perquirere si quid occurrat quod faciat ad propositum i materie predicande.

¶ Explicit tabula super epistolas et euangelia totius quadragesime vsqꝫ ad predictam feriam quartam hebdomade sācte.

Item nota de orationis exauditione tres veritates. lectione cxi.b.

De euangelio.

Uenit hora vt omnis qui interficit vos arbitretur obsequiuz se prestare deo. Ioã.xv. Deus permittit iustos affligi ꝑpter quatuor.lec.xxxij.f.

Dñica in penthe. de ep̃la.

Audiuimus eos loquẽtes magnalia dei. Act.ij. Lingua triũ generum personaruz loquitur magnalia dei: id est iustitiã eiꝰ lectione.lxij.c.

Aliud theuma.

Repleti sunt omnes spiritusancto. vbi supra. Spiritussanctꝰ custoditur per hec tria.le.lix.c Itẽ idem spiritus aufert per hec tria.lec.eadem.d.

De euangelio.

Spiritussanctus docebit vos omnia. Ioã.xiiij. Spiritussanctus operatur sex magna bona circa electos lec.cxvi.d.

Aliud theuma.

Spiritussanctus suggeret vobis omnia: vbi supra. Notãdũ quod spiritussanctus suggerit homini vt ingrediatur triplicẽ terram bonam. vbi supra.a.

Dominica in trinitate de epistola.

Gaudete.ij. Corinthioruz.xiij. Homo debet letari: exultari et gaudere de istis tribus, lectione.xxiiij.a.

¶ De euangelio require in tabula alphabetica siquid occurrat ad propositum huius diei et euangelij.

Dominica.i.post trinitatem de epistola.

Qui manet in charitate: i deo manet: ꝛ deus in eo.i. Pet.iiij. In hac epistola valde cõmendat charitas ab apostolo petro ꝛ non immerito: quia ipsa est via eundi in celum cũ nonnullis alijs virtutibus. vide lectione.cxiiij c.ꝛc.

De euangelio.

Crucior in hac flamma. Luce. xvi. De penis inferni habes.lectione.xcix.a.b.c.

Aliud theuma.

Fili recordare qꝛ recepisti bona in vita tua. vbi supra. Mali prosperantur in presenti propter ista sex.lec.xliij.b.

Dominica.ij.post trinitatem de epistola.

Qui habuerit substantiam huius mundi: ꝛ viderit fratrem suũ necessitatem habere ꝛ clauserit viscera sua ab eo: quomodo charitas dei manet in eo.i. Ioannis.iij.

Fiat sermo ꝺ auaritia. Ubi notandum quod auari cõparantur terre propter tria.lec. cx.b

De euangelio.

Iratus est paterfamilias. Lu. xiiij. Irascitur dominus cõtra sex genera hominum.lectione. lxxviij.b.

Dominica.iij.post trinitatem de epistola.

Solicitudinem vestram proijcite in eum quoniam ipsi cura est de vobis.i.Petr.v. Debemꝰ sperare in domino propter ista sex.lec.xl.a.

De euangelio.

Hic peccatores recipit. Lu.xv Nota ꝙ ly hic potest esse aduerbium loci: ꝛ designat mundum istum seu vitam presentẽ in qua peccatores recipit deꝰ ad penitentiam ꝛ misericordiã

mus inuenire apud dominum si volumus: cuius rei extat sexuplex testimonium. lec.ciij.a.

Aliud theuma.

Ite ostendite vos sacerdotib⁹. vbi supra. Debent leprosi peccatores ostendere se sacerdotibus in cõfessione vbi celantur eoꝝ peccata istis trib⁹. le.xi.c. Item nota sex pulchras conditiones confessionis.lectione xvi.a.

Dñica.xv.post trinitatem de epistola.

Non efficiamur inanis glorie cupidi Galathas. vi. Non debemus desiderare gloriam mũdanam que proprie inanis est propter hec lectio.lxxi.a.b.c.d

Aliud theuma.

Dum tempus habemus operemur bonũ ad omnes.vbi supra Tempus gratie est opportunũ ad quatuor bona consequenda.lectione. xvij.e. Item vide de sextuplici tempore.lectione. lxxxi.a.

De euangelio.

Non potestis deo seruire ꝛ mãmone. Matthei sexto. Seruire debemus domino istis sex modis.lectione. xc.a. Item seruorum tria genera et quomodo debem⁹ seruire deo triplici iure.lectione.cxviij.f.g.

Dñica. xvi. post trinitatẽ de epistola.

Non deficiatis in tribulationibus.Ephesios.iij. Tribulãtur boni et electi in presenti ꝑpter ista quatuor.lec. xxxij.f. Item de hoc vide.lec.lxix.g.h.i.

De euangelio.

Noli flere.Lu.vij.Deus aliter loquitur false penitenti ꝛ vere penitenti.Nam false penitenti dicit. Noli flere qꝛ supple non tibi proderit talis fletus . vide lec.xviij.n. Penitenti autem dicit de⁹. De⁹,deduc quasi torrẽtem lachrymas tuas : vbi nota quomodo debemus flere propter quatuor.lec.vi.c. Et quomodo lachrymẽ vere penitẽtiũ prosunt ad ista sex. lec.eadẽ.d.

Aliud theuma.

Accepit omnes timor . vbi supra. Sex sunt q̃ timent nomen domini.lec.lxxxiij.a.

Dñica.xvij.post trinitatem de ep̃la.

Ambuletis cum omni humilitate.Ephes. iiij. Humilitas est via qua ambulandum est versus celũ.lec. cxliij.d. Et hec via persuadetur nobis multiplici exemplo.lec.lxxxij.b.

Aliud theuma.

Obsecro vos vt digne ambuletis.vbi supra. Duplex est via scilicet bona ꝛ mala.lect.cxiiij. a.Per primam viam hortatur nos apostol⁹ ambulare: de qua habes vbi supra.b. Per secundam vero hortatur nos diabolus ambulare: de qua habes,lectione eadem.h.

De euangelio.

Homo quidam hydropicus erat ante illum. Luce.xiiij. Infirmitas spiritualis est grauior corporali ꝛ periculosior ꝑpter ista sex.lect.ij.b. Item nota quomodo sunt septem genera infirmitatum corporalium que designant septem genera infirmitatum spiritualium. lectione.xvij.b.

Dñica.xviij. post trinitatem de epistoa.

Nihil vobis desit in vlla gratia expectantibus reuelationẽ

domini nostri Jesu Christi. i. Corinthiorum.i. Debemus cũ magno gaudio expectare reuelationem domini nostri Jesu Christi: id est generalem omnium resurrectionem in qua reuelabit se Christus electis in forma gloriosa: ꝛ tunc exultabũt ossa humiliata tripliciter. lectione.lvi.e. Uel si vis facere sermonem de spe. Recurre ad tabulam alphabeticam sub titulo.spes.

De euangelio.

Jesus silẽtiũ imposuit sadduceis. Matth.xxij. Silent et tacent homines quãdoq; virtuose: quandoq; vitiose: ꝛ de vtroque habes.lec.xiij.a.b.

Aliud theuma.

In his duobus mandatis tota lex pẽdet ꝛ prophete. vbi supra. Debem⁹ scribere hec duo mandata: scilicet de dilectione dei ꝛ proximi in pelle cordium nostrorum.lec.lxxxvi.b.

Dominica.xix.post trinitatem de epistola.

Loquimini veritatẽ vnusquisque cum proximo suo. Ephes. iiij. Ueritas triplex: scilicet vite iustitie doctrine. lect.liiij.a.

De euangelio.

Confide fili. Matthei.ix. Debemus confidere in domino propter ista sex.lec.xl.a. Item propter alia tria.lec.ci.c. Item lectione.cxiij.b.

Dominica.xx.post trinitatem de epistola.

Redimentes tempus quoniã dies mali sunt. Ephes. v. Uita nostra comparatur sex rebus multum transitorijs. lectione. lxxix.b.

Aliud theuma.

Intelligite que sit volũtas dei vbi supra. Dñs docet tria hominum genera facere voluntatem suam.lec.cxv.c.d.

De euangelio.

Ligatis manib⁹ ꝛ pedib⁹ mittite eũ in tenebras exteriores Matth.xxij. Pena inferni habet tres horribiles conditiones.lec.xcix.a.

Dominica.xxi.post trinitatem de epistola.

Confortamini in domino ꝛ in potentia virtutis eius. Ephe. vi. Sũt quatuor genera hominum qui debent confortari in domino ꝛ in potentia virtutis eius recurrendo ad ipsum tanquam ad tutum refugium. lec. xix.a.

Aliud theuma.

Non est nobis colluctatio aduersus carnem ꝛ sanguinẽ: sed aduersus principes ꝛ potestates: aduersus mundi rectores tenebrarum harum: vbi supra. fiat sermo quomodo homo tẽtatur a mundo carne ꝛ diabolo. lec.lxix.c.d.e.

De euangelio.

Incipiebat mori filius reguli. Joan.iiij. Mors triplex distinguitur ꝛ in qualibet homo obliuiscitur deum.lec.v.a.

Dominica.xxij.post trinitatem de epistola.

Oro vt charitas vestra magis ac magis abundet. Philipp.i. Orationis quatuor bone conditiones breuiter tanguntur. lec.ij.a.

Item nota quod debemus orare dominum his tribus modis si velimus ab eo exaudiri.lect. xl.c.d.e.f.

De euangelio.

Misertus domin⁹ serui sui dimisit ei vniuersuz debitū. Matthei. viij. Dilectionis peccatorum triplex est causa. lec. lvij. b. Potest etiam fieri sermo de dei misericordia quam nobis omni tempore offert. lec. cxiij. a:

Aliud theuma.

Iratus dominus tradidit euz tortorib⁹. vbi supra. Irascitur dominus cōtra sex genera hominum. lec. lxxxviij. b.

Potest etiam fieri sermo de penis inferni: vide in tabula alphabetica sub titulo. pena inferni.

Dominica. xxiij. post trinitatem de epistola.

Multi ambulant quos flēs dico inimicos cruc; Christi quorum finis interitus. Philip. iij. Sextuplex via mala est p̄ quaz versus infernum ambulāt mali quos deflet Paulus, lectiōe cxiiij. h.

Aliud theuma.

Deus eorum venter est vbi supra. De gula notāda sunt tria que sunt infirmitas: dei irascibilitas: mentis cecitas. De primo habes. lec. xxvij. f. de scdo. lec. lxxviij. d. de tertio. lectione cviij. g.

De euangelio.

Magister scim⁹ quia verax es: et viam dei in veritate doces ⁊ nō est tibi cura de aliquo Matthei. xxij. Nota quomodo adulatio ⁊ detractio differunt. lec. xlv. b. Adulatores alios laudant triplici de causa. lectione lxxvi. i. Nota quomodo tunc Christus poterat dicere illud Psalmiste. Qui laudabant me aduersum me iurabant: de hoc vide bene in eadem lectione. e. f. g. h.

Dominica. xxiiij. post trinitatem de epistola.

Non cessam⁹ pro vobis orantes et postulātes vt impleamini agnitione voluntatis dei. Coloss. i. De exauditione orationis nota tres veritates. lectione. cxi. b.

Aliud theuma.

Impleamini agnitione voluntatis dei vbi supra. Fiat sermo de voluntate dei require in tabula alphabetica.

De euangelio.

Impone manū tuam super eā: et viuet. Matthei. ix. Man⁹ domini operatur sex egregios effectus. lec. xciij. d.

Dominica. xxv. post trinitatem de epistola.

Viuit dominus qui eduxit semen dom⁹ Israel de terra aquilonis. Hieremie. xxiij. Semē sex modis accipitur. lec. xcvi. a.

De euangelio.

Cum subleuasset oculos Jesus vidit maximam multitudinem venientem ad se. Joā. vi. Olim domin⁹ subleuabat oculos sursum: sed nunc inclinat eos deorsum versus terram vbi videt ista sex. lec. lxxxvij. a.

Aliud theuma.

Erat fenū multum in loco. vbi supra. Feno comparatur vita humana triplici ratione. lectione. lxxix. d.

Dominica. i. aduentus

De epistola.

Dies appropinquauit. Romanorū. xiij. Dies mortis nostre quotidie appropiquat; vbi nota quod vita humana est breuior quaz antiquitus propter ista sex. lec. xci. c. d.

illas multorum hominum lec. lxxvij.g. Item lectione. xciij. g. Item nota quod sex sunt que debent pertransire et conturbare animam siue cor peccatoris lectione.xxxiij.d.

Aliud theuma.

Hec processerat in diebus multis vbi supra. Uita humana est nunc breuior quam antiquitus propter sex rationes.lec.xci.c.d.

Dñica infra oct.regum

De epistola.

Probetis que sit voluntas dei bona et beneplacens et perfecta.Ro.xij. Istud theuma pulcre deducitur.lec.cxv.c.

De euangelio.

Sedebat iesus in medio doctorum audiens illos et interrogans.Luc.ij. Docet dominus suos intellectum illis conferendo propter ista sex.lec.xx.a. Item illos instruit in septem artibus liberalibus.lectione eadem.e.

Dñica prima post oct.epyphanie de epistola.

Sepe gaudentes in tribulatione patientes: orationi instantes.Ro.xij.De tribus que tanguntur in hoc theumate.require in tabula alphabetica in locis suis vez sub titulis de spe, de tribulatione.de oratione.

Aliud theuma.

Flete cum flentibus vbi supra. Debemus flere propter quatuor.lectione. vi.c. Item debemus libenter emittere fletum eo quod prodest ad ista sex vbi supra.d.

De euangelio.

Quodcunque dixerit vobis facite.Jo.ij. Debemus facere precepta dei eo quod sunt via eundi in celum.lectione.cxiiij.b. Item debemus ea scribere in cordibus nostris.lec.lxxxvi.f.g.

Aliud theuma.

Erant ibi lapidee hydrie sex posite vbi supra. Sex hydrie lapidee significant sex que merito debent conturbare cor peccatoris ad hoc quod impleat cor suum aqua compunctionis et doloris,lec.xxxiij.d.

Dñica.ij.post octauas epyphanie.de epistola.

Noli vinci a malo.Rom.xij. Utrum aliquis possit vinci a malo culpe. Require lectione. xxxvi.l.

Aliud theuma.

Date locum ire vbi supra. Ira execat mentem et ideo vitanda lectione.cviij.f. Item iracundi infirmantur in peccatore.lectione.xxvij.e.

Aliud theuma. Si esurierit inimicus tuus ciba illum: et si sitit potum da illi vbi supra. Hic incitamur ad misericordiam impendendam proximo. Ubi nota quod misericordia hominis in tribus consistit.lectione.cv.d.

De euangelio.

Extendens manum tetigit eum. Math.viij. Manus domini operatur sex egregios effectus. lectione.xciij.d.

Aliud theuma.

Uade ostende te sacerdoti vbi supra. Fiat sermo de confessione. Require in tabula alphabetica.

Aliud theuma.

Puer meus iacet in domo paraliticus et male torquetur.vbi supra. Pena inferni est grauior incomparabiliter quacunque pena.

huius seculi lectio.xxv.d.
Aliud theuma.
Ibi erit fletus et stridor den-tium.vbi supra. Fiat sermo de penis inferni. Require lectione.xxix.a.
Dñica tertia post oct.epyphanie de epistola.
Plenitudo legis est dilectio. Romanorum.xiij. Debem⁹ habere caritatem ad omnes si velimus ire in celum.lect.cxiiij.c.
Aliud theuma.
Dilectio proximi malum non operatur.vbi supra.
Utrum liceat imprecari aliqd malum proximo suo. Require lectione.xxij.c. Item lectione. cxviij.c. Ubi exponitur ille textus. Perdes omnes qui tribulant animam meam.
De euangelio.
Domine salua nos perimus. Matthei.viij. Debemus implorare diuinum auxilium in omni necessitate propter hec tria. lectione.xlviij.a. Item propter alia tria.lec.eadem.b.
Dñica.iiij. post oct.epyphanie de epistola.
Verbum christi habitet in vobis abundanter.col.iij.verbum dei est annunciandum populo istis sex modis.lectione. lxxxix..a.b.c.d.
De euangelio.
Seminauit bonum semen in agro suo. Matthei.xiij. Semen sex modis accipitur.lec.xcvi.a
Dñica in.lxx.
de epistola.
Castigo corpus meum:et in seruitutem redigo vbi supra. Castitas commendatur multiplici exemplo lectione lxxxij.c. Item debemus castigare motus carnales propter tria mala que operantur in nobis.lectione.xxxij.a. Item nota quomodo ipsa caro illudit hominē tripliciter.lectione.xxxi.b.
De euangelio.
Ite in vineam meam:et quod iustum fuerit dabo vobis. Matthei.xx. Debemus libenter laborare in presenti propter celestem mercedem consequendam de qua tria tanguntur.lectione.lvi.a.
Aliud theuma.
Quid hic statis tota die ociosi?vbi supra. Non debem⁹ esse ociosi in presenti:attendentes ꝙ tempus presens est opportunum ad quatuor bona consequenda. lectione. xvij.e. Item nota quomodo accidiosi significantur per multum. lectione xx.f.g. Item quomodo tales infirmantur in pedibus.lectione.xxviij.k.
Dñica in septuagesima.
De epistola.
Si gloriari oportet non expedit quidem.ij. Corint.xij. De gloria mundana habes lectione lxx.a.b.c.d. Ubi ostenditur quomodo cito transit ad modum fumi.
Aliud theuma.
Libenter gloriabor in infirmitatibus meis.vbi supra.de tolerantia aduersorū habes sub titulo aduersa. Require in tabula alphabetica.
Aliud theuma.
Sustinetis si quis vos in seruitutem redigit vbi supra. Seruorum et seruitutis tria genera.lec.cxviij.f.
De euangelio.
Exijt qui seminat seminare se-

men suum. Luce. viij. Semen sex modis accipitur lectione. xcvi.a.

Aliud theuma.

Spine suffocauerunt illud. vbi supra. Spine significant pecca ta mortalia propter tria lectio ne. xiiij.b.

Aliud theuma.

Qui habet aures audiendi au diat vbi supra. Aures sibi intē di petunt sex genera persona= rum. lec. xcviij.a.

Dñica in quinquagesima de epistola.

Linguis hominum loquar. i. Corinthiorum. xiij. Homines communiter loquuntur vana. Ille igitur linguis hominum loquitur qui loquitur varieta= tes: id est de rebus vanis. Pro quo notandum quod loquun= tur vanitates tria hominũ ge= nera. lectione. xxxvij.a.

Item de eodem lectione. eadem. e.

Aliud theuma.

Nunc manent fides/spes/cari= tas. vbi supra. Potest fieri ser= mo de spe vide sub titulo de eo dem in tabula alphabetica.

Item potest fieri sermo de cari tate que pro tanto dicitur ma= ior fide et spe eo ꝙ est via eun= di in celum. lectione. cxiiij.c.

De euangelio.

Cecus quidam sedebat secus viam mendicans. Luce decimo octauo. Peccatum mortale ce= cat hominem et hoc patet indu ctiue de quolibet peccato mor= tali. lectione. cviij.b.

Aliud theuma.

Jesu fili Dauid miserere mei. vbi supra. Misericordia dei tri plex distinguitur. scilicet ma= gna maior: maxima. lectione. xlviij.c.

¶ Explicit tabula super epi= stolas et euangelia dominica= rum totius anni extra tempus quadragesimale edita ab acto= re libri huius.

¶ Expliciunt et sermones su= per quemlibet versum septem psalmorum penitentialium ap plicabiles cuilibet dominice et festiuitate totius anni prout constat p tabulas sup his cōfe= ctas in fine operis collocatas.

Editi a fratre Guillermo Pe= pin conuentus Ebroiceñ. ordi= nis fratrum predicatorum. Impressi Parisijs Anno Chri stianne salutis supra. millesi= mum quingentesimum nono.

¶ Ad reuerendum patrem, tum moribus. cum doctrina cumulatissimum. M. G. Pipinum Suus ab ineunte ętate discipulus. F, N. Passeris ordinis prędi. s.

Iam pipine tua formatum incude volumen
 Euolet in publicum, sanctaqꝫ rostra petat.
Hic tuus insinuat, pulchro dictamine sudor,
 Peccatrici animę, quid ferat anthidotum.
Gaudeat emeritus tam frugi muneris author.
 Gaudeat & sacro plebs saturanda cibo.
Ista per insomnes cum tu meditatus es vmbras:
 Haud tibi culcitre torpidus hęsit amor.
Non sapiunt vnctas istec monumenta culinas.
 Sunt tua multiiugis ocia plena bonis.
Olim posteritas dignos tibi pendet honores:
 Et sudati opęris premia olympus habet.

Laus deo.

Ad honorem domini nostri Jesu Christi / sue quoque intemerate genitricis Marie / ac diui Dominici patris nostri: totiusque curie celestis Incipit postilla per modum sermonum super septem psalmos penitentiales cum dei adiutorio inchoata et intentata per fratrem Guillermum Pepin sacre theologie humilem professorem: atque conuentus sancti Ludouici Ebroycensis / ordinis fratrum predicatorum alumnum et incolam. Anno dominice salutis

M.CCCCCXXXIX.

Incipit lectio prima.

Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.

Notandum in primis quod inter centum et quinquaginta psalmos quos edidit regius propheta Dauid / sunt septem qui dicuntur penitentiales qui secundum dominum Hugonem cardi. ordinis fratrum predicatorum / incipiunt a luctu: sed terminantur ad letitiam: ad denotandum quod per luctum penitentie peruenit omnis ad gaudium celestis glorie. Et hoc est quod promittit saluator noster de penitentibus loquens Matth. v. vbi ait. Beati qui lugent: supple in presenti videlicet / sua vel aliorum peccata: quoniam ipsi consolabuntur: scilicet in celo. Et Luce. vi. Beati qui nunc fletis: quia ridebitis.

A Ideo autem sunt septem numero: eo quod quicquid in septennario huius vite committitur: eorum psalmodia supposita contritione dimittitur. Vel ideo sunt septem ad designandum quod totus iste mundus qui completur septem etatibus debet esse plenus luctu: eo maxime quod in penam peccati Ade deiecti sumus a paradiso terrestri et consequenter celesti: nisi ad illud redierimus per veram penitentiam. Propterea regius ille propheta in persona omnium militantium in terra dicebat. Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena. q. d. Non est in mundo gaudendum vel cantandum: sed magis lugendum et gemendum: eo quod sumus in terra aliena ad tempus captiuati. Non enim solent gaudere et suauiter cantare captiui in terra non sua. Et ideo hoc animaduertens senex ille Thobias angelo Raphaeli eum monenti vt gauderet. Respondit dicens. Quale gaudium michi erit qui in tenebris. s. et l. c. non. v. eiusdem. v. Rugiemus igitur quasi vrsi omnes / et quasi columbe meditantes gememus: vt nos admonet spiritus sanctus. Esa. lix. Vel ideo septem sunt psalmi penitentiales ad significandum septem etates ipsius hominis: in quarum quelibet debet assidue flere peccata sua: secundum quod admonet Hiere. vi. Filia populi mei accingere cilicio

et conspergere cinere. Luctum vnigeniti fac tibi planctũ amarum. Uel ideo sunt septẽ: quia leguntur ad expiationez septẽ peccatorum mortalium. Unde et frequenter imponuntur penitentibus in satisfactionẽ culparum confessarum.

¶ Primus autem horum psalmorum incipit a timore: cũ dicitur, Domine ne in furore tuo arguas me ꝛc. q2 vt dicit Cardi. Penitentie propositũ concipitur ex timore diuini iudicij et penarum inferni secundum illud. Esaie. xxvj. a facie tua domine: scilicet a facie ire tue: cõcepimus: ꝛ quasi parturim9 et peperimus spiritũ salutis. Dicit ergo penitens. Dñe, quem supple timere habeo. Est enim dominus nomen potentie ꝛ timoris. Unde tantum valet sicut dans minas. Ipse autẽ dominus celi ꝛ terre dat mirabiles minas peccatoribus: secundum illud Psal. Nisi conuersi fueritis gladium suum vibrauit arcum suum tetendit ꝛ parauit illum: ꝛ in eo parauit vasa mortis, id est comminationes penarum inferni. Item ipse dicit Luce. xiij. Nisi penitentiam habueritis: omnes peribitis. Domine ergo quem timere et reuereri debeo: supplex te rogo. ne in furore tuo arguas me neq3 in ira tua corripias me.

¶ Pro quo notãdum: quod furor et ira differunt secundum plus et minus. Nam furor est motus animi sine misericordia exterminãs. Ira autem est motus animi habens aliquid de misericordia. Cu3 vero in deo non sint passiones sequitur: q᷑ non est in eo furor: aut ira secũdum affectum: sed bene quidez secundum effectũ. Nam vbi punit aliquem multum seuere dicitur furere: vbi autem cum misericordia dicitur irasci. Et q2 in inferno multum seuere punit dãnatos, in purgatorio autem punit cum misericordia. Ideo respectu primi dicitur furere: respectu autẽ secundi irasci. De primo autem scribitur in Psal. furor ire tue comprehendit eos: scilicet damnatos. Nihilomin9 iste furor aliquando vocatur ira: sicut est illud. Mat. iij. O genimina ꝛ progenies viperarũ quis docebit vos fugere a ventura ira: videlicet īferni vel diei iudicij. De secũdo vero scribitur Michee. vij. Irã domini portabo: quia peccaui ei. Uerus autem penitens petit a domino ab vtraque pena liberari.

¶ Et primo a pena inferni dicens. Domine ne in furore tuo arguas me: videlicet in inferno: quia scriptum legi Hebreorum decimo. quod horrendũ est incidere in manus dei viuentis.

¶ Secundo a pena purgatorij subiungens: neque in ira tua corripias me. quia vt habetur in decretis distinctione vigesimaquinta. qui in aliud. Ignĩ purgatorij nulla pena temporalis est comparabilis.

C ¶ Sed queritur quomodo verus penitens petit non corripi a deo. Maxime cum sciat eum esse iustum iudicem, et ad iustum iudicem spectet punire delinquentes in legem. Respõdet ad hoc dominus patriar-

etiā Petrus de Palude: quod
penitens non petit a deo sim=
pliciter non puniri: quia hoc
iniustum esset: sed tantum pe=
tit ne in alio seculo puniatur.
Uult tamen et elegit puniri in
presenti iuxta decretum diui=
ne voluntatis: quia scit quod
pena huius seculi est multo mi
tior pena alteriꝰ seculi siue in=
ferni siue purgatorij. Et hoc
optabat Augustinus cum dice
bat secūdum quod recitatur in
glosa Interli. super hoc passu.
Hic vre, hic seca vt ineternum
parcas. Et Gregorius dicit: ꝙ
deus hic percutit: vt ineternuz
parcat. Hic parcit: vt ineternū
puniat. Et ad hoc dat eexemplū
idem doctor de palude: de fure
timente multum suspendi: qui
valde gaudet si mutiletur au=
re et flagelletur publice: quia
tunc ei parcitur a morte. Sed
amodo caueat sibi a recidi=
uo: quia inuento cum signo nō
parcitur si relabať: ita nec per
remissionem reuertenti ad vo=
mitum parcitur a suspendio in
ferni. Item dat exemplū de ho
mine plagato qui sustinet can=
dens ferrum timore ignis sa=
cri incurabilis. Ita ꝛ in propo
sito de penitente.
D ¶ De comparatione autem
istarum trium penarum figu=
ram habemus .ij. Regum vlti=
mo. Ubi legitur quod postquā
Dauid peccauit numerādo po
pulum suum ex superbia: voce
angeli data est ei optio de tri=
bus: videlicet vt eligeret pestez
tribus diebꝰ: vel fugari ab ho=
stibus tribus mensibus: vel pa
ti famem annis septē. Ipse au
tem velut pius rex elegit pestē.
Noluit enim eligere famem: qꝛ
sciebat quod si fuisset fames in
hoc fuisset punitus populus ꝛ
non ipse: quia semper habuis=
set necessaria quicunque alius
habuisset. Nec similiter voluit
eligere bellum: quia sciebat
quod milites sui ad eum defen
dissent. Sed quia cōmunis est
magnis ꝛ elegit pestem tribus
diebus, paruis, regibus, ꝛ prin
cipibus sicut pauperibus.
¶ Ad propositum per famem
septem annorū intelligitur pe=
na inferni: quia vt habetur in
psalmo. Damnati famem pati=
entur vt canes. Itez de illis ait
dominus. Esaye sexagesi=
mo quinto. Serui mei comedēt
et vos esurietis. Per bellum
autem trium mensium intelli=
gitur pena purgatorij: quia do
minus ducit durum bellum e=
nim contra illas pauperes ani
mas que sunt in purgatorio.
per pestem vero trium dierum
significatur pena huius secu=
li. Hanc igitur discretus peni=
tens debet eligere p̄ alijs dua=
bus. Tum quia breuior. Nam
vna dies penitentie huius se=
culi preponderat pene vnius
anni in alio seculo: secundum
illud Ezechielis quarto. Diez
pro anno dedi tibi, ꝛ sunt ver=
ba dei ad penitentem: qui si ne
glexerit illam in presenti per=
soluere: tunc annus pro die im
putabitur: vt habetur Nume=
ri decimoquarto. Tum quia
mitior. Nam de pena damna=
torum scribitur in psalmo. I=
gnis, sulphur et spiritus pro=
cellarum pars calicis eorum.
Et nota ꝙ dicit pars. De pe=
na autez purgatorij scribiť de

pe dist.vij. Nemo . circa finem cap. Hic ignis etsi non sit eternus miro tamen modo grauis est: excedit enim omnem penam quam vnq̃ passus est aliquis i hac vita. Tñ quia fructuosior. Pena enim inferni nec est meritoria nec satisfactoria, pena autem purgatorij: etsi sit satisfactoria non tamen meritoria. Pena vero huius seculi patienter tollerata et in gratia: simul est meritoria & satisfactoria. et per consequens est fructuosior alijs duabus. Propterea Gre. dicit quod sancti penã presentem luctũ putant: quia per hãc eternam euadere non ignorãt. Hoc igitur animaduertẽs sanctus ille propheta Hieremias dicebat ad dominum. Corripe me domine: veruntamen in iudicio: scilicet penitentie: in quo quidem iudicio penitens seipsum iudicat & vltionem de seipso facit: ne a deo iudicet & grauiter puniatur. Ideo sequitur & non in furore tuo: ne forte ad nihilum redigas me. Eiusdem. x.ca. Similiter hoc idẽ perpendens religiosus ille imperator Mauriti9 de quo refert dominus Antho. ij. pte cronice sue. tit. xij. c. vj. §. x. cũ vitam vtcũq; mundanam duxisset: data tandem sibi optione a Christo in presenti vel in alio seculo puniri. Elegit in presenti potius q̃ in futuro. Unde factum est q̄ nõ multo post a foca milite suo ab imperio depellitur in exiliũ relegatur & tandem decollatur bene ergo & discrete elegit in p̄senti puniri tanq̃ sibi melius. E ¶ Est autem circa hoc aduertẽdũ: quod valde debemus timere furorem dei quem ostensur9 est contra reprobos in die iudicij: & hoc propter multa.

¶ Primo quidẽ: quia tunc apparebit quasi totus furibũdus contra ipsos reprobos eos aspere & dure reprehendens. Nã vt dicit Psal. Tũc loquetur in ira sua & in furore suo conturbabit eos. Tũc enim loquetur ad reprobos in ira sua: quãdo reprehẽdet eos de eo q̄ nõ impleuerũt opera misericordie dicens eis illud Matth. xxv. Esuriui & nõ dedistis mihi &c. Sz in furore suo conturbabit eos: quando subiunget. Ite maledicti in ignem &c Unde patiẽtissimus ille Job istum furorem precogitans aiebat. Quis mihi hoc tribuat: vt in inferno p tegas me: & abscondas me donec ptrãseat furor tuus? Eiusdem. ix. Nam adeo furibũdus apparebit ipse Christus malis in iudicio: vt dicturi sint montib9 & petris cadite super nos/ et abscondite nos a facie sedẽtis super thronũ & ab ira agni. quoniã venit dies magnus ire ipsorũ. Et quis poterit stare. Apoc. vj. Nam vt dicitur Esa. ij. tunc homines introibunt in speluncas petrarum & in voragines terre a facie formidinis dñi & a gloria maiestatis eius cum surrexerit percutere terram. Quamobrem istum furorem & iram mirabilem considerans regius propheta Dauid preadmiratione ait. O domine deus / quis nouit potestatem ire tue? quam supple ostensurus es contra reprobos in finali iudicio/ quasi dicat/ null9 homo nouit nisi qui hoc experie-

tur. Sequitur ꝛ pꝛe timoꝛe tuo iram tuam dinumerare / quasi dicat de gehenna nō audemus dinumerare/id est cogitare pꝛe timoꝛe: quia hoꝛroꝛe percutimur loquendo de gehēna. Nec certe miruz si tunc tam grauis erit Chꝛistus ad videndum ipsis malis: ꝛ si tam furiosus apparens eos ita mirabiliter terrebit: maxime cum dicat ꝓpheta Abacuc. iij. c. audiui supple furoꝛem ꝛ iram quam ostensurus est dominus repꝛobis in die iudicij: et conturbatus est venter meus a voce: scilicet ipsius locuturi i tali iudicio: cōtremuerunt labia mea. ꝛ Malach. iij. Quis poterit cogitare diem aduentus eius: videlicet sine timoꝛe ꝛ tremoꝛe quasi dicat nullus.

¶ Secūdo debemus timere huiusmodi furoꝛem diei iudicij: quia non solus Chꝛistus tunc furibundus apparebit contra repꝛobos: sed ꝛ omnes angeli et sancti ꝛ sancte. Et quod maius est etiam omnes creature insensibiles ostendant suū furoꝛem suo modo contra insensatos peccatoꝛes. Nam vt habetur. ij. Sapieñ. v. Tunc accipiet armaturam zelus illius ꝛ armabit creaturam ad vltionē inimicoꝛum: ꝛ paucis interpositis subiūgitur. Acuet autem d. ram iram in lanceam: ꝛ pugnabit cum illo oꝛbis terrarū / id est omnis multitudo creaturarum: cōtra insensatos. Item de hoc scribitur Job. xx. quod releuabunt ce i iniquitatem eius scilicet repꝛobi: ꝛ terra aduersus eum consurget. Quia enim ipsi peccatoꝛes maculauerunt ipsas creaturas insensibiles pꝛodige et excessiue eis abutendo. Ideo in iudicio videbuntur quasi contra eos cū furoꝛe mirabili isurgere ꝛ quasi vltionē de eis expetere. Pꝛeterea vidētes creatoꝛem suum ita furibundum contra ipsos repꝛobos: ideo quasi ei compatientes furibunde apparebunt impꝛoperantes ipsis omnia beneficia que illis contulerūt vt liberius seruirent suo ꝛ omniū creatoꝛi: cuius tamen contrarium fecerunt.

¶ Nota quomodo sol imperabit repꝛobibis lumen suum: et simul iter aqua / pisces / terra / frumentum / vinum et oleum et sic de aliis. heu ad cuius refugium se diuertant: tunc miseri peccatoꝛes quādo manus omnium creaturarum contra eos pugnabunt.

Nota tertio

¶ Tertio debemus timere pꝛedictum furoꝛem diei iudicij ꝓpter mirabilem seueritatē quā ostensurus est contra repꝛobos ipse iudex chꝛistus. Qui enim nunc percutit virga lignea et leui. Tunc percutiet virga ferrea et inflexibili. Unde. Psal. de hoc loquēs inquit. Reges eos supple repꝛobos post hanc vitam in virga ferrea: id est in iustitia inflexibili: et tanꝗ̄ vas figuli confringes eos. Et est metaphoꝛa a locutio quasi dicat ꝙ sicut quis faciliter frangit vas luteum quod cum fractum fuerit non potest deinceps reparari. Ita potens est deus damnare

reprobos et eos eternaliter confringere: qui postquam fuerint damnati non possunt postmodũ seipsos inde liberare. Propterea de quolibz reprobo scribitur Esaye.xxx. Subito dum non speratur veniet contritio eius/et comminuetur sicut conteritur lagena figuli contritione pervalida: et non invenitur de fragmẽtis eius testa in qua portetur igniculus de incẽdio aut hauriatur parum aque de fovea. Item de hac severitate diei iudicij loquitur Jo. Apocalyp.j. Dicens quod de ore iudicentis procedebat gladius bis acutus: vt ĩ ipso percutiat gentes et ipse reget eos in virga ferrea: quia scilicet noluerunt in presenti regi in virga lignea misericordie: et tot⁹ mãsuetudinis. Unde sanctus ille Job preuidens hũc gladiũ serviturum in hostes Christi. Cõsulit pauperibus peccatoribus vt ipm fugiãt: ita dicẽs.xix.ca. dist. Fugite a facie gladij eius quoniam vltor iniquitatũ gladius eius: et scitote esse iudiciũ in quo supple talis gladius divine ire et iustitie erit vltor iniquitatum miserorum peccatorum.

Nota quarto.

¶ Quarto debemus timere furorem diei iudicij quia ille iudex erit simpliciter inflexibilis et implacabilis. Quatuor eniz modis iudices terram flectuntur seu placantur: videlicet timore amore odio munere: vt habetur in decretis: secunda questione quarta: quatuor modis: sed iste iudex nullo illoruz modorum corrumpi aut flecti poterit. Non quidem timore: quia de eo potest dici illđ. Job quadragesimo primo. Non est potestas super terram que cõparetur ei. Itẽ nec amore placari poterit. quia vt habetur ĩ psalmo. Frater non redemit/ quasi dicat quanuis Christus sit frater noster in humanitate / non tamen taliter ducetur amore ad fratres suos malos Christianos vt velit eos redimere in die iudicij a periculo eterne damnationis. Item nec odio flectetur quia vti habetur Sapientie vndecimo. Diligit omnia que sũt et nihil odit eorũ q̃ fecit. quinimmo ipse est q̃ ait. Esaye primo. Heu consolabor ego super hostibus meis et vindicabor de inimicis meis. Item non placabitur nec flectetur muneribus: quia vt habetur. Prouerbiorũ sexto. Zelus et furor viri: id est Christi. non parcet in die vindicte nec acquiescet cuiusquam precib⁹ nec suscipiet pro red.d.pl. Propterea propheta Sophonias/ primo capitulo sic inquit. Argentum eorum etiam aurũ eorum non poterit liberare eos in die ire domini. Item Ezech. septimo. Argentum eorum foris proijcietur et aurum eoruz insterquilinium erit. Aliquando autem domini iudices scrupulo si munera auri et argenti refugiũt: sed tamen quando qz bene recipiunt munuscula escatis vt pote perdices fassianos beccacias et huiusmodi. Sed non sic erit de isto iudice: iñ cuius persona loquitur

psalmista dicens. Non accipiam de domo tua vitulos neq; de gr. t. h. quoniam mee sunt o. f. s. j. in mõte b. Cognovi omnia volatilia celi. &c. sequitur. Nunquid manducabo carnes taurorum aut. s. h. potabo? q. d. non. hoc enim absurdum et impium est de deo sentire.

Nota quinto.

¶ Quinto debemus timere huiusmodi furorem propter manifestationem peccatorum occultorum. Naz ipsemet iudex dicit. Mathei. x. Nihil occultum quod non reueletur neque absconditum quod non sciatur quoniam que in tenebris dixistis in lumine dicentur/ & quod in aure locuti estis predicabitur super tecta. Et apo. j. Corin. iiij. dicit q illuminabit abscondita tenebrarum & manifestabit cõsilia cordium. Unde iudex iste comminatnr cuilibet peccatori dicẽs ei illud Nañ. quarto. Reuelabo pudenda tua in facie tua: et ostendam in gentibus nuditatem tuam et regnis ignominiã tuam. Ista deberent ponderare illi peccatores et peccatrices qui tantum timent infamari et mali reputari.

Nota sexto.

¶ Sexto debemus timere talem furorem propter irreuocationem sentẽtie. Ibi enim dabitur vltimum arrestum omniuz causarum et litium cum dicetur. ite et venite. Et de tali irreuocatione scribitur in psalmo in persona domini. Que procedunt de labijs meis non faciã irrita. Ubi vero aliquis sanctorum vellet orare apud dominũ pro salute alicui⁹ reprobi mox illi responderet dominus illḋ Jere. Tu noli orare pro populo hoc nec assumas pro eis laudem et orationem. et non obsistas mihi quia non exaudiam te. Et ideo dicit Hiero. et recitatur. xiij. q. ij. in presenti q in presenti possumus nos inuicem precibus iuuare sed cum venerimus ante conspectũ dei nec noe nec iob nec daniel pro quoquã orabunt. Caueamus igitur nobis ab hominis furore: et dicamus Domine ne in furore. &c.

¶ Lectio secunda

Miserere mei domine quoniam infirmus sum, sana me domine quoniam conturbata sunt ossa mea.

¶ Postquam in precedenti lectione penitens a domino petitiuit non exterminari ab eo pter peccatum suum. Hic consequenter misecordiam querit simul allegans rationem dicẽs. Miserere mei domine quoniam &c. et vt dicit domin⁹ cardi. Ista est mira allegatio penitentis videlicet ponere infirmitatem causam miserendi cũ tamen medico seculari ipsi nummi soleant ostendi causa medendi. Nam vt dicit augu. argumentum pietatis est ostensio infirmitatis. sicut patet in egrotis corporaliter qui ostẽdũt vulnera sua transeuntib⁹

vt eos ad misericordiā prouocent. Hic ergo penitens diuinam misericordiam implorat: sed quoniam misericordia miseris debetur ideo suam miseriam et necessitatem insinuat dicēs. quoniam infirmus sum. Dicat ergo penitens audacter ad dominum. Miserere mei domine. quia tibi proprium est misereri et alienū irasci ⁊ vlcisci. vnde sap̄. x. Misereris omnium dn̄e quia omnia potes. Et grego. in collecta. Deus cui proprium est misereri semper et parcere. Hic autem notātur alique conditiones quas discretus penitens formaturus orationem suam ad dn̄m obseruare debet. A ¶ Prima est vt petat spiritualia et nō tēporalia. aut longam vitam seu sanitatem. siue de inimicis vindictam aut mundanam gloriam vt pote officium seu beneficium et huiusmodi / ideo dicit / Miserere. q. d. peto misericordiam que est thesaurus infinitus et spiritualis. quo quidem thesauro tu omnipotens deus mirum in modū abundas. Secunda cōditio est vt pro se primum petat ideo dicit mei. contra quod faciunt plerique ecclesiastici ⁊ sacerdotes qui quasi omni die cā lucri pro aliis celebrant. ⁊ vix semel in mense ad propriam intentionem. Similes in hoc aduocatis qui causas aliorū suscipiūt ⁊ proprias negligunt. Similes etiam sutoribus qui aliorum vestes reparant diligenter / et suas dissutas relinquunt. Tertia conditio orationis est vt fiat cum humilitate / ideo subdit domine. Est enim dominus nomē maiestatis et honoris cui parendū est cum omni humilitate et subiectiōe. Taliter formabat orationem suam publicanus qui ex humilitate nolebat oculos ad celum leuare. sed percutiebat pectus suum dicēs. Deus propicius esto mihi peccatori Luce. xviii. Quarta conditio orationis est pia et iusta allegatio quare scilicet qui orat ⁊ hoc notatur cū subditur. quoniam infirmus sum id est pronus ad peccandum ex corruptione primorum parentum. Nam peccatum facit duo mala homini. Primo enim difficultat ad bonum Jere. xiii. Si mutare potest ethiops pellem suam aut pardus varietates suas: et vos bn̄facere poteritis cū didiceritis malum. Secundo facilitat ad malum quia vt habetur geñ. viii. sensus et cogitatio humini cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua. Bene ergo allegat penitens cum dicit quoniā infirmus sum id est debilis ad bonum. Facilis autem et pronus ad malum. Item est duplex infirmitas scilicet nature et culpe. de prima ait ps̄. Non est sanitas in carne mea. de secunda autem hic loquitur idem. psal. Prima īfirmitas curabitur in generali resurrectione quando hoc corpus corruptibile et mortale induet incorruptionem. Secūda vero curatur in peccatoris iustificatione. Et ab vtraque īfirmitate petit penitens per misericordiam dei sanari dicens. Miserere mei dn̄e quoniam infirmus sum sana

me ꝛc. Et hoc est quod dicit glo. interli. sana me domine. scilicet vlnera ꝛ peccata. quasi diceat. Ego sum eger ꝛ tu es medicus mea egritudo est meum peccatum, tua autem medicina / tua est misericordia. sed credo et firmiter teneo quia tua medicina est sufficiens immo plusq̃ sufficiens curare vulnera anime mee. Sana ergo me dñe quia tu solꝰ hoc potes efficere. ꝛ nullus alius preter te. Tu enim dixisti ore tuo sãcto ꝛ benedicto ꝙ non est opus medico valentibus sed male habẽtibus. Ecce enim tu ipse cernis quoniam male habeo. experiar ergo in me verbum tuũ quoniam verũ est Taliter autem allegabat ad dominum q̃ dicebat. Sana me dñe et sanabor. saluũ me fac ꝛ saluus ero. Hiere. xvij. Deinde aliam rationem subijt quare petit dei misericordiam cum subiungit qm̃ conturbata sunt ossa mea. Ubi per ossa intelliguntur superiores potentie anime rationalis prout dicit magister nicolaus degorrã. Nam in ipsis consistit spiritualis fortitudo penitentis. Huiusmodi autem ossa per peccatum conturbantur vt pote memoria conturbatur per obliuionem sui creatoris et beneficiorum eius. Intellectus conturbatur per errorem ꝛ excecationẽ iudicij prudentialis. Uoluntas vero conturbatur per electionem ꝛ prosecutionem mali. Uel secundũ grego. per ossa virtutes accipimus per quas animam sustentamus que per peccatum conturbantur. Nam charitas confunditur castitas impugnatur et huiusmodi. dicat igitur penitens. Miserere mei domine qm̃ infirmus sum sana me ꝛc.

B ¶ Pro prosecutione autem huius materie notandum secundum dominum petrum de palude patriarcham exponentem hunc passumꝙ infirmitas spiritualis videlicet peccati est multo grauior q̃ ĩfirmitas corporalis ꝛ hoc quod ad multa. ¶ Primo quia nullus vult pati infirmitatem corporalem. et si esset in potestate aut voluntate sani non infirmari nunquã infirmaretur. Sed loquendo de ĩfirmitate spirituali que ducit ad mortem eternam multi volunt infirmari: immo nullus taliter infirmatur nisi volens quia secundũ Aug. peccatum omnino ꝛ simpliciter est voluntarium. Uñ. xv. quasi id est autẽ ꝙ dicitur quod peccata ex voluntate procedunt que libero mentis arbitrio et delinquendi proposito committuntur. Ideo enim est peccatum voluntarium quod homo non potest cogi ad peccandum neque ab intrinseco. videlicet a complexione vel a natura neque ab extrinseco scilicet a mũdo vel a diabolo. intantum vt vniuersa legio demonum non posset quemquam cogere ad committendum vnicum mortale: sed neque etiam minimũ veniale: quia vt dicit Hiero. et recitatur de pe. di. ij. Si enim inquit. Liberi arbitrij nos condidit deus nec ad virtutes nec ad vitia necessitate trahimur alioquin vbi necessitas ibi nec corona. Mentiũtur autem qui

dicunt se non posse vitare certa peccata.

¶ Secundo differunt predicte due pene quia habens infirmitatem corporalem naturaliter appetit sanari et liberari ab ea nec remaneret vnicus languidus in toto mundo si propter solum desiderium posset sanitatem habere. Sed quantũ ad infirmitatem spiritualem multi volunt languere et in ea diu perseuerare: qui tamen solo ꝓposito quo ad culpam possent omni peccato mortali carere. In cuius signum legitur. ij. Reg. xij. quod quã primum dauid dixit. Peccaui. Mox subiunxit ad eum nathan propheta domini dicens. Dominus transtulit ad te peccatum tuum. Et hoc est quod dicit idem Dauid in psalmo. Dixi confitebor: id est proposui confiteri aduersum me iniustitiam meã dño ꝛ tu remisisti. i. pcti mei.

¶ Tertio sic differunt quia infirmus infirmitatem suam quãtumcunqꝫ verecundam libenter ostendit illi a quo sanitatẽ sperat et credit se habiturum. Sed peccator frequenter scelera sua abscondit vt sanari non possit cum tamen si illa confitendo detegeret hoc ipso se sanum inueniret in cuius signũ legitur Luce. xvij. ꝙ postquam dixisset dominus decem leprosis vt irent et se ostenderent sacerdotibus. Dum irent statim mũdati sunt. cum tamẽ adhuc essent in solo proposito se ostẽdendi illis. Nullo ergo pacto aliquid quantumcunqꝫ enorme celandum est in confessione medico animarum quia vt habetur prouerbiorum. xxviij. qui abscondit scelera sua non dirigetur supple ad celum sed ad infernum: qui autem confessus fuerit et ea reliquerit misericordiam consequetur. Item de peccatis distinctiõe quinta consideret. dicitur sic. Cautus sit peccator ne verecundia ductus diuidat apud se confessionem vt diuersa diuersis velit sacerdotibus manifestare. Propterea nos admonet Ps. dicens. Reuela domino viam tuam: id est confessori tuo loco dei reuela peccata que in hac via commisisti. ꝛ spera in eo scilicet ꝙ summe misericors est ꝛ ipse faciet supple tecum misericordiam. Unde et boetius primo libro de consol. prosa tertia in persona domini sic dicit. Confitere mihi ne occultes qꝛ si operam' medicantis expectas oportet vt vulnus detegas tuum.

¶ Quarta sic differũt illa duo genera infirmitatũ: quia infirmus corporaliter libenter vellet dare omnem substantiam suam/etiam totum mundum si suus esset priusquam non sanari vbi necesse esset et infirmitas grauis et periculosa foret quia vt habetur. Eccle. xxx. Non est census super censum salutis corporis. Unde de muliere emorroissa legitur. Luc. viij. quod omnem substantiam suam consumpserat in medicos vt curaretur ab infirmitate sua quam fuerat passa annis. xij. huiusmodi autem infirmitas dicebatur fluxus sanguinis. nec tamen sanari potuerat eam tamen sanauit chrũs

ctus vt dicitur ibidem et eam Marci quinto.
Sed miseri peccatores nolunt restituere vsuras furta et que- q male ablata sine quibus ta- men non dimittitur peccatum quia vt dicit Aug. et recitatur. xiiij. q. vi. Si res. Si res (in- quit) aliena propter quam pec catum est, reddi possit et non redditur penitentia non agi- tur sed simulatur. Si autem ve raciter agitur non remittitur peccatum nisi restituatur abla tum si vt dixi restitui potest.
Item pauperes peccatores q̄ multa expēdunt pro corporis valitudine vix parua et minu ta volūt dare pauperibus pro salute anime. Nec volunt pec- cata sua elemosynis redimere sicut fuit consultum regi. Na- bugo. Dan. iiij. Cum tamen di cat saluator mathe. xvi. Quid prodest homini supple auaro si vniuersum mundum lucre- tur, anime vero sue detrimen- tum patiatur? quasi dicat ni- hil immo, consultius multo es- set dare pro salute anime quā corporis pro quāto anima est prestantior corpore. Quinto quia pro salute corporis fre- quenter paratus est homo su- stinere arctam et asperam die- tam vt pote bibere potionem amaram, parum dormire, pa- rum comedere et bibibere a ta- li vel tali cibo vel potu abstine re. Item paratus est sustinere abscisionem seu canterizatio- nem vnius membri pro conser uatione totius corporis, secun dum illud poeticum.
Ut corpus redimas ferrum pa cieris et ignes. Sed pro salu- te anime nihil horum volunt miseri peccatores ferre. cum tamen dicat sanctus ille Alcui nus in sermone omnium san- ctorum. quod si quotidie opor teret nos tormenta perferre. si ipsam gehannam paruo tem- pore tollerare vt christum vi- dere possemus in gloria veni- entem et sanctorum eius nu- mero sociari. nonne dignum erat pati omne quod triste est: vt tanti boni tanteque glorie participes haberemur.
Et act. xiiij. dicitur quod per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum celorū. Unde dicunt doctores contem platiui q si esset ignis ardens tissimus a concauo orbis lu- ne vsque ad terram. Uel in to- to illo spatio essent enses acu- tissimi. adhuc deberemus po- tius velle totum illud pericu- lum pertrāsire quam tāta glo- ria velle carere. Sed profecto non sumus tanti vt tanta et ta lia velimus ferre pro gloria ce lesti quanta et qualia pro fa- stu huius seculi.
Nam et dicit Grego. xix. mo- ral. et recitatur di. xlvij. c. oēs. Omnes inquit huius seculi di lectores in terrenis rebus for- tes sunt. in celestibus debiles. Nam p gloria temporali vsq ad mortem desudare appetūt: et pro spe perpetua nec parum in labore quidē subsistunt. pro terrenis lucris quaslibet iniu- rias tollerant. et p celesti mer- cede vel tenuissimi verbi ferre cōtumelias recusant. Terreno iudici toto etiam die assistere

fortes sunt: in oratione vero coram domino vel vnius hore momento lassantur: sepe nuditatem: deiectionem: famem pro acquirēdis diuitijs atqꝫ honoribus tolerant et earum rerum spe se per abstinentiam cruciāt ad quas adipiscendas festināt: superna autem laboriose querere tanto magis dissimulant: quanto magis eas retribui tardius putant. hec ille.

¶ Sexto sic differunt infirmitates corporales a spiritualibus quia corporales statim et de facili percipiuntur. Nam si homo quantūcunqꝫ leuiter pūgatur i digito aut pede statim clamat. Sed infirmitates spirituales que sūt egritudines periculose pauperis aīe frequenter non percipiuntur secundū illud prouerb. xxiij. Verberauerunt me et non dolui: traxerunt me scꝫ demones vel peccata et non sensi: vbi autem percipitur patenter et quasi gloriãter feruntur: sꝫ illud apostolicum verbum. ij. Corinth. xi. Sustinetis siquis vos in seruitutē redigit sup culpe: si qs deuorat videlꝫ substātiam anime vestre: si quis accipit: si qs in faciem vos cedit. Patꝫ ergo quomodo infirmitas spiritualis grauior est et periculosior corporali: et tamen minus percipitur: et minus contra illam prouidetur. In quo patet fatuitas hominum peccatorum: qui preferūt corpus anime.

¶ Lectio tertia.

Et aīa mea turbata est valde, sed tu domine vsqꝫquo.

Postqꝫ in precedenti lectione ostensum est qualiter penitens captiuans dei beniuolentiam ad hoc qꝫ propicietur ei: et misericordiam impendat: allegauit vnam rationem cum dicit, quoniam īfirmus sum. Hic cōsequenter allegat aliam dicēs. Et anima mea turbata est valde. Ubi notandum secundum glo. ord. qꝫ in proposito per animam intelligitur sensualitas secundum qꝫ etiam christus de anima loquebatur, cum in orto orans dicebat Tristis est anima mea vsqꝫ ad mortem. Math. xxvj hec autem anima. i. sensualitas debet valde turbari ad penitentiam: quia dēt esse grauis dolor in sensualitate: que multum delectata est in peccato secundum illud Apo. xviij. Quantum glorifica. se. et. in del. f. tantum dabit. ei. t. et. l.

¶ Item vt dicit eadem glo. penitens per hec verba innuit se diu luctari cum vitijs.

A ¶ Quod si queras: quare deus patitur amicum suum tā tā luctam pati. Rādet eadem glo. qꝫ non est crudelitas dilatio dei: sed vt det intelligere anime in que mala se precipitauit. Insuper hoc fit vt ex difficultate sanationis inde sibi magis caueat penitens a recidiuo: quod enim facile sanatur: non multum cauetur. Item et tertio hoc fit vt ostēdatur que pena restat et reseruatur non conuersis: si tanta difficultas sit cōuersis. Unde si iustus vix saluabitur: impius vbi parebit? Uel dic qꝫ per animam in proposito intelligitur tam superior pars: qꝫ inferior homi-

nis.i. tam pars intellectiua q̄ sēsitiua: ⁊ vtraq̄ turbatur per peccatum / intantum q̄ Martha non est frequēs circa ministerīū: nec Maria presidet ad cōtēplandū deū Similiter p penitentiā vtraq̄ turbari debet valde. Martha quidē per sensibilez dolorē: Maria autē per peccati detestationē. Et hoc p̄figuratū fuit in ipsis duabus sororib⁹ Lazari: que valde doluerūt de morte fratris sui. Johannis. xi. Dicat ergo penitēs Anima mea turbata est valde. Cū propter peccatorū magnitudinē: multitudinē: et enormitatē. Cū propter celestis glorie amissionē. Cum propter infernalis supplicij incursionē Sequitur [Sed tu domine vsq̄quo Interl. Differs sup. me exaudire. Uel differs auxiliari ⁊ sanare animā meā mirū in modum turbatam. Ut autē dicit. Horrā. Hic loquitur penitens more filij: qui cū flagellatur a matre auxiliū petit a patre: et de eo conqueritur: si ei non succurrerit.

B ¶ Sed cū scribatur Ezech. xviij. In quacunq̄ hora ingemuerit peccator omniū iniquitatum eius non. r. a. Queritur quomodo rationabiliter penitens de eo conqueritur: q̄ cum non exaudiat dicens. Sed tu domine vsq̄quo. differs me exaudire supple.

C ¶ Ad hoc respondet Dominus Petrus de Pal. dicens q̄ i iustificatione impiorum sunt principaliter tria: videlz remissio culpe: commutatio pene eterne ⁊ peccatorum precedentium reliquie. Quartum possumus addere: vez q̄ ibi etiam concurrit remissio temporalis pene. Duo prima deus statim ⁊ sine dilatione remittit: nec dicit penitēti. Reuertere cras ad me et dabo tibi: cum possit et velit statim dare: et hoc probat auctoritas allegata. Et q̄uis predicta auctoritas nihil dicat de re remissione pene eterne: nihilomin⁹ ad vnū sequitur reliquū. Nullus enim constituitur debitor pene eterne: nisi propter culpam mortalē: ⁊ q̄diu manet hmōi culpa manet etiā et reat⁹ suus: et ea ablata aufertur ⁊ ille reatus. Tertium differt q̄nq̄ deus remittere: et hoc vt in pluribus est verū: quia sicut plus baptismū in quo remittitur culpa originalis et similiter pena / remanet fomes: ita post peractā penitentiē remanet in aīa inclinatio mala ex habitu vitioso derelicta: etiā in eo cui forte omnis obligatio ad penam etiā tēporalē est remissa: ⁊ qui si statim moreretur / mox ad celum volaret.

D ¶ Quod si queras. Quare deus remittendo culpā non sil' aufert hmōi inclinationē habitualē ad malum. Rn̄detur tibi q̄ hoc facit diuina ordinatio: tū vt hō humilietur: et ad deū pro auxilio recurrat. Propter quā causā non audiuit deus Paulum tertio deprecantez vt discederet ab eo angelus sathane: sed responsū est ei a dn̄o: sufficit tibi gratia mea. Nā virt⁹ in infirmitate perficitur. ij. Corinth. xij. Tū vt homo copiosius ⁊ multiplicius mereatur resistendo illis allectiuis ad malū. Tū vt abundātius in celo

premietur: quia vt habetur. ij. Thi. iij. Qui certat i agone nō coronabitur nisi qui legitime certauerit. Sed quartum non differt deus remittere nisi in quantum penitens differt satisfacere. Sed sicut creditor differt pignus reddere vel chirographu quousq; debitor soluerit vltimū quadrātē: sed sup ponit supra dorsū chirographi particulas quas recipit vsq; ad vltimū oboliū: quo soluto chirographū reddit: vel frāgit in presentia illiusqui erat illi obligatus. Sic quousq; homo hic vel in purgatorio condigne satisfecerit pena tēporalis que restabat non remmittitur. Da exēplū de illo homicida: cui princepsfacit remissionē: quē tamē postmoduz oportet satisfacere pntib9 occisis: et certā pecunie summā dare pro litera remissionis sue. Ita in proposito.

E ¶ Notandū est autē iuxta illud (aīa mea turbata est valde) q; ista verba possunt merito dicere sex genera psonarū. ¶ Primo quidē penitēs potest dicere (anima mea turbata est valde) dū scilicet attendit meā miseriā et culpā: dei iustitiā et seueritatē: penarū mihi debitarū grauitatē: predicatorū mirabilē comminationem. Unde. Psalmi. Sonuerunt sup. voces predicatorū: secūdū illud Psal' In omnē terrā exiuit sonus eorū. Sequitur. Et turbate sunt aque eorū scilicet deuotorū auditorū de peccatis suis penitētiū conturbati sunt montes. i. contriti sūt superbi et elati in fortitudine eius: hoc est in efficatia et virtute verbi diuini.

Unde. Act. ij. legitur: q; predicante Petro cōpuncti sunt iudei corde et dixerunt ad Petrū et ad reliquos apostolos. Quid faciemus viri fratres. Petr9 aūt ad illos. Penitentiā inquit agite: et baptizet vnusquisq; vestrū in nomine Iesu christi in remissionē peccatorū vestrorum. Item nonne Petrus merito dicere peterat (anima mea turbata est valde) quādo post christi negationem ad galli cantū recordatus est verbi: quod dixerat ei christus. Priusq; gallus bis vocem dederit ter me negabis. Et contenuo exiuit foras et fleuit amare. Luce. xxij. Itē nūquid eadē verba dicere poterat mulier illa peccatrix magdalena quādo stetit retro secus pedes domini et ex abundantia lachrymarū cepit rigare pedes eius: et capillis capitis sui tergere: et vnguento vngere. Luc. vij. Itē nunquid merito dicere poterat hec verba (aīa mea turbata est valde) peccatrix illa mulier: de qua narratur q; cuz audiret predicari de infinita dei misericordia et benignitate erga penitentes tanto dolore cōpuncta est q; subito corā omni multitudine populi spiritū exaltauit cuius corpus cum apertū fuisse: vt cā tā subitanee mortis inuestigaretur et sciretur: inuentū est cor eius scissū in duas partes pre nimio dolore: propter quod presumitur anima eius a periculo eterne dannationis liberata fuisse qr (vt habetur de pe. di. i. porro) Lachryme ex verba cordis cōtritione fluentes extingunt e-

terni ignis incendia. Patet er-
go ꝙ bonum est turbari inte-
rius per contritionem et dolo-
rem de peccatis.
¶ Secundo peccator merito
potest dicere (aia mea turba
ta est valde) quia vt habetur.
Es. lvij. Cor impij quasi mare
feruens: quod quiescere nō pōt
Deinde paucis intepositis se-
quitur. Non est pax impijs di-
cit dominus deus. Nonne ani-
ma supbi est valde turbata dū
tantū solicitatur de adeptione
honorū ꝛ glorie mundane. Itē
nonne anima auari valde tur-
bata est dū tātū solicitatur de
congregandis ꝛ conseruandis
diuitijs: et quasi in desperatio
nē ducitur in amissione earū.
Itē nonne anima luxuriosi val
de turbata est: dū tantū labo-
rat pro cōplenda nequitia: ita
vt quandoqꝫ perdat quietē cor
poralē et incurrat egritudinē
periculosā Itē nōne anima ira
cundi valde turbata est: dū nō
cessat perquirere vias: qui-
bus inimico suo noceat. Et bre
uiter aia peccatoris adeo tur-
bata est: vt quietē non capiat.
secundū illud Hiere. xvi. Ser-
uietis dijs alienis die ac nocte
qui non dabunt vobis requiē.
Propterea ait Aug. Iussisti do
mine et ita est: vt pena sibi sit
omnis inordinat⁹ animus. Et
breuiter iuxta sniā regij pro-
phete. Turbati sunt omnes in-
sipientes corde. i. omnes pec-
catores.
¶ Tertio iustus aduersitatib⁹
exposit⁹ ꝛ tribulationibus mū
danis dicere potest (aia mea tur
bata est valde). i. angustiatur
inter aduersa. Psalmista. Aia
eorū: scilicet tribulatorū ī ma-
lis tabescebat. Nonne aia illi⁹
castissime Susāne turbata erat
valde quando dicebat. Angu-
stie mihi sunt vndiqꝫ: et quid
eligā ignoro. Daniel. xiij. Itē
nonne anima diui illius Pau-
li turbata erat valde: dum esset
in asia positus: secundū ꝙ ipse
ait. ij. Corinth. i. Nō volo vos
ignorare fratres de tribulatio
ne nostra: que facta est in Asia
quoniā supra modū grauati su
mus: ita vt tederet nos viuere.
Nōne etiam Elias dicere po-
terat Anima mea turbata est
valde quandoquidem fugiēs
a facie Iezabel iuit in desertuꝫ
locum qui cum ibi sederet sub-
bter vnam iuniperum peti-
uit anime sue vt moreretur: et
ait. Sufficit michi domine tol-
le animam meam: neqꝫ enim me
lior sum ꝙ patres mei. iij. Reg
xix. Itē nonne sanctus ille Iob
dicere poterat in tot ꝛ tantis
tribulationibus: quas pass⁹ est
(anima mea turbata est valde)
qui etiā dicebat Tedet animā
meā vite mee. eiusdem. x. Sed ī
in his omnibus potissimum re
medium est recurrere ad diui
num auxilium per deuote ora-
tionis suffragium: qꝛ vt habe-
tur. ij. Parali. xx. Cum ignore-
mus quid agere debeam⁹ hoc
solum habemus residui: vt ad
te domine oculos nostros diri
gamus.
¶ Quarto ista verba dicere po
terant singuli sancti patres in
lymbo existentes et aduentum
filij dei expectantes: quib⁹ gra
uis ꝛ tediosa erat hmōi expecta
tio: intantū vt diceret David
Fuerunt michi lachryme mee

panes die ac nocte dum dicitur mihi per singulos dies vbi est deus tuus. Item dicebat. Sicut ceruus desiderat ad fõtes aquarum: ita. &c.

¶ Quinto quilibet damnatus merito dicere potest. Anima mea turbata est valde quia vt dicit Psal. Ipsi damnati turbati sunt: & moti sũt sicut ebrius: et omnis sapientia eorum deuorata est: ita vt nihil sciant nisi penam quam patiuntur. secundum illud Eccl'i. ix. Non est opus nec ratio: nec sapientia: nec scientia apud inferos: quo tu properas. Potissime ipsi damnati turbabuntur in die iudicij. Tum ex presentia iudicis iesu christi: qui tunc vt ait Psal. loquetur ad eos in ira sua: et in furore suo conturbabit eos. Tum ex aspectu et cõsideratione electorum quos cernent in honore et gloria: & se in cõfusione et pena. Sapie. v. Tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerũt: & qui abstulerũt labores eorũ videntes autem: scilicet mali turbabũtur timore horribili dicentes. Hi sunt quos aliquando habuimus in derisũ et in similitudinẽ improperij: nos insensati vitam illorũ estimabamus insaniã: et finẽ illorũ sine honore. Ecce quomodo cõputati sunt inter filios dei: et inter sãctos sors illorum est.

¶ Sexto: quilibet existens in purgatorio potest merito dicere. Anima mea turbata est valde: et hoc propter illius ignis acerbitatẽ: quia vt habetur. di xxv. qui in aliud. Igni purgatorij nulla pena temporalis est comparabilis superat enĩ omnẽ penam quã vnq̃ in hac vita aliquis passus est: aut pati potest. Propterea pauperes ille anime pie lamẽtẽtur dicẽtes illud Job. xix. Miseremini mei miseremini mei saltẽ vos amici mei: quia manus domini tetigit me.

F ¶ Preterea supra illud (sed tu dñe vsq̃quo) differs supple exaudire. Est notandũ q̃ dñs deus differt quandoq̃ exaudire ex multiplici causa secundũ dominum card.

¶ Primo vt per talẽ dilationẽ crescat desideriũ petentis: q2 teste Grego. desideria dilatione crescũt sicut patet de sitiente qui tãto ardentius desiderat potũ q̃to plus illi negatur et quanto plus differtur.

¶ Secundo vt gratius & carius sit donum: vñ Sene. Quod gratũ vis haberi raro effice. Da exemplũ de illo qui diu expectauit habere beneficiũ ecclesiasticum quod postea consequitur.

¶ Tertio vt tale donũ custodiatur diligẽtius q2 teste Aug. Facilitas venie parit incentiuum delinquendi.

¶ Quarto vt per talẽ dilationẽ purgetur cor petentis. Gre. Deus differens donũ cruciat et cruciando purgat. cũ enim quis ardenter aliquid petit a deo et tamẽ patienter tollerat q̃ non cito exauditur tunc amplius meretur.

¶ Quinto vt consideretur grauitas morbi. vñ idẽ Greg. Cũ se expedire nititur tunc veraciter conspicit q̃ duris nexibus

retinetur.

¶ Sexto differt deus exaudire quia non bene petitur videlicet pie perseueranter & pro se vnde. Jac. iiij. petitis & nō accipitis eo ꝙ male petatis. Et nota ꝙ non dicit eo ꝙ malū petatis sed quia male petatis videlicet non perseueranter vel huiusmodi. Lectio. iiij.

¶ Cōuertere domine & eripe animā meā saluum me me fac propter misericordiam tuam,

¶ Postquam in precedenti lectione penitens allegauit causā bonam cur debeat a domino recipere misericordiam. eo scilicet ꝙ anima turbata est valde. scilicet per cordis contritionem. Hic consequenter orat ipsum dominum: vt pie et vtiliter ad ipsum conuertatur dicens [Conuertere domine &c]. q. d. Tu domine qui es pius & misericors & qui prius auersus fuisti a me ꝑpter peccata mea cōuertere ad me vt et ego conuertar ad te conuertere inquā ad me per gratiam preuenientem et ego conuertar ad te per gratiam consequentem. hec enim possū ad te conuerti nisi tu prius couertaris ad me. ergo conuertere domine videlicet ab ira et vindicta ad miam & benignitatem: quemadmodum conuersus es ad petrum te negātem & traxisti eum ad penitentiam. In hoc igitur versu penitens tria petit a deo.

ves Conuerti Eripi Saluari

A ¶ Primo quidem petit conuerti. Nam secundum dominū card. hic ponitur verbum imparatiuū pro infinitiuo ita vt sit sensus (conuertere domine: id est conuerti me facias qui sum adeo infirmus ꝙ sine adiutorio tuo non possum me vertere de latare in latus. vnde. Treñ. v. Cōuerte nos domine ad te & conuertemur. Fac vt impleatur promissum tuum. zach. j. Conuertimini ad me et ego conuertar ad vos. Sequitur Ne sitis sicut patres vestri ad quos clamabant priores prophete dicētes. Hec decit dominus exercituū. Conuertimini de vijs vestris malis : et cogitationibus vestris pessimis: et non audierunt. neque attenderunt ad me dicit dominus posset autem dicere pauper peccator. Si conuertar ad dominuz timeo ne se vindicet de me & inducat super me maledictionem pro benedictione. immo timeo ne se vindicādo de peccatis meis occidat me. quemadmodū mulier adultera timet redire ad virum suū ne eam occidat. Sed ista excusatio et allegatio friuola. est eo maxime cum scribatur in persona domini. Ezech. xviij. Nolo mortem peccatoris. Item posset dicere miser peccator Si ad dominum reuertar post tanta facinora timeo ne semper mihi improperet vitam priorem. Sed ista allegatio vana est ma maxime/ cum de eo dicat. Psal. ꝙ loquetur pacem in plebem suam & super sanctos suos & in eos q̄ conuertuntur ad cor videlicet per veram penitentiā Denique posset miser peccator

dicere. Si ad dominum conuer
tar. timeo ne se vindicet de me
in alio seculo quicquid mihi p
mittat in presenti. Sed hec ex=
cusatio damnabilis est maxime
cum dicat psal. in persona do=
mini. Cõuertetur populus me=
us hic et dies pleni inuenien=
tur in eis.
¶ Secundo penitens petit eri=
pi a domino dicens (eripe ani=
mam meam) videlicet a peccato
cui per delectationem adheret
psal. Infixus sum in limo pro
fundi: id est in profundo limi si
ue peccati. Item eripe animam
meam de manibus hostium in=
fernaliũ impedientiũ me ne te=
sequar. sicut egyptij ĩpediebãt
filios israel ne exirent de egy=
pto et irent ad dominum deum
qui vocabat eos ad sacrifican=
dum sibi in deserto et ad intro
ducendũ eos in terram promis=
sionis. Dicit ergo penitens ad
dominũ. O dñe peto omni cum
instãtia a te eripi a peccato ad
instar trium rerum Primo ad
similitudinez auis illa que a te
vt merito cantare possim ⁊ dice
re aĩa mea sicut passer erepta
est de laqueo venãtiũ. t. dẽonsi.
¶ Secundo ad similitudinem
captiui de carcere dicens cum
Psalmista. Educ de carcere ani
mam meã vt confiteatur nomi
ni tuo dñe. Tertio ad similitu=
diem naufragiũ patientis cla=
mãs et dicẽs illud Psal. Eripe
me et libera me de aquis mul=
tis. Dicat ergo penitens ad do
minũ. Tu dñe eripe aĩam meã.
¶ Tertio penitens petit a do=
mino salutari subiũgens (sal=
uum me fac pter misericordiã
tuã. q. d. nõ allego merita mea
sed abyssum infinite misericor=
die. tue dicẽs cũ illo sancto pro
pheta tuo daniele. ix. c. Non in
iustificationibus nostris pster=
nimus preces nostras ante fa=
ciem tuam sed in miserationib⁹
tuis multis. Nec quidem iniu=
ria qm̃ legi apostolo Tit. iij. ꝗ
non ex operibus iustitie que fe
cimus nos sed secundũ suã mi=
sericordiã saluos nos fecit de=
us. Debet ergo penitens vt di=
cit magister Nicolaus gorram
facere ad modum pauperis la=
tronis. qui cum trahitur ad pa
tibulum si viderit aliquem ge=
nerosum et insignem dominuz
de quo confidat. clamat ad eũ.
et dicit. Eripe me saluum me
fac. Sic et penitens sentiens ꝗ
demones qui sunt quasi clien=
tes iusti iudicis dei. volunt eũ
trahere ad furcã inferni debet
clamare ad dominuz et dicere.
Conuertere dñe: id ẽ respice in
me in necessitatate mirabili cõ=
stitutum. et eripe animam meã
de mann demonum: saluum me
fac. p. m. t. Ut merito possim di=
cere cum ceteris qui fuerũt par
ticipes misericordie tue: illud.
Trañ. iij. Misericordie dñi mul
ta est quia non sumus, consum
pti: quia non defecerunt mise=
rationes eius.
B ¶ Notandũ est aũt circa illd
verbum: eripe animam meam
ꝗ verus penitens debet taliter
se habere circa peccatum quali
ter auis circa laqueum.
¶ Primo quia sicut auis cauet
laqueũ ꝗ̃ potest et prius more
retur fame ꝗ̃ ꝗ scienter pone=
ret pedem in laqueo. nec vnquã
ipsum ponit infra laqueũ nisi
ignoranter ⁊ inaduertẽter Ita

et verus penitens nunquam propter qualemcunque concupiscentiam aut allectiuum ad malum debe ret consentire in aliquod peccatum mortale. quinimmo deberet potius pati et eligere subire omnem penam possibilem dari etiam excoriationem et mille mortes si possent inferri quam consentire vnico mortali aut etiam veniali quod est mirabilius. Immo si per possibile vel impossibile aliquis homo esset constitutus inter penas inferni ex vna parte: et culpam venialem parte ex altera: et oporteret eum necessario eligere alterum aut cadere in profundum inferni et ibi perpetuo cruciari. absque tamen dei offensa. aut consentire in ipsum veniale citius deberet eligere primum quam secundum quia secundum in nullo casu est eligibile. Illi ergo qui scienter se illaqueant aliquo mortali peccato vt sunt vsurarii. concubinarii. et similes sunt insaniores brutis animalibus. propterea dicitur de peccato Naum. iii. Omnis qui viderit te resiliet a te. Et nota qui viderit te quam te scilicet sis abhominationis horroris. vtilitatis. grauitatis dampnificationis et huiusmodi.

¶ Secunda quia sicut auis semel capta adhibet omnem conatum et omnem penam possibilem vt inde eripiatur adeo quod libenter vellet dimittere pedem in laqueo vt posset auolare. Ita et pauper peccator deberet libenter omnia mala sustinere vt posset dirum laqueum peccati dirumpere et euadere quam enim commutationem inquit saluator Math. xvi. Dabit homo pro anima sua quasi dicat. quod nullam condignam commutationem dare potest et ideo non debet parcere corpori suo neque bonis temporalibus dummodo possit eripere animam suam a laqueo peccati et dicere cum ceteris penitentibus illud Psal. Laqueus contritus est et nos liberati sumus: et hoc auxilio dei. ideo subditur adiutorium nostrum in nomine domini.

¶ Tertio quia dicit auis de laqueo semel liberata. postea summopere cauet sibi a laqueo ne iterum capiatur. Unde a longe videns non solum laqueum sed etiam ipsius laquei locum in quo illaqueata fuit abhorret et fugiens non audet appropinquare ad magnam distantiam. Sic et peccator semel captus per culpam et liberatus per penitentiam debet postmodum cautior et sollicitior fieri. considerans quod carbo semel ignitus facilius inflammatur. Et non solum peccata vitare habet sed et occasiones peccatorum. dicens illud Psalmiste. Laqueum parauerunt pedibus meis videlicet demones et incuruauerunt animam meam. foderunt ante faciam meam foueam. scilicet inferni vt illic me precipitarent. sed ipsi incederunt in eam. ego autem euasi tantum periculum gratia et misericordia omnipotentis dei cuius opera et auxilio anima mea sicut passer erepta est de laqueo venantium: videlicet demonum vel peccatorum.

¶ Lectio quinta.

¶ Quouiã non est in morte qui memor sit tui in inferno autem quis confitebitur tibi.

¶ Postq̃ in precedenti lectione ostensum est quomodo penitens vtiliter deprecatus est dominum vt scilicet cito ad ipsum conuertatur et animam suam eripiat a faucibus diaboli. Hic consequenter huius petitionis assignat rationem dicens. Quoniam non est in morte ꝛc. Ipse ergo penitens: vt inquit. Aug. et recitatur in glo. interl. intelligens nunc esse tempus conuersiõis. post mortem vero esse tempus retributionis: ꝛ bonis et malis: ideo hic festinat peccata sibi dimitti eo ꝙ in inferno non accipitur tanquam valitura confessio. Quomodo (inquit) Greg. tibi conceditur quod omnibus denegatur? Unde vt dicit. glo. ordi. confessus est diues ille epulo qui lazarum vidit in requie: se autem in tormẽtis dolebat cum dixit pater abraham miserere mei: sꝫ non profuit ille sua confessio: eo quod non recognouit suam culpam. Uerus ergo penitens animaduertens post hanc vitã non esse locum venie in presenti orãt per dei misericordiam saluari dicens (conuertere domine et eripe animam meã ꝛc.) quoniam nõ est in morte: id est post mortem qui memor sit tui scilicet memoria fructuosa quã tũm ad eos qui decedũt in mortali vt exponit de Lyra. et similiter in inferno nullus potest confideri dño confessione fructuosa. Damnati enim confitẽtur suas culpas dicentes illud Sap. v. Quid nobis profuit superbia: et diuitiarũ iactantie quid cõtulit nobis? transierũt omnia illa tanquam vmbra: sed illa non prodest quicquam huiusmodi confessio. tum quia est sine discipliscentia et contritione. tum quia est sine proposito emendationis vite. tum qꝛ non est integra neque voluntaria sed extorta grauitate supplicij et pene. tum quia non fit sacerdoti qui possit ligare et absoluere. tum quia non fit cum vera discretione quia vt habetur Eccli. ix. nec op⁹ nec ratio erit apud inferos quo tu properas Propterea salubriter nos admonet sacra scriptura. Eccli. xvij. Dicens et ante mortem cõfitere quia a mortuo quasi nihil petit confessio. confiteberis viuans viuus et sanus confiteberis: Item Esa. xxxviij. Infernus non confitebitur tibi neqꝫ mors laudabit te. Deinde subditur viuens: viuans ipse: scilicet homo peccator confitebitur tibi sicut et ego hodie supple confiteor.

A ¶ Notandũ autẽ super illo verbo. (Non est in morte q̃ memor sit tui) ꝙ triplex est mors. ꝛ in neutra illarũ reperit̃ aliqs q̃ mẽor sit dei. Est ergo mors.

videlicet
- Nature
- Culpe.
- Gehenne

¶ Prima igitur mors vocatur mors nature de qua psal'. q̃s est homo qui veniet et non videbit mortem. q. d. nullus. quia etiam prophete mortui sunt vt habetur. Ioh. viij. Iu hac autẽ

morte nō est qui memor sit tui supple de⁹: quia vt dicit Greg. In morte tanta est vis doloris quod alibi non potest ferri vis cogitatiōis. Et potissime istud habet verum in peccatore mori ente: qꝛ vt dicit Aug. hac ani-maduersione percutitur pec-cator vt moriens obliuiscatur sui: id est sue salutis qui dum vi ueret oblitus est dei. ¶ Secun-da dicitur mors culpe de qua idem. Aug. Hec est vera mors quam non timent homines sci-licet mūdani ⁊ peccatores sepa rari a deo videlicet per culpā mortalem ⁊ Ezech. xviij. anima que peccauerit ipsa morietur Item in Psal. mors peccatorū pessima in hac autem morte nō est qui memor sit tui. vnde pec-catori dicitur Deutero. xxxij. Deum qui te genuit dereliqui-sti et oblitus es dñi creatoris tui. Et prouer. xviij. Impressus cum in profundum peccatorū venerit contēnit: scꝫ deū ⁊ oīa salutis istrumēta. ¶ Tertia di-citur mors. gehēne. quā iohā-nes Apoc. xxi. vocat mortē secū dam. De qua etiā ait. Psal. Nō mortui. i. dānati laudabunt te dñe neqꝫ oēs q̄ descēdūt in in-fernū. In hac autē morte non est q̄ memor sit dei: quia vt dr. Eccli. ix. non est sapientia neqꝫ prudētia apud inferos. Vñ le-gitur de quodā cupido sacer-dote qui multā pecuniā recipie bat ꝓ missis quas nō soluebat: q̄ postq̄ mortuus est apparuit cuidam de socijs suis dicens se esse damnatū: ⁊ mox cepit forti ter clamare dicens. propter bi-nos trinos et quaternos dedu ctus sum ad inferos. Cumqꝫ so cius eius diceret ei. Miror cum tu in vita] tua optimus esses grāmatic⁹ q̄uō tūc incōgrue et barbarice loq̄ris. Cui ille. Non mireris (inquit) qꝛ tanta angu stia premor vt nunc valeam ad ista aduertere: q̄m nō est sapiētia nec prudētia apud inferos. Pa tet ergo ꝙ dānati non sunt me mores dei: memoria scilicet fru ctuosa: cui⁹ ratio est: quia vt ha betur Ecclesiastes. xi. Si ceci-derit lignum siue ad austrū si-ue ad aquilonē in quocūqꝫ loco ceciderit ibi erit. Modo sic est ꝙ ipsi dānati mortui sunt cum obliuione sui creatoris: quem etiam ī plena sanitatę obliuio-ni dederūt ⁊ illi seruire negle-xerunt: ideo nō mirum si ī mor te gehennę illius memores non sunt. Et ad hoc persuadendū ponit dominus patriarchas de palude similitudinem de arbo re que percussa ad incidendū si plus inclinetur ad vnam par tem q̄ ad aliam non dubium quin ad illā partē sit casura: et ibi semper mansura Ita ⁊ in ꝓ posito cū homo omni die ten-dat ad mortē: in illā partem ꝓ babiliter presumitur casur⁹ et ꝑpetuo mansur⁹ in quā habi-tualiter inclinat. Propter qđ q̄ semel fuerit malus consuetudi narius: presumitur ꝓbabiliter in malo moritur⁹ et in illo sine fine permansurus: qꝛ vt habet Prouer. xxij. Adolescēs ambu-lans iuxta viā suā: etiam cū se nuerit non recedet ab ea. Stu-deat ergo pctōr oportuno tem pore esse memor dei ad suam sa lutem: vt tandem dicere possit. cum. ps. Memor fui dei ⁊ dele ctatus sum sup. ī tali memoria

Et exercitatus sum id est pluries memor fui illius: et defecit spiritus meus: vez pre magnitudine dulcedinis et spūnalis delectationis quā inueni in tali exercitatione sancta. Esaias xxxviii. Attenuati sunt oculi mei suspicientes in excelsum.

¶ ¶ Notandum insuper ꝙ in morte prima que dicitur naturalis valde difficile est habere memoriam dei ⁊ sue salutis: eo ꝙ moriens a tali memoria et recordatione impeditur tripliciter: secundum dominum Anthoninum in summa sua.

vez
A passionibus.
A parentibus.
A demonibus.

¶ Primo quidē a passionibus que tunc inuadunt morientem inter quas sunt tres precipue: videlicet Tior Tremor Dolor.

¶ Primo nanq ibi adest mirabilis timor propter finis incertitudinem arresti vltimi pronūciationem. iudicij seueritatem exanimis districtionem.

¶ Secundo ibi adest incredibilis tremor propter demonū presentiam qui illic afferūt omnia ⁊ singula mala q̄ vnq̄ moriens fecit: dixit ⁊ cogitauit similiter omnia bona que facere debuit et omisit. Iste autē due passiones nate sunt impedire iudiciū rationis liberū: propter quod moriens tunc merito pōt dicere illud ps̄. Cor meū conturbatum est in me ⁊ formido mortis cecidit super me: timor ⁊ tremor venerūt sup me: et cōtexerunt. i. circūdederūt et oppresserūt me tenebre: vt scilicet nō possim plene attendere ad pctā mea ⁊ adfactū consciētie mee. ¶ Tertio ibi adest incōparabilis dolor i parte sensitiua: ita vt null⁹ sit filis. vñ ps̄. Defecit in dolore vita mea ⁊ anni mei in gemitibus. Vñ tunc merito dicere pōt ipse moriēs illud ps̄. Tribulationē et dolorē inueni. Iste autem dolor partis sēsitiue multū natus est impedire actualem memoriā et recordationem pctōꝝ et presertim qn̄ est ita intensus Propterea dicit magister sentē di. xx. quarti: ꝙ difficile est vt tūc vera sit pn̄ia qn̄ sera venit: qn̄ cruciat⁹ mēbra ligat: et dolor sensum opprimit: vt tūc hō vix valeat aliquid cogitare Et ideo Augu. dat salubre consiliū pctōribus: secundū q̄ꝺ recitat de pe. di. vij. Nullus. Null⁹ (inquit) debet expectare qn̄ peccare nō pōt: arbitriū querat libertatē. vt delere possit cōmissa nō necessitatē. Qui ei prius a pctīs relinquitur q̄ ipsa relinquat: nō ea libere: sed quasi necessitate cōdemnat hec ibi Sed qr aliqui sumūt sibi occasionē perseuerandi in pctīs vsq ad finem vite exemplo latronis qui tñ saluat⁹ est ideo subiungitur immediate in dicto capi. Licet enim latro veniam meruerit in fine de omni crimine non tamen dedit baptizatis peccandi ⁊ perseuerandi auctoritatem. Tūc et baptisatus est qui tunc primū in cruce xp̄m confessus est. Super quo dicit glo. ꝙ nō mirum si latro saluatus est in fine qr tūc nō solum penituit: sed etiam baptismum suscepit: vez flaminis.

¶ Scđo moriēs impeditur a vera dei ⁊ sui recordatione siue cōsideratione a parentibus ppinquis: domesticis: vicinis ⁊ hu-

iusmodi. Et hoc est q̄ dt Aug. ꝛ recitatur de pe. di. vij. Null9. Timēdum (inquit) est de peni tente sero quē morb9 vrget ꝛ pe na terret/ad verā vix veniet sa tisfactionem. Maxime cum filij quos ille dilerit ante sint pre= sentes: vxor ꝛ mundus. Deinde immediate infert stupendū ni= mis et tremendū vbū. Multos (inquit) solet serotina peniten= tia decipere. Hec ille. Nam pa= rētes ꝛ carnales amici non au dent monere ipsos egrotos vt confiteātur: ne eos turbent di= cunt: et q̄ grauius est non li= benter permittunt viros reli= giosos et timoratos ad eos ac= cedere ne eos admoneant de su sceptione sacramentoꝝ: de te= stamento condendo de restitu tionibus fiendis ꝛ hmōi. Sed dicunt volentibus eos visitare pro salute sua q̄ dormiunt vel q̄ medicus est presens: ꝛ ita nō possunt cū eis loqui. Et si con= tingat eis dare ingressum ad in firmos dicūt eis propter deum q̄ non loquātur ipsis nisi que bona sunt ꝛ solaciosa: et mini= me de cōfessione aut scrāmēto= rum susceptione ne eos pertur= bent ꝛ credant q̄ sit iam factū de vita eorū. Et breuiter non prouident eis de remediis ad salutē nisi post q̄ vident q̄ iā factū est. et q̄ vix potest loqui ꝛ audire ꝛ intelligere que dicun= tur eis. O proditores et inimi= ci animarum amicorū ꝛ paren tum vrorum. Certe bene de vo bis loquebat̄ saluator noster. Matth. x. di. Inimici hois do= mestici ei9. Profecto ostenditis euidenter q̄ plus diligitis cor pus amici vestri q̄ animā: quā do plus sollicitamini de medi= co corporis q̄ anime: ꝛ primo mittitis ad eū q̄ ad curatū: cū tamē cōtrariū p̄cipiat̄ extra de peñ. ꝛ re. Cū infirmitas. vbi dr sic. Cū infirmitas corporalis nonnunq̄ ex peccato p̄ueniat dicēte dño languido quē sana uerat. Uade ꝛ ampli9 noli pec= care ne deterius tibi cōtingat. Presenti decreto statuimus et districte p̄cipimus medicis cor porū vt cum eos ad infirmos vocari cōtigerit: ipsos ante o= mnia moneāt ꝛ inducāt vt me= dicos aduocēt aiarū: vt postq̄ fuerit infirmo de spirituali sa= lute p̄uisum ad corporalis me dicine remediū salubrius pro= cedatur: cum cessante causa ces set effectus. Hec ibi. Unde pro= pter hanc causam p̄hibuit Au gu. ne aliquis de suis parētib9 ad eū ingrederet̄ cū egrotaret nisi saltē cū medicina corpalis aut vite necessaria eidē mini= strarētur: et hoc ne a quoq̄ im pediret̄ ei9 intētio quo minus libere posset sue saluti itē dere.

¶ Tertio moriens impeditur ne tunc memor sit dei ꝛ sue sa= lutis a demonib9 qui tūc plus multo inuadūt hominem q̄ vn q̄ antea. Nam tūc diabolus vt dicit p̄salmista insidiatur mo= rienti quasi leo in spelunca sua Insidiat̄ inq̄ vt rapiat paupe rem pctōrem sup. quē si rapere semel potuerit audite quid de eis faciet. Nā in laqueo suo hu= miliabit eum. i. in tētatione sua inuolue. eum quemadmodū in= uoluitur auis aut piscis infra rete: et postea inclinabit seipsū licet in abyssum inferni cum dominatus fuerit pauperum

id est peccatorum. Nam post= quam diabolus traxit aliquaz animā miseram ad culpā tunc in recessu illius a corpore cum ea descendit in infernū ad eam cruciandam. Da exemplum de falcone qui postquam prostra uit auē in terram cum ea simul descendit vt eam devoret. Fa= cit ergo diabolus in morte cu= iuslibet sicut catus qui insidi= ans muri stat occulte prope fo ramen illius vt quamprimum exierit rapiat eū ꝛ devoret. Ita et diabolꝰ venit occulte ī mor= te cuiuslibet etiā iusti: sicut pa= tuit de beato Martino: qui cū eum videret in terribili effigie ait. Quid hic stas ꝛc. b. Nec mi rum si in morte viri hominis assistat ille leo infernalis: cum etiam feratur affuisse morti sal uatoris. Tunc ergo perdiffici= le erit malis ꝛ peccatoribꝰ co= gitare de deo quando diabolū videbunt paratum rapere mi= seras eorū animas. Et vt Gre= gorius dicit. Tunc graviores ingerit tētationes: videlicet de fide: de trinitate: de desperatio ne diuine misericordie ꝛ huius modi: quanto plus ꝯspicit pec catorē fini appropinquare: sci= ens quod nisi eum tunc rapue rit / sed manꝰ eius euaserit nū= quam deinceps euz rehabebit. Talis autē nequam etsi ab as= sistentibus non videatur nihi= lominus in specie horribili / et despectibili videtur ab ipō mo riente.

D ¶ Unde refert venerabilis Beda in libro de gestis Anglo rum ꝙ quidā rex Anglie Ado merendus nomine habuit quē dam militem probissimū in ar= mis sed corruptissimum in mo ribus. Qui cum semel quadam graui infirmitate laboraret vi sitauit eum rex: hortans eū ad penitentiam ꝛ confessionē salu torem. Ipse autem spreuit mo= nita salutis: dicens quod cum toto vite sue tempore ad nulli= us aspectuz pauisset / tunc non deberet penitentiam agere ne de eo diceretur quod metu hoc faceret: ꝛ sic ī gloria sua macu= lam poneret. Cumq̨ in crasti= no super eū signa mortis pro= pinque apparerent iterum a re ge visitatur ꝛ monetur peram= plius quam supra. Ad quem il le. O domine mi rex / bene loqui mini sed nimis tarde. Ecce em̄ iam adiudicatus sum penis in ferni. Nam pauloante ingres= sum vestrum huc apparuerunt duo preclarissimi iuuenes: quo rum vnus sedit ad pedes lecti mei: alter autē ad caput dicen= tes adinuicem. Iste adiudica= tus est morti: videamus si ali= quod ius in eo habeamus. Et continuo vnus extraxit libruz speciosissimum / sed valde par= uum: literis aureis scriptū: in quo legens vidi quedam par= ua bona que feceram in iuuen= tute mea priusquā mortaliter peccassem: ꝛ cū super hoc sum= me exultarē / mox apparuerunt duo teterrimi demones afferē= tes quendam librum admoduz magnum literis nigris scriptū in quo vidi simul ꝛ legi omnia et singula peccata que vnquaz cōmisi. Et hoc dixerunt illi de= mones sanctis illis angelis. Quid hic expectatis? Uos em̄ scitis ꝙ nullum ius habetis in eo. Quibus respondentibꝰ hoc

verū esse recesserunt quasi tristes. Modo autē ipsi demones mirabiliter me cruciāt. Et hec dicens cum eiulatu et clamore horribili expirauit non dubiū inter manus demonū. Non est igitur differenda pñia vsqꝫ ad morteꝫ neqꝫ de die in diem: sed quamprimum quis potest peniteat secundū quod admonetur q̄sqꝫ peccator. Eccli. v. Ne differas de die in diem cōuerti ad dominum: subito enim veniet ira illi⁹ ꝛ in. t. v. d. te. Quāuis enim vt dicit Augustinus et recitaṫ de penultima distinctiōe. vij. Nemo. De nemine desperandum sit q̄diu est in hoc corpore constitutus. Nihilominus talis penitentia est valde dubia ꝛ incerta: secundū quod determinat idem Augustinus/ et recitatur cap. sequenti quod incipit. Si quis posit⁹. vbi ait. Si quis positus in vltima necessitate sue egritudinis voluerit accipere penitentiam ꝛ accipit: ꝛ mox reconsiliabitur: ꝛ hic vadit: fateor vobis non illi negamus quod petit: sed nō presumimus ꝙ bene hinc exit: si securus hinc exierit ego nescio: penitentiam dare possumus/ securitatem autem dare nō possumus: nunquid dico damnabitur? sed nō dico liberabitur. Vis ergo a dubio liberari: vis quod est incertū euadere? Age penitentiam dum sanus es: si sic agis dico tibi quod securus es: quia penitentiam egisti eo tempore quo peccare potuisti. Si autem vis agere penitētiā quādo iam peccare non potes: peccata te dimiserunt nō tu illa. hec ibi. Emendemus igitur in melius que ignoranter peccauimus ne subito preoccupati die mortis queramus spatiū penitentie ꝛ inuenire non possumus. Quia non est in morte qui ꝛc.

¶ Lectio sexta.

¶ Laboraui ī gemitu meo lauabo per singulas noctes lectum meum lachrymis meis stratum meū rigabo.

¶ Postq̄ penitens ex precedēti lectione intellexit/ neqꝫ i morte neqꝫ minus post mortem esse tempus penitentie: ideo bona hora vult deo satisfacere: ꝛ sua peccata gemere. Et hoc est qđ dicit in presenti lectione. Laboraui/ inquit/ in gemitu ꝛc. Ipse ergo penitens attendens mala que fecit/ vt dicit glosa ordi. et que pena futura restat sibi soluenda/ gemit ꝛ laborat satisfaciendo pro preterito peccato. Dicit ergo ipse penitens (laboraui) interiꝰ. satisfaciēdo: vt pote ieiunando/ peregrinando/ vigilando/ orando/ ꝛ huiusmodi me conformans exhortationi apl'i dicentis Ro. vj. Sicut exhibuistis membra vestra seruire immundicie ꝛ iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitie in sanctificationem. Nec quidē tantum laboraui exterius pro remissione peccatorū meorum (inquit penitens) sed etiam interius per dolorem cordis (qꝛ in gemitu meo) Gemitus antē secundū Cassiodoruꝫ dicitur a geminando: qꝛ penitens habet

duplicem causam gemendi: scz amissionē boni et cōmissionem mali amissionē celi et consecutionē inferni. Sed quantus debeat esse iste gemitus insinuat Hiere. vi. Ubi dicit penitenti. Luctū vnigeniti fac tibi planctum amarū. Greg. Nemini sicut mihi ingemiscendū est nō: qz pre omnibus me peccasse ppendo. Sequitur (lauabo per singulas noctes) interl. i. per singula peccata que dant noctem obscurā aie (lectū meū). i. conscientiā meā. Sed quib9 aquis lauādus est iste lectus cōscientie. Certe aquis lachrymarum de qbus ait Chryso. qp lachryme lauant peccata q̄ pudor est ɔfiteri. Qđ non est intelligēdū vt habet de pe. di. i. quis aliqñ qp sine ɔfessione peccatū dimittatur: sed sensus est qp si pctm̄ graue est, tūc cū pudore confitendū est. Et pfecto mirū est: vt inquit dñs Petrus de Palu. qp homo velit totiēs lectū suū fieri z parari paleas illi9 euersari: lintheamina lauari z hmōi: et nolit equaliter lectū cōscientie discurrere atqz illi9 sordes abluere. Deinde querit cū in labore cordis z gemitu remittat peccatum: quare ergo penitēs postqz dixit (laboraui in gemitu meo) subdit (lauabo per singulas noctes lectū meū) Respōdet ad hoc Eccl. v. De ppiciato peccato (inquit sapiēs) noli esse sine metu: vcz reputādo te satis laborasse z fleuisse: sz quā diu aduixeris caue ne taceat aliquando pupilla oculi tui.

A. ¶ Hic ergo notantur quedam bone conditiones confessionis z penitētie. Prima est qp sit amara z lachrymosa. z hoc notatur cū dicitur: laboraui in gemitu meo. Treñ. ij. Deduc q̄si torrentem lachrymas p diez et noctem non des requiē tibi. Secūda est qp sit integra: quia per singulas noctes, id est per singula peccata mortalia: quia penitendum est de omnib9 peccatis aut nihil: vt habet de pe. di. iij. Sunt plures. Tertia cōditio est qp sit ppria: ideo subditur. Lectū meum. i. conscientiam meam z non conscientiaz alterius: sup. lauabo: quia ī cōfessione tacēdū est peccatū proximi. Unde extra de pe. z re. ca. Omnis vtriusqz sexus. Monētur Christi fideles ɔfiteri omnia sua peccata. Et nota qp dicit sua: non autem dicit aliena. Quarta est qp sit dolorosa: qđ notatur cum dicitur, Lachrymis meis stratum meum rigabo. Ut postqz Psal. dixisset. Deus vitam meā annūciaui tibi: videlicet in confessione. Immediate subiūxit. Posuisti lachrymas meas in ɔspectu tuo. q. d. qp confessio que fit cum lachrymis est multum grata deo. Est autē notandū: qp ad literā ipse Dauid post cōmissum adulterium cum Bersabee, z homicidium contra Uriam militē suū intātum doluit, qp multū laborauit pro vtriusqz remissione z per singulas noctes fletib9 suis z lachrymis lectum suū madidum reddebat. Item Petrus ex quo Christum negauit singulis noctibus de lecto surgebat simili hora qua Christum negauerat: z vberrime flebat: in tantū vt facies eius adulta videretur ex abundantia lachry-

marū. Unde merito dicere po-
terat cum regio propheta Da
uid. Fuerunt mihi lachryme
mee panes die ac nocte dum di
citur mihi/id est dum dicit mi-
hi memoria mea vbi est de9 tu9
quem sup. tam turpiter negasti
coraʒ summo sacerdote Anna.
Propterea scribitur dist. l. pon
deret: quod lachryma amaris-
sima Petri peccatū deleuit ne-
gationis. Itē Magdalena post
quam lachrymis suis rigauit
Christi pedes: vt habetur Lu-
ce. vij. merito dicere potuit. La
boraui in gemitu meo. Que cū
esset in deserto penitentiam a-
gens subdere poterat. Lauabo
per singulas noctes lectū meū
id est heremitorium meū. Exē-
plo ergo sanctorum virorū de-
bēt pauperes peccatores labo
rare in opere penitentie: ꝛ laua
re per singulas noctes lectum
suum/ad memoriam reducēdo
commissa peccata pro ipsis dei
misericordiam implorantes.

B ¶ Unde dicit dominus cā-
cellarius parisiensis magister
Joannes Gerson: quod valde
bonum esset et securum ꝑ con-
scientia: vt quilibet catholicus
diceret omni die ꝛ signāter dū
vadit ad quietem corporalem:
et dum ab ea surgit tres sequē
tes veritates. Prima veritas.
Domine deus ego offendi ve-
stram maiestatem sic ꝛ sic: vnde
prohdolor ꝛ dico meā culpaʒ.
Secunda veritas. Domine de-
us ego a cetero intendo vitare
omne peccatum: quantum hu-
mana fragilitas dederit: et in-
tendo emendare vitam meam
cum vestro adiutorio. Tertia
veritas. Domine deus de pec-
catis preteritis ꝛ signanter de
mortalibus firmiter propono
facere debitum meum/ et de il-
lis confiteri tempore ꝛ loco.
Consequēter autē addit idem
doctor: quod postquam quis
ex corde dixerit has tres veri-
tates: si subito ꝛ insperate mo-
riatur bene moritur: ꝛ pericu-
luʒ perditionis eterne euadit.
Studeat igitur quisꝗ eas de-
uote omni sero ꝛ mane dicere: ꝛ
si cupit cū Christo tandē per-
petuo regnare.

C ¶ Notandum est autem iu-
xta illud. Lachrymis meis stra
tum meum rigabo. quod debe-
mus libēter flere propter mul-
ta.

Uidelʒ. propter
- Culpas proprias.
- Culpas alienas.
- Humanas miserias.
- Dilatiōes prolixas.

¶ Primo igitur lachrymari de
bemus et flere iugiter die scili-
cet ac nocte propter culpas ꝓ-
prias secundum quod mone-
mur. hiere. iiij. Laua a malitia
cor tuum hierusalē/ id est ani-
ma deuota: vt salua fias. Seq-
tur Usquequo morabuntur in
te cogitationes noxie? Pro-
pterea dicebat psal. Exitus a-
quarum deduxerūt oculi mei
quia non custodierunt legem
tuam. Unde de beato Augusti
no legitur in libro confessionū
quod flebat vberrime ꝛ fluebāt
lachryme eius/ ꝛ bene illi erat
cum eis. Hoc autem donū dei
est: ꝛ ideo ab eo petendum. In
cuius figura legitur Numeri.
vigesimo. quod Moyses bis ꝑ-
cussit scilicet: ꝛ egresse sunt aq̄
largissime. Uñ in psalmo. Per-
cussit petram: ꝛ fluxerūt aque

et torrentes inũdauerunt. Ubi per Moysẽ intelligitur oipotens deus: qui tãgit scilicẽ bis quando tãgit peccatorem exterius flagellãdo et interius monendo et inspirando. et tunc fluunt aque lachrymarum largissime: nisi peccator fuerit durior saxis. Unde de obstinatis scribitur Hiere.v. Percussisti eos et non doluerunt: attriuisti eos et renuerunt accipere disciplinam in durauerũt facies suas supra petram.i.plusq̃ petram.z noluerunt reuerti. Qui nimo vt habentur in Psal. Apposuerunt adhuc peccare ei in iram concitauerũt excelsum in inaquoso.

¶ Secundo debemus flere culpas alienas. Hiere.ix. Quis dabit capiti meo aquam: z oculis meis fõtem lachrymarũ: et plorabo die ac nocte interfectos filios populi mei? Ut enim scribitur. Eccli.xvij. Unicuiq̃ mãdatit deus de proximo suo: vt scilicet sit solicitus de eius salutare et eã procurare studeat omni via possibili. Pre ceteris autem ecclesiastici et religiosi debent flere culpas aliorum: eo comedunt peccata populi. vt dicit.i. Ipsi sacerdotes. Unde Joelis.ij.dr. Inter vestibulum et altare plorabunt sacerdotes dicentes/ Parce domine parce populo tuo: et ne des hereditatem tuam in opprobrium. Propterea specialiter de monachis scribitur.xvi.q.i. monach⁹: q̃ monachus non docentis sed plangentis habet officium: qui vel se vel mũdum lugeat.i.peccata sua vel aliorum qui in mũdo sunt lugeat: vt exponit glo. super dictum capitulum. Nec quidem frustra lugent peccata aliena: quoniam saluator. Mat v. tales beatos appellat/ dicẽs/ Beati qui lugent: videlicz sua et aliorũ peccata: et consequẽter promittit eis retributionẽ in celo cum subdit. Quoniã ipsi consolabuntur. De hmõi fletu culparum alienarum figu. habetur.i.Reg.xxx. vbi legitur q̃ cum Dauid videret ciuitatẽ Sichelech succensam igne ab Amalechitis et viros ac mulieres duci captiuas vna cũ paruulis ab ipsis Amalechitis/ planxit valde Dauid: et qui cũ eo erant donec deficerent ĩ eis lachrime.

¶ Ad propositum per Amalechitas demones significantur: per ciuitatem vero Sichelech mundus presens quem incendunt demones varijs peccatis et peccatores atq̃ peccatrices/ inde ducunt captiuos in infernum in maxima multitudine: quod perpendens Dauid.i.qlibet iustus/ abundanter lachrymatur ex compassione. Taliter flebat Job secũdum q̃ ipsemet testatur/ eiusdem.xxx. Flebam quondam super eo qui afflict⁹ erat et compatiebatur anima mea pauperi. Talit̃ flebat Esaias: qui cum videret afflictionẽ populi sui/ dicebat. Discedite a me: quia amare flebo non consolemini me. Eiusdẽ.xxij. Taliter flebat Hieremias cum videret captiuitatem ciuitatis sancte hierusalem. Unde z dicebat Multi gemitus mei et cor meũ merens. Treñ.i. Taliter flebat Daniel: qui eiusdem.x.c. dicit. Ego Daniel lugebam diebus

trium hebdomadarum: panem desiderabilem non comedi: et caro ꝛ vinum non introierunt in os meum.

¶ Tertio debemus flere humanas miserias: quibus subijcimur: quia vt dicit Psal. Qui seminant in lachrymis: in exultatione metent: scilicet in celesti gloria: euntes ibant ꝛ flebant mittentes semina sua: venientes autem. ꝛc. quasi dicat: ꝙ si in presenti seminauerimus aquas lachrymarum et bonorum operum/ in futuro colligemus fructus gaudiorum eternorum. Nam ipse dominus dicit. Es. lxi. Dabo coronã pro cinere: oleum gaudij pro luctu: pallium laudis pro spiritu meroris De isto fletu scribitur Jo. xvi. Plorabitis et flebitis vos / mundꝰ aut gaudebit/ vos aũt cõtristabimini sed tristicia vestra vertetur in gaudiũ. Et ibi ponit similitudinem de muliere parturiente/ que tristatur in partu / sed postmodum gaudet ꝑpter fructum natum.

¶ Quarto debemus flere dilationem glorie celestis. Psalmista Fuerũt michi lachryme mee panes die ac nocte dum dicitur mihi per ꝛc. Et alibi Super flumina Babylonis illic sedimus et fleuimus. i. abundanter fleuimꝰ/ dum recordaremur tui siõ. i. ecclesie triumphantis. Nunquid flebat dilationẽ tante glorie qui dicebat. Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum/ ita desiderat anima mea ad te deus. Item et Apostolꝰ qui dicebat. Cupio dissolui et esse cũ christo. Et alibi: Infelix ego. Quis me liberabit de corpore mortis huius? Item talem dilationem deflebat/ qui dicebat. Tedet animam meã vite mee.

D ¶ Preterea est notãdum ꝙ libenter debemꝰ flere et lachrymari ꝓ causis predictis/ eo ꝙ lachryme sunt maxime efficatie secundum Dñm Petrũ de. P alude super hunc passum.

¶ Primo igitur sunt maxime efficatie quo ad deum. Nam et dicit quedam glo. super Josue. Lachryme tante sunt efficatie ꝙ imperant altissimo. Uñ glo. super illud Tho. xii. Cũ orabas cuꝫ lachrymis/ dicit ꝙ oratio deuꝫ lenit. sed lachryma cogit/ hec vngit/ illa pũgit. Uñ lachryme Magdalene ꝛ Marthe sororum coegerunt oculos iesu ad deducendum lachrymas vt habetur Johã. xi.

¶ Scd̃o quo ad angłos. Aug Lachryme penitentiũ vinũ ꝛletitia sũt angelorum/ q: sicut dr̃ Luc. xv. Gaudiũ est angelis dei sup vno pctõre penitẽtiãagẽte. Jn figu. hu. leg. Geñ. i. ꝙ spũs dñi ferebaẗ sup aquas. Uñ xp̃s in nuptijs mutauit aquam in vinum quia de lachrymis facit hominibus et angelis vinum exultationis quod letificat cor hominis gaudentis de dolor ipso/ quia vt di. Aug. Uerus penitens dolet / et de dolore gaudet.

¶ Tertio quo ad demones. Uñ deuotus Ber. O lachryma tribunal iudicum non vereris accusatoribus silentium imponis. Est enim lachryma tanꝙ̃ bonus aduocatus reddens aduersarium mutum/ quasi del ẽs eius chirographum. Item si

cut canes et catelli expelluntur festinanter de coquina cum aqua calida: ita et demones cuz aqua lachrymarum de conscientia. psal. Contribulasti capita draconū. i. demonū in aquis: scilicet: lachrymarum. Figura Exod. xv. Flauit spiritus tuus et operuit eos mare et submersi sunt. &c.

¶ Quarto quo ad peccatū preteritum. Sunt enim lachryme tanq̄ aque corrosiue: quib⁹ deletur chirographum iniquitatis nostre. Vn̄ Hiero. petruz denegātem teri dominum: lachryme amare restituerunt in locum suum. Item Ber. Equū indomitum flagella domant: et animam in veritatem restituūt contritio et assiduitas lachrymarum.

¶ Quinto ipse lachryme sunt maxime virtutis et efficatie quo ad peccatum vitandum: quia vt habetur Eccl. iij. Ignem ardentem extinguit aqua. i. magnam tentationem impedit lachryma oculorum. Et Grego. Flatus suggestionum diabolicarum extinguitur aqua lachrymarum. Sicut ergo in terra per quam discurrunt incendiarij crebra aqua requiritur: que totiens superiatitur: quotiens illi ignem supponunt. Sic quia diabalus in circuit sē per ferēs secum igneū suum singulas noctes debet homo habere ydrias oculorū plenas aqua lachrymarum ad extinguendum ignem in tentationū

¶ Sexto quo ad prolongationem vite. Unde Esy. xxxviij. dictum est regi Ezechie egrotanti ad mortem. Audiui orationē tuam et vidi lachrymas tuas: ecce adijciam diebus tuis annos. xv. quasi dicat/ quia fleuisti faciam quod petisti.

Lectio. vij.

¶ Turbatus est a furore oculus meus inueteraui inter omnes inimicos meos,

Postquam in precedenti lectione ostensum est quantum et qualiter penitens laborauerit pro obtinenda peccatorum suorum remissione. hic consequenter respondet implicite questioni q̄ posset sibi fieri. Posset nempe queri ab eo quare tantū laborat gemendo peccata sua et ea flendo tam iugiter et tam abundāter ideo hic rationem assignat dicens. Turbatus est a furore vicz futuro vt di. glo. inter. et quem deus ostendet in die iudicij contra reprobos: vt di. glo. ord. oculus inq̄ meus. i. ocul⁹ mentis mee. Ubi notandum secundum Dominum Hug. Car. q̄ triplex ē furor dei. Primus fuit in Adā qn̄ dixit ei. Adam vbi es: et expulit eum de paradyso. Secund⁹ est quo dat malos in reprobum sensum. Tertius est quando tradentur reprobi in supplicium eternum. Penitens ergo dum recogitat q̄ primus parēs tam seuere punitus est a deo etiam pro transgressione de se non mala nisi quia prohibita: quia comedere de ligno vetito non erat secundum se malum/ et recognoscit se deteriora commisisse ex genere peccati/ merito turbatur dicens. Turbatus est a furore quo scz prosiliit deus contra Adā pec

cantē (oculꝰ meꝰ). i. mens mea. Similiter cū penitēs conſideraret aliquos occulto dei iudicio datos eſſe in reprobū ſenſum: vt faciant ea q̄ nō cōueniūt / repletos oī iniq̄tate. malitia: fornicatione / auaritia / inuidia: cōtentione: detractione / dolo et hmōi: vt hētur Ro. i: merito dicere pōt. Turbatꝰ eſt a furore oculus meus. Itē cum conſideraret eternā dei preſciētiam que aliquos reprobat: predeſtinat ad gloriā / etiam anteꝗ̄ ſint: ſecundum illud. Ro. ix. Cum nūdū nati fuiſſent / aut aliquid boni egiſſent aut mali: ſcriptū eſt ſcilicet Malah. i. Jacob dilexi: Eſau aūt odio habui: tunc poteſt recte dicere. Turbatus eſt a furore oculus meus. Item et tertio.

Cum penitens animaduertit illum diſtrictum rigorem quem obſeruaturus eſt chriſtꝰ contra impios in die iudicij. tunc merito dicere poteſt turbatus eſt a furore oculus meus. Cum em̄ inquit Greg. Quiſꝗ̄ quod geſſerit ibi ſit recepturus conſiderat mentē qui hoc prouidet malorū ſuorum cōſciām ipſe iudicij terror turbat. Taliter turbabatur propheta Abacuch cū dicebat Audiui ⁊ cōturbatus eſt venter meus. Eiuſdem. iij. Similiter ⁊ Job cum dicebat. Quis michi tribuat vt in inferno protegas me ⁊ abſcondas me donec pertran. furtuus ⁊ eiuſdē. ix. Similiter etiā turbabatur Hiero / cū inquiebat Quotiens diem iudicij intueor toto corpore contremiſco Nec quidem iniuria q̄ꝛ vt dicitur Eſay. xxx. Ardens furor eiꝰ ⁊ grauis ad portandum. Primus itaꝗ̄ furor fuit ſeuerus. ſecundus ſeuerior. tertius erit ſeueriſſimus. Sequitur: inueteraui inter omnes inimicos meos. q. d. penitens. Non mirum ſi a furore iudicij domini turbatus eſt oculus meus. quia inueteraui: factus membrum veteris hominis per peccatuꝫ inter omnes inimicos meos qui ſunt vitia demones. ⁊ mali homines qui ergo grauiter peccauit. et ter peccata diu manſit. non miruꝫ ſi turbatur a furore qui ſuperueniet peccatoribus in hora iudicij. Et nota ꝙ cum dicit penitens ſe inueteratum inter omnes inimicos ſuos demones: non eſt queſtio de inueteratione dierum multoruꝫ: ſed dierum malorum de qua Dañ. xiij. inueterate dierum malorū nunc venerunt peccata tua que operaberis ⁊c. Nam multi peccatores inueterati ſunt ⁊ inueterantur ſuper multos demones enormitate delicti: quanuis non antiquitate reatus ⁊ peccati: quia prius lapſus eſt angelus quam homo. Nam vt habetur Jo. viij. ille homicida erat ab initio.

A ¶ Eſt autem notandum ſuper illo verbo turbatus eſt a furore oculus meus ꝙ valde turbari et timere debemus quotiens furorem diei iudicij cogitamus et mente reuoluimus et hoc multiplici de cauſa.

¶ Primo propter illius diei propinquitatē: quia vt habet. Deutero. xxxij. Juxta eſt dies perditionis et adeſſe feſtinant

tempora: et tūc iudicabit dominus populum suum. itē Apoc. xiiij. timete deum et date illi honorem: quia venit hora iudicij eius, id est in proximo ventura est. Cum enim preterierit iam anni plusquam mille ex quo ipse Johannes dicit venisse horam iudicij. Restat vt in breui fiat consummatio seculi.

¶ Secundo propter illius diei incertitudinem. Mat. xxv. vigilate quia nescitis diē neqꝫ horam. Et Marci duodecimo. De die aūt illo vel hora nemo scit, neqꝫ angeli in celo, neqꝫ filius, nisi solus pater. Dicitur tamē fili⁹ nescire: quia non facit nos scire vt dicit glo. Sicut confessor nescit peccata sibi confessa scilicet ad reuelandum. Si em̄ iacula preuisa minus feriāt secundum Grego. consequēs est vt non preuisa sed repentina: magis feriant.

¶ Tertio debem⁹ turbari a furore diei iudicij propter iudicis furorē. Psal. Loquetur ad eos scilicet reprobos in ira sua et in furore suo. et c. Item idem Psal. Tu terribilis es. supple futurus iudex. et quis resistet tibi, quasi dicat nullus, quia tu es potentissimus Job. x. Deus cuius ire resistere nemo potest. Dicit autē resistet tibi. loquēs de futuro: quia in p̄senti miseri peccatores, quos vult saluare videntur sibi resistere dū nolūt ei obedire: sed dicunt ei Recede a nobis, scientiam viaruz tuarum nolumus. Null⁹ ergo resistet tibi ex tunc ira tua, id est ex quo in die iudicij apparere ceperit mirabilis ira tua: quia vt dicit idem Psal. Dominus in ira sua cōturbabit eos. scilicet reprobos in die iudicij et deuorabit eos ignis.

¶ Quarto propter omniū peccatorum manifestationē. Apocalyp. xx. libri aperti sunt et iudicati sunt mortui ex his que scripta erant in libris. Apertio autem librorū. manifestatio est conscientiarum secūdū ꝙ promittit dominus Nau. iij. dicēs Reuelabo pudenda tua coram facie tua, et ostendam in gentibus nuditatem tuam et regnis ignominiam tuam.

¶ Quinto propter omnis auxilij et refugij carentiam. Nam de quolibet reprobo tunc verificabitur illud Psal. Non sit illi adiutor nec sit qui misereat. pupillis ei⁹, id est corpori aut anime ipsius. Item Deuteron. xxviij. opprimeris violentia, nec habeas qui liberet te. O ꝙ̄ igitur tunc anguste erunt vie reproborum. et c.

¶ Sexto debem⁹ turbari a tali furore diei iudicij ꝑpter perpetuam separationem bonorū a malis. Tunc enim vt dicitur Matth. xiij. exibunt angeli et separabunt malos de medio iustorum. nec hoc erit totum: sed postea mittent eos in caminuz ignis. O quam dolorosum et lamentabile nimis erit ipsis reprobis, separi ab his quos maxime dilexerunt et potissimum ab amicis. In cuius figura legitur. i. Regum. xx. quod Dauid et Jonathas se mutuo maxime diligentes fleuerunt valde cum ab inuicem separarentur. Studeam⁹ ergo taliter viuere vt non cōtingat nos a furore dei conturbari, aut ab in=

nicem separari: sed simul perpetuo cum Christo regnare.

B ¶ Preterea notandū super illud inueteraui inter oēs inimicos meos, quod peccator dicitur inueteratus spiritualiter per comparationem ad hominem inueteratum corporaliter cuius conditiones sunt iste.

¶ Primo quidē in homine sene non viget sensus visus/ sicut in iuuene. De hoc historiā habemus. Genesis, xxvii. De ysaac cuius calligauerant oculi et videre non poterat intantum vt credens benedicere Esau benedixerit Jacob. Similiter legimus de ipso Jacob. Gen. xlviii quod calligauerant oculi eius ita vt clare videre non posset: et cancellatis manibus superposuit derteram secundo genito ipsius Joseph q̄ dicebat Manasses. sinistrā vero primo genito qui dicebatur effraim. Sic et hodie in multis deficit sensus visus/ ita vt non recognoscant errorem suum. sicut patet de obstinatis et incorrigibilibus peccatoribus/ cuiusmodi sunt vsurarii/ concubinarii/ et huiusmodi de quibus. Sap. ii. excecauit illos malitia eorum et nescierunt sacramenta dei neque mercedē sperauerunt iustitie. Itē multi iudices et iustitie ministri vident hodie ceci in causis pauperū eo quod ipsi pauperes non illuminant eis per oblationem munerum: quia vt dicitur. Deuterono. xvi. munera excecant oculos sapientum. Eccl. xx. munera excecant oculos sapientum iudicum/ et mutant verba iustorū. id est diuertere faciunt hominē auarum et cupidum a iustitia et veritate. Itē multi prelati videntur hodie ceci in collatione beneficiorum intantū vt ponant manum dextram super filiū sinistre/ et sinistrā sup filiū dextre. quod fit quādo personis minus idoneis conferunt pinguia beneficia vtpote nepotibus et filiis potentū: viris autē benemoratis et literatis vix conferunt exigua et parua in hoc proponendo postponendos: et postponēdo preponēdos. Unde tales benedictiones et collatiōes reprobat dominus. Malac. ii. dicēs maledicā benedictionibus vestris. Itē quando q3 sunt adeo excecati/ muneribus que illis fiunt quod absoluunt quos merito deberent excommunicare. sicut patet de notoriis/ concubinariis/ et adulteris et ecōuerso. vnde Psal. Maledicent illi et tu benedices. De cecitate ergo talium potest intelligi illud psal. Oculos habent et nō videbunt. Uel per oculos episcoporum intelliguntur archidyaconi. vt habetur. xciii. dist. dyaconi ecclesie: qr vice ipsius episcopi debent totā diocesim lustrare et visitare errata/ corrigere/ mores in melius reformare et si qua incorrigibilia/ aut que eorum auctoritatem excedunt inuenerint ipsis episcopis tāquam maioribus referre. Sed reuera domini episcopi oculos habent in archidyaconis et nō videbunt supple defectus subditorum/ eo q3 tales oculi sunt ceci/ siue per imperitiam literarum/ siue per corruptionem vite et morū. siue per receptionem munerū/ siue per negligentiam

implendi & exercendi suum officium.

¶ Secundo in homine sene deficit sensus gustus/ ita vt boni & delicati cibi/ & potus illi non sapiant sicut antea propter qd ysaac cum senuisset precepit filio suo Esau vt iret ad venandū et afferret illi de venatione sua/ de qua pararet sibi pulmētum sicut velle eū nouerat pri9 Gen. xxvij. Sic & i peccatore deficit gustus spiritualis/ quia vt habetur .j. Corinth. ij. Animalis homo non percipit ea que sunt spiritus dei. Non em̄ delectatur leo in amenitate prati: neq3 lupus in resonātia cythare: sed in olfactu & gustu cadauerum & corruptionū. Sed neque peccator in rebus spiritualibus delectatur/ sed tantū in vitijs & peccatis. Nos enim admonet propheta dicens. Gustate et videte qm̄ suauis est dn̄s/ videlicet in sacramēto altaris: sed miseri peccatores dicūt illud. Nume. xxi. Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo. q. d. nō sapit nobis iste panis. Nec quidē immerito qr intus existens videlicet peccatū prohibet extraneū/ scilicet dulcedinem spiritualiū & celestiū. Et sicut animalia cornuta que habent duos ventres propter ruminationē/ non habēt dētes in mandibula superiori. Sic & illi qui sunt cornuti dignitatibus elati. qui i fortitudine sua assumpserūt sibi cornua habētes plures ventres. i. plura beneficia que hodie propter lautum victum conferuntur: & generaliter omnes peccatores q̄ erigūt cornua cōtra deū quos vocat apostolus inimicos crucis Christi/ quorū deus venter est & gloria in confusione q̄ terrena sapiūt. vt habetur Phil. iij. Tales inquam quanuis habeant dentes in inferiori mandibula quibus mordent et detrahunt & maledicunt alijs/ nihilominus sunt edentuli in superiori mandibula: qr non debent degustare spiritualia: sed tantum terrena sapiūt/ sed nouerunt tales quod neq3 finaliter degustare poterunt eterna secundum illud Christi p̄missum. Luc. xiiij. Nemo virorū q̄ vocati sunt gustabit cenā meā.

¶ Tertio in homine sene deficit sensus auditus. Nam in sene abundant grossi humores qui impediunt organa sensuū et signanter auditus. Item debilitantur arterie sensuū. Sic et in peccatore deficit volūtas: et desiderium audiendi verbū dei: vnde Johā. viij. qui ex deo est verba dei audit: propterea vos non auditis qr ex deo non estis. cum tamen dicat Aug. et recitatur. j. q. j. interrogo. Interrogo/ īquit/ vos fratres vel sorores/ dicite mihi quid plus videtur vobis corpus Christi an verbum Christi? Si vultis vere respondere/ hoc respōdere debetis/ q̄ nō sit minus dei verbū. glo. i. predicatio/ quā Christi corpus. eo q̄ per predicationem plures compunguntur/ & sic mortalia tollūtur: sed per susceptionē corpor3 Christi tantum venialia tolētur vt habetur de conse. dist. ij. iteratur. & c. quotidie. deinde subditur. ideo quanta sollicitudine obseruamus/ quando Christi

corp⁹ datur et ministratur nobis vt nihil ex ipso de manib⁹ nostris in terram cadat. tanta sollicitudine obseruem⁹ ne ver bū domini de corde puro pereat: quia non minus erit reus q̄ verbum dei negligenter audierit. quam ille qui corpus Christi sua negligentia in terrā cadere permiserit/ hec ibi. Caueamus ergo ne surda aure audiamus Christi verbū ne de nob[is] verificetur illud Psal. Aures habent et non audient.

¶ Quarto in homine sene deficit ratio et discretionis vsus. Cum enim per senium ledatur fantasia/ et omnes vires organice. consequēs est vt impediatur bonus vsus rationis. eo q[uia] intellectus pro presenti capita sensu vt habet[ur].i. posterio. Sic et i pectore deficit ratiōis vsus: sicut patet de illis de q[ui]b⁹ Ro. i. tradidit illos deus in reprobum sensum. Nonne illi q̄ sunt filo capti/ sunt valde ifatuati? Similiter et auari qui cum tot et tantis sudoribus et laborib⁹ congregant temporalia q̄ vna dierum/ velint nolint/ oportebit relinquere? vnde Luc. xij. dictum est illi auaro qui tantū sollicitabat vbi nam reponeret bona sua: o stulte hac nocte demones animam tuā repetent a te: et que cōgregasti eius erūt? Nonne etiam gulosi qui tā solicite nutriunt et custodiūt corpus suum quod vna dierū erit esca vermium/ sunt valde fatui Propterea Apo. j. Corin. xiiij. hortat[ur] nos dicēs. Nolite pueri effici sensib⁹ sed malitia paruuli estote. sensibus autē perfecti estote.

¶ Quinto in homine sene debilitantur nerui adeo vt incipiat totus esse tremulus/ et oporteat eum baculo sustentari et fulciri. Sic et peccator quando audit quod aportet eum confiteri. aliena restituere. ieiūare/ sua pauperibus erogare/ pro loco et tempore incipit tremere: vnde de talibus ait Psal. Trepidauerunt timore vbi non erat timor. Prouerb. xx. dicit pigr[um]. Leo est in via. q. d. in via penitentie est nimia austeritas / et difficultas: sequitur in medio platearum occidendus sum. q. d. morerer fame/ frigore/ et huiusmodi si facerem penitentiā. Sed sine dubio ibi nō est timēdū: q[uia] vt habetur Job. vj. Qui timet pruinam/ irruet sup eum nix. ac si aperte diceret. qui timet ferre modicam penitentiā in presenti. sustinebit eternum suppliciumin futuro. Vñ Job. xxvj. Cum vix paruam stillam sermonum eius audierimus. quis poterit tonitruū magnitudinis ei⁹ intueri? parua stilla est presens penitentia: tonitruum est futura.

¶ Sexto senex est prope finem quia vt habetur hebreo[rum]. viij. quod antiquatur et senescit prope interitu[m] est. Sic et peccator est prope infernum / quandiu manet in peccato quia inter eū et infernum non mediat nisi tenuis paries terrestris corporis quo faciliter cōfracto mox dissoluitur humana vita et misera anima descendit in profundum abyssi infernalis. Psal mista. Ibi ceciderunt q̄ operant[ur] iniq[ui]tatē scz in infernū. expulsi sūt i

videlicet de presenti nec potue rūt stare. Hoc patuit in dathā Chore et Abyrō/ de quib9 Numeri. xvj. et in psalmo. Aperta est terra et deglutiuit dathan et operuit super congregationem Abyron. Hoc patuit in diuite epulone qui mortu9 mor sepultus est in inferno. Luce. xvj. Patet ergo qualiter peccator comparatur homini seni. Studeat ergo seipsum per penitentiam renouare secundum exhortationem apostoli Ephe. iiij. dicentis. Renouamini spiritu mentis vestre et induite nouum hominem: id est cōformate vos Jesu Christo, qui secundum deum creatus est/ scilicet quantum ad humanitatē in iustitia et sanctitate veritatis.

¶ Lectio octaua.

¶ Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem quoniā exaudiuit dominus vocem fletus mei.

¶ Postquam in precedente lectione penitens ɔfessus est ante conuersionem se inueteratū per peccati malitiam et grauitatē super omnes inimicos suos/ id est plus ceteris peccatoribus. Hic consequenter post suam conuersionem ad deum/ timens consortium maloꝝ/ repellit eos a se dicens. Discedite. etc. Uel vt dicit glo. interli. post Aug. hic est prophetia de sententia dei et ira quam ostendet contra reprobos in die iudicij. Uel si intelligatur de presenti tunc exponendum est de granis nudis a paleis/ quamuis adhuc sint inter eas/ id est de iustis distictis merito a peccatoribus: quia vt dicit Gregorius. sicut qui diabolum sequitur/ sanctorum collegium affectu et opere aspernat. Ita qui deo perfecte adheserit/ impiorum consortium nunquam admittit.

A ¶ Est ergo notanduz quod tria genera personarū possunt dicere hoc verbum. Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem: videlicet.

Uerus penitens.
Uirgo continens.
Christus iudicans.

¶ Primo igitur penitens quādo sentit inualescere tentationes demonum debet illis viriliter resistere et dicere. O vos demones qui continue operamini iniquitatem in vobis et in alijs: et qui tam solicite procuratis damnationem hominum penitentiū/ Discedite a me. Sicut enim demones ingerunt se peccatoribus vt faciāt eos ruere de peccato in peccatum sic refugiunt quando sentiunt penitentem illis resistere: quia cū sint superbissimi abhorrent ab homine penitente quem semel superauerāt deuinci. Propterea scribitur Jaco. iiij. Resistite diabolo et fugiet a vobis.

¶ Similiter ipse penitens attendens quam periculosum sit habitare cum scorpionibus et peccatoribus. Itē considerās suam fragilitatem et timens recidiuum ex consortio malorū/ petit eos a se elōgari ne ex malo eorum consortio et exemplo inficiatur/ vt dictum est: dicēs.

Discedite a me. &c. quia vt habetur Ecclesiast. xiij. Qui tetigerit picē inquinabitur ab ea: et qui communicauerit superbo/induet superbiam. Et .i. Corinthiorum. xv. Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Item .i. Corinthiorum. v. Modicum fermentum totam massam corrumpit. Da exemplum de oue morbida. Item de leproso. Item de pomo putrido. vnde Sen. Potius videndum est cum quibus edas quam quid edas. Item psalmus. Cum peruerso peruerteris. Est enim (inquit dominus Petrus de Palude) de homine sicut de quodam lapide qui dicitur hiacinctus: de quo fertur quod conformatur aeri in quo est. Nam in aere sereno positus/serenus est/in obscuro obscurus. Sic & homo cum sancto sanctus erit et cum peruerso peruertetur: quia vt dicit Sen. Mores formantur ex conuictu.

B ¶ Sed nunquid valde meritorium est iustis conuersari cum iniustis vt eorum exemplo illi corrigantur: maxime cū dicat saluator. Matth. v. Sic luceat lux vestra coram hominibus vt videāt opera vestra bona? Respondeo absolute. Bonū est habitare inter peccatores vt ex bona conuersatione/ et exemplaritate instruantur. Et hoc maxime licet perfectis/ qui non possunt faciliter scandalizari ex mala vita iniquorum. In cuius rei testimoniū Christus cum publicanis & peccatoribus mādūcabat & bibebat vt habetur Matth. ix. & Marci. ij. In perfectis vero & nouiter cōuersis ad deum hoc non licet: eo quod faciliter possent redire ad vomitū. Et hoc est quod consulit propheta ille euangelicus Esayas. lij. c. dicens. Recedite/recedite/exite inde: pollutū nolite tangere: exite de medio eius: scilicet populi polluti & preuaricatoris. Et de hoc plene scribitur. xxiij. q. iiij. Tollerandi & multis alijs capitulis sequentibus. De primo exemplum habemus in Noe qui non fuit coinquinatus sceleribus aliorum. De secundo exēplū habemus in Dyna filia Jacob: que insequens malas societates stati fuit turpiter oppressa. Genesis. xxxiiij. Et quoniam penitentes & nouiter conuersi ad dominum sunt adhuc imperfecti: ideo tutius est eis se elongare a consortio malorum/ et dicere eis. Discedite a me omnes. &c.

C ¶ Secūdo/ virgo continēs potest merito dicere lubricis viris & personis infamibus sollicitantibus eam de inhonestate. (Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem.) Hoc enim modo respondisse legitur beata Agnes virgo castissima: que cum peteretur a filio presidis Romanorū de inhonestate: essetq; etatis. xiij. annorum: non obstantibus multis blanditijs & oblationibus preciosarum vestium & plurimorum donariorum. Tandem ei respondisse fertur. Discede a me pabulum mortis/ quia iam ab alio amatore preuenta sum. Quem cum amauero casta sum: cū tetigero munda sum: cū accepero virgo sum. Nonne etiā illa pu-

dicissima Susanna ne thorum suum violaret / et in legem domini peccaret / dicere videbatur illis presbyteris inueteratis dierum malorum sollicitantibus eã de impudicitia. Dañ. xiij. Discedite a me qui operamini / id est operari cupitis iniquitatẽ? Omni igitur via possibili debet pudica mulier suã castitatem illibatam custodire nec minis aut terroribus ab illa inique recedere: sed omnib⁹ vitiosis hominibus dicere. Discedite a me. ꝛc. Propterea beatus Augustinus. i. lib. de ciuitate dei. c. xix. Lucretiam alias castam damnat: ex eo quod timore mortis quam sibi minabatur Tarquinius / si ei nõ cõsentiret: eandẽ assensit: licet inuite. Grauius tamen eam damnat eo quod seipsam interfecit in presentia patris sui Lucretij: ꝛ viri sui collatini. Nã in eo quod violenter oppressa est nõ peccauit: qꝛ vt dicit beata Lucia. Si virgo inuita violetur castitas duplicat̃ ei ad coronã.

¶ Tertio Christus in finali iudicio merito dicere poterit. Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem: qꝛ hec sententia in idem reddit cũ illa. Mat. xxv. Discedite a me maledicti ĩ ignem eternum.

¶ Notanter autẽ dicit qui operamini iniquitatem: et non qui operati estis iniquitatẽ. Alias nec Adam: nec Dauid: nec petrus: nec Magdalena: nec ceteri qui quandoq3 peccauerunt ꝛ tandem in penitentiam decesserunt regnum celorum obtinuissent: nec miam inuenissẽt / cum tamen dicatur. Ezech. xviij. ꝙ si auerterit se iniustus ab iniustitia sua omnium iniustitiarũ suarum ꝛc. Sed dicit qui operamini iniquitatem. i. qui adhuc estis in affectu peccandi. Unde de deo loquens Psalmista ait. Odisti omnes qui operantur iniquitatem. Non autẽ dicit qui operati sunt iniquitatem. Sequitur. Quoniam exaudiuit dominus vocẽ fletus mei. Hic reddit penitens rationem quare petit operantes iniquitatem ab eo discedere ne ab eis inficiatur iterum: quia dicit ipse. Exaudiuit dominus vocem fletus mei. Ubi nota ꝙ est vox sanguinis ꝛ vox fletus. Uox quidam sanguinis: scilicet peccatorum / clamat iustitiam ꝛ vindictam ad deum: ſm illud Gene. iiij. Ecce vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra Sed vox fletus clamat misericordiam ꝛ indulgentiã in celũ.

¶ Lectio nona.

¶ Exaudiuit dominus deprecationem meam dominus orationem meam suscepit.

¶ Postq̃ in precedenti lectiõe penitens expulit a suo consortio operatores iniquitatis assignans vnam causam: quia inquit. Exaudiuit dominus vocem fletus mei: hic consequenter ad idem propositum assignat alias duas causas dicens Exaudiuit dominus deprecationem meam: dominus orationem meam suscepit. quasi diceret. Et quo dominus tot beneficiis mihi contulit non debeo esse ingratus: nec amodo com

quinare vestimēta mea: ⁊ ideo Discedite a me.⁊c. quia exaudiuit.⁊c. Ubi notādum ꝙ secundum dominum cardi. ꝙ cuilibet penitenti sunt duo necessaria ad salutem que hic tanguntur: scilicet egressus a vitio/ et ingressus ad virtutem: secūdū illud psalmist. Declina a malitia. ecce primum: ⁊ fac bonum: ecce secundum. Horum/ primū tangitur cum dicitur. Exaudiuit dn̄s deprecationem meam. interl. pro deponendis peccatis. Dominus orationem meā suscepit: videlicet pro virtutibus impetrandis: vt dicit eadē glo. Concurrunt autem deprecatio et oratio secundum Horam: quia deprecatio est petitio pro malis amouendis: secū cum illud Eccli. xxxv. Deprecatio pro peccatis recedere ab iniustitia. Oratio vero est petitio pro bonis adipiscendis.

¶ Notanter autem dicit penitens. Exaudiuit dominus deprecationem meam: quia exaudire/ idē est quod extra aut supra audire ⁊ plus dare quā petatur/ vnde Lu. i. dicitur quod angelus Gabriel apparēs Zacharie dixit ei. Ne timeas Zacharia quoniam exaudita est oratio tua: id est extra audita ꝙ̄ petas. Ipse enim Zacharias non audebat petere filiū a dn̄o ⁊ tamen illū sibi donauit dn̄s. In hoc itaqꝫ apparet maxima dei bōitas ⁊ liberalitas q̄ semper plus dat ꝙ̄ ab eo petatur. Nam cum quis corde perfecto petit ab eo peccatorum remissionem: non solū illam sibi dat: sed ⁊ gratiam ⁊ virtutes quotquot habet ad salutē necessarias. Insuper restituit ei precedentia merita que per peccatum sequens fuerāt mortificata. Sequitur. Dominꝰ orationem meam suscepit: scilicet de manu angeli. vnde Thobie. xii dicitur ꝙ angelus Raphael dixit ad Thobiam. Quādo orabas cum lachrymis: ⁊ sepeliebas mortuos: ⁊ derelinquebas prandiū tuum: ⁊ mortuos abscondebas per diē in domo tua et nocte sepeliebas eos: ego obtuli orationem tuam domino. Propterea sacerdos celebrans diuina inter cetera orat/ dicēs Supplices te rogamus omnipotens deus/ iube hec preferri per manus sancti angeli tui in sublime altare tuum in conspectu diuine maiestatis tue. Uel suscepit. i. sursum accepit siue acceptauit orationē penitētis pro illis bonis glorie que sunt sursum: de quibus Coloss. iii. Que sursum sunt/ sapite.

A ¶ Et quia vt dictum est ꝙ deprecatio est petitio que fit ad dominū pro malis amouendis ideo videndum est q̄ sunt illa mala pro quibus amouendis debemus deprecari dominum vt merito deprecationem nostrā exaudiat. Illa ergo sunt tria.

¶ Primum est maluꝫ culpe: qđ est malum maloruꝫ: de quo ps. Tibi soli peccaui ⁊ malum coram te feci. Nam vt dicit Ambrosius. ⁊ recitatur. xv. q. i. Illa. Tantum malum culpe proprie dicitur malum: mala enim inquit non sunt nisi que crimine mentē implicāt ⁊ conscietiā ligant: mala autē pene que nec crimine mētē implicāt nec cō

scientiam ligant: cuiusmodi
sūt paupertas egritudo: mors
et similia: nemo sapiens mala
esse dixerit vt habetur ibidem.
Pro amotione igitur hui9 ma-
li culpe deprecabatur dominū
rex ille sceleratissim9 Manasses
q̄ post multa scelera tandē hu-
miliatus in carcere apud baby
lonem dicere cepit. Peccaui do
mine peccaui ⁊ iniquitatē meā
ego agnosco peto rogans te do
mie remitte mihi/remitte mihi
ne simul pdas me cū iniqtati-
bus meis neq3 in eternum reser
ues:mala mihi. Et per talez de
precationem est miam consecu
t9:vt habetur.ij. Parali.xxxvj.
in fine orationis que ibi conti
netur. Similiter Dauid post p
petratum adulterium et homi-
micidiū cū increparetur a Na-
tham propheta dñi/mox con-
fessus est suā culpā dicēs. Pec-
caui:tanq3 si deprecaretur dñz
p remissione culpe sue. Et mox
exaudiuit dñs deprecationem
suam quando subintulit Na-
thā d'. Dñs transtulit a te pec-
catum tuū.ij. Reḡ.xij. Simili-
ter pro amotione hōmi male
culpe docuit nos christus ora-
re patrem et dicere Pater no-
ster dimitte nobis. Math.vi.
¶ Tertium est malum pene in-
ferni siue negatorij:ne scilicet
nos illic puniat:quia vt habe-
tur. Heb.x. Horendū est incide-
re in man9 dei viuentis. Tali-
liter autem eū deprecabatur sā
ctus ille Job cū aiebat. Dimit-
te me vt plangā paululū dolo-
rem meū antequā vadā ⁊ nō re
uertar ad terram ⁊c. Similiter
et Aug. dicens. hic vrit hic se-
cat vt ī eternū parcas. Si sibi-
litter historiā habem9 de Mau-
ricio imperatore cui data est
optio vel eligeret in presenti vt
in futuro puniri:de quo vide su
pra in pri° sermone huius. [illegible]
¶ Tertium malū pro quo amo
uendo debemus deprecari dñz
est malū alienū:videlicet proxi
mi. Ut enim dicitur Eccli.xvij
Unicuiq3 mandauit deus de p
ximo suo:vt scilicet oret pro ei9
salute:secundum illud Jaco:v.
Orate pro inuicem vt saluemi-
ni. Unde in figura huius legi-
tur Hester.vij. q' regina Hester
dixit Assuero regi. Dñe mi rex
si inueni gratiā in oculis tuis:
⁊ si tibi placet dona mihi popu
lum meū pro quo obsecro. Tali
ter ergo debet deprecari domi-
nū omnis iustus pro salute p-
ximorum suorum. Taliter autē
deprecabatur dñm ipse Abra-
ham ne perderet Sodomam et
Gomorram Geñ.xviij. Simili-
ter et Moyses cū diceret dño.
Aut inquit dimitte eis hāc no
xam aut si nō facis dele me de
libro tuo quem scripsisti. Exo-
di.xxxij. Sic ⁊ Stephanus cū
diceret ad dñm cum lapidare-
tur. Domie ne statuas illis hoc
peccatū Act.vij. Nonne etiam
piissimus ille rex Dauid cum
videret angelū dei sedentē po-
pulum suū valde deprecabatur
dñm pro amotione mali alieni
cum dicebat. Ego sum qui pec-
caui:et ego inique egi. Isti qui
oues sunt quid fecerunt? Uer-
tatur obsecro manus tua cōtra
me et contra domū patris mei.
ij. Reg.xxiiij. Patet ergo pro q̄
bus malis amouendis est dep-
catio facienda ad dominum:vt
merito dicere possit penitens.

Exaudiuit dominus deprecatio nem meam.
B ¶ Similiter quia dictum est q oratio est petitio que fit ad dominū pro bonis impetrandis/ideo videndum est que sūt illa bona pro quibus obtinendis debemus orare dominū vt merito nostram orationem suscipiat. Illa ergo sunt tria.
¶ Primum igitur bonū pro quo impetrando orare debemus dominū vt eius volūtas de nobis et in nobis fiat:id est Johā.v. Hec est fiducia quam habemus quia quodcunqꝫ petierimus secundum volūtatem eius audit nos hūc autem orandi modum docuit nosipse saluator Math. vi. dicens. Sic orabitis Pater noster qui est in celis. Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra:id est quemadmodum volūtas tua fit in celo et impletur a beatis ita vt in nullo discrepēt ab ea ita da nobis gratiam vt ita ipleatur a nobis in via quātū patitur status presentis miserie. Propterea legitur in vita sanctorū patrum beatum Macharium dixisse quod in oratione non sunt necessaria homini ni superflua verba:sed tantum extendere manus ad deū et dicere: Dñe deus quomodo vis et sicut tibi placet:ita fiat et miserere mei. Ipse eniz optime nouit que nobis expediāt magis quam nos. Ideo debemus omnem dispositionē de nobis sue committere prouidentie et bene placito. Huius autem contrariū faciunt illi qui petunt a domino innumera ei displicentia immo ipsimet petentibus nociua:sicut petere in omnibus prosperitatem et nullā pati aduersitatem:honores diuitias:delitias:et huiusmodi.
Tales autē sunt similes febricitantibus qui vt communiter petunt sibi noua et contraria sue sanitati sicut potū aque frigide:olera cruda:et hōmi. Jaco.iiij. Petitis et non accipitis: eo quod male petatis vt in cōcupiscentijs vestris insinuatis De hoc historiam habemus in Paulo qui petijt stimulum carnis ab eo auferri: et tamen non accepit vt habetur.ij.Cor.xij.
¶ Secūdū bonum pro quo impetrando debemus orare dominum vt nos preseruet a futura ruina. Nam postquam penitens ereptus est de potestate diaboli tunc hostis ille antiquus seuius furit. Sicut cū quis captiuus euasit a carcere alicuius tyranni: vt pote turci:tunc ipse tyrannus instantius eum insequitur. Et de hoc historiam habemus Exodi.xiiij. de Pharaone qui videns quod filij israel fugissent de egypto:vbi eos captiuos tenebat/tunc fortius eos est insecutus cū maximo exercitu equitum et peditū. Ita etiam operatur diabolus circa eos qui ab eo recedūt:et ad deū accedere volunt penitentiā agētes. Nā ad detinendū hominē in peccato vnus solus demon deputatur:sed ad capiendū recedētem plures confluunt. Da exemplum de equo qui cum freno vel fune ab vno solo pacifice regitur:qui solutus fuerit nō nisi a pluribus capitur. Propterea Eccli. ij. hortatur omnis penitens cum dicitur. Fili accedens ad seruitutem dei sta

in timore et prepara animã tuã ad tentationem. Postquã penitens euasit carcerẽ et tyrannidẽ demonis non debet minus esse sollicitus de sua salute q̃ prius nec minus sibi cauere ab astutijs et versutijs diaboli: quam ante conuersionem: immo plus quia vt dicit Grego. Diabolus illos pulsare negligit quos pacifico iure possidere se sentit. Quinimmo maxime illos temptat quos ardentiores in seruitio saluatoris eiusque familiares inuenerit: vt habetur. iij. j. nulli dubium. Circa hoc igitur mirabiliter falluntur multi: q̃ post graues culpas iam confessas, estimabant se amodo securos de salute sua: propter quod nimis de se confidentes et minus caute se habentes frequenter turpius cadunt quam ante.

¶ Tertium bonũ pro quo impetrando debemus orare dñm est, vt nobis tandẽ eternam felicitatem tribuat: pro qua etiã orabat dominũ regius propheta dicens. Unam petij a domino hanc requiram: vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vite mee. Similiter istud est bonum pro quo oramus dominũ in oratione dominica dicentes. Aduentat regnũ tuum. Mat. vi. Pro isto bono orabat apostolus dominũ cũ dicebat Cupio dissolui et esse cum christo Phi. i. Similiter ad idem orabat dominum Moyses dicens ostende mihi gloriam tuam. Exodi. xxxiij. Dicamus ergo ad dominum illud Psalmiste. Ostende domine faciem tuam: et salui erimus: quod cum in effectu nobis datum fuerit merito dicere poterimus. Dominus orationem meam suscepit.

¶ Lectio. x.

¶ Erubescant & conturbẽtur vehementer omnes inimici mei: couertentur & erubescant valde velociter.

¶ Postquã in precedẽti lectione ostensum est qualiter penitens confessus est dei beneficiũ erga dicit. Exaudiuit dominus deprecã. etc. Consequenter post quam videt se liberum a peccatis cupit ceteros peccatores similes sibi fieri attendens ad id quod scriptum est Eccli. xvij Unicuique mandauit deus de proximo suo. Hic ergo orat pro peccatoribus qui sunt inimici sui: et omnium iustorum: vt scilicet conuertantur ad dominum: et misericordiam ab eo ineniant sicut et ipse iam inuenit. Dicit ego. Erubescant videlicet de actibus malis et peccatis perpetratis (et conturbentur) timore iudicij et mortis: vt expo. glo. interl. (omnes inimici mei): id est omnes peccatores. Et quia plerique ex humana verecundia corriguntur: ideo illam optat penitens peccatoribus vt sic ad deum redeant: et hoc est quod dicit. (conuertantur et erubescãt) videlicet ipsi peccatores. Et nota quod est ibi ordo preposterus: quia plerumque erubescẽtia humana precedit conuersionem peccatorum: sicut luce clarius patet i illis qui post manifesta flagitia se transferunt

quandoque ad religionem aut heremum pro penitentia peragenda. Et notanter subiungit dicens (valde velociter) quia cito conuerti debet peccator ad dominum eo quod periculum est in mora. Nam vt dicit regula iuris libro .vi. Unicuiqꝫ sua mora est nociua. Et Augusti. ad fratres in heremo: sermo. xxx. dicit quod deus promisit veniam penitenti sed non promisit vsque in crastinum differenti. Item poeta Ouidius.
Qui non est hodie cras minus aptus erit. Propterea monentur peccatores cito ad penitentiam. Ecclestasti .v.
Ubi dicitur vnicuiqꝫ eorum.
Ne tardes conuerti ad dominum: et ne differas de die in diem: subito enim ꝛc. Item: Sopho. iij. Ne audias vocem corui dicentis cras. Et hoc est contra illos qui procrastinant confiteri et redire ad deum per penitētiam. Unde satis ad propositum Dominus hugo Cardi. exponens hunc versum dicit: quod hic orat penitens pro inimicis: id est pro peccatoribus optans eis multa necessaria ad salutem: quorum.
A ¶ Primum est erubescentia exterior: propterea dicit (erubescant) scilicet de peccatis et male actis per eos: de qua erubescētia dicit. Gre. Per exteriorē erubescētiā īteriorē corrige culpā. Hec aūt erubescētia exterior est lapis quo pcussꝰ est Golyas in fronte. Reg. xvi. Itē de hac erubescentia scrib. Eccle. iiij. est confusio adducens gratiam et gloriam. Et Psalmista. Imple facies eorum ignominia et querent nomen tuum domine: id est ad te conuertentur per morum emendationem. Secundum est timor quod notatur ibi (et conturbentur) scilicet timore et tremore videlicet mortis: iudicij: et inferni. Nam talis timor facit hominem declinare a peccata secundum illud Eccli. vij. Memores nouissima tua ꝛ ineternum non peccabis Unde Psalmista in persona penitentis. Super me confirmatus est furor tuus et omnes fluctus tuos: id est omnia tua iudicia magna et terribilia induxisti sup me: id est sup memoriā meam posuisti: vt scilicet timerem te domine. Tertium est cōtritio quod notatur ibi (vehementer omnes inimici mei) nō enim vehementer sed parum turbatur qui vsqꝫ ad contritionem non commouetur. Quartum est conuersio ibi. (conuertantur) Esaye. xxxi. Conuertimini sicut in profundum recesseratis filij israel. Et Joelis. ij. Conuertimini ad me in toto corde vestro. Quintum est erubescentia interior: vnde sequitur (et erubescant) scilicet intrinsecus ex omnibus sup. malis que fecerunt de qua erubescentia potest intelligi illud Hiere. ij. quā vilis facta es nimis iterans vias tuas. Et hec omnia sunt cito ab homine agenda: quod notatur cū subditur (valde velociter) Ecclesialtici. v. Ne tardes conuerti ad dominum et ne diff. de di. in do. ꝛc
De lyra exponit hunc passum de demonibus: q̄ sunt maximi inimici penitentim qui erubescunt quando vidēt pctōrem re

surgere et incipere nouam vitā et deum sibi placatum. Nam sicut ipsi gaudēt et letētur de peccatoris ruina et dilectione; ita tristantur et erubescunt de eius emendatione secundum illud Psal. Peccator. i. dyabolus qui anthonomatice peccator dicitur: videbit sup emendationem peccatorum: et irascetur per inuidiam. Cum enim ipsi demones sint superbissimi sentiētes se superatos a penitētibus nolunt amplius tam de prope circa eos stare/immo erubescunt de presentia bene agentium.
Unde et Mat. iiij. leh. q demon videns se superatum a christo confusus eum reliquit. Aliter exponitur iste rex tu secundum eundem Dominum Cardinalē de erubescentia quam habebūt mali in die iudicij. Regius igitur propheta Dauid preuidēs finem malorum dicit(Erubescant/id est erubescent in futuro maximo rubore dicentes illud Sapientie quinto.
Nos insensati vitam illorum estimabamus insaniam: et finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios dei: et inter sanctos sors illorum est. Nec solum erubescent mali ex presentia sanctorum: quos intuebuntur gloriosos et se miseros: sed et conturbabuntur in anima et corpore. Ideo dicit(et conturbentur). i. turbabuntur: nec quidē leuiter(sed vehementer omnes inimici mei). i. qui non sunt inimici sed tunc non nocebunt: et completo iudicio cum exire ceperint)conuertantur). i. conuertentur: ps cum et leticia sanctorum in locum confusionis et horroris: et iterum(erubescent .i. erubescent ex eo scilicet q omnibus patebunt sua peccata. Erubescent ergo et duobus Primo ex eo q cernunt illos esse in maxima gloria: quos tamē despexerunt in via. Secundo ex peccatorum suorum reuelatione manifesta. Nau. iij. Reuelabo pudenda tua in facie tua: et ostendam in gentibus nuditatem tuam/et regnis ignominiam tuam. Et hoc faciet deus (valde velociter)quia cito veniet repentina calamitas et subitus interitus. Parum enim durat gloria et leticia peccatorum: sed eorum erubescentia et confusio sine fine permanet.
Erubescāt ergo in presenti peccare: si volunt tale opprobrium et confusionem vitare.

B ¶ Notandum est autem q erubescentia que idem valet sicut cōfusio vel verecundia pōt capi in significationem duplicem: videlicet bonam et malam Est enim erubescentia.

- Innata.
- Diuina.
- Uirtuosa.
- Uiciosa.
- Erectrosa.
- Dolorosa.

¶ Primo igitur dico q est quedam erubescentia innata quam aliquibus rebus indidit natura. Sicut potest in cato et in aliquibus animalibus que erubescunt camplere necessitates nature coram hominibus. Sicut etiā patet de homine: q̄ post lapsum naturaliter verecundatur nudus aparere. Unde Gen. q Adā post pctm̄ abscōdit se in

medio ligni paradysi: quem cū vocaret dominus dicens. Adā vbi es Rñdit ei. Dñe vocē tuā audiui sed abscōdi me. eo ꝙ nudus essem Uñ aliqui naturaliter erubescūt sicut serui corā dñis suis: discipuli corā magistris / filij coram patre et hmōi.

¶ Secūda erubescētia dr diuina ⁊ celestialis: de qua saluator Luce. ix. Qui me erubuerit et meos sermones hūc filius hominis erubescet eū venerit in maiestate sua: tanꝙ si aperte diceret ⁊ puiaz agere propter christū etiā ipse christus erubescet talē introducere in regnū celorū sed non erubescet eum mittere in infernum.

¶ Tertia erubescentia dr virtuosa: et est cum quis erubescit peccata que cōmisit. Et de hac erubscentia virtuosa pōt intelligi illud Ezechiel .xxxvi. Confundimini vos sup. penitentes et erubescite sup vijs vestris. i. super peccatis commissis. Itē Greg. sup Ezechielē omelia. x. dt ꝙ sicut verecundia laudabilis est in malo: ita reprehensibilis est in bono. Nam erubescere malum sapientie est: erubescere autem bonum fatuitatis est Itē Aug. hortās pentente s ad hmōi erubescentiam ⁊ recitatē de pe. dist. i. quē penitet. dicit sic. Qui p vos peccastis p vos erubescatis: q erubuerit: erubescentia enim ipsa partem habet remissionis. i. satisfactionis Propterea vt sit maior erubescentia in confitente consulunt comiter doctores ꝙ sacerdos nō debet audire de confessione illā cū qua peccauit: sed debet eā ad aliū mittere, Nihilominus sicam audiret valet confessio si aliud nō obstat. Et simile iudicium est de seruis et domesticis alienius curati. Erubescere igitur debemus peccatū ⁊ cōtemnere nō defēdere qr vt dicit Amb. pudore culpa minuitur: ⁊ defensione cumulatur. Sed prohdolor ista virtuosa erubescentia in multis hodie deficit tam in confessione ꝙ extra confessionē. Nam multi sunt inuerecundi ⁊ frontosi: q non erubescūt ꝙ crimina eorū sciantur: imo ea palam faciunt atꝙ predicant de illis qñꝙ se iactantes. Hos execrabiles ⁊ damnatissimos peccatores reprehendit sanctus ille Propheta Esaias. dicens. Peccatum suum sicut Sodoma pdicauerunt nec absconderunt Eiusdē. iij. c. di. āt. Sicut Sodoma predicauerunt: qr Sodomite effrenate et inuercunde peccabant. Unde de eis dixit dñs Gen. xviij. Clamor Sodomorum et Gomorreorum venit ad me. i. tam patens est pctm̄ eorum: vt non possit tergiuersatione celari. Item de talibus inuerecunde peccantibus: qui nec deum timent: nec hoies reuerentur. Scribit Hiere. iij. Frons meretricis facta est tibi noluisti erubescere. Talis aūt inuerecundia sūme deo displicet. Uñ Hiero. Nihil intantum deo displicet sicut ceruix erecta postpctm̄. Et huius ratio est quia post peccatū deberet homo valde humiliari ⁊ intra semetipsum confūdi: quādo ergo iactat de pctō suo vel de gl'iatur grauiter dñs offēdit de qbus Pro. ij. Qui relin

quunt inter rectum et ambulãt per vias tenebrosas: qui letantur cum malefecerint et exultãt in rebus pessimus: quorum vie peruerse sunt et infames gressus eorum. Nam hac nostra tẽpestate sunt nonnulli lenones: & meretrices paulominus vere cundi: quod sint quidam homines habitantes in quadam insula que est in India: qui incedunt totaliter nudi tam viri quam mulieres. Similiter etiam legitur in legenda beati Barnabe apostoli quod in quadam insula apud Cyprum inuenit viros et mulieres nudos incedentes & ludentes: quod abhorrens maledixit templum vbi hec fiebant: & statim maxima pars templi corruit & multitudinem paganorum interemit. De omni igitur peccato et infamia erubescendum est.

¶ Insuper notandum quod homo debet merito erubescere de tribus. Primo quidem de dei presentia. Cum enim aduertit quod omnia nuda sunt & aperta oculis diuine maiestatis merito debet erubescere peccare. Unde. Boetius de consolatione philosophie. li. v. Magna iniquitsi dissimulare non velimus indicta est necessitas probitatis. cũ omnia agamus ante oculos iudicis cuncta cernentis. Et poeta quidam. Cum quid turpe facis quod me spectante ruberes Cur spectante deo non magis ipse ruberes. Secũdo debet homo virtuose erubescere de peccati vilitate & abhominatione que tanta est, vt dicatur Naũ. iij. Omnis qui viderit te resiliet a te. Et Sene. Si scirem deos ignoscituros & homines ignoscituros & homines ignoraturos adhuc peccare vererer propter sua ipsius peccati vilitatem. Tertio debet homo erubescere de dei pacientia et longanimitate que eum diu expectat ad penitentiam. vñ Greg. Saltem misericordiam et patiẽtiã eius debemus erubescere si eius iustitiam nolumus formidare.

¶ Quarta erubescentia eius dicitur vitiosa. Et hec contingit quando homo verecũdatur dicere peccata sua in confessione De qua Psal. Erubescant impij & deducantur in infernũ muta fiant labia dolosa. Et est sensus. Erubescent impij peccatores & deducentur in infernũ si muta fiant labia dolosa in confessione. Nõne valde erubescẽt miseri peccatores & muta fient labia eorum. quandoquidẽ ille ante cuius oculos omnia nuda sunt et aperta reuelabit pudẽda eorum corã facie eorũ & corã cũctis gentibus & regnis ignominiã ipsorũ. Nonne vitiose erubescebat adam quãdo verecundabatur coram dño confiteri iniquitatẽ suã: sed eã retorquebat in vxorẽ suã dicens Mulier quam dedisti mihi &c. Geñ. iij. Nonne etiã vitiose erubescebat ille achan de quo Josue. vij. legitur quod non audebat confiteri furtũ suũ. Propterea monetur peccator ne muta fiãt labia eius dolosa in cõfessione de pen. dist. v. consideret cũ dicitur Cautus sit pctor ne verecũdia ductus diuidat apud se confessionem vt diuersa diuersis velit sacerdotibus manife-

stare. Sicut eni egrotus quātū cunque eius vlcera sint horrenda et pudenda: discreto tamen ⁊ experto medico nō erubescit detegere et manifestare. Sic et peccator crimina sua quantūcunque vilia ⁊ enormia nō debet erubescere medico animarum ostendere ⁊ nude confiteri. Propterea dicebat Psalm. Deus meus in te cōfido. ꝙ scilicet remittes mihi peccatum meum si modo illud plane confitear ⁊ ideo nō erubescam supplc illud nude confiteri.

D ¶ Quod si queras vnde est ꝙ aliqui tantum erubescūt cōfiteri. presertim attento ꝙ peccatum suum dicunt confessori qui in nullo casu potest ipsum reuelare. neque deinceps aliquid exinde improperare. Respondetur ꝙ hoc ꝓcedit ex malitia demonis qui sic illudit miseros peccatores. Unde legitur de quodam sancto viro ꝙ vidit diabolum consedentem sup capita ⁊ ante oculos aliquorum qui stabant in ecclesia expeccātes confiteri. quem cum adiurasset cur ita faceret. respondit ꝙ faciebat seu soluebat emendas suas. quod inquit abstuli ominibus peccantibus reddo confiteri volētibus. quādo eñ peccare eos feci tunc ab eis verecundiā abstuli. nunc vero cū video eos paratos confiteri. verecundiam ablatam restituo.

¶ Quinta erubescentie species dicitur execrosa siue execrabibilis ⁊ est eorum qui volentes ambulare in magnis ⁊ in mirabilibus supra se, erubescūt confiteri genus suū ⁊ locum natiuitatis siue originis sue: fingūt enim se quandoque oriundos ex inclitis vrbibus cum sint ex abiectis opidulis ⁊ locis campestribus. Similiter verentur recognoscere pauperes parentes suos vicinos ⁊ quondā socios: immo tales quandoqꝫ solent negare ⁊ refugere tanquā si eis non attingerent de quibus Deut. xxxiii. sigillatim dicitur. dixit patri suo et matri sue nescio vos ⁊ fratribus suis ignoro illos. Non sic erubuit genus suum Joseph. qui cū esset secundus in domo regis egypti et vidisset fratres suos ob penuriam bonorum temporalium descendisse in egyptum nihilominus eos recognouit honorauit et secum sedere fecit, regiqꝫ commendatos fecit: vt illis prouideret de vite necessariis vt patet Geñ. quadragesimosecūdo: ⁊ pluribus aliꝭs sequētibus capitulis. Similiter non sic erubuit genus suum sancta illa Hester postquā assumpta est in sponsam regis Assueri. quo non minus sollicita esset semper de salute populi et gentis sue apud regem vt patet Hester ferme per totū.

¶ Sexta species erubescentie dicitur erubescentia dolorosa: et hanc habent miseri damnati in inferno, erubescunt quidem damnati non de culpa in se / sed de eo quod pro momentanea delectatione oporteat eos sustinere eternum supplicium. quos irridens apostolus Romanorum sexto dicit: Quem fructum tunc habuistis in quibus nunc erubescitis? q. dicat nullum fructū habuistis sed maximum damnū.

Item hanc erubescentiam do=
lorosam habebunt ipsi reprobi
in die iudicij quando quidem
omnia peccata eorum patebūt
coram oculis omnium angelo=
rum et hominum bonorum et
malorū. Naū. iij. Revelabo in=
quit dominus cuilibet reprobo
pudēda tua in facie tua ⁊ ostē
dam in gentibus nuditatē tuā
regnis ingnominiā tuam: ⁊ p=
ijciam sup te abhominationes
et contumelijs te afficiam ⁊ po
nam te in exemplum. Item non
ne valde erubescent mali prin=
cipes ⁊ prelati quā do videbūt
se nouissimos et abiectissimos
qui in presenti fuerant primi ⁊
tantum sublimati tunc enim vt
habetur Math. xx. Erunt pri=
mi nouissimi et econuerso.

Secūdus psalmus pœni=tentialis. Lectio. xi.

BEati quorū remis=se sunt iniquitates, et quorū tecta sūt peccata.

Postquam expositus est pri=
mus psalmus penitentialis in
quo agitur de contritione vt
ibi. Anima mea turbata est val
de. Item ibi Laboraui in gemi
tu meo lauabo per. ⁊c. Cōsequē
ter exponendus est secundus.
in quo agitur de confessione vt
notatur ibi. Delictum meū co=
gnitum tibi feci. Item ibi. Dixi
confitebor aduersum me ⁊c. Di=
cit ergo regius propheta a Da=
uid Beati quorum ⁊c. Hoc aūt
communiter exponitur dupli=
citer secundum doctores vide=
licet de remissione culpe ori=
ginalis. et culpe mortalis seu
actualis Prosequentes igitur
primam expositionē. Psal. hic
vocat illos beatos in spe ⁊ tan
dem in re quorum remisse sunt
iniquitates supple in baptismo
Nam remissio culpe originalis
non fit nisi per gratiā spiritus=
sancti que est quedam ara glo=
rie. Paruuli ergo baptisati ⁊ si
militer adulti nouiter baptiza=
ti sic decedentes sunt beati: q2
illis remisse sunt iniquitates ꝙ
quot habebant ⁊ quantum ad
culpā ⁊ quātū ad penā in alio
seculo sustinendā intantum ꝙ
immediate volant ad celos in
cuius figura cū christus bapti
zaretur apertū est celū Luc. iij.
Propterea dicit Aug. in libro
de baptismo paruulorū ⁊ reci=
tatur de conf. di. iiij. ꝙ quidqd
ab homine factum dictū vel co
gitatum est totum aboletur in
baptismo ⁊ tanꝗ non factū ha
betur. Similiter di. eadē c. rege
nerāte dicit idē Aug. ꝙ in bap
tismo non solum originalium
sed etiam voluntariorum fit re
missio peccatorū. Itē idē Aug.
in libro encheridiō ⁊ recitatur
vbi supra c. paruulo dicit sic
Paruulo recenter nato vsqz ad
decrepitum senem sicut nullus
prohibēdus est a baptismo ita
nullus est qui non peccato mo
riatur in baptismo sed paruu=
li tantum originali maiores au
tem etiā omnibus moriuntur
peccatis que male viuēdo adid
derunt originali. Patet ergo ꝙ
originalis iniquitatis remissē

tur in baptismo quantū ad cul pam ꝛ penā in alio seculo susti nendā. quanuis remaneat aliqua pena in p̄senti / scilicet ad eruditionē ꝛ exercitiū nostruz vt scilicet semper habeam⁹ vnde mereamur.

A ℂ Sed queritur circa hoc. Cū enim peccatū originale sit i essentia vnū / quomodo ergo hic vocat̄ iniqtates. sicut etiā ibi. Ecce enim i iniquitatibus cōceptus sum: ꝛ in p.cō.me mater mea. Respōsio. Et si originale peccatū sit tantū vnū i re ꝛ in essentia. est tamen plura in effectu / quia ex eo sequūt̄ multe penalitates ꝛ miserie in vita ista. sicut sunt cōcupiscētia carnis. egritudo fames. sitis. ꝛ huiusmodi. Uel p tāto dicit̄ plura peccata: qꝛ est origo ꝛ fomes atq̧ via ad alia peccata actualia. Sequit̄ (Et quoꝝ tecta sūt peccata) illi supple sunt beati. Hoc aūt exponit glo. ordi. de baptismo in quo tegit̄ peccatū originale nō vt nō sit dicit August. scꝫ quantū ad fomitē / sed vt peccatū vltra nō sit. quia fomes magis habet rationē pene q̄ꝫ culpe. Ista aūt tertio peccatoꝝ ū in baptismo p̄figurata est in egyptijs q̄ cū insequētes filios israel intrarēt mare rubrū ibi demersi sunt intantū q̄ vnus ex eis non remāsit vt habet̄ Exodi. xiiij. Ubi per mare rubrū significat̄ sacramētum baptismi / vt habet̄ de cō. dist. iiij. nec quēq̄ꝫ. versus finē capituli Et hocidē vult Paulus ſm q̄ ibi dr̄ q̄.i. Corin. x. dt sic. Nolo vos ignorare fratres qꝛ patres vestri omēs sub nube fuerūt et oēs p̄ mare transierūt ꝛ oēs in moyse baptizati sunt ꝛ in nube ꝛ in mari. q̄ oīa in figurā facta sunt vt dicit ibidē. Queadmodū ergo oēs egyptū q̄ inimicabātur ꝛ aduersabātur filijs israel tūc corꝑaliter demersi sunt. Ita ꝛ nūc oīa pctā aduersantia anime spiritualiter demerguntur in baptismo ꝛ tegunt̄ aqua baptismi vt amplius nō sint et ampli⁹ a deo nō videantur ad vltionē: ꝛ sic patet prima expositio. Deinde ꝓsequētes scđam expositionē: vcꝫ de remissione culpe mortalis. Dicimus q̄ illi penitentes sunt bti in spe ꝛ tandē in re (quoꝝ remisse sunt iniquitates) in contritione. ꝛ quorū tecta sunt peccata. in cōfessione. btūs vir cui non imputauit dn̄s peccatū in satisfactiōe. Ita em̄ exponit dn̄s Hugo car. Tales igitur sunt beati: qꝛ ecōtra habentes peccata in conscētia sunt miseri ꝛ in angustia cōstituti: quia vt habetur prouer. xiiij. miseros fac it peccatū populos. Ubi notandū q̄ peccata eneruantur et debachantur in cotritione vt ampli⁹ vim nō habeant occiditur et strangulantur in confessione: vt iam nō viuant. annichilantur ꝛ exterminantur in satisfatione: vt de cetero nec quo ad culpam nec quo ad penā reuiuiscāt Beatitudo igitur vie q̄ est quedam inchoata participatio future beatitudinis non cōsistit in diuitijs aut honoribus nō in fama aut voluptatibus. alias dixisset propheta Dauid q̄ beati quorum sunt diuitie aut honores ꝛ hm̄oi. Sed veraciter consistit in tribus vere penitentie partibus. ideo dt beati quoruꝫ

rem isse sunt &c. Et nota q vt di cit dñs petrus de pal. pdheta Dauid nõ est ausus dicere. bea ti quorũ non sunt iniquitates simpliciter aut beati quorũ te cta nõ sunt pctã: qz reuera nul li sunt tales qui aliquando nõ peccauerunt preter christũ de quo. i. pet. ij. peccatũ nõ fecit: & genitricẽ eius mariam de qua. cañ. iiij. macula nõ est in te. Itẽ nota secundum eundem de pal. q non dicit beati quorũ dimis se sunt iniquitates: sed quorũ remisse: q̃a plus sonat dimissio q remissio scilicet plenariã ab solutionem In penitentia autẽ magis fit remissio iniquitatum q̃z dimissio: qz et si remittantur quo ad culpã nõ tñ dimittũtur quo ad totalẽ pene liberationẽ et hoc regulariter qz vix inue nitur in penitente tanta cõtri tio que sufficiat ad totius pe ne dimissioẽm. In cuius figura dixit christus leproso ab eo cu rato. Nemini dixeris: sed vade ostende te sacerdoti: et offer mu nus tuũ quod precepit moyses Mat. viij. offerre aũt minus. est satisfacere pro peccato. Sequi tur. & quorũ tecta sunt peccata sunt supple tales beati. Tecta inq̃z deo: non q̃a possit aliq̃d ei celari. aut regi maxime cũ oĩa nuda sint & aperta oculis eius: sed quia non respicit ea ad vl terius puniendũ saltem pena eterna. Sunt igitur tecta pec cata in confessione non quidẽ diuine cognitioni sed eius pu nitioni. non eius scientie sed eius iustitie. Sed per quid tegũtur peccata. Responsio per charita tem secundũ illud puer. x. vni uersa delicta operit charitas. Itẽ. i. pet. iiij. Charitas operit multitudinem peccatorum.

B ¶ Sed qm̃ hic fit mentio de remissione peccatorũ & tectio ne eorum. ideo videnda sunt [illegible] la per que remittuntur & quibus teguntur. Quãtũ igitur ad pri mum est notandũ q sex sunt re media per que ipsa peccata re mittuntur.

¶ Primum igitur per q pecca ta remittuntur est deuota no minis Christi inuocatio secun dum illud. j. Io. ij. scribo vobis filioli quoniam remittuntur vo bis peccata propter nomen eius q sup. est Iesus xps. Propterea orabat Psalm̃. dicens. Deus in nomine tuo saluũ me fac. i. ad inuocationem nominis tui qđ est nomen super omne nomen: scz Jesus xps. saluã fac aĩam meam p peccatorũ remissionẽ.

¶ Secundũ est meritũ xp̃i pas sionis & efficatia sui sanguinis vñ Heb. ix. sine sanguinis sup ple xp̃i effusione non fit remis sio: scilicet peccatorũ In cuius figura in veteri testamẽto mul te irregularitates remitteban tur per sanguinis aspersionem et effusionem sicut patet in Le uitico in multis capitulis. Et hoc idem attestatur apostolus vbi supra dicẽs q sanguis hyr corũ aut taurorũ & cinis vitule aspersus inquinatos sanctifica bat ad emundationẽ carnis.

¶ Tertiũ est baptismus aque. vnde Luc. iij. dr q erat Johan nes predicans baptismũ peni tentie in remissionẽ peccatorum. Siliter & ipse xpus Marci. xvi. dt. Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. sed de hoc sa tis dictum est supra immediate

¶ Quartum est ardor seu feruor charitatis qui non solū remittit pctā mortalia. sed etiam absorbet venialia sicut magnꝰ ignis statim absorbet guttulā aque si super infūdatur. In cuius signum dixit xp̄us de magdalena vberrime flente ad pedes eius. Remittuntur ei pctā mlta qm̄ dilexit multū. Lu.vij.
¶ Quintum remediū remissionis peccatorū est humilis ⁊ deuota oratio. In cuius signum dixit petrus simoni mago volenti emere gratiā dandi spm̄ sanctū. Cor tuū nō est rectū coram deo. Penitentiā itaqꝫ age ab hac neqtia tua: ⁊ roga deū si forte remittatur tibi hec cogitatio cordis tui. Act.viij. De hoc hystoriā habemꝰ. Lu.xviij de publicano q̄ cū orasset dn̄m cū hūilitate: qr nolebat oculos ad celū leuare: ⁊ cordis cōpunctiōe. qr pcutiebat pectꝰ suū dicens deus ppitiꝰ ⁊c. tandē descēdit iustificatꝰ in domū suā.
¶ Sextū remediū est integra ⁊ sincera confessio. Unde postq̄ Dauid dixisset Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meaꝫ domino: immediate subiunxit, et tu remisisti impietatem peccati mei. Remisisti inq̄ culpam delendo totaliter penā eternā cōmutādo tēporaliter ⁊ ifamiā purgando integraliter. Et de hoc scribitur. i. Job. i. Si confiteamur peccata nostra fidelis est deus et iustꝰ vt remittat nobis peccata nostra: ⁊ emundet nos ab omni iniquitate.
¶ Uisis igitur remediis per que peccata remittuntur consequēter vidēdū est quō diuersis psonis in cōfessione teguntur.
¶ Primo nempe teguntur deo vt scilicet nō videat ea vlteriꝰ, scilicet ad puniendū. Ipse em̄ est qui dixit Eze.xviij. In quacunqꝫ hora ingemuerit peccator omniū iniquitatū eiꝰ nō. r. a. vnde Aug. super psalteriū dicit q̄ cū homo detegit peccatū suū in confessione deus ipsum tegit: ⁊ ediuerso cū homo ip̄m tegit deꝰ detegit, aut per apertum scandalū in quod permittit quādoqꝫ hominē peccatorē peruenire. Sicut dictū fuit regi Dauid postq̄ peccauit cum Bersabee. Tu fecisti abscōdite ego autē faciā verbuꝫ illud in cōspectu omnis Israel: ⁊ in cōspectu solis huiꝰ. Aut in generali iudicio ipsum peccatū omnibus angelis ⁊ hominibꝰ palam faciēdo: ſm illud Eze.xvi. Nudabo ignominiā tuā coraꝫ eis: scilicet bonis ⁊ malis. Itē Osee.ij. Statuā eam nudā: scꝫ creaturā peccatricē scd̄m dieꝫ natiuitatis sue. Reuelandū est igit̃ peccatū dn̄o in cōfessiōe vt ip̄m tegat i gn̄ali resurrectiōe. Et hoc est qd̄ cōsulit psalmista dicēs. Reuela dn̄o viā tuam. i. peccata tua que ꝯmisisti in via qua ibas in infernū: ⁊ spera in eo: scilꝫ q̄ remittet illa tibi: ⁊ ipse faciet sup. tibi talē remissionē: qr vt dicit Bern̄. Maior est Christi pietas q̄ queuis iniqtas. Sequit̃. Et educet quasi lumen iustitiā tuā ⁊ iudiciū tuū tanq̄ meridiē. i. faciet apparere bona tua in die iudicij corā omni multitudine angelorū et hoīm: ⁊ hoc ad magnā gloriaꝫ tuam. Non aūt dicit q̄ educet tūc i iustitiā hoīs nisi saltē ad eius confusionem ⁊ ruborem.

¶ Secundo peccata teguntur in confessione ipsi demoni vt amplius non videat ea ad accusandum. In cuius figura dixit christus cuidam ipsi demoniaco. Obmutesce. Luce quarto.

D ¶ Unde legitur in speculo exemplorum di. vi. exemplo. xvij. q quidam miles habuit quendam sacerdotem suspectũ ne inhoneste egisset cum eius vxore veritatem igitur scire volens nulla de hoc facta mentione ipsi presbytero vna dierum rogauit eum vt secum iret foras. Cui benigne annuit. Erat autem non longe ab oppido quidam demoniacus per cuius os demon multa secreta reuelabat Ad quem cum venissent suspectum cepit habere sacerdos militem nouerat enim q ibi habitabat dictus demoniacus. Timens igitur honori suo & vite si a demone proderetur: simulauit necessitatem nature & sic intrauit stabulum. Et mox ad pedes stabularij prouolutus rogat eum propter deũ vt audiat eius confessionẽ & post multas excusationes dictus famulus eũ audiuit. Quo audito dixit ei. Ego impono vobis talẽ penitentiam qualẽ bonus & discretus cõfessor vobis imponeret. His peractis venit presbyter cũ milite corã demoniaco. Cũq miles interrogaret ipsum demoniacũ quid de eo sentiret. Respondit. Nihil inquit mali de eo sentio: quia in stabulo iustificatus est. hoc tamen dixit latine ne a milite intelligeret. Patet ergo q̃ta sit virtus cõfessionis per quã pctm̃ diabolo tegitur. Si enim illa confessio que non fuit sacramentalis occultauit peccatũ presbyteri ipsi diabolo: a fortiori hoc operatur confessio sacramentalis que fit sacerdoti habenti claues ecclesie.

¶ Tertio peccata teguntur in confessione ipsi confessori qui ea audit: ita vt pro nulla re mũdi etiam pro saluanda propria aut alterius vita: aut ad cuiuscunq prelati preceptum liceat ipsa quoquomodo reuelare: siue confitens peniteat siue non siue confiteatur commissum siue committendum siue etiã peccatum illud sit contra fidem siue cõtra bonos mores siue etiã sit in personam principis aut alicuius priuate persone: aut similiter contra bonũ reipublice vt pote de pdenda ciuitate insidiis: et huiusmodi.

E ¶ Ad taliter autẽ tegendũ peccata sibi confessa astringitur ipse sacerdos triplici iure. Primo iure naturali ne scilicet sit proditor secreti sibi cõmissi. Secundo iure diuino Nam eo dẽ iure secundũ doctores theologos precipitur cõfessio facienda sacerdoti: & prohibetur eidẽ ne reuelet peccatum sibi confessum qd est celare & tegere ipm peccatũ. Tertio ad hoc astringitur iure positiuo . Unde magr sentẽ. di. xxi. iiij. dicit sic. Caueat sacerdos ne pctã penitentiũ aliis pdat: alioqui deponatur. Item extra de pe. et re Omnis vtriusq sexus. §. Uero dicit sic Qui pctm̃ in penitentiali iudicio sibi detectũ reuelare presũserit non solũ a sacerdotali officio deponendũ decernimus verũ etiã ad agẽda penitẽtiã i arctũ monasteriũ detrudendum. Itẽ

de peni. distin. vi. Sacerdos. dicit Gre. Sacerdos ante omnia caueat ne de his q̄ ei c̄fitētur peccata sua alicui recitet q̄ ea cōfessus est: non ppinquis: non extraneis: neq; quod absit pro aliquo scandalo. Nā si hoc fecerit deponatur: ⁊ omnibus diebus vite sue ignominiosus peregrinādo pergat. Ut dicit glo. super illo verbo peregrinando q̄ talis sacerdos peregrinādo agat publicā penitentiā ⁊ etiā solēnem si non habetur spes de eius restitutione. Eadē determinatio habetur extra de offi. ciio ordi. Si sacerdos. Et extra de adul. Significasti. Nullus ergo q̄ntūcunq; enormiter peccauerit timeat confiteri ex quo tot modis teguntur ei⁹ peccata alias reuelabuntur ⁊ detegentur ad eius confusionem perpetuam in die iudicij.

¶ Lectio duodecima.

¶ Beatus vir cui non imputauit dominus peccatū: nec est in spiritu eius dolus.

¶ Postq̄ in precedenti lectiōe ostensum est quomodo verus penitens est beatus q̄ habet cōtritionem in corde ⁊ confessionē in ore: hic consequēter ostēditur q̄ adhuc ille beatior est q̄ habet condignā satisfactionē in opere cū dicitur. Beatus vir cui. ⁊c. Dominus autē cardi. repetens predictū versum cū presenti sic exponit vtrū q̄. Beati quorum remisse sunt iniquitates: id est modice ⁊ minus enormes. Tales inquam sunt beati non simpliciter ⁊ absolute sed secundum quid et respectiue: quia tales sunt min⁹ infelices q̄ qui grauia ⁊ enormia peccata cōmiserūt: sicut loquitur dominus Math. xi. de quibusdā nationibus dicens. Ue tibi corozaim: ve tibi bethsaida q̄a si in tyro ⁊ sydone facte fuissent virtutes que facte sūt in vobis olim in cilicio ⁊ cinere penitentiam egissent veruntamē tyro ⁊ sydoni remissius erit in die iudicij q̄ vobis: ⁊ hoc ideo quia remiss⁹ peccauerunt: ⁊ ita hi beati sunt respectu illorum. Et nō solum tales sic remisse peccantes sunt beati hoc modo: sed et quorum tecta sunt peccata. i. qui occulte peccāt: quia si non caste tamē caute. Et hoc est cōtra quosdam q̄ aperte peccant non curantes scandalū ⁊ verba hominum. de q̄bus Esa. iij. Peccatū suū sicut sodoma predicauerūt nec abscōderunt. Et respectu taliū hi q̄ occulte peccāt sunt beati. Sed simpliciter btūs est ille q̄ corā deo nō est simpliciter peccator. Unde sequitur Beatus vir cui nō imputauit dn̄s peccatum: nec est in spiritu eius dol⁹. q. d. q̄ in spū interiori aliorū est dolus: quia mali sunt interius licet non videantur exterius: sed iustus dolū nō habet: q̄ est talis interius qualem se prebet exteri⁹. Uel dic q̄ illi nō sūt simpliciter bti btitudine vie quorū remisse sunt iniquitates in cōtritione: ⁊ quorū tecta sunt peccata in confessione: quia si tales sic decederēt nō transirēt ad beatitudinē patrie: q̄ oporteret eos descendere ad purgatoriū pro satisfactione: q̄ quāuis in con

tritione et confessione culpa re
mittatur non tamen tāta pena
nisi forte sit in aliquo tanta cō
tritio vt sufficiat ad satisfactio
nē sicut forte fuit in Magdale
na ꝛ Petro: quorꝫ lachryme fue
rūt loco satisfactionis. Sꝫ ille
est beat⁹ cui nō imputauit dn̄s
peccatū in satisfactione nec q̄=
tum ad culpā nec q̄tū ad penā
nam cū satisfecit homo pro eo.
Et ideo latro fuit beat⁹ cui etiā
dictum est. Homo reus mecum
eris in paradiso. Lu.xxiij. Uel
dic q̄ precedens versus exponi
tur de remissione culpe origina
lis. Iste aūt de remissione mor
talis ꝛ venialis. De remissione
quidem mortalis ibi. Beatus
vir cui non imputauit domin⁹
p. De remissiōe aūt venialis cū
subiungit. Nec est in spū ei⁹ do
lus. Nec mirū q̄ in precedenti
versu psalmista loquatur plura=
liter: in hoc autē singulareter:
q̄a in pluribus est remissio pec=
ti originalis: ꝛ in paucis remis
sio mortalium. Uel dic secun=
dum Petrū de palude post bea
tum Thomam in.i.ij. q̄ in pec=
cato mortali sūt tria: videlicet
offensa macula et reat⁹ seu obli
gatio ad penam. Deus autem
remittit offensam in contritio=
ne: ideo dicit beati quorum re=
misse sunt iniq̄tates Tegit ma
culam in confessione: ideo sub=
dit Et quorū tecta sunt pecca=
ta. Tolit reatū in satisfactiōe:
ideo adiūgit Btūs vir cui non
imput. do. p. Nec quo ad culpā
nec quo ad penā. Nec est in spū
.i. ꝓposito dol⁹ .i. voluntas pec
candi in presenti vel in futuro:
nec complacentia de preterito.
Qui aūt sic est sanctificat⁹ hic
beatus est in spe ꝛ tandē beat⁹
erit in re nisi opicē ponit iterū
peccando. Quot vero sit beat⁹
btitudine vie patet sic Ille em̄
beatus est secundū Aug. q̄ ha=
bet quicquid vult ꝛ nihil mali
vult. Sed penitens cui non im
putat dn̄s pctm̄ nec q̄tū de cul
pam nec q̄tū ad penā. Nec est
in spiritu eius dolus nihil mali
vult. Insup ex quo dn̄s non im
putat et pctm̄ habet quicquid
vult: q̄a hoc est qđ maxime vult
penitens: ꝛ pro quo libēter oīa
daret vcz sibi indulgeri: igitur
est btūs. Et si dicatur in cōtra=
riū q̄ adhuc habet multas mi=
serias ꝛ necessitates ex parte sē
sualitatis ꝛ corpis. Rn̄detur q̄
ex quo habet charitatē q̄ scđm
Apl̄um oīa suffert oīa sustinet
habet oīa placita sue volūtati.
Item ꝛ secundo: q̄a si oppositū
in opposito: ita propositū in ꝓ
posito secundū maximā thopi
calem. Sed peccatū reddit ho=
minē miserꝫ secūdū illđ prouer.
xiiij. Miseros facit polos pctm̄
Ergo gratia ꝛ charitas q̄ oppo
nūtur pctō faciūt hominē bea
tum in hoc ergo q̄ dicit. Beat⁹
vir cui non imputauit dn̄s pec
catum specialiter laudat ipse
Dauid illum qui suscepta bap=
tismi gratia omnem vitauit cul
pam mortalem per superabun=
dantem dei gratiam: ideo lo=
quitur in preterito dicēs. Non
imputauit: et non imputat.
Et hoc modo fuit beatus ipse
Nicolaus: filr Dn̄icus Ludo=
uicus rex frācorū sctissimus: et
plures alij. Quāuis ergo pec=
cator plene iustificatus per pe=
nitentia beatus censendus sit
innocens tamen ꝛ preseruatus

per amplius. Quod aūt subditur Nec est in spū eius dolus. intelligitur de spū oris. i. de verbo quod et si audiatur non tñ videtur et ideo dr spiritus.

A ¶ Notādum est aūt super illo verbo Beatus vir cui non imputauit dñs peccatū. qꝫ sunt quattuor gñā hoim quibus nō imputat dñs peccatum.

Hi sunt
Innocentes.
Martyres.
Feruentes.
Penitentes.

¶ Primi igitur sunt innocētes baptizati quib⁹ sic decedentibus dñs nō imputat peccatū originale: qr illud remissū fuit i baptismo: in quo spūs xpm inuisibiliter operatur: vt habetur de conse. di. iiij. Baptism⁹. Uñ de tanto bñficio gratias agunt iesu xpo ipsi puuli i celo dicentes illud Apo. i. Dilexit nos ꝛ lauit nos a pctis nostris i sanguine suo. Sicut ergo p peccatū alterius scilicet ade imputat dñs peccatū originale ad culpam ips p uulis: ita ꝛ p meritū iesu xpi in baptismo vlteri⁹ nō iputat nec ad culpā nec ad penam directe ꝛ de p se ipsū originale Ita vt verificetur de ipsis paruulis baptisatis illd Ro. v. Ubi abūdauit delictū sēperabūdauit ꝛ gra

¶ Secūdi sunt martyres intātum vt dicat Aug. et recitatur extra de celebra. mis. Cum marthe/ qꝫ iniuriam facit martyri qui orat pro martyre. Ut enim dr de cōs. di. iiij. Baptismi. Effusio sāguinis implet vicē baptismi. Idem habetur eadem di. ca. Cathecuminum. Item. xv. q. i. Merito. §. Firmissime. Dicit. Au. qꝫ oia falce martyrij resecātur. Unde in figura huius legitur. Act. vij. qꝫ cū btūs Stephan⁹ lapideretur suspiciens in celum vidit celos apertos.

¶ Tertij sunt spiritu ꝛ charitate feruētes. Tales nēpe et si qñqꝫ ex hūana fragilitate peccēt venialiter: cito tñ deletur i eis hmōi peccatū per hoc qꝫ feruent in charitate dei et proximi: quemadmodum parua guttula aque cito absorbetur a maximo igne. Ut enim dt Greg. in quadam homi. Charitas nescit esse ociosa: sed operatur magna si est. Talibus ergo viris perfectis non imputat dñs peccatū i articulo mortis: sed aperit eis ianuam regni celestis. In cuius figura legitur. Apo. iiij. qꝫ beatus Johānes qui fuit feruens in charitate vidit hostiū apertum in celo.

¶ Quarti quibus nō imputat dñs peccatū sunt veri penitentes: qui et si qñqꝫ peccauerunt plene tñ ꝛ cōdigne satisfecerūt Cuiusmodi fuerūt David Petrus Paulus Magdalena et hmōi. Sunt enī aliqui q postqꝫ fuerūt ab aliquo offensi vix pñt postea placari: sed ad omnia improperant commissa. Non sic aūt agit dñs: qr vt dicit ps. Loquetur pacē in plebē suam ꝛ sup sctōs suos: qui scz nunqꝫ mortaliter peccauerūt: ꝛ in eos qui cōuertūtur ad cor: sup. per veram et integrā penitentiam. Item Psalmista in psona dñi. Cōuertetur pplus me⁹ hic. i. in pñti vita: ꝛ dies pleni inueniētur in eis: scz in celo. Ecce quō non imputat dñs veris penitētibus peccatū semel remissum. In cui⁹ figura dixit xps latro

ni misericordiā postulāti. Hodie mecū eris in paradiso. Lu. xxiij. Taliter ergo viuere studeamus, vt in fine vite presentis merito non possit dominus nobis imputare peccatuz: ꝛ sic beati erimus.

¶ Item notandum super illo verbo (Nec est in spiritu eius dolus) quod secundum beatū Thomam. xxij. q. lv. ar. vi. Differūt fraus ꝛ dolus: licet quādoqꝫ pro eodem capiantur. Nā fraus consistit in opere: sed dolus in ore vel sermone. Tūc enim committit fraudem dolosus mercator quādo vendit cū falso pondere numero ꝛ mensura. Uel quando sciēter decipit proximū in substātia rei quantitate aut qualitate. Et talis tenetur ad restitutionē. Sed dolus in fallaci locutione reperitur.

B ¶ Pro quo notandū quod multi sunt qui committunt dolum: videlicet.

Subdoli mercatores.
Luxuriosi infames.
Hypocrite fallaces.
Periuri mendaces.
Bilingues detractores.
Usurarij locupletes.

¶ Primi igitur in quorū spiritu est dolus sunt subdoli mercatores qui blande loquuntur in vendendo ꝛ emendo: vt decipiant pauperem ꝛ inopem. Unde Psal. contra quemlibet eoꝝ inuehitur dicens. Tota die in iusticiam cogitauit lingua tua sicut nouacula acuta fecisti dolū. Sicut enim barbitonsor nouaculam cum qua radit pilos prius acuit super lapidem oleo litum: ita fraudulosus mercator acuit linguā suā oleo adulationis ad radēdū pilos aliorum, id est ad auferēdum substantiam temporalē eoꝝ. Nonne dolum committit fraudulēter mercator quādo iurat plus dedisse de re venali: q̄ꝫ dederit. Et similiter quando multū vilipendit rē quam emere intendit? Nonne etiam dolum committit ille qui vēdit equū oculte vitiosum affirmās ipsum sanum ꝛ absqꝫ vitio: vbi permaxime emptor nulla via ipm emeret si sciret latere in eo huiusmodi vitiuz? Nam talis preter hoc quod mortaliter peccat tenetur ad restitutionem de omni iteresse: quia vt habetur extra de rescrip. ex tenore. Fraus et dolus nemini debent patrocinari. Sed prohdolor in spiritu, id est in intentione aut in verbo ꝛ promisso omnium ferme mercatoꝝ videtur posse reperiri dolus: siue in circunueniendo ꝛ decipiendo pauperes ꝯtra apostoli preceptū. j. Thessalonicenses. iiij. Neqꝫ quis circūueniat: id est decipiat in negocio fratrem suum: quia vindex est deus de omnib⁹ his: siue in vendendo vnum pro alio cum attestatione ꝛ fallaci affirmatione: vt si vendat aurichalcum pro auro: vinum lymphatum pro puro: pānus pollitus pro optimo: similiter si det scienter falsa moneta ꝑ vera: vel si vendatur anul⁹ auricalceus pro aureo: ꝛ similiter ouis morbida pro sana. In omnib⁹ his et similibus cōmittitur dolus: et tenetur venditor ad restitutionem: vbi potissime notabiliter ledit emptorem: secundum

q pulchre deducit Do. San. ij.ij.q.lxxvij.art.j. in sol. ad.j. Similiter dolū committit qui promittit soluere debita statuto tempore nec tamen ita intēdit: sicut neq de facto persoluit. Unde et dominus vinee dixit i fine diei procuratori suo. Uoca operarios et redde illis mercedem secundū conuentionem factam. Matth.xx. Et breuiter de modernis mercatoribus potest verificari illud Hiere. vj. Cuncti faciunt dolum. Propter quod Psal. Postquā pmiserat sigillatim dicens. Tota die iniustitiā cogitauit lingua tua: scilicet lingua cordis exqrendo et inuestigando mente quomodo iniusta possis cōmittere et proximum decipere: tādem subdit. Propterea deus destruet te in finem: euellet te et emigrabit te d tabernaclo tuo quod sup. construxisti de iniuste acquisitis: et radicem tuam/ id est filios et heredes: de terra viuentium: et hoc in penam peccati tui et vlterius ne tibi succedendo in talibus bonis dolose acquisitis tandem succedāt in tormentis.

¶ Secundi in quorum spiritu est dolus sunt luxuriosi infames. Tales nanq solēt frequēter multa promittere puellis et honestis virginibus vtpote donaria: vel quod ducent eas in vxores si modo velint illis cōsentire: vel quod nunquam illis deficient: et huiusmodi. Sed hec omnia in dolis ipsis loquūtur: vt scilicet possint eis abuti: sicut rei quandoque probat euētus. Propterea de vnoquoque tali potest verificari illud. Cor tuum plenum est dolo / et fallacia. Et ideo apostolus Ephe. quito. hortatur honestas virgines dicens. Nemo vos seducat inanibus verbis. Similiter meretrices / et impudice mulieres sunt plene dolo: dum plus se amare simulant et fingunt quam in re faciant: et tandez suos amatores decipiunt: secundum illud. Danielis vndecimo. Post amicitias cum eo faciet dolum.

¶ Unde legitur de quadaz tali que ostēdebat magnā amicitiam et fidelitatem ad lenonē suum: de qua etiam multū confidebat quod eū diligeret. Factū est igitur vt post multa tēpora ille moreretur: quod sentiens rogat eam: vt pro remedio anime sue eo mortuo bouē vnum: qui illi supererat venderet et in pios vsus precium distribueret: quod se facturam in dubie promisit. Eo igitur mortuo illa accepit bouem et cataz et vtrunq duxit ad forum. Cum que quidam venisset qui bouē emere vellet. Illa respōdit. Nullus / inquit / habebit bouem nisi etiam emat et catam. Cumq ille dixisset non velle emere catam / abijt. Et statim venit alius cui similia dixit. Ille interrogat quanti pretij vtrūq foret. Illa dixit se velle vendere catā pro vna marcha argēti: sed bouem pro denario: et sic cōuenerunt. Recepta igitur pecunia denarium quem pro boue receperat p anima lenonis sui cuidam pauperi dedit: et marchaz argenti quam pro cata receperat sibi reseruauit. Ecce igitur quantus dolus et fallacia in tā

libus mulierculis reperit. Unde Poeta. Rara in muliere fides.

¶ Tertiū in quorum spiritu est dolus sunt hypocrite fallaces: q̄ pleni sunt dolo in hoc: quod aliud habent in corde: et aliud in exteriori homine. Est enim proprie dolus: quādo aliquid fit sub aliena simulatione, quādo: scilicet vnum intenditur et aliud simulatur. Talis autem est omnis hypocrita: et ideo dolosus est: de quo. Ecclesiast. xix Est qui nequiter se humiliat et interiora eius sunt plena dolo Unde Christus. Matth. xxiii. comparat eos sepulchris dealbatis: q̄ exterius sunt pulchra et mūda: sed interius plena cadaueribus mortuorum, et ideo imprecatur eis maledictionem eternam dicens. Ve vobis. etc. Nec quidem iniuria: quia vt dicit Petrus Rauen. in quodam sermo. Nulla iiuria capitalior quam malum agere, et bonum velle videri. Et Chrysostom⁹. O hypocrita si bonuz est bonū esse: vt q̄d vis apparere quod non vis esse: scilicet bonū. Propterea Hora. nos monet tales vitare: et dolositatem eorū precauere dicens. Nunquā te fallāt lupi sub vulpe latētes. Impia sub dulci sepe venena latēt Nūquid in spiritu et intentione Jude fuit grauis et damnabilis dolus: quando osculādo et salutando Christum dicēs. Aue rabbi, prodidit ipsum Judeis. Luc. xxii. Item nunquid in spiritu Judeorū fuit dolus quando volētes eum capere in sermone dixerunt ei. Magister scimus quia verax es, et viam dei in veritate doces: et non est tibi cura de aliquo. Non enim respicias personas hominum. Dic ergo nob; si licet dare tributum Cesari an nō? Matth. xxii. Item nunquid in spiritu oris Cayphe fuit dolus quando adiurauit Christū: vt diceret si esset filius dei: quo respōdēte. Tu dicis: statim ille subintulit. Blasphemauit. Lu. xxii Ex quo patet quod dolose euz adiurabat.

¶ Quarti in quorū spiritu est dolus dicuntur periuri mēdaces qui aliud habent in corde et aliud ī ore: de quibus Psal. Labia dolosa in corde et corde locuti sunt. Item alibi. Verba oris eius: scilicet periuri sunt sup. iniquitates et dolus. Dicitur autem iniquitas quasi non equitas: non est autem equum vt quis assumat nomen dei in vanum: quod tamen facit peierans, Ideo primum dic. de eo Psal. quod verba oris eius iniquitas: dolus autem et fallacia idem important: et q2 peierans fallit iudicem et damnum proximo infert, iō de eo dicit psal. q verba oris eius dolus: hoc est mendacium. Nam periuriū non est aliud preter mendaciū iuramento firmatum: vt dicit. ii. ii. q. homines. Itē dicit Augustinus et recitatur vbi supra immediate. c. In dolo q periurium est nequit, et in dolo decipere credentē. Nonne in spiritu et verbo illi⁹ christiani de quo legitur ī legēda beati Nicolai erat dolus? qui pecuniaz sibi a quodam Judeo mutuatā asserebat reddidisse: ex quo vocatus ad iudicium pecuniā

illam in baculo concauo dedit in manibus Iudei seruandam dum iuraret: et sic iurauit reddidisse intendēs de pecunia in baculo abscon sa: quem postea repetijt. Sed diuina vltio manifestauit suum dolū per mortem superuenientem: quanuis precibus postea ipsi⁹ beati Nicolai resuscitatus fuerit. Sed dicet ille qui iurat dolose. Ego iuro ad intentionem meam: et prout intēdo verum dico: ergo nō peiero: nec mētior. Ad hoc pulchre respondet Isidorus: et recitatur. ij. ij. q. v. quacunqȝ et. c. Ecce. Quod quacūqȝ arte verborum quis iuret: deus sic accipit sicut ille cui iuratur intēdit. et hoc intellige de eo qui dolose iurat.

¶ Quinti in quorū spiritu est dolus dicuntur bilingues detractores: de quibus psal. Locuti sunt vanitates: et dolos tota die meditabantur. Isti enim solent hominem cui volunt detrahere primum commendare: vt dū charitatiue loqui videntur eis in detrahendo melius reddatur: sed quoniā laus eorū ad malū est / ideo dicit psal. ꝙ locuti sunt vanitates. Item de talibus loquitur idē psal. alibi dicēs. Linguis suis dolose agebant / in hoc scilicet ꝙ premittūt laudabilia dicētes. Talis habet talem bonā conditionem: sed deficit sic vel sic: ideo subditur. Venenum aspidum sub labijs eoꝝ: quod quidem venenum detractionis semel effusum vix mitigari potest / et medelam recipere per recuperationem et conciliationem done fame: sicut neqȝ medelā corporis recipere qui veneno aspidis semel tactus fuerit: et in hoc patet quam periculosum sit de alijs detrahere. Propterea talibus dolosis detractoribus penam imprecatur. Psalmista dicit. Muta fiant labia dolosa que loquuntur aduersus iustum / id est innocentem / iniquitatem / hoc est peccatum aliquod imponendo false / id superbia: dum scilicet extinguentes ipsius iusti famam et sanctitatem pretendunt supra eum exaltari: eius ruinam suam exaltationem arbitrantes / sed plerunque defecerunt scrutantes scrutinio: quia non ita euenit vt optauerunt: ideo subditur. Et in abusione sup. locuti sunt.

¶ Sexti in quorum spiritu est dol⁹ / sunt vsurarij locupletes: de quibus Psalmista. Locuti sunt vanitates: quando scilicet solent dicere pauperibus. Nisi crederē facere vobis magnam gratiam: et nisi essetis mihi valde charus non prestarem vobis pecuniam vel mercantiam meam. Sed profecto mentita est iniq̄tas sibi. Ideo subdit Psalmista. Et dolos tota die meditabātur: quomodo scilicet poterunt ipsos pauperes inuoluere et illaqueare multipliciter in suis contractibus et vsuris: similes aranee q̄ occultatur in foraminibus petre: sed quāprimū videt muscā captā in tela sua stati currit et eā occidit: et humiditatē eius totaliter euacuat et fugit. Sic vere vsurarij cum perpendūt ali=

quem suis malitijs et astutijs inuolutum et bene ligatum solent ipsum inuadere et exheredare et totum humorem suorum bonorum sugere: et eum cum filijs suis ad hospitale desti nare. Unde Psalm. Non defecit de plateis eius scilicet hominis auari vsura et dolus: quia paratus est vicinis prestare ad vsuram: sicut et extraneis: cum tamen lex vetus hoc valde stricte prohiberet. Unde Deuter. xxij. Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi: qui habitat tecum non vrgebis eum quasi exactor: nec vsuris opprimes.

❡Lectio. xiij.

❡Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea: dum clamarem tota die,

❡Postquam in precedenti lectione ostensum est quomodo verus penitens dicitur beatus: eo quod non est in spiritu eius dolus: sed confitetur peccatum suum sicut est: et sicut ipsum recognoscit. Hic consequenter ostendit Propheta Dauid quantum malum eueniat homini dolose confitenti: cum ait in persona ipsius. Quoniam tacui etc. Unde Glo. Interlin. et similiter ord. et ferme omnes doctores exponunt hunc versum de illis qui tacent peccata sua in confessione: quod valde periculosum est: quia per talem viam inueterantur ossa anime ipsius confitentis. i. euertantur et ad nihilum rediguntur precedentia merita et virtutes anime in quibus consistit robur et fortitudo interioris hominis: sicut in ossibus corporalibus robur exterioris. Nec valet talis diminuta confessio: in qua quis scienter tacet aliqua quantumcunque alia confiteatur: et pro illorum remissione diuinam multo etiam tempore imploret misericordiam: et hoc est quod subdit (dum clamarem tota die) non sup. mihi profuit talis confessio. Uel per clamorem qui fit tota die intelligitur remorsus conscientie siue synderesis que remurmurat contra peccatum. Quando ergo quis tacet in confessione contra conscientiam aut synderesim: tunc perdit suum laborem atque inueterantur ossa ipsius: hoc est minus habilis fit ad gratie et virtutum susceptionem: immo talis potius tendit ad perditionem eternam: quia omne quod fit contra conscientiam edificat ad gehennam. Preterea iste passus potest intelligi de illis qui clamant se accusantes in confessione de peccatis de quibus actu recordantur: sed quia circa illa peccata oblita non fecerunt debitam diligentiam vt de illis in particulari recordarentur: ideo tacent illa. Qui ergo ex tali negligentia tacet aliquod peccatum quantumcunque se excuset de alijs perdit penam suam atque inueterantur ossa anime sue. Unde in persona talium videtur loqui Apostolus. j. Corin. iiij. cum ait: Nihil mihi conscius sum: scilicet in particulari: sed

non in hoc iustificatus sum. Quia potuit esse aliqua culpabilis negligentia et omissio in non perfecte discutiendo seu examinando propriam cõscientiam. Propterea dicit August. ꝛ recitatur in glo. ord. Quia et si non sit quis sibi conscius nõ tamẽ iustus quia delicta quis intelligit. Discutienda igitur pfecte est conscientia: nequid per negligentiam lateat: qua discutiõe facta clamemus ad dominum dicentes. ab occultis meis munda me domine.

A ¶ Est autem circa hoc notãdum ꝙ homo potest tacere dupliciter scz virtuose ꝛ vitiose.

¶ Iterum vitiose tripliciter.

¶ Primo ex obedientia sicut quando prelatus imponit silẽtium suo subdito. Uel cum aliquis regularis tacet certis horis ꝛ locis conformiter ad statuta sue professionis. Et hec taciturnitas claustralis ad multa valet prout pulchre deduxit Magister Hubertus ordinis pdicatorum in libro de eruditione religiosorũ. vnde Esa. xxxij. erit cultus iustitie silentium.

¶ Secundo potest quis tacere ex patientia sicut cum quis iniuriatur et tacet quemadmodum de Christo legimus. i. Petri. ij. ꝙ cum malediceretur nõ maledicebat cum pateretur nõ comminabatur. Et Esa. liij. de hoc prophetatum fuerat. Quasi agnus coram tõdente se obmutescet ꝛ non aperiet os suũ. Nam vt inquit Chrysost. super Matth. in proprijs iniurijs vnũquẽꝙ esse patientem laudabile est: quia talibus Christus repromittit celestem beatitudinem Matth. v. dicens: Beati eritis cum maledixerint vobis homines ꝛ persecuti vos fuerint ꝛ dixerint omne malũ aduersum vos ꝛc. Precipue autẽ religiosi debent tacere ex patiẽtia si quandoꝙ plus iusto verbo aut signo corrigãtur qꝛ vt habetur. v. q. iiij. in loco. In capitulo bona est taciturnitas ꝛ mala tumultuosa verbositas. Similiter ex patientia tacere debet vxor cũ videt maritũ violentũ ꝛ ad verbera promptũ ne peius sequatur. Similiter filijfamilias in conspectu parentum. nec nõ serui ꝛ ancille corã maioribus suis. tales enim tacendo vbi tacendum est faciũt causam suam bonam quam deteriorẽ redderent dure et proterue respondendo. Unde qui sic patiẽs inuẽtus fuerit dicere poterit illud Psal. Turbatus sum ꝛ non sum locutus.

¶ Tertio quis potest tacere ex industria ꝛ sapientia. Sapiẽs enim ꝛ prouidus homo obseruat tempus ad loquendũ quia vt habetur Ecclesiast. iij. Omia tempus habẽt tẽpus tacẽdi et tẽpus loquendi. premittit autẽ Salomon taciturnitatẽ locutioni quia hoc est cõsiliũ sapiẽtis dicentis. Priusquam audias ne respõdeas verbũ ꝛ in medio seniorum ne effundas sermonẽ. Propterea in predicto decreto quod incipit In loco. reprehenduntur nonnulli verbosi et presumptuosi sacerdotes qui volunt apparere supra alios etiam doctiores ꝛ maiores. Signum ergo prudẽtis viri est scire tacere tempore ꝛ loco. propterea paganus ille Ca

to sic inquit. Uirtutem primã te puta compescere linguam. Proximus ille deo est qui scit ratione tacere. Et huius sentẽtie ratio est: quia vt habetur puerb. x. in multiloquio non deerit peccatum qui autem moderatur labia sua prudentissim⁹ est. Unde dominus Antoninus in cronica sua recitat de quodã philosopho dicto Demosthenes qui lapillum in ore gerebat ne proclivus esset vltra debitum ad loquẽdũ. Talis ergo merito dicere poterat illud Psalm. Dixi custodiã vias meas vt non delinquam in ligua mea: posui ori meo custodiam. Quinimmo vt habetur Prou. xvij. Stultus si tacuerit sapiens reputabitur.

B ¶ Similiter quis potest tacere vitiose tripliciter.

¶ Primo quidẽ per defectum fraterne correctionis. vt enim scribitur Ecclesiast. xvij. vnicuiq₃ deus mãdauit de proximo suo, sc₃ corrigendo. Itẽ lex precipit Leuit. xix. dicens. Ne oderis fratrẽ tuum sed publice argue eũ. Similiter Matth. xviij. pcipit saluator dicẽs. Si peccauerit in te frater tuus vade ꝛ corripe eum ꝛc. Ille ergo qui tacet non corripiendo fratrem delinquentem tempore et loco vitiose ꝛ culpabiliter tacet vtpote contra diuinum preceptum agens. Propterea veniet tempus in quo dicet illud Esa. vj. ve mihi quia tacui. Corripere enim delinquentem ꝛ a peccato reuocare op⁹ est maxime charitatis ꝛ misericordie.

¶ Secundo quis potest tacere vitiose per defectum doctrine ꝛ predicationis. Uñ dñs vocat prelatos ꝛ literatos viros qui tacẽt ꝛ nõ reprehendũt peccata populoꝝ: canes mutos Esa. lvj. dicens. Canes muti sũt supple tales. non valẽtes latrare: quia vt dicit. Interl. tales ideo quia astricti sunt vitijs nõ audent latrare contra inimicos Christi. Item Ezech. xiij. talibus loquitur dñs dicens: Nõ ascendistis ex aduerso neq₃ posuistis vos murũ pro domo Israel vt staretis in prelio in die dñi. Quod exponens Greg. xv. cap. pastoralis sui dicit sic. Ex aduerso inquit ascendere est p defensione gregis voce libera potestatibus aduersantib⁹ honori diuino ꝛ animarũ saluti contraire. Et in die dñi in p̄lio stare, est prauis decertãtibus: ex iustitie amore resistere. Similiter de talibus loquitur dominus Treñ. ij. dicẽs. prophete tui viderũt tibi falsa ꝛ stulta nec aperiebant tibi iniquitatẽ tuam. vt te ad penitentiam prouocarẽt. Super quo idem Grego. vbi s. Prophete quippe in sacro eloquio nonnunq̃ doctores vocãtur qui dũ fugitiua esse p̄sentia iudicant que futura sunt manifestãt: quos diuinus sermo falsa videre redarguit. eo ꝙ dum culpas corripe metuũt. incassum delinquentibus promissa securitate blandiuntur qui iniquitatem peccantiũ nequaq̃ aperiunt quia ab increpationis voce conticescunt. clauis quippe apertionis est sermo correctionis que increpando culpam detegit. quã sepe nescit ipse etiam qui perpetrauit. Ad hoc etiam proposi=

tum facit id quod scribitur d. xliij. sit rector vbi Greg. sic loquitur dicens. Sit rector discretus in silentio. vtilis ꝛ cautus in verba ne aut tacēda ꝓferat. aut proferenda reticescat. Nam sicut incauta locutio in errorem protrahit. ita indiscretum silentium eos qui erudiri poterant in errore derelinquit Sepe nanqꝫ rectores in prouidi humanam amittere gratiā formidantes loqui libere recta pertimescunt: ꝛ iuxta veritatis vocem nequaquam gregis custodie pastorum studio sed mercennariorum vice deseruiunt: quia veniente lupo fugiunt dū se sub silentio abscondunt. hec ibi.

¶ Tertio quis potest tacere vitiose per defectum integre confessionis. cuiusmodi sunt nonnulli qui postquā peccauerunt confiteri erubescunt suggerente demōis malitia. cōtra quos loquitur diuus August. ad fratres in heremo. sermone. xxx. Deus inquit vult ꝙ confiteamur diabolus vult vt taceamus: cui ergo magis obediendum est? certe constat ꝙ deo q̄ salutaria precepit. Quia vt dicit Boetius de consol. lib. j. prosa. iiij. Si operam medicantis expectas oportet vt vulnus detegas. Et ad hoc propositum dat dn̄s Petrus de palude similitudinem de vulnerato qui si occultat medico vulnerata membra ꝛ ei solum sana ostendat nunquam curatur: sed magis putrescit caro et moritur homo. Ita spiritualiter q̄ abscondit scelera sua non confitendo sed tacendo et tota die clamando per iactantiā et ostēsionem meritorum suorum nō dirigetur in viam salutis sed in peccatis antiquatur corrūpitur et moritur. Et hoc est quod dicit. Quoniam tacui ꝛc. vnde Sene. vulnera clausa plꝰ cruciant: sed dum putredo q̄ intus feruet eijcitur ad salutē vulnus aperitur. Et Gregorius tractans illud Luce. xvj. quod Lazarus erat vlceribus plenus dicit quid est peccatorum confessio nisi quedam vulnerum ruptio: quia peccati incus salubriter aperitur in confessione quod pestifere latebat in mente. Quod autem sequitur dum clamarem tota die retorquet idem de palude cōtra illos qui inaniter se iactant de operibus suis quos comparat galline que pro vno paruo ouo quod fecit intantum clamat ꝙ ipsum tandem amittit. Sic et nonnulli clamant tota die vite sue se iactantes de paucis bonis que fecerunt intantū ꝙ totum meritū amittūt. sicut patet de illis qui sepe gloriantur loquuntur de peregrinationibꝰ eleemosynis ieiunijs: ꝛ huiusmodi bonis que fecerunt. vnde Greg. Depredari desiderat qui thesaurum in via publice portat. Est igitur peccatum clare confitendum ꝛ non tacendum et hoc propter multa. Tum primo quia deus ipsum clare videt quia vt habetur Hebr. iiij. omnia nuda et aperta sunt oculis eius: Tum secūdo quia nisi homo peccator se accusauerit de illo in presenti accusabitur coram toto mundo ad suam cōfusionem et damnationem in

die iudiciū quia vt habetur. Eccl.xij. Cuncta que fiunt adducet deus i iudicium pro omni errato siue bonum siue malum. Et Luc.xij. Nihil opertū quod non reueletur ⁊ neq; absconditum quod non sciatur. Propterea ipse dominus comminatur peccatori nolenti confiteri peccatum suum: nec illud reuelare confessori dicens. Reuelabo pudenda tua in facie: tua et ostendam gentibus nuditatem tuam ⁊ regnis ignominiam tuam Naū.iij. Tum tertio quia peccator confitendo reuelat peccatum suū homini qui deinceps nec verbo nec facto nec signo potest illud manifestare. Uñ extra de pe.⁊ re. omnis vtriusq; sexus. dicit sic Innocentius tertius Caueat sacerdos ne verbo signo aut facto probat peccatū sibi confessum. Sed si prudentiori indiguerit consilio. Illud absq; vlla expressione persone caute requirat Consequenter ibi statuitur pena videlicet degradationis ab officio sacerdotali ⁊ perpetue reclusionis i arctum monasterium. Alia tamen olim imponebat pena videlicet vt post depositionem omnibus diebus vite sue ignominiosus peregrinando pergeret vt patet de pe. dist.vj. Sacerdos. Miser igitur ille est ⁊ miserabilis qui scienter tacet aliquid in confessione quia per talem taciturnitatem inueterantur ossa sua et efficitur ita durus ⁊ obstinatus vt vix possit vnq̄ postea integre confiteri.

¶ Uidi ergo quandam mulierem in oppido valenciañ. cameraceñ. dioces. que postq̄ perpetrasset nephanda ⁊ admodū horrēda scelera in quibus etiā multo tempore permāserat ita vt neq; ob reuerētiam diei pasche confiteretur aut sacram cōmunionē reciperet: tandem ad voces predicatorum penitere visa est: ⁊ ad plures timoratos ⁊ religiosos viros pro cōfessione facienda accessit: sed a nullo eorum quantum sub deo credo aliquando induci potuit vt perfecte peniteret aut integre confiteretur occulto dei iudicio eam perurgente tandem autem igni cremanda tradita est. Caueat ergo peccator ne aliquod peccatum scienter in confessione taceat ne finaliter igni inextinguibili cremandus tradatur.

Lectio.xiiij.

¶ Quoniam die ac nocte grauata est super me man⁹ tua conuersus sum in erumna mea dum configitur spina.

¶ Postquam in precedenti lectione ostensum est quantum malum incurrit peccator celando peccata sua in confessione. hic consequēter ostēditur quo modo potest induci ad peccatorum suorum veram confessionē ⁊ cognitionem cum in eius persona dicitur. Quoniam die ac nocte ⁊c. Quia ergo posset queri a penitente vñ est q; modo cognoscit se male egisse ⁊ nō prius ideo hic ostendit causam hui⁹ videlicet flagellū domini dicēs

(quoniam die ac nocte graua=
ta ꝛc.) q.d. cū essem sanus ꝛ for
tis tunc non cognoui peccatū
meū nunc autem ipsum cogno
[sco] eo ꝙ vexatio dat intellectū
ꝛ hoc est quod subditur cōuer
sus sum in erūna mea. i. cogno
ui tunc primo culpam meam ꝛ
miseriam (dum configitur spi=
na). i. dum sensi aculeum pene
corporalis. Gre. Oculos quos
culpa claudit pena aperit. Ut
enim dicit dominus petrus de
pal. aduersa multum valent ad
reuocandum ꝛ retrahēdum ho
minez a peccato. Et ad hoc dat
talem similitudinem. Sicut in=
quit viator libenter prosequi=
tur viam semel inceptam quan
diu eam delectabilem inuenit ꝛ
amenam: sed quādo inuenit spi
nas ꝛ tribulos eam deserit ꝛ re
uertitur. Ita ꝛ peccator quan=
diu prosperatur in peccato nō
reuertitur ad dominum per pe
nitentiam sed continue prose=
quitur peccata sua ꝛ tendit de
malo in peius. postquam vero
videt ferme cuncta sibi aduer=
sari: et pro suis delictis adeo
flagellari ꝛ penuriam pati. tūc
ad deum conuertitur. vñ. Psal.
Imple facies eorū ignominia
i. exteriori flagellatione ꝛ ad=
uersitate. et querent nomē tuū
domine. Super quo dicit glo.
ord. ꝙ opprobrium sepe corri
git peccatorem. vñ. Esaie. xxvi.
Domine in angustia requisie=
runt te. q.d. percute eos ꝛ fla=
gella: quia aliter non requirēt
te: Et Osee. vi. In tribulatio=
sua mane. i. cito consurgent ad
me. Item Iere. xij. In tempore
afflictionis sue dicent surge et
libera nos. Similiter. Luc. xiiij
Exi in vias ꝛ sepes et compel=
le intrare. i. per aduersa reduc
peccatores ad penitentiam vt
sic tandem intrēt celestem glo
riam. Hoc manifeste apparuit
in apostolo paulo qui in terrā
prostratus statim humiliatus
dixit. Domine quid me vis fa=
cere. Act. ix. hoc etiam patuit
in antiocho rege qui in aduer=
sitate recognouit dominum di
cens. Iustum est subditum esse
deo ꝛ mortalem non paria deo
sentire. ij. Mach. ix. Sed quia
non orabat dominum puro cor
de ideo non est misericordiam
consecutus. hoc idem similiter
patuit in rege pharaone ꝗ cū
videret signa dei terribilia ni=
mis super se rogabat moysem
famulum domini vt deprecare=
tur deum suum pro sua libera
tione de tot et tantis plagis et
angustiis Exod. x. Sed quia nō
pleno corde querebat dominū
ideo tandem miserabiliter ꝛ cō
fusibiliter interit ī mari rubro.
eiusdem. xiiij. Dicit autem glo.
ordi. ꝙ per spinam in proposi=
to intelligitur mortale pecca=
tum quod tunc ad modum spi=
ne configitur quando vsqȝ ad
consensum et opus atqȝ consue
tudinem ducitur.

A ¶ Notandum est ergo sup
per illo verbo. die ac nocte gra
uata est super me manus tua.
ꝙ ista verba possunt merito di
cere tria hominum genera.

¶ Primo quidem hec verba di
cere poterant sigillatim patres
veteris testamenti. sentientes
grauitatem legis supra se. In
cuius figura legitur Exo. xvij.
ꝙ manus moysi erant graues.
Nam ī lege veteri puniebātur

homines sine misericordia et cum multa seueritate. Nũquid erat magna seueritas quando oportebat dare oculum pro oculo ꝛ dentem pro dente? Exo. di. xxi. Unde de tanta grauitate heb. x. loquitur apostolus dicens. Irritam faciens quis legem moysi sine vlla miseratione duobus vel tribus testibus moritur: id est si conuictus fuerit per duos vel tres testes. Similiter Deute. xix. loquitur. Lex contra quemlibet malefactorem dicens Non miserebe ris eius: sed animam pro anima. oculum pro oculo. dentem pro dente, manum pro manu. pedem pro pede exiges. Unde Actuum decimoquinto. Petrus reprehendens quosdam dicentes circuncisionem debere obseruari: ait illis. Quid tẽtatis deum imponere iugum / supple obseruantiarum legalium super ceruices discipulorum: scilicet christi: quod neq3 nos neque patres nostri portare potuim⁹: videlicet pre intollerabili grauitate / vt dicit glosa ordinaria. Hoc autem intelligitur de preceptis iudicialibus et cerimonialibus vt dicit de Lyra. Difficile nanque valde erat obseruare iudicialia precepta propter eorum seueritatẽ: ꝛ siliter cerimonialia propter eorum multiplicitatẽ. Non autem intelligitur de preceptis moralibus / que pauca sunt ꝛ legi naturali cõformia. In nouo autem testamento leuis reperitur manus domini. Non enim aggrauat multitudine preceptorum: sed alleuiat iuuamine gratiarum et virtutum. Unde psalmus in persona domini. Manus mea auxiliabit ei: scilicet homini ad bene operandũ. Ipse enim est q[ui] dixit Matthei vndecimo. Iugum meum suaue est: et onus meum leue. Non solum autem manus domini hodie non grauat hominem / sed ꝛ supportat labentem. Psalmus. Cum ceciderit non collidetur / quia dominus supponit manum suam Item ipsum iustũ in bono protegit: secundum illud Sapientie tertio. Iustorũ anime in manu dei sunt ꝛ non tanget illos tormentum mortis.

¶ Secundo quilibet damnatus merito dicere potest ad deum iudicem ꝛ iniquitatum vltorẽ. O domine deus die ac nocte grauata est / super me man⁹ tua. In cuius figura scribitur. i. Regũ. v. quod aggrauata est manus domini super azotios: qui interpretantur succendentes: per quos significantur miseri damnati qui succendũtur igne inextinguibili eos affligẽte manu diuine iustitie. Propterea merito potest dicere q̃libet dãnat⁹ illud Ruth. i. Egressa est manus domini ꝯtra me. Nempe ista est manus que scripsit in pariete contra regẽ Babylonis. Mane thetel phares: qui eadem nocte interfect⁹ est: sicut legitur Dañ. v. Quia scilicet man⁹ diuine iustitie finaliter scribit sententiã suam cõtra peccatores in pariete corporis humani: ita quod necesse est vt interficiantur per mortem / ꝛ ad infernũ deducantur:

secūdum illud psalm . Manus tua gētes disperdidit. Et Job.x. Manus tue fecerūt me et plasmauerunt me: nihilominus exigētibus meis peccatis: repente precipitas me: scilicet de hoc mūdo in abyssum inferni. Hec autē manus a deo grauata est super miseros damnatos: vt dicat Job. x. Nemo est: supple in inferno qui de manu tua possit eruere. Et sap. xvj. dicit Salomon. Tuam manū domine effugere est impossibile. Studeat ergo peccator in presenti seculo satisfacere deo ne perpetuo crucietur in inferno: quia vt habetur Ecclesiastici secundo Si penitentiam nō egerimus: scilicet i presenti: incidemus in manus domini: videlicet in futuro: de quarū grauitate loquit apostolus. Heb. decimo/ dicens quod horrēdū est incidere in manus dei viuentis.

¶ Tertio quilibet exñs in purgatorio potest dicere ad dominum. O piissime deus certe die ac nocte: id est incessanter grauata est super me manus tua: secundum illud psalmus. Posuisti super me manum tuam: et tenebit me dextera tua: scilicet in hunc locum tormentorum: ne inde exeam ad nutum. Propterea ille pauperes anime q̄ ibi affliguntur tam seuere/ pie vociferando dicunt viuētibus illud. Job. xix. Miseremini mei miseremini mei: saltē vos amici mei: quia manus domini tetigit me. nec quidem ad horam sed die ac nocte: quia scriptum est Matth. v. Nō exies inde donec reddas nouissimū quadrātem/ id est quousque plene et condigne satisfeceris quantum in foro dei obligaris. Notanter autem existens in purgatorio dicit manum domini super se grauari: quia vt dicit Augustinus. et recitatur distin. xxvj. Qui in aliud. Item de penultima distinct. vij. Nullus. Ignis purgatorij et si non sit eternus miro tamen modo grauis est. Superat enim omnem penam quaz vnquā passus est aliquis in hac vita / vel etiam pati potest. Nunquam in carne inuenta est tanta pena: licet mirabilia martyres passi sint tormenta et multi nequiter quanta sepe sustinuerunt supplicia: deinde subdit. Studeat ergo quisque sic delicta corrigere: vt post mortem nō oporteat penā tolerare. Hec ille.

B ¶ Item notandum super illo verbo. Conuersus sum in erumna mea dum cōfigitur spina. quod per spinam significatur culpa mortalis. Et hoc propter tria.

¶ Primo propter nascēdi formam. Sicut enim spine nascuntur et oriuntur ex sola negligentia debite colendi terram / vel ortum.

Ita et spine peccatorum oriuntur ex torpore ocij et negligentia purgandi terram conscientie per veram penitentiam. Unde prouerbiorum. xxiiij. Per agrum hominis pigri transiui et per vineā viri stulti. i. vitam et mores cuiuslibet neglīgētis et ociosi viri cōsideraui: et ecce totū repleuerūt vrtice. i. intentiua libidinū et terrenorū desideriorū. Sequit. Et ecce ope

ruerant superficiem eius: scilicet ꝯscientie spine: hoc est punctiones spiritualium vitiorum. Specialiter autem per spinas intelliguntur motus ꝛ stimuli carnalium delectationū. Nam sicut spine materiales suffocāt semen bonum quod iactū fuerat in agro. Item seinuicē connectūtur. Et similiter membro cui infiguntur magnum dolorem faciunt / que nisi extracte fuerint dolor ab homine nō recedit. Ita suo modo stimuli carnales impediūt ꝛ suffocant bonum semen verbi diuini ne crescat et proficiat in orto cordis humani. Unde Luce. viij. dicitur quod spine exorte suffocauerunt bonum semen. Item homines lubrici et carnales seinuicem ꝯnectuntur: adeo quod non nisi per mortem quandoqꝫ abinuicē separari possunt. Sicut patet de combinarijs et similiter de captis amore alicuius mulieris: qui dicunt quod nullo modo possent fantasiam suā a tali vel tali muliere diuertere: ꝛ ꝗnō possint hoc eis displicet. Ecce quanta colligatio est in peccato carnis. Similiter huiusmodi spine magnum dolorem inferunt his qui eas tangere presumunt. Nam et si quādoqꝫ delectent exterius in corpore / tandē tamen cruciant interius in mēte. vnde Prouer. v. Fili mi ne intenderis fallacie mulieris / id est verbis fallacibus eius: aut speciei corporis illius: quia nouissima illius amara sunt quasi absinthiū. q. d. Salomō quod luxuria facit amarescere conscientiam fornicantis etiam in presenti; multo autem plus in futuro: videlicet in gehenna quando dicetur luxuriosis illud Heb. vj. Quē fructū habuistis in his in quibus nunc erubescitis. Ut enim dicitur Ro. vj. Stipendia peccati mors. Propterea Ecclesiastes. vij. dicit Salomō. Inueni mulierem amariorē morte: que laqueus venatorum est. i. demonum qui per mulierem luxuriosam venātur homines ad mortem eternam: vincula sunt manus eius. Qui placet deo. i. placere desiderat effugiet illā: qui autem peccator est capietur ab illa. Nec mirum si peccator capiatur a muliere fatua: cū etiā viri fortissimi per mulieres seducti sint: vtpote Dauid. ij. Reg. xj. Item Salomon. iij. Regum. xj. Itē Sanson Iudi. xvj. Cum hos itaqꝫ cecidisse recolimus / debet vnusquisqꝫ pro se timere: quia nec Dauid sanctior nec Salomone sapientior: nec Sansone fortior aliquis inuenit. Ecce ꝙ periculose ꝛ ꝙ grauiter huiusmodi spine carnalium delectationū pungūt hominis carnem ꝛ mētem: nec dolor ide recedit. i. culpa quousqꝫ extracte fuerint per penitētiā. De huiusmodi autem spinis figuratiue scribit. Geñ. iij. Spinas ꝛ tribulos germinabit tibi: sup. terra corporis tui. Has autem spinas concupiscentiarum carnalium eradicare ꝛ euellere debemus omni studio ꝛ diligētia quādiu sunt parue ꝛ nouelle. Spina enim nouella ꝛ tenera faciliter potest euelli ꝛ eradicari etiam sine graui lesione que postqꝫ semel fuerit profunde radicata ꝛ indurata nō nisi

cum difficultate/ et cum magna lesione et aculeorũ punctione. Sic et suggestio carnis nouella facilius potest extirpari et extingui: q̃ si semel inducata fuerit per longam consuetudinem et mentis obstinationẽ/ nõ nisi cum maxima difficultate et graui dolore: ieiuniorum: abstinentiarum disciplinarum: orationum et suspiriorũ eradicari potest. Hoc patuit in sancto dei viro Benedicto: qui dũ in heremo constitutus recoleret formam speciose mulieris quã aliquando Rome viderat: tantaz sensit in carne commotionem et stimulationem quod nõ nisi se proiiciendo in medio veprium acutissimarum illam superare potuit. Item legitur de beato Frãcisco q̃ ardorem libidinis frigore niuis intra quã se proiecit extinxit. Itẽ propter hanc causam Paulus corpus suum in seruitutem redigebat: ipsum ieiuniis et vigiliis multis affligens. Tales igit̃ et similes merito sigillatim dicere poterant cum Psal. Cõuersus sum in erumna mea/ id est ad penam et castigationem carnis subeundam. Dum configitur spina: id est dũ sensi carnis concupiscẽtiam preualere humanã mentem ad consensum alliciendo et attrahendo. Uel cõuersus sum in erumna mea/ id est conuerti me ad considerandum erũnas et miserias inferni que parate sunt mihi dum configitur spina/ id est si plene consentio tentationi carnis: secũdum quod ait Apostol⁹ Ro. viii. Si secundum carnem vixeritis morie mini.

¶ Secundo per spinam intelligitur culpa mortalis propter fructus inutilitatem. Nam de spinis nõ nascitur aliquis fruct⁹ valoris: nisi forte vilis quẽ solent pastores quandoq̃ colligere et comedere propter defectum melioris: sicut interdũ colligũt quedam mora vilia de rubis et sepibus. Ita in proposito de spinis peccatorum nullus bon⁹ fructus prouen t: sed tantũ vilis et immundus apud deum et angelos eius. Unde de peccatoribus scribitur. Sap. iiii. Confringentur rami incõsummati: id est finaliter morientur miseri peccatores qui voluerunt semper crescere per prosperitatez in presenti: et ramos hinc inde dilatare. Sequitur. Et fructus illorum inutiles et acerbi ad manducãdum: id est praui erunt et venenosi/ et ad nihilum apti. Item Deut. xxxii. dicit̃ de peccatorib⁹: q̃ vita eorum vua fellis et botrus amarissimus. His omnibus alludit illud Christi verbũ. Lu. vi. vbi sic inquit. Neq̃ de spinis colligunt ficus: neq̃ de rubo vindemiant vuam: quod ad literã verum est. Sicut ergo fatuus reputaretur qui in spinis quereret ficus: et in rubo vuã dulcẽt ita et ille apud deum valde fatu⁹ estimatur qui ex peccatis suis et vita pessima speraret p̃miũ a deo; sed potius talis expectare habet ab eo eternũ supplicium; quia vt habetur Ro. vi. Stipẽdia peccati mors. Ecce ergo qualiter peccata spine sunt: ex quibus nihil boni nascitur: sed tantũ punctio. i. conscietie remorsus. Uerũ sicut ex

spinis quandoque nascitur parvus flos qui cito marcescit et qui etiam non nisi cum lesione et punctione manuum inde colligi potest. Ita et ex peccato nascitur quedam vilis delectatio que homines mouet et prouocat ad peccandum: que etiam absque graui lesione corporis fame vel conscientie colligi non potest: sicut patet de illis qui pro assequendis venereis delectationibus quandoque mutilantur in corpore.

Dicat ergo peccator Conuersus sum in erumna mea id est libenter penitentiam feram dum configitur spina. i. dum considero peccati mei infructuositatem et sterilitatem.

¶ Tertio per spinam intelligitur culpa mortalis propter materie qualitatem Sicut ei spine materia ignis huius mundi cum quibus icenditur clibanus: itaet peccata mortalia sunt materia ignis inferni qui nulla alia materia succendi potest aut nutriri: secundum illud. Esa. xxxiij. Spine congregate igni comburentur. q. d. quod sicut spine congregate ad nihil aliud sunt vtiles nisi ad comburendum: ita et peccata ad nihil aliud valent nisi ad incendendum ignem inferni. Unde psalmista loquens de damnatis dicit quod exarserunt sicut ignis et in spinis. Dicit enim philosophus quod actus activorum sunt in patiente dispositio. Quia ergo peccata sunt materia disposita ad suscipiendum actiuitatem ignis inferni eo quod vt dicit deuotus Bernardus. Ignis inferni non potest deseruire nisi in propriam voluntatem in malis obstinatam. Ideo de facili ibi comburuntur: nec tamen consumuntur. Sunt enim peccata sicut aqua ardens seu vina: que quamdiu durat in panno continue succenditur pannus: postquam vero est tota consumpta, ignis extinguitur: et nichil remanet nisi solum pannus totus purus et mundus.

Ita et in purgatorio quamdiu manet in anima aliquid cremabile tandiu affligitur. sed quam cito culpa et pena ibi consumpte sunt ille ignis extinguitur aia ex tota purgata deo presentatur. Sed quia in inferno nulla est redemptio: ideo aqua ardens nunquam ibi consumitur et per consequens nec ignis ibi extinguitur: secundum illud Esa. vltimo verbis eorum scilicet damnatorum non morietur. Super quo dicit dominus hugo car. quod in inferno vermes immortales esse credendi sunt qui carnes impiorum sine fine comedent secundum illud Eccli. x. Cum morietur homo hereditabit serpentes bestias et vermes.

Et Job. xiiij. Subter te sternetur tinea: et operimentum tuum erunt vermes. Sicut ergo ille ignis corporeus erit ita: et vermes corporei erunt: quorum vtrumque incorruptibile erit quia et ignis ille corpora damnatorum sine fine concremabit et vermes ea dilacerabunt. Sequitur. Et ignis eorum non extinguetur: secundum illud. Matthei. iij. Palcas: id est malos qui sunt tanque nuda palea que est sine grano: sic et ipsi sine fructu bonorum operum: comburet supple dominus igni inex=

stinguibili. Item natura et conditio spinarum talis est quod seinuicem complectūtur: et qui trahit vnā de facili consequenter trahit aliam. Sic et peccata et peccatores in inferno seinuicem complectūtur: vtpote adulter complectetur adulteram suam/et concubinarius concubinam suam ad maiorem eorū cruciatū: secundū illd Matth. xiij. Colligite zizania et alligate ea in fasciculos ad cōburendum. Ecce ergo quomodo per spinam intelligitur culpa mortalis propter materie qualitatem. Dicat ergo quilibet dānatus. Cōuersus sum in erumna mea: id est conuerti oculos mētis mee vt considerarem maximam miseriam in qua habito. Dum cōfigitur spina: id est dū me remordet conscientia vt exponit glosa interl.

¶ Lectio quindecima.

¶ Delictum meum cognitum tibi feci et iniustitiam meam non abscondi.

¶ Postq̄ in precedenti lectione ostensum est qualiter aduersitas est aliquando occasio redeundi ad deum per confessionem et peccatum suum recognoscendi secūdum illud Gregorij ꝟbū. Oculos quos culpa claudit pena aperit. hic consequenter agitur de ipsa ꝯfessione cū dicitur Delictum meum cognitum tibi feci. etc. Ubi notandū quod per delictum intelligitur peccatuz omissionis: quod per sincopam dicitur delictum quasi derelictum: quia derelinquitur a multis tanquam nullius estimationis et culpe: cum tamen sit multum graue in suo genere. Per iniustitiā vero peccatum commissionis designat. Nam peccata ꝯmissionis quādam iniustitiam important: vtpote furari rem alterius violare thorum proximi sui: occidere hominem auctoritate priuata: et huiusmodi.

De Palude autem dicit quod per delictū intelligitur peccatuz cordis seu pctm̄ quodcūq̄ occultum: per iniustitiam vero peccatum oris vel operis seu omne peccatum manifestum.

Uel aliter secundum eundem p delictum significatur peccatuz minus per iniusticiam vero peccatum maius. Sūt enim quidā hypocrite qui confitētur minora peccata et abscondunt maiora: et tales delictum suum cognitum quidem deo faciūt: sed iniustitiam abscondunt et opertunt. Sunt et alij qui totaliter oppositum faciunt: confitētur quidem grauia peccata et satis ea ponderant: cuiusmodi sunt adulteria: homicidia: periuria solennia et huiusmodi: sed de minus grauib9: cuiusmodi sūt simplex fornicatio: iuramentū et mendacium in negociando: concupiscentia vxoris proximi sui aut bonorū ipsius: de hmōi igitur que minus grauia sunt quam precedentia paruam aut nullam faciunt sibi conscientiam. Hec tamen omnia que ex genere suo mortalia sūt veniūt de necessitate confitenda: et nullomodo scienter et maliciose occultanda: quia vt habetur.

Prouer. xxviij. Qui abscondit scelera sua non dirigetur sup. in vitam eternam: qui autem re liquerit ea miam consequitur. Et Job. xxxi. Si inquit abscon di pctm̄ meū quasi homo sup. male mihi accidat. Item Aug. et recitatur in glo. sup hoc pas su. di. ꝙ quando homo detegit peccata sua in confessione: de9 ea tegit. Et si homo agnoscit il la: de9 ignoscit. Et per opposi= tum si hō tegit: de9 detegit: et si homo ignoscit: deus agnoscit. Dicit ergo verus penitens ad dn̄m. O pijssime deus fateor e= quidē me deliquisse apud tuā maiestatem: sed veniam vtcunqꝫ promereor: quia delictum meū cognitum tibi feci .i. confessori locum tuum tenenti: vt merito dicere possum cum regio ꝓphe ta. Delicta mea a te nō sunt ab= scondita. Notanter autem di. penitens ad dominum. Delictū meum ⁊c. quia propria peccata et non aliena confitenda sunt. Quot autem confessio facta sa= cerdoti loco dei tantum valeat: quantū si fieret deo: potissime quātum ad remissionem culpe declarat D. Petrus de Palu. p similitudinem de notario pu= blicano alicuius principis seu iudicis: qui singulariter aliqđ instrumentum perinde est ac si coram ipso principe vel iudice: seu ei9 manu propria fuisset si= gillatum: maxime vbi de hoc de eius mandato et ordinatione factum est. Sic in proposito cū domini sacerdotes sint spiri= tualiter a deo ordinati ad au= diendū confessiones peccatorū confessio eis facta tantū valeat ac si fieret ipsi deo in ꝓpria p sona. Sed forte dicis cum con= fessio principaliter fiat deo tan ꝙ ei a quo pricipaliter expecta tur ⁊ speratur peccatorū abso= lutio satis mihi erit si illi con= fiteat et non hōi. Rn̄sio anteꝙ̄ deus fieret homo non erat ne= cesse hoi. cōfiteri: sed postꝙ̄ car nem assumpsit ⁊ hoc sacramen tum instituit de necessitate sa= lutis expedit hoi cōfiteri. Ma= xime cum ad hoc obligetur ho mo peccator triplici precepto. A ¶ Primo quidē p̄cepto ipsi= us christi: qui in figura huius obligationis precepit decem le prosis dic. Ite ostendite vos sa cerdotibus. Luc. xvij. qui scili= cet sacerdotes erant figura sa= cerdotū futuri in ecclesia: vt di cit inter. Unde Leuiti. xiiij. di sic. Hic est ritus leprosi quādo mundādus est in lepra adduce tur ad sacerdotem. ⁊c. Secūdo ad hoc idem obligatur p̄cepto. Jacobi apostoli dicentis. Cōfi= temini alterutrum pctā vestra. Eiusdē. v.c. sup quo dicit glo. Interl. ꝙ quotidiana et leuia peccata possunt confiteri coe= qualibus: sicut fit in primis et Completorio. Itē in principio misse sed grauiora: vt pote mor talia sacerdoti sunt pandenda. Tertio obligatur peccatorum precepto ecclesie quod habet extra de pe. ⁊ re. omnis vtriusqꝫ sexus. Propterea dicunt docto res theologi ꝙ Papa non po= test simpliciter dispensare cum aliquo peccatore: vt nunꝙ̄ con fiteat: eo ꝙ nō potest supra ius diuinum quāuis bene possit di spēsare in tempore ex causa ra tionali: videlicet ꝙ quis non confiteatur semel in anno: quia

hoc est ex statuto ecclesie: et sic pater. etc.

B ¶ Est autem notandũ circa hunc passum q delictũ et iniquitas non pro eodem capiuntur. Quinimmo ista quatuor multum differunt que sunt.

Iniquitas.
Peccatum.
Delictum.
Scelus.

¶ Primo quidem iniquitas dicitur peccatum quod committitur contra proximum sicut est furari bona proximi: aut eum occidere seu in corpore mutilare: et huiusmodi: ideo dicit iniquitas: quasi non equitas: eo in talibus peccatis non seruatur illa equitas: quã xps nobis oibus dedit Mat. xxij. dic. Diliges proximum tuũ sicut teipsum Unde. j. Jo. iij. Qui facit peccatum: sup. in proximum iniquitatẽ facit et peccatũ est iniquitas. Itẽ iniqtas est si in politica ciuili pauperes plus iusto taliis et ceteris exactionibus grauentur: diuites autem supportentur: sicut plerumque euinire solet. Itẽ si qui et tennes defect⁹ simplicium grauiter vlciscantur: pctã autẽ potentũ impunita relinquantur. Itẽ iniquitas est dũ iustitia vidue: pupillo: et ceteris miseris psonis nõ administratur. Item si bona eorũ depredãtur: nec restituuntur. Itẽ si eis ad vsurã pstetur: et huiusmodi. Hec autem et his similia videm⁹ pl⁹ oculis nostris abundare. quã legam⁹ in sacris scriptu. Unde. psal. Uidi iniquitatem et contradictionẽ in ciuitate: id est in ciuili politia: que autem sit illa iniquitas ostendit cum subdit. Die ac nocte circũdabit eam sup muros eius iniquitas: quantũ ad prostibula et loca prophana: que communiter sunt in ciuitatibus extra cõmunem habitationem hominum: quia omnis qui male agit odit lucem: vt non arguantur opera eius. Jo. iij. Alia iniquitas est q pauperes grauati et infestati a potentib⁹ diu laborãt p audientia et sententia habẽda prout iniquitatis est: q post q consumpserint reliquã substantiam suã in procuratorib⁹ et aduocatis: vel non deceditur negocium: aut decidatur cõmuniter hoc fit in damnũ et grauamẽ eorũ: et hoc est quod subdit psal. (Labor in medio eorum) .i. in loco iudicij qui communi constituitur in medio ciuitatis (et iniustitia) supple fit in pauperibus in pronunciatione sententie post tãtos labores et impensas ab eis factas in psecutione cause iuste. Alia iniqtas que regnat in ciuitatibus est q mercatores diuites et potentes nolunt subuenire necessitatib⁹ populorum et pauperũ nisi sub spe lucri. Et hoc est qđ subdit (non defecit de plateis eius vsura et dolus) Bene autẽ di. Nõ defecit. etc. qr mortuo patre vsurario: p vno scitãtur duo vel tres filij ipsius. Notanter etiam dicit (de plateis eius) quia tales vsurarij querunt habitare in locis cõmunibus: vt facilius eos inueniãt pauperes ad eos recurrentes: dicit ergo q non defecit in talibus ciuitatibus vsura et quia: dolus aut mercatores credunt stastim habere precium rei sue: quam vendunt

et tunc vendunt cum dolo: aut faciunt credentiam suis temporibus: et tūc plus iusto vendūt ratione termini: quod vsurariū est etiam contra domini preceptum. Deutro. xxiij. Non fenerabis fratri tuo ꝛc. Itē in nouo testamento. Lu. vi. dicitur. Date mutuum nihil inde sperantes. Audiant tales iniquitatem facientes: aut in ciuitatibus eam regnare permitentes: quātum ad rectores ciuitatum: audiant inq̄ id quod sequitur aliquibus interpositis veniat: id est veniet mors super spiritualis: ꝛ corporalis et tandē eternalis super illos: et descendant id est descendent (in infernum viuentes cuiuscausa subditur) quoniam nequitie in habitaculis eorum): id est in domibus vel conscientijs eorum. Cum vero in inferno se viderint inclusos dicent illud. Sapientie. v. Lassi sumus in via iniquitatis: id est vsuris ꝛ rapinis nostris et ambulauimus vias difficiles: videlicet die ac nocte omni cura et solicitudine laborando pro congregandis diuitijs: viā autem domini ignorauimus: scilicet mandatorum eius: et presertim charitatis: quam nō exhibuimus pauperibus eis ex charitate subueniendo.

¶ Secundo peccatum dicitur illa offensa que committitur contra corpus proprium. cuiusmodi est ebrietas: ꝛ similiter omnis crapula: aut etiam luxuria. Unde peccatum secundū ethimologiam nominis dicitur quasi pecoris actum. Nam crapula seu ingluuies: luxuria et huiusmodi proprie peccatorsunt: que cum ratione careant naturaliter insequuntur motus et passiones sensuales: quibus communicat homo peccator tales actus exercendo et prosequendo: ita merito dicere possit illud Psalmista. Ut iumentum factus sum apud te. Et alibi homo cum in honore esset: scilicet ad ymaginem ꝛ similitudinem dei factus: non intellexit sup. suam dignitatem: comparatus est iumentis insipientibus et similis factus est illis: immo peior illis factus est: quia bruta naturam suam non excedunt non enim bibit equus nisi ad saturitatem: nec similiter comedit asinus vsq̄ ad vomitum. Cuius oppositum homo crapule deditus operatur. Dicit autem Chrisost. super illo verbo. Cōparatus est iumentis insipientibus q̄ peius est cōparari iumentis: q̄ nasci iumētū. Nam naturaliter non habere rationem tolerabile est: verū ratione decoratum irrationabili nature comparari voluntatis est crimē. Hec ille. Propterea deuo. Ber. di. sic. Puto si iumenta loqui possent dicerent ecce. Adam quasi vnus ex nobis est. Audiant igitur luxuriosi ꝛ crapulosi viri salubrē admonitionem. Psal. dicentis ad eos. Nolite inquit fieri sicut equus et mulus quibus non est intellectus. Qualiter autem quis in corpus suū peccare possit declaratur: ꝛ primo quidem de Luxuria: de qua dicit Apls. Cho. vi. q̄ qui fornicatur in corpus suum peccat: quia per nimium coitum vitiatur corpus ꝛ eneruantur vires corporee. Unde

sit quod animalia magni coit⁹ sunt breuioris vite: vt di. Phi. Hoc etiã idem declaratur quo ad crapulam: quia vt habetur. Eccli. xxxij. In multis escis erit infirmitas propter crapulam multi obierunt: q2 crapula suffocat nature virtutem. Sequitur. Qui aũt abstinens est adij ciet vitam: id est prolongabit vitam suam: eo q̃ abstinentia est summa medicina. Ecce quomodo peccatum bene dicitur pecoris actum: et qualiter offendit corpus proprium.

¶ Tertio delictum dicitur illa culpa que fit contra propriam animam sicut est superbia: presumptio vana gloria: ira: inuidia: turpes: ꝛ immunde cogitationes: mala desideria et cetera peccata: que militant aduersus animam. Quamuis enim proprie loquendo delictum significet pctm̃ omissiõis. Et delictũ propterea dicitur quasi derelictum: vt dictum est: tamen extensa eius significatione ꝛ nomine ꝑ delictũ intelligi potest peccatum quod fit contra animam sicut exemplificatum est: quod adeo ml'tiplex est ꝛ variũ vt dicat. Psal'. Delicta quis intelligit: q. d. null⁹ perfecte. Ideo consequenter orat talia delicta id est derelicta et omissa peccata sibi remitti dicens. Ab occultis meis munda me. Nam vt di. Au. Pius dñs pie petentib⁹ aut peccata dimittit: aut oblita ad memoriã reducit debẽt ergo confiteri volẽtes deuote dominũ orare pro illorũ noticia ꝛ recordatiõe dicẽdo illud psal'. O domine deus delicta mea a te non sunt abscondita: te ergo supplex exoro vt mediante tua illustratione illorum reminisci valeam: aut saltem illa mihi nõ imputes ad damnationem. Et hoc est quod idẽ Psal'. petebat a domino dicẽs. Delicta iuuẽtutis mee ꝛ ignorantias meas ne memineris: id est non reserues mihi illa ad penam perpetuã.

¶ Quarto scelus dicitur illa offensa que immediate et directe fit contra dominum: sicut sunt blasphemia: desperatio: periurium et huiusmodi. Unde deus pater loquens de filio suo. Esaye. liij. di. sic. Propter scelus populi mei percussi eum. Item in eodem attritus est ꝑpter scelera nostra: id est flagellatus et collaphizatus est propter grauissima peccata mundi: cuiusmodi sunt ille que directe sunt contra deum. Unde. hiere. xi. dñs conqueritur de ydolatrijs et sacrificijs iudeorum: que offerebant ydolis: et non deo: vocando huiusmodi superstiones et prophanitates scelera dicens. Quid est q̃ dilectus meus. i. populus iudaic⁹ i domo mea: id est in tẽplo qđ mihi elegi vt mihi in eo sacrificaret et non ydolis / facit scelera multa: ibi scilicet colendo et venerãdo ydola quasi dicat maximum est hoc scelus: etiã in domo mea me inhonorare. Possumus etiam hunc textum legere de sceleribus et enormibus delictis aliquoꝝ ecclesiasticorum: de quorum quolibet tali admiratiue loquitur dñs dicens. Quid est quod dilect⁹ meus: id est sacerdos quẽ tm̃ dilexi: vt quadam familiari dilectione concesserim ei tractare

sacramentum corporis et sanguinis mei et ipsum conficere: quod neque angelis neque etiam matri mee concessi: ipsum deni que adeo dilexi: quod specialiter eum mihi elegi et cosecraui siue dedicaui: et tamen tanquam ingratus (in domo mea) id est in ecclesia (facit scelera multa) vtpote polluto corpore et spiritu mihi in altari ministrando: cum tamen scriptum sit in Psal. Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat. Item sacramenta et res diuinas symoniace expendedo. Item laudes mihi debitas irreuerenter et irreligiose persoluedo. Hec sunt scelera eius multa: de quibus conqueror. Uel domus domini: est presbyterium siue domus claustralis: et huiusmodi: in quibus resident hi qui diuino cultui specialiter mancipati sunt. Sed proh dolor in talibus domibus domini fiunt scelera multa saltem in aliquibus vtpote comessationes et ebrietates rixe et dissensiones, concubinatus et cetere abominationes. Ita vt hac nostra tempestate merito possit dici illud quod legitur contigisse temporibus Machabeorum per Antiochenum virum sceleratissimum et suos. vcz quod templum luxuria et comessationibus erat plenum et scortantium cum meretricibus. Nam sacratis edibus mulieres se vltro ingerebant, introferentes ea que non licebat. ij. Machab. vi. Ita et nunc non minora perpetrantur peccata in aliquibus domibus claustralium siue ecclesiasticorum. Hec igitur sunt scelera super quibus merito conqueritur dominus. Patet ergo quomodo quatuor predicta differunt que comprehendit sanctus ille Job. xiij. dicens. Quantas habeo iniquitates et peccata scelera mea atque delicta ostende mihi. q. d. penitens perdifficile mihi est recordari omnium peccatorum que com misi secundum quod scriptum est in Psalm. Delicta quis intelligit et ideo te rogo omnipotens deus vt illa mihi ostendas quatenus de illis plene cofiteri valeam: et non vt in illis iterum mihi complaceam.

Lectio. xvi.

¶ Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino & tu remisisti impietatem peccati mei.

¶ Postquam in precedenti lectione ostensum est qualiter penitens nude et aperte peccata sua domino confiteri est paratus. Hic consequenter ostenditur quis fructus inde sequatur cum idem penitens subinfert. Et tu remisisti impietatem peccati mei. Penitens igitur animaduertens taciturnitatem in confessione obesse saluti anime sue secundum quod prius dixerat. Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea. ideo nunc proponit cofiteri clare et nude dicens. dixi. i. apud me firmiter deliberaui vt exponit glo. ordi. Confitebor aduersum me. i. mihi imputando peccatum meum: et non deo vel nature seu complexioni vt dicit glo. interl. iniustitiam quia mate

ria confessionis sunt peccata
non quecunq; sed propria: ideo
addit meam: sed quia confessio
nō fit homini nisi vice dei ideo
subdit, domino. consequenter
insinuat vtilitatem & fructum
confessionis perfecte subinfe-
rens: & tu remisisti impietatem
peccati mei. sup quo dicit Cas-
siod. & recitatur i glo. ord. Ma
gna dei pietas vt etiam ad so-
lam promissionē dimittat pec-
cata. Nondū pronūciat: sed tā
tum promittit se pronūciatu-
rū peccator & ecce iam deus ei
dimittit: quia hoc ipsum dice-
re quoddā pronūciare est cor-
de. Nec tamen sufficit soli deo
confiteri vt olim greci tenebāt
sed oportet delictum suum co-
gnitum facere sacerdoti vt ha-
betur de pe. di. j. quidam.
A ¶ Notandum est aūt circa
hunc versum q multe & quidē
pulchre cōditiones & circūstan
tie ad verā cōfessionem reqrū-
tur q exprimūtur in hoc versu.
¶ Prima igitur conditio con-
fessionis est q debet esse pme-
ditata et hoc notatur cum di-
citur dixi. i. apud me desidera-
ui anteq cōfiterer. quid & qua
liter confiteri deberem. Ut em
dicit dominus Petrus de pal.
confessio debet esse multū ma-
ture deliberata. Ita vt confite-
ri volens non veniat coram sa
cerdote a casu vel a fortuna sz
ex proposito magno et cū mul-
ta deliberatione: vtpote si quis
velit facere confessionem gene-
ralem. Primo debet recogitare
totam vitam suam a tempore
quo potuit primum peccare.
Item statum suū attendere vi-
delicet si sit ecclesiasticus vel
laicus et qualiter in illo vixit.
Item vbi et cum quibus cōuer
satus est & huiusmodi. Si ve-
ro velit facere confessionē par-
ticularem & communem. recol-
ligere debet omnes actus suos
ex quo vltime confessus est: et
hoc secundum plus vel minus
secundū q magis tardauit cō-
fiteri. vel pluribꝰ peccatis im-
plicatus fuit. Sicut ergo sindi
cus alicuiꝰ magni domini red
diturus rationem domino suo
prius diligenter reuisitat rece
ptas suas et missas ne de frau
de circunueniatur. Ita & in p-
posito. Et hoc est quod dicitur
Ecclesiast. iij. Omnia tēpus ha
bent. Est enim tempus colligē-
di lapides. i. peccata que ani-
mam ledunt et quodāmodo la
pideam per indurationem effi-
ciunt. Hoc autem tempus col-
ligendi huiusmodi lapides si-
gnificat ipsam premeditationē
in qua debemus tales lapides
quasi in aceruum vnum reco-
gitando congregare. secūdum
illud Jerem. l. Tollite de via la
pides. i. peccata et redigite in
aceruos. Non enim fructificat
ager nisi de medio ipsius colli
gātur lapides in aceruos. Sic
nec ager conscientie potest fru
ctus bonorum operum facere
nisi prius colligantur inde la-
pides peccatorum & reponan-
tur in aceruum memorie. Seq
tur & tempus supple est spergē
di lapides. hoc est peccata i cō
fessione proijciendi. Postquā
enim quis in vnum congrega-
uit purgamenta multa conse-
quenter ea foras proijcit ne vl
terius noceant et locum prio-
rem inficiant. Ita et in propo-

sito. Propterea taliter premeditabatur peccata sua rex ille Ezechias qui conuersus ad parietem flens dicebat ad dominum. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine. Esa.xxxviij.

¶Secunda conditio bone confessionis est quod debet esse veridica ideo subdit confitebor/ scilicet corde & ore. Non enim dicam ore quod non habeã in corde. nec aliquid habebo in corde quod non dicam ore. Si enim inquit dominus Petrus de pal. homo confitendo propter humanam verecundiam/ aut propter indiscretam humilitatem scienter mentiretur vt pote negãdo se fecisse quod fecit. aut asserẽdo se fecisse quod non fecit non esset. veridica eius confessio. nec sua peccata deleret quin potius ea augeret & multiplicaret: quia vt habetur Sapien.j. os quod mentitur occidit animam scz mucrone peccati. Quamuis enim multa mendacia tantum venialia sint secundum August. in libro de mẽdacio vbi distinguit viij. genera mendaciorum itemque nonnulla venialia sunt nõnulla autem mortalia mendacium tamen illud quod in sacramentis committitur mortale censetur. Et ita qui mentitur confitendo scienter vndecunqz siue ex humilitate siue ex rubore & pudore mortaliter peccat. propter quod Salomon in predicta auctoritate subdit. Nolite celare mortem. i. mortale peccatum in errore vite vestre. id est aberrãdo a vita gratie que ducit ad vitam glorie. propterea Augustinus de verbis apostoli & recitatur. ij. ij. q. ij. cum humilitatis. dicit sic. Cum humilitatis causa mentiris si non eras peccator antequam mentireris. mentiendo efficeris quod euitaras. veritas autem ipsa in te non est nisi te ita dixeris peccatorem vt etiam te cognoscas. veritas autem ipsa est vt quod est dicas. Nam quomodo est humilitas vbi regnat falsitas. hec ibi.

B ¶Sed obijci potest dupliciter. Primo sic. Nam secundũ August. & recitatur in decretis di.v. ad eius. Bonarum mentium est ibi etiam culpas suas agnoscere vbi culpa non est. Ad hoc respondet glo. super dicto: c. cum humilitatis. ꝙ in genere potest quis dicere se esse peccatorem quia nemo sine crimine viuit: vt habetur dist. xxv. vnum orarium. confitens igitur dicens se esse peccatorez verum dicit dummodo credat se esse talem: & sic habeat in mente qualiter dicit ore. Sed in particulari dicendo aliquod peccatum de se de quo non est conscius immo contrariũ credit mortaliter peccat. ¶Secundo potest obijci sic. Nam multi sacerdotes in principio misse faciunt magnam tragediam & narrationem peccatorum que confitentur se cõmisisse que tamen non commiserunt & tamen de tali consuetudine damnantur igitur. Ad hoc similiter respondet eadem. glo. ꝙ illud faciunt in persona. ec. Nullum enim peccatum est qđ non reperiatur in aliquo membro ecclesie. Vel dic vt dicit.

Aug.ꝙ in vno peccato multa peccata possunt notari.Cũ enĩ quis peccat mortaliter committit homicidium occidendo animam suam.committit etiã furtum:quia se subtrahit deo. Itẽ adulterium:quia recedit a deo et fornicatur cum diabolo. similiter periurium : quia fidem promissam in baptismo non seruat.Et similiter ꝙ dicit sacerdos se peccasse in omnibus vitijs in quibus miser peccator peccare potest.sub illa generalitate comprehenduntur genera singulorum peccatorum : et non singula generum.Patet ergo ꝙ confessio debet esse veridica ⁊ nunꝗ falsitati scienter admixta. Unde contra illos qui ex humilitate mentiũtur in cõfessione.cuiusmodi sunt alique bigote mulieres scribitur Job. xiij.ꝙ deus non indiget nostro mendatio vt pro illoloquamur dolos.Et Grego.dicit ꝙ veritas non indiget falsitate fulciri.Per oppositum autem de illis qui ex humana verecundia aliquid subticent in confessione scribitur.Ecclesiasti quarto fili pro anima tua id est pro salute anime tue non confundaris dicere verum idest non erubescas confiteri peccatum tuũ pure et nude homini qui illud nulla via potest reuelare.ꝙ si ex humana confusione aliquid sciẽter tacueris mortaliter peccabis:et hoc est quod subditur Est confusio adducens peccatum supple nouum.

¶ Tertia conditio confessionis est ꝙ debet esse accusatoria scilicet sui ipsius ⁊ hoc tangitur cũ dicitur aduersum me. vnde Job.x.dicitur in persona veri confitentis dimittam aduersum me eloquium meum quasi dicat confitendo me accusabo qui prius excusabam dum peccabam. Item prouer. xviij.dicitur ꝙ iustus ideo qui a peccatis iustificari desiderat prior accusator est sui. Nunquid dauid se ipsum accusabat et aduersum semetipsum dimittebat eloquium suum cum diceret ad dominum.Ego sum qui peccaui ego sum qui inique egi obsecro vt vertatur manus tua super me.ij.Reg.vltimo.Similiter se ipsum accusabat Judas cum dicebat.Peccaui tradens sanguinem iustum. Matthei. xxvij. sua tamen accusatio illi non profuit quia non vere penituit.Qui ergo in confessione se excusat et alium accusat non vere confitetur qualis fuit adam qui cũ a dño reprehenderetur vxorem suã infamauit dicẽs mulier quam dedisti michi sociã dedit michi de ligno ⁊ comedi.Geñ.iij.Non minus autẽ mulier se excusauit cum dño respondit. Serpens decepit me ibidẽ.Uterqꝫ ergo recurrit ad sui excusationẽ. quod facit ad peccati aggrauationem Talis est cõfessio eorũ qui retorquẽt peccatum suum in deum dicentes deus me fecit talem ⁊ dedit mihi talem inclinationem ⁊ naturam non possem aliter agere:etiam vbi vellem aliter facere re Alij autem retorquent peccata sua in corpora celestia dicentes se esse natos in tali hora ⁊ sub tali constellatione aut planeta vt oporteat eos velit nolint subiacere tali vel talẽ

vitio. Quod si verum dicerent
nō ipsi sed ipse deus poti⁹ cul=
pandus foret qui omnibus re=
bus singulas inclinationes et
naturales proprietates indi=
dit. Tales etiā sunt veraciter
sectatores Manicheorum qui
ponentes diabolum actorē vi=
sibilium attribuunt eidem om
nes defectus qui in istis infe=
rioribus emergere solent: se ful
cientes maxima philosophorū
dicentium quod deus formam
dās dat ꝯsequentia ad formā.
Sed orthodoxa fides vtrunqꝫ
damnans affirmat solum deū
creatorem visibilium ⁊ inuisi=
bilium neminemqꝫ a quocunqꝫ
seu vndecūqꝫ ad malum neces=
sitari posse. Hoc patet euiden=
ter per illud domini verbū ad
Caym/ ⁊ ad ceteros quosqꝫ ho
mines ratione vtētes. Subter
te erit appetitus tuus ⁊ tu do
minaberis illius. Gen. iiij. vn=
de Sen. ad Lucil. Erras si exi=
stimas vitia nobiscū nasci. su
peruenerunt ingesta sunt: nul=
li nos vitio natura ꝯciliat nos
illa integros ac liberos genuit:
hec ille. Hoc etiam patet exē=
plo Themide philosophi de
quo narrat Valeri⁹ maximus
lib. vj. quod cum fuisset factus
adolescens tanta pollutus est
infamia vt eum pater a se abdi
cauerit ⁊ mater videns ei⁹ cor
corruptissimos mores loqueo
se suspendit qui tamen cum
ad robustiorem deuenissset e=
tatem in philosophum clarissi=
mum et tandem athenarū prin
ceps fact⁹ gloriose rexit rēpubli
cam. Patet ergo quod non est
cui nostram merito ascribam⁹
erunnam vt dicit Amb. et reci=
tatur. xv. q. i. non est nisi pro=
prie voluntati. nemo inquit nō
strum tenetur ad culpā nisi vo
luntate propria deflexit nō ha
bent crimen que inferuntur re
lectantibus: voluntarium sibi
militem elegit christus volunta
rium seruum sibi diabolus au=
ctionatur id est emit vt dicit
glo. Nam auctionarius ꝓprie
dicitur mercator qui res suas au
get. Propterea dicit Aug. et re
citatur. xxiiij. q. iiij. nabucho=
donosor. Vasis ire nunqꝫ deus
redduceret interitū si non spon=
taneum inueniretur homo ha=
bere peccatum.

¶ Nota historiam de illa fi=
lia que pergebat ad domum cu
iusdā magni domini vt ibi ser=
uiret cui apparuit diabolus in
via monens pro honore suo ne
ibi declinaret eo ꝙ ibi morabā
tur famuli dissolutissimi q̄ eam
de facili corrumpere possent.
Illa autem de se nimis presu=
mens respondebit de hoc non
sibi timere et ꝙ bene se de illis
expediret: sed non multo post
ab vno impregnatur: et domo
confusibiliter expellitur. Cum
ergo ad propriam domum redi
ret iterum ei apparuit demon
interrogās vnde veniret ⁊ cur
tantum tristis esset que respon
dit. O qꝫ misera sum o qꝫ miser
rime decepit me diabolus quā
do duxit me ad talem dominū.
Et statim percussit eam diabo=
lus in faciem dicens. Mentis=
ris. Ego enim sum diabolus q̄
apparui tibi die tali in hoc mo
dum ne illicires. Sed vos chri=
stiani soletis semper vos false
excusare et omnia peccata ve=
stra in me retorquere, ⁊ tn̄ mul=

ta facitis de quibus nos demones non tentamus vos. Patet ergo quod peccator se solū debet accusare dicēs. Confitebor aduersum me iniustitiam, &c.
¶ Quarta conditio confessionis est quod debet esse circa debitam materiam videlicet circa peccata. ideo subdit psamis. in persona confitentis. iniustitiam. Sola enim iniustitia seu offensa confitenda est: & nō iustitia. Solent enim quidā confiteri per ppositiones affirmatiuas se iactādo dicētes. Ego ieiunaui quadragesimam. Feci talem vel talē peregrinationem & huiusmodi. Alij vero cōfitentur per propositiones negatiuas dicentes. De bonitate dei ego nihil habeo de alieno. nec vnquam feci defectū in matrimonio meo. Item non libenter loquor in malum de proximis meis: & sic de alijs narrationibus supfluis. Talis fuit confessio pharisei dicētis. Lu. xviij. Gratias tibi ago domine: quia nō sum sicut ceteri hominū. Tanquam si diceret. Ceteri homines sunt peccatores: ego autē solus iustus sum. Cōfitetur autem iniustitiam aliorum suam confitendo iustitiam cum dicit. Raptores sunt sup. ceteri homines: similiter iniusti & adulteri: velut etiā hic publicanus. Sed hec est iustitia mea quam facio. Jeiuno bis in sabbato: id est in ebdomada: et preter hoc decimas do omnium que possideo. Dicit autem do: cum tamen potius deberet dicere reddo: quia decime debentur ex precepto domini: secundū illud Malachie tertio, Inferte omnem decimam in horreum meum. Augustinus. Redde decimas: aliter deducer ad decimam partem angelorum que de celo cecidit in infernū. Sed attendant q̄ more pharisei confitentur iniustitiam quam non faciunt et iustitiā quam faciūt quod publicanus qui cōfessus est suam iniustitiam cum humilitate & dolore dicēs. Deus propicius esto mihi peccatori. Finaliter descēdit iustificatus in domum suā ab illo: id est plusquam ille iactator phariseus.
¶ Quinta conditio confessionis est q debet esse ppria ideo subditur vbi supra Meam. Sola enim propria iniustitia seu iniquitas confidenda est & nō aliena. Unde extra de pe. & re. Omnis vtriusq; sexus. Dicitur q adultus debet confiteri omnia et singula sua peccata. Et nota q dicit sua. Taliter ergo penitens confiteatur reatum suum vt non pendat alienum.
D ¶ Sed questio est de illo qui non potest confiteri peccatum suum nisi manifestādo alienum: vt pote si pater cognouerit vnicam filiam: quid iuris? Ad hoc respondendum est conformiter ad beatum Tho. iiij. sentē. di. xvi. q talis debet petere licentiam a suo curato alteri confiteri. Quam si denegauerit adeat episcopum. Ubi autem vterq; licentiam denegat tūc eniz dispensat sūmus sacerdos christus vt alteri confiteatur. Si autem talis persona sit que non possit cuicunq; sacerdoti confiteri nisi manifestando personam cum qua peccauit si circunstantiam confite-

tur vtpote si rex cognouerit vnicam sororē tunc sufficit confiteri peccatū in generali: Verbi gratia dicendo. Ego peccaui cum aliqua persona de proximo mihi attinente. Et huius ratio est: quia secundum doctores confitens tenetur celare famam proximi quātum potest. Dicit tamē Richardus de media villa in. iiij. sentent. di. xxi. quod aliquis potest manifestare peccatum alterius zelo charitatis: scilicet ad eius emēdationem et correctionem: videlicet illi qui potest prodesse et nō obesse: et vt preseruetur a recidiuo. Ista tamen manifestatio secundum eundē debet fieri extra confessionem: quia vbi fieret in confessione/ confessor ex hoc tantum non posset procedere ad correctionez alterius. Similiter possunt licite parentes et domini intantare confessorem: vt interroget filios eorum: et seruos qui habent eidē confiteri: super tali vel tali casu de quo habent eos verisimiliter suspectos: et hoc totū propter eorum salutem.

¶ Sexta conditio confessionis est quod debet esse discreta: ita vt non fiat propter vanam gloriam: aut hypocrisim/ sed propter deum placandum et honorandum: ideo subdit domino. q. d. Confitebor ad honorē domini non ad laudem mūdi. Ut enim dicit Augustinus. Confessio penitentis ad laudē pertinet ignoscentis. Unde confessor potest dicere penitēti id qd dixit Josue ad Achor. Fili da gloriam deo: confitere et indica mihi quid feceris. Josue. vij. Sed dicis. Ergo sufficit confiteri domino peccatuz suum ad exemplū ipsius David. Ad hoc respōdet dominus Petrus de palude dicēs quod antequam deus fieret homo sufficiebat soli deo cōfiteri: sed ex quo deus homo factus est vtrique ꝯfitendum est: videlicet deo et homini. Propterea dixit Christus apostolis suis i persona omniū habētium vsum clauium ecclesie. Quorum remiseritis peccata remittentur eis: et quorū retinueritis retenta erunt. Job. xx. Confessio igitur predictis circunstantijs vestita et concomitata est oiz scelerum quantūcunque grauissimorum remissiua. Propterea subditur vbi supra. Et tu remisisti impietatez peccati mei. scilicet ante actualem confessionem per solā contritionem: tamen cum proposito confitendi. In cuius figura legitur. Luc. xvij. quod postquam dominus dixisset decem leprosis quod ostenderēt se sacerdotibus: dum irent mūdati sunt. Ecce quantum prodest peccatorum vera et perfecto confessio.

E ¶ Preter hec autem iterum notanda sunt quatuor de ipsa confessione. Est enim confessio.
Vomitus peccati.
Reuelatio inimici.
Vox pauonis.
Exclamatio latronis.

¶ Primo quidem confessio est vomitus peccati. Nam sicut comedens seu bibens venenū statim moritur nisi quā citius remedium adhibeatur: quo adhi

bito si venenum euomat ex toto tunc a periculo mortis liberatur. Sic qui ore cordis per consensum peccatum quo sola anima venenatur sumit/ etiam mortem eternā incurrit nisi ipsum venenum confitendo euomat. quod si ipsum euomuerit/ tunc a periculo mortis eterne liberabitur. Et istud est consilium quod datur Ecclesiastici. xxxi. Si coactus fueris in edēdo multum/ id est si aliqua tentatione tractus fueris ad peccatū/ surge e medio ꝛ vome: videlicet ipsum peccatum aperto ore confitendo/ ꝛ refrigerabit te: scilicet contra ardorē penarum inferni. Sed miseri peccatores ad hanc deducti sunt fatuitatē quod plus curant de salute corporis quam anime. Nam si qui deglutierint araneam aut paruam muscam libenter toto studio prouocāt se ad vomitum propter periculū vitanduꝫ. Et pro salute anime nolunt euomere peccati abhominationem per confessionem: quasi preferentes salutem corporis saluti spiritus et anime sue.

¶ Secundo confessio est denundatio ꝛ reuelatio insidiarū inimici nostri infernales. Quemadmodum enim per hoc quod insidie latentis hostis detegūtur eius conatus: gallice entreprinse. frangitur et impeditur. Ita per hoc quod peccata quibus aduersarius noster diabolus animabus insidiatur in cōfessione deteguntur ꝛ produntur: ipso facto vires ipsius diaboli franguntur: quia vt dicit Augustinus. Potestas et virtus inimici annichilatur proditione reuelata. Et idem. Reuela inquit/ proditionem: et victus fugiet inimicus. Propterea legitur in collationibus patrum quod Joannes Cassianus cuidam nouiter conuerso ad sanctam/ et religiosam vitam: varias tamē et graues tentationes patienti. Pro summo remedio ꝛ salubri consilio dixit quod eas diu non teneret in secreto suo/ sed potius eas aliis patribus reuelaret/ ꝛ sic tentatorem fugaret. Quod cum fecisset nō multo post a tentationibus liberatus est. Et in figura huius legitur quarti Regū sexto. quod cognatus regis Syrie frustrabatur in bello qđ gerebat contra Israel: eo ꝙ insidie quas sepe ponebat in diuersis locis ꝓdebantur regi Israel ab Helliseo propheta eas cognoscente in spiritu prophetico.

¶ Tertio confessio est vox pauonis. Sicut enim vox pauonis adeo est terribilis ꝛ stupenda venenosis animalibꝰ quod non audent morari in locis in quibus sepe auditur. Sic et diabolus non libenter nec diu moratur in loco vbi vox confessionis sepe auditur. Da etiam exemplum de mure fugiente ad vocem cati. Ubi vero diabolus inuenit confessionis silentium: ibi facit dormitorium suū. Propterea nos admonet apostolus Jacobus/ quarto capit. canonice sue dicēs. Resistite diabolo et fugiet a vobis. Sed vnde tanta virtꝰ

vocis confitentis: vt etiam longe faciat diabolum a corde humano: quem etiam multi sancti patres frequenter nequiuerũt eijcere a corporibus obsessorum. Certe a domino factũ est istud et est mirabile i oculis nostris Et hoc est quod ait psalmista. Dabit suple dominus voci sue: scilicet confitentis vocem virtutis.

¶ Quarto / confessio est exclamatio latronis. Sicut enim fures nocturni non audẽt venire ad ouile / vel domum in cuius circuitu sũt canes tota nocte latrantes vel speculatores clamãtes: sicut tempore vindemiarum fieri solet cõtra feras. Sic neque demones habẽt liberum accessum ad homines sepius confitentes. Et hoc est quod psalmista orabat ad dominum dicens. Ne tradas bestijs / sup. infernalibus animas confitentes tibi. Patet ergo quanta sit virtus et efficacia confessionis.

¶ Lectio. xvij.

¶ Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tẽpore oportuno.

¶ Postque in pcedẽti versu ostẽsum fuit quantum apud deum valeat penitẽti debita oris cõfessio: cum subditur. Et tu remisisti impietatem peccati mei. q. d. quod est remissiua culpe: ideo cõsequenter in hoc versu ostẽdit psalmista qualiter possit quis impetrare a deo perfectam et integram suorum peccaminũ remissionem: cum dicit. Pro hac scilicet impietate vel remissione peccati: vt dicit glos. interl. Orabit ad te non ad angelum vel hominem: quia tu solus potes peccata remittere secũdum illud. Esa. quadragesimotertio. Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me sup. glorificandum. Itẽ Matth. ix. Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata. Sed quia vt dicit cecus natus. Deus peccatores non audit Joan. ix. Et psalmus. Iniquitatem si aspexi i corde meo nõ exaudiet dominus. Ideo ostendit quis debeat orare ad dominum pro peccatorũ remissione: cum subdit. Omnis sanctus. i. omnis homo vt sit sanctus. Uel si sit iã sanctus vt sanctior fiat: secundum illud Apocaly. xxij. Qui iustus est sanctificetur adhuc: et qui sanctus est iustificetur adhuc. i. ad hoc laborat continue vt sanctior fiat. Tandem ostẽdit psalmista quando debemus orare pro peccatorum remissione: cum subinfert. In tempore oportuno: quod est totum tempus vite presentis: de quo. ij. Cor. vj. Ecce nũc tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis. Uel vt dicit Greg. Tempus oportunum / est tempus gratie: dies remissiõis: plenitudo temporis. In quo propter nimiã charitatẽ suã qua dilexit nos deus misit filiũ suum factum ex muliere: factum sub lege / vt eos qui sub lege erant redimeret: vt adoptionem filiorũ reciperemus. Sed quid est (inquit Gregorius) quod dicit in tempore oportuno? Nũquid et ante aduentum Christi non extiterunt sancti qui ora-

rent pro peccatorum suorum et populi remissione? Fuerũt plane. Sed iam illud tẽpus oportunum in corde susceperant eo quod Christum in carne futurũ expectabant: per cuius tantum fidem saluati sunt. Uel in tempore oportuno: id est cum homo habet propositum relinquendi peccata. Aliter enim non exauditur: secũdum illud. Esa. i. Cum multiplicaueritis orationem non exaudiam: manus enim vestre sanguine plene sunt. Cõsequẽter ipse Esayas ostendit qualiter formanda sit oratio cũ subdit. Lauamini mundi estote auferte malum cogitationũ vestrarum ab oculis meis/ dicit dominus. Ista etiã debẽt notare illi qui assumunt onus et officium pro aliis orandi: quia ad hoc quod pro aliis exaudiantur requiritur quod sint sancti per gratiam et peccati carentiã quia vt dicit Gregorius. et recitatur. iii. q. vii. In grauibus. Cũ is qui displicet ad intercedendum mittitur irati animus ad deteriora prouocatur.

A ¶ Est autem notandũ circa hoc quod cum dicitur. Pro hac orabit. etc. ly. hac potest multa demonstrare: videlicet.

Pctõrum venialium expiationẽ.
Iniqtatũ mortaliũ remissionẽ
Celestis gratie infusionem.
Eterne glorie perceptionem.

¶ Primo quidem potest demõstrare peccatorum venialiũ expiationem sine quibus regulariter non potest iustus quantũcunque sanctus trãsigere presentem vitam secundum illud. Eccl. vii. Non est homo iustus in terra qui faciat bonum et nõ peccet. Nemo enim sine peccato est neque infãs cuius est vnius diei vita super terrã. vnde Iob xv. Inter sanctos dei nemo immutabilis sup. a gratia per naturã: et celi. i. viri perfecti et contẽplationi dediti nõ sunt mundi in conspectu eius. Nec quidem mirum: quia etiam in angelis suis inuenit prauitatem: vt habetur eiusdem Iob. iiii. Quãto ergo/ inquit Grego. electus quisque maiori sanctitate preeminet tanto magis de his sine quibus hec vita non ducitur venialibus peccatis dolet. Quis autem sanctior paulo q̃ cum delectatur lege dei secundum interiorem hominem et alia legem in membris suis legi mentis sue videret repugnantem: vt habetur Ro. vii. Miserum se exclamans cõmemorat et de se diffidẽs de corpore mortis illius: per dei gratiam liberari expectat. Idem. Nihil sibi cõscius fuerat: sed nequaquam in hoc se iustificatũ credebat. Deinde subdit idem Greg. Sancti etenim viri: licet iam magnis virtutibus polleãt: habent tamẽ adhuc de culpe obscuritate quod feriant. Quod diuine profecto pietatis dispensatione agitur: vt qui ascẽsiones in corde suo disponunt: ad humilitatis celsitudinem sua melius infirmitate subleuentur: quatenus vnde parua reprehẽsibilia humiliter patiuntur/ inde verius in iustitie virtute roborẽtur. Hec ille. Pro hac igitur peccatorum venialium expiatione orat ad te domine omnis sanctus: quia sine peccati macula iter viros solus inuenitur Iesus Chri-

stus: quia teste psal. Omnes de
clinauerunt / nec est qui faciat
bonum vsque ad vnum / scilicet
Christum.
B ¶ Secūdo ly hac potest de-
mōstrare mortalium iniquita-
tum remissionem: pro qua de-
bet ad dominum orare omnis
sanctus / id est iam iustificatus
per penitentiam. Contra quod
si dicatur. Ex quo est sanctus
ergo habet sanctificantē gra-
tiam: & sic frustra orat pro suo
rum peccatorū remissione. Ad
hoc respondetur quod in pre-
senti regulariter sācti dei ami
ci non sunt certi de sua iustifi-
catione. Unde & Paulus quā-
uis valde sanctus: tamē sibi ti-
mebat: & dicebat. Nihil mihi cō
scius sum: sed non in hoc iusti-
ficatus sum. i. Corin. iiij. Pro-
pterea sapiēs ille Salomō pro
uerb. xx. facit talem interroga-
tionē. Quis (inquit) potest di-
cere: mundum est cor meum: pu
rus sum a peccato? q. d. nullus.
Nam seve vt inquit Greg. sor-
det in cōspectu eterni iudicis:
quod in intentione fulget ope
rātis. Et hoc est quod dicebat
sanctus ille Job. Uerebar / in-
quit omnia opera mea. Debet
enim timere homo quantūcun
que penitens ne sua penitētia
fuerit minus sufficiens ad de-
lectionē culparum suarū mor-
talium: secundum illud. Pro-
uerb. xxviij. Beatus homo qui
semper est pauidꝰ. Eccli. v. De
propiciatu peccatorū noli esse
sine metu. Debet enim verꝰ pe-
nitens priora peccata quāuis
remissa totiens detestari quo-
tiens memorie ocurrunt tan-
quam si nō essent remissa: quia
vt habetur Ecclesiastes. ix. Ne
scit homo an odio vel amore
dignus sit: sed omnia in futu-
rum seruātur incerta. Bene er-
go loquitur propheta Dauid /
de vero penitente cum inquit.
Pro hac: scilicet peccatorū mor
talium remissione orabit ad te
omnis sanctꝰ / id est omnis ve-
rus penitens qui iam sanctifi-
catus est per gratiam. Ista ta-
men oratio & petitio debet fie-
ri in tempore oportuno: id est
quandiu homo agit vitam in
humanis & quādiu dies est: vi
delicet naturalis vite: q2 post
mortez venit nox in qua nemo
potest operari nec aliqd a deo
impetrare sicut patet de diuite
epulone. Luc. xvi.
C ¶ Tertio ly hac potest de-
monstrare celestis gratie infu-
sionē: pro qua aliis impetrāda
(orabit ad te omnis spūs san-
ctus). i. omnis iustus. Nam vt
hētur Jac. v. Multū valet de-
precatio iusti assidua quā sup-
facit pro proximo ad deū con-
uertēdo. Quāuis enim purus
homo q̄ātūcunq3 etiam iustus
non possit alteri promereri de
condigno primam gratiā pro-
ut pulchre deducit btūs Tho.
iij. q. cxiiij. artic. vj. Hoc tamen
potest de cōgruo: nisi alter po-
suerit obicem. Cōgruum quip-
pe est vt deꝰ impleat hominis
iusti voluntatem: qui viceuer-
sa ipsius dei obseruat volunta
tem. Propterea glosa ordina-
ria super illo verbo. Matth. ix.
Uidens Jesus fidem illorū di-
xit paralytico, dicit sic. Quan-
tum prodest apud deum fides
propria ex quo tātum profuit
fides aliena: vt intus et extra

sanaret hominem. Quod vero sanctus siue iustus possit peccatori mereri primam gratiam isto modo congrui patet per figu. Legimus enim hester vij. q rex Assuerus dixit ad Hester. Que est petitio tua Hester vt detur tibi. Cui illa. Si inueni gratiam in oculis tuis o rex et si tibi placet dona mihi animam meam pro qua rogo: et populũ meũ pro quo obsecro. hec ibi. Ubi per Assuerum intelligitur deus pater: p hester quilibet iustus aut sanctus: cui non satis est q saluetur nisi etiam intercedat pro salute aliorum: quia vt habetur eccli. xvij. Unicuiq deus mandauit de proximo suo. Taliter orabat sanctus ille Moyses cũ ad dominũ dicebat. Aut dimitte eis hanc noxam: aut si non vis dele me de libro tuo quem scripsisti. Exod. xxxij. Sed aduerte q addit (in tẽpore oportuno) Nõ enim impetrant sancti dei amici pro peccatoribus mortuis: sed tantum pro viuẽtibus: et qui sunt adhuc capaces penitentie. Nam vt di. hiero: z recitatur. j. ij. q. ij. in presenti. In presenti iniquit seculo possumus nos orationibus et consilijs inuicem iuuare cũ autem ante tribunal christi venerimus: nec Job: ne Daniel: nec Noe rogare pro quoq certum est sed vnumquemq onus suum portare. Item hiere. xv. Si steterint Moyses et Samuel coram me non est anima mea ad populum istum. Ejice illos a facie mea et egrediantur.

D ¶ Quarto ly hac potest demonstrare eterne felicitatis adeptionem: pro qua alijs impertienda (orabit ad te omnis sanctus). i. omnis beatus per gratiam consummatam z aper tam visionem. Ipsi enim sancti ex abundanti charitate sua non cessant die ac nocte orare ad dominum pro illis: qui adhuc militant i terris vt eripiatur de potestate tenebrarũ harũ sicut z ipsi erepti sũt vt tandem illuc perueniant quo z ipsi iam peruenerunt. Et de hoc histo. habem9. ij. Machab. vlti. vbi legim9 q cũ Judas Machabe9 cũ suis impugnaretur a Nichanore supperbissimo tyranno: qui omnino volebat delere memoriam Judeorum desuper terraz. Ipse Judas se contulit ad orationem petens auxiliuz de celo: eo q per viã humanaz tante potestati aduersariorũ resistere nõ valebat. Et ecce in sõnis apperuit ei Onias q̃ fuerat summus sacerdos legis et vir iustus cũ hieremia propheta de quo dicere videbatur ad Judam hic est fratrum z populi israel amator. hic est q̃ multũ orat pro populo et vniuersa sãcta ciuitate. Et mox visum est ei q hieremias extendisset manũ dexterã suam z daret ei gladiũ aureũ dicendo. Accipe sanctũ gladium munus a deo quo deijcies aduersarios populi mei israel sicut z rei probauit euent9. propterea beat9 Jo. in ij. c. sue prime canonice loquẽs de christo q̃ fuit et est sanctus sanctorũ di. sic. Si q̃s peccauerit aduocatũ habem9 apud patrem iesũ xpm iustũ: et ipse est ppiciatio p pctis nr̃is. Et non

pro nostris tantū : sed etiam ꝓ totius mundi. Et hoc est quod Beatus Ber. in suis meditatio nibus di. ꝙ in celis mater stat ante filiū pectus et vbera ostendentē : filius ante prēm latus ⁊ vulnera demonstrantē. In hūc modū intercedētes pro miseris pctōribus ad deum redire volentibus. Ecce qūo pro hac .s. pctōrum remissione ⁊ grie adeptione orat ad deū patrem oīs sctūs: scdm ꝙ quēlibet sanctum interpellamꝰ dicētes. Sctē Pe tre ora pro nobis. Sctē ⁊c. Nota tamen ꝙ Psal. addit (in tempore oportuno) .i. quandiu homo est capax illius celestis glorie. qꝛ si semel decesserit cū mortali nunꝗ illuc ꝑuenire poterit In cuius figu. fatuis virginibꝰ clamantibus et dicētibus. Dñe dñe aperi nobis. Respōsum est a domino. Nescio vos. Matth. xxv Quinimo si per impossibile aliquis sanctus oraret dominū pro aliquo dannato per diffinitiuam sententiā nunꝗ illū exaudiret dñs sed diceret ei illud. Hiere. vij. ⁊ xj. ca. Tu noli orare pro populo hoc scilicet damnato: nec assumas pro eo laudē i. nō me laudes ꝙ sim pius ⁊ misericors atq; prestabilis super malitia populi mei qꝛ nō exaudiam in tempore clamoris eoꝝ ad me ⁊ in tempore afflictionis eorū sup. in inferno. Addit aūt vij. c. ⁊ nō obsistas mihi loquēs more familiaris amici qui cum ab amico rogatur pro inimico solet dicere. Rogo vos non loquamini mihi amplius de eo: nec deprecemini pro illo : quia nihil faciam omnino. Ubi Hiero. sup illo verbo: ⁊ nō obsistas mihi: di. ꝙ sctōrum preces sepe ire dei obsistunt: ⁊ dat exemplū de precibus Moysi que obstiterunt furori dñi cum vellet perdere pupulū idolatrantē: cuius preces fuerunt adeo efficaces ⁊ fortes ꝙ furorē dñi tenuerunt; vt habetur. Exo d. xxxij. Uerba autē Hieremie cōfirmat Jo. di. Est peccatū ad mortē .i. in quo quis pertinaci animo perseueratvsq; ad mortē inclusiue. Sequitur non pro illo dico vt roget quis .s. Joan. v. q. d. ꝙ talis sic rogans perderet penā suaz. Deprecemur igitur sanctos dei amicos : vt ꝓ nobis intercedāt apud dñm in tp̄e oportuno.

E ¶ Notandū est insuper super illo verbo (in tempore oportuno) ꝙ tempꝰ gratie est valde oportunum ad multa.

vēz
- Ad orandum
- Ad remittendum
- Ad merendum
- Ad intrandum.

¶ Primo igitur dico ꝙ tempꝰ grē ⁊ pn̄tis vite est valde oportunū ad orandū per cōparatio nem ad tp̄s legis antique ⁊ ad statū post mortē. Sicut em̄ de nocte qn̄ ianua domꝰ diuitis est clausa nec aperitur propter timores nocturnos: tunc non est tempus ita cōueniens pulsandi ad ipsam ianuā sicut de die quando solet cōmuniter ⁊ indifferenter omnibus aperiri: ita ⁊ tempore legis antique: qn̄ nondum erat ianua celi aperta nō erat ita oportunū tempus pulsandi ⁊ dicēdi illud. Mat. xxv. Dñe dñe aperi nobis: sicut tempore legis gratie quādo qnidē ipsa ianua celi pulsandi leuiter aperitur: secundum ꝙ ipse dñs

Matt.vij.ait. Petite & dabitur vobis querite & inuenietis:pulsate & aperietur vobis. Omnis enim qui petit:videlicet peccacatorum suorum remissionem: accipit supple eam. Et qui querit gratiam spiritussancti inuenit eam. Et pulsanti ad ostium celi perseuerantiam in sanctis operibus aperietur:quãdo scilicet sponsa traducetur cum dilecto spõso suo in celi palatio cum dicetur. Percipite regnum qđ vobis paratũ est ab origine mundi Mat.vegesimo.v.

¶ Secundo dicto quod temp⁹ gratie est valde oportunum ad remittẽdum suple peccata. Unde Paul. Hebre.ix. de hoc loquẽs ita ait. Si inquit sanguis hircorum et taurorum et cinis vitule aspersus inquinatos sãctificat ad emundationem carnis: quanto magis sanguis christi qui per spiritum sanctũ semetipsum obtulit immaculatum deo emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruiendum deo viuenti? Sanguis enim hircorũ aut taurorum peccata non remittebat:sed solum a quibusdam irregularitatibus legalibus abluebat: sanguinis autem agni immaculati conscientias mundat. Unde. Apocal.primo. Lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Propterea ipse christus docuit nos in suo aduentu hanc peccatorum remissionem petere Matthei.sexto: et Luce.vj.dicens. Dimitte nobis debita nostra. Et Psalmista. Uenit tempus miserendi eius:videlicet pauperis pctõr. Nam istud tẽpus gratie est annus iubileus qui vocabatur annus remissionis:vt habet. Leuit.xxv. In cuius rei signũ ipse Christus quinquagesimo die a resurrectiõe sua misit ad apostolos spm̃ sanctũ:per quem fit remissio peccatorũ. Ecce ergo quomodo hoc tempus gratie est oportunum ad remittendũ ex parte dei.

¶ Tertio tempus gratie est oportunum ad merendũ. Tempus enim post hanc mortalem vitam est tempus recipiẽdi vel premium pro meritis. vel supplicium pro peccatis. Tũc em̃ reddetur vnicuiq; ſʒ opera sua Nam beati non possunt mereri cum sint in termino: nec similiter damnati cũ careant gratia sine qua non est meritũ. Solũ igitur hoc tempus est oportunum ad merendũ. Et proptea Paul.ij. Cor.vj. de hoc tempore loquitur dicens. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis:id est in quo possumus nostram et aliorum salutẽ operari. In figura huius legitur de saluatore nostro Abacuk.iij.ꝙ operatus est salutem in medio terre. Non enim dicit in medio celi:vel ĩ medio inferni:sed terre: que est locus meriti & demeriti. Propterea apostolus hortatur nos Gal.vi.dicens. Bonum facientes non deficiamus tempore enim suo metemus non deficientes. Deinde subinfert. Ergo dum temp⁹ habemus operemur bonum. Glo. Interl.in hac vita. Nã presens vita qua currimus est tempus seminãdi vt di. glo.ordi.in qua licet nobis quod volumus seminare; que cum transierit au-

feretur tempus operandi secũdum illud Jo. ix. Operamini dum dies est: veniet nox quando nemo poterit operari. Ergo quodcunq3 potest manus sua instanter operare: vt habetur. Eccles. ix. Nam intantum debet homo iustus in bono qđ incepit perseuerare: tanq̃3 si nũq̃3 bonum aliquod prius egisset secundum q3 dicebat Apls Phil. iij. Que inquit retro sunt obliuiscens ad ea que sunt anteriora me extendo:

¶ Quarto dico q3 tempus gratie est oportunum ad intrãdũ sup. in celeste palatium. In cuius rei testimonium dixit christus latroni in cruce pendenti et misericordiam poscenti. Hodie mecum eris in paradyso. Luce. xiij. Figuram de hoc habemus. Hieremie. vij. vbi dicitur q3 porte ciuitatis hierusalem iusse sunt non aperiri vsq3 ad calorem solis. Per quod significatur q3 ante xpi aduẽtũ qui fuit verus sol iustitie: iussu dei patris porte ciuitatis illius celestis ierusalẽ iusse sunt non aperiri: secundũ illud Ezechiẽl. xliiij. porta hec clausa erit: et non aperietur: et vir non transiet portã. Sed postq̃3 incaluit sol diuini amoris in passione christi tunc apertũ est celum. Propterea dicebat Saluator. Job. x. Ego sum ostium per me si quis introierit saluabitur. Ex quo ergo habemus tam oportunum tempus ad intrandũ paradysum toto studio elaboremus debito tempore illic intrare: et non expectamus q3 dicatur nobis quod futuris virginibus dictum legitur. Math. xxv. Clausa est ianua. Nam sicut in ecclesijs cathedralibus et collegiatis est certa hora determinata ab ipsis canonicis ad intrandum vt valeant percipere suas distributiões infra quã si non intrauerint nihil percipiẽt pro illa hora. Sic et hora huius vite nostre: que est quasi momentanea est a deo taxata ad orandum p remissione peccatorum: et ad lucrandum illas celestes distributiones: qua trã sacta frustra oratur: sicut patuit in diuite epulone Lu. xvi. Bene ergo dicit Psal. q3 pro hac scilicet celesti gloria: orabit ad te omnis sanctus in t. opor. i. in presenti

¶ Lectio. xviij.

¶ Veruntamẽ in diluuio aquarum multarum, ad eũ non approximabunt.

¶ Postq̃3 in precedenti lectiõe ostensum est qualiter peccator ad deum rediens per penitentiam possit inuenire peccatorũ suorum remissionem: quis scilicet per preces sanctorũ et amicorũ dei quod notatur cum dr Pro hac orabit. etc. Hic consequenter ostenditur per quid et quomodo impedit dicta pctõrum remissio: cum dicitur. Veruntamen. etc.

¶ Prius dixerat Propheta. Pro hac: scilicet perfecta penitentia et cõfessione peccatorũ (orabit ad te) sup. deũ) ois sanctus in tempore opor. Sed quamuis ipsi sancti orẽt pro peccatis aliorum (tamen in diluuio aquarũ multarũ). i.

in multitudine peccatorũ (ad eum) sez deum nõ approxima bunt) sup. ipi pctõres. In cui⁹ rei testimoniũ postq̃ propheta Dauid quesiuisset a dño dicẽs Dñe quis habitabit i taberna culo tuo: aut quis requiescet in monte sancto tuo? Rñdit si bi dñs Qui ingregitur sine ma cula: et operatur iustitiam qui loquitur veritatem. ⁊c. Propt ea di. Gre. q sancti dei amici nõ semper exaudiuntur in oratio nibus: quas faciunt ad dñm p aliorum salute impedientibus eorum pecatis quibus absistũt diuine bonitati ⁊ misericordie Vñ hiere. vij. ⁊. xi. c. dicit dñs cuilibet iusto orãdi pro repro bis et ostinatis peccatoribus. Noli orare pro populo isto q non exaudiam te. Item Aug. sup. Jo. omel. iij. di. q sancti sẽ per exaudiuntur pro se ipsis: non autẽ semp p oibus exau diunt. Hoc ergo non prouenit ex defectu orationis vt nõ exau diantur sancti ⁊ iusti pro aliis orantes: sed ppt indispositio nem illius p quo orant: quia forte obstinatus est ⁊ inuolut⁹ enormib⁹ pctis: de quib⁹ nec q̃ bem pponit dolere: ⁊ ea dimit tere. Unde Raba. super . Mat. xxi. Quotiens inquit orantes non exaudimur: ideo fit quia contra auxiliuz nostre salutis petimus vel q eorũ p quibus petimus peruersitas ne impe tremus obsistit.

¶ Est autẽ aduertandũ circa hunc versum q diluuiũ potest accipi ⁊ in bonã partẽ ⁊ in ma lã: ⁊ vtroq modo adhuc multi pliciter. Per diluuiũ autẽ i bo nã partẽ hoies ad deũ appro ximãt Et istõ diluuiũ ẽ triplex

A ¶ Primum est inundatiõis baptismalis de quo Neũ. i. in diluuio pretereunte cõsumma tionem faciet loci illius. quasi dicat. q per baptismũ dñs de struit habitaculum sathane in cõscientia illius q̃ baptizatur In cuius figura dixit dñs ad noe Gen. vi. Ecce ego adducaz aquas diluuij sup terrã vt in terficiã oẽm carnẽ: ⁊ vniuersa que in terra sunt cusumantur. i. oia peccata deleant. hinc. Au gust. in lib. de baptismate par uulorũ ⁊ recitat de cõs. dist. iiij p baptismũ. Quicqd ab hoie dictũ factũ atq cogitatũ est to tũ in baptismo abolet ⁊ quasi factum non sit habetur. Eadẽ sententia habetur dist. eadem paruulo. O q̃ gloriosum dilu uium in quo qui submergitur saluatur ⁊ q̃ nõ submergit pe rit ⁊ dãnatur. Olim enim deus clamabat dicẽs illud Gene. xvij Mascul⁹ cuius caro pputij cir cuncisa non fuerit delebitur aĩa illa de populo meo. Sed nunc idem clamat dicens illõ. Jo. iij. Nisi quis natus fuerit denuo non potest videre re gnum dei.

B ¶ Secundum diluuium per quod homines ad deuz appro ximant dicitur compunctiõis cordialis de quo in Psalmista Dominus diluuium inhabita re facit. Sensus est. Dominus qui neminẽ vult perire sed om nes ad penitentiam reuertiet cui semp est cura de salute ho minum. facit animã penitentẽ inhabitare diluuiũ lachrymaꝝ rũ et cõpunctionis interioris Hoc aũt diluuiũ egreditur de

Loco voluptatis et de medio paradisi celestis vtpote de dextera dei patris secundum q ipse promittit omnibus vere penitentibus dicens illud. Ezech. xxxvj. Effundam super vos aquam mundam videlicet aquā lachrymarum que dicitur munda ab affectu quia mūdat a sordibus cunctis. ideo sequitur: ⁊ mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris.i.a peccatis que coinquinant animam.

Sed dicis. libenter flerem peccata mea sed hoc non valeo efficere: quale igitur remediū. Audi benignū dominum. Esai. lv. dicentem. Omnes sitientes venite ad aquas q.d. vos oēs qui desideratis saluare animas vestras venite ad aquas lachrymarum et gratiarum quas ego do cuilibet penitenti grat. Apocal. vlt. Qui sitit veniat ⁊ q̄ vult accipiat aquā vite gratis Itē. Jo. vij. clamabat saluator dicens. Si quis sitit veniat ⁊ bibat Per istud igitur diluuium. approximauit ad dominuz rex dd postq̄ adulterium et homicidium perpetrauit Similiter ⁊ ezechias quando conuertens faciem suam ad parietem flent amare. Similiter petrus, magdalena ⁊ hmōi. Et hi omnes in diluuio aquarū multaruz ad deū approximarunt quod est cōtra illos q̄ vix paucas lachrymas effundunt q̄ multis grauibus suis peccatis.

C ¶ Tertium diluuiū per qd homines approximāt ad dn̄m dr penitentialis satisfactionis in quo quidē diluuio submerguntur reliquie peccatorum ⁊ obligationes penarum temporalium ⁊ transitoriarum In cuius figura legitur Gen. vij. q factum est diluuium. xl. dieb⁹. Sequetur consumptaq₃ est omnis caro. Per. xl. autem dies diluuij signantur. xl dies ieiuniorū quadragesimaliuz in q̄bus consumitur oīs caro.i. oīs carnalitas ⁊ cōcupiscentia mala cōsumit̄ et suffocat̄. Notandū tn̄ q in predicto diluuio aliqui submergūt caput suoꝝ peccatorū. alij caudā tm̄. alij vero totū corp⁹ peccati. Primi sunt qui inchoāt ieiuniū quadragesimale sed statim tepescunt ⁊ deficiunt tantū ieiunantes semel aut bis in hebdomada. secundi sūt illi q̄ dedicant deo vltimā hebdomadā. xl. alij vero sūt illi qui bn̄ incipiunt melius pficiunt ⁊ optime pficiūt ieiunantes non tam a cibis q̄ a vitijs deflentes cōmissa pctā. Tales ergo ī diluuio aquarū multarum ad deū approximabunt Qd si quera r̄ a penitente cur tantum diluuium facit in presenti p suis pctis Certe vtiq₃ respōdere poterit ⁊ dicere illud psal̄. Ne me demergat tempestas aque.i. impetus ire dei in die iudicij. neq₃ absorbeat me profundum.i. infernus qui est in profundo terre. neq₃ vrgeat sup me pute⁹ videlicet purgatorij os suum.

D ¶ Dicto de triplici genere diluuij sumpti in bonam partem. consequenter videndū est de multiplicitate diluuij sumpti in malam partem Notādū ergo q est multiplex diluuium malum aquarum multarum p quod homines peccatores ad deum non approximant.

E ¶ Primū est culparum mor

talium Et illud diluuium tandem demergit miserā animā in profundum abyssi infernalis Et hoc diluuio scribitur Osee. iiij. Maledictū vt detractio ad diffamandum: ꝛ mēdacium ad decipiendum ꝛ homicidium id est nocumentum in personam et fructum in res temporales: ꝛ adulterium/in vxorem alteri⁹ inundauerunt: id est instar fluminis ripas excesserunt. quia hodie nec deum timent peccatores nec homines reuerentur sed sanguis sanguinem tetigit: quia hodie peccata peccatis adduntur vbi imminui deberent Notādum est autem quod tūc fit inundatio quādo aqua exit ripas suas. Due autem ripe que merito deberent peccatum continere ne exiret in actū sunt timor ꝛ pudor. qñ iste due ripe rūpuntur tunc conscietia peccatoris dilatatur: et fit diluuium peccati. Nūquid iste due ripe rupte erāt in illo iudice de quo Lu. xvi. Judex christ⁹ quidem erat in quadam ciuitate qui deū non timebat nec homines reuerebatur. Nunquid similiť iste due ripe rupte erāt in illis duobus senibus iudicibus de quibus Dañ. xiij. legitur ꝙ declinauerunt oculos suos vt non viderent celum: id est de celestibus non cogitarent. neqꝫ recordarentur iudiciorum iustorum que supple olim deus fecit de luxuriosis hominibus vt pote in diluuio et in destructione sodome. Nunquid etiaꝫ ripa diuini timoris rupta est in publico concubinario secundum videtur dicere Psal. Non est deus in conspectu eius iniquitates sunt vie illius i omni tempore auferūtur iudicia tua a facie eius: q. d. ꝙ talis non timet iudicia que fecit olim deus et in posterū facturus est de talib⁹. Nā vt habetur Hebre. xiij. fornicatores ꝛ adulteros iudicabit de⁹ supple ad eterna supplicia. Nā pars illorū in stagnū ignis ꝛ sulphuris est. Nunquid similiter ripa pudoris mundani humani rupta est in muliere fatua et peccatrice que incedit coram omnibus erecta ceruice? vnde Jere. iij. frōs mulieris meretricis facta est tibi noluissisti erubescere. Hoc patet in illis que dicuntur mulieres vie que se exponunt omni transeunti. secundum illud. Ezech. xvi. exposuisti fornicationem tuam omni transeunti. Jstud autem diluuium est valde periculosum ꝛ ideo summe timendum ꝛ cauendum. Submergit enim omne meritū. omne bonum. omnem virtutem: et omnem honestatem. Submergit magnos ꝛ paruos. diuites ꝛ pauperes. religiosos ꝛ seculares. viros ꝛ mulieres. Sed quale remedium ne homines in tali diluuio peccatorum submergantur. Certe non video meli⁹ qꝫ diuini auxilij implorationē. vñ Psal. Saluū me fac de⁹ quoniam intrauerunt aque vsqꝫ ad animam meam. Ueni in altitudinem maris. i. in profundum immundarum cogitationum que amare sunt anime: ꝛ tempestas. i. tentatio demersit me. Et ideo laboraui clamans supple pro adiutorio. nec quidem parum: quia intantum ꝙ rauce facte sunt fauces mee. Aliud

Corinthio. viij. cum inquit. remedium est ingressus nauis claustralis. Qui enim patitur naufragium debet se recondere in alia naui si talem habeat paratam. Sic et illi qui sunt in seculo quando vident mille occasiones eterne damnationis sibi imminere. tunc debēt pro se curiori nauem sancte religionis intrare si eam paratam ad eos recipiendum inuenerint. In cuius figura legitur Gen. vij. q noe ingressus est in archam propter aquas diluuij q̄ innundauerant super terram. Heu nunquid hodie aque huius diluuij inundant super terrum. Nunquid mūdus iste plenus est luxurijs. adulterijs. perjurijs blasphemijs. detractationibus et huiusmodi? Ita vt merito possimus dicere illud. i. Jo. v. Totus iste mundus in maligno positus est.

F ¶ Secundum diluuium aquarum multarum per quod homines peccatores ad deum nequeunt appropinquare est falsarum doctrinarum. Nam de falsis doctrinis iudeorum paganorum mahumetarum. hereticorum. et similium. scriptum est puerb. ix. aque furtiue dulciores sunt. per diluuium ergo aquarum multarum multiplicitatem intelligimus falsarum doctrinarum. a quo quidem diluuio more matrum cohibentium paruulos suos a frequentatione fluuiorum. nos cohibet. Paulus dicens Hebre. xiij. Doctrinis varijs et peregrinis nolite abduci id est seduci per speciem et ornatum. Dicuntur autem huiusmodi false doctrine peregrine. i. extranee a veritate: vt exponit glo. Interl. De quibus etiā scribit paul9. i. Thi. iiij. dicens In nouissimis temporibus discēdent quidam a fide attendētes spiritibus erroris et doctrinis demoniorum Ecce quomodo aque furtiue sunt dulciores vt enim inquit. Grego. sup primum psalmum penitentialem. Quisquis hereticas et prophanas nouitates susceperit longe a veritate sacre scripture abducitur et eo ad litt9 misericordie dei non approximat. Quo inaniū garrulitatum fluctib9 actus in procellosanse disputationum caliginem omnes recipiens ineptias iactat illis ergo tempus oportunum non est: qr de sua stulta sapientia inflati. vnde deum placare debuerant inde eum magis per vanarum assertionum blasphemiam irritant. hec ille. Per huiusmodi itaqz diluuium aquarum multarum predicti ad deum non appropinquant sed magis se ab eo elongant quo plus se credunt ad eum appropinquare.

G ¶ Tertium diluuium dicitur secularium scientiarum. Seculares si quidem scientie quales sunt doctrine gentilium philosophorum. vel poetarum. potius abducunt. i. seducunt humanum intellectum a via veritatis catholice q̄z manuducāt. nam vt probat Aug. lib. xviij. de ciuitate dei. seculares scientie ad bene viuendi modum nō conferunt sed sole diuine. Et hoc est quod vult apostolus. i.

Scientia inflat vbi glo. Inter. si sola est. si autem cum charitate et dei cognitione tunc edificat. vt enim ait Aug. in quadam omel. super Jo. exponens illud qui non intrat per ostium. etc. Fuerunt quidam philosophi de virtutibus et vitijs subtilia multa tractantes, deuidentes, diffinientes rationes acutissimas concludentes libros implentes sapientiam suam buccis crepantibus ventilantes qui etiam auderent dicere hominibus nos sequimini. sectam nostram tenete si vultis bene viuere: sed quia non intrabant per ostium. perdere volebant. mactare et occidere. Dicant ergo pagani, bene viuimus. Si per ostium non intrant quid eis prodest vnde gloriantur. Hec ille. In quibus verbis ostenditur quomodo scientia que sine charitate est inflat. Unde et paulus. ro. i. philosophos seculari scientia refertos, asserit obscuratos fuisse in corde et traditos in reprobum sensum. Propterea secundum Isidorum libro de summo bono et recitatur in decretis di. xxxvij. Ideo inquit prohibetur christianis figmenta legere poetarum: quia nimirum mentem excitant ad incentiua libidinum Et non solum thura offerendo demonibus immolantur: sed etiam eorum dicta libentius capiendo. Hec ille. Ideo autem sic detestabatur Hieronymus seculares scientias quia super hoc prius fuerat a domino reprehensus quod scilicet nimis grinis nolite abduci. i. seduci per speciem et ornatum verborum illis afficeretur quandoquidem illi rapto ante tribunal christi dictum fuerat. Ciceronianus es non christianus: et nisi tunc promisisset se illi doctrine renunciaturum vtique illi malefectum fuisset. diuina eum purgente iustitia. Huiusmodi autem scientias seculares vocat regius propheta Dauid fabulas et non scientias dicens. Narrauerunt mihi iniqui. i. philosophi et mundani homines fabulationes: sed non vt lex tua que supple plena est gratia et veritate mundicia et puritate. huiusmodi autem fabulationes ediuerso plene sunt peccato et falsitate. spurcitia et feditate. Nempe tales seculares scientie. cupiditates inflammant. stupra adulteriaque conciliant. varias doli artes vtpote furta: rapinas: et indebitas exactiones docent, quibus non obstantibus moderni nobiles et potentes tradunt suos paruulos talibus stultitijs et immundicijs imbuendos vt in eis ante tempus lasciuam discant vitam. Ob eam rem pie conqueritur dominus per Jeremiam. ij. c. dicens. Duo mala fecit populus meus. i. populus christianus. primum est quia me dereliquerunt fontem aque viue. i. qui sum eis sufficienter ministrans aquam sapientie salutaris. i. sacram scripturam quam deserunt.

Secundum malum est quia foderunt sibi cisternas dissipatas. i. acquirunt sibi humanas scientias in quibus non

est vera sapientia: sed fetida et immunda stultitia ut sunt sciētie lucratiue que continere nō volent aquas. supple salutares sed tantum aquas errorum et curiositatum. Non ergo homines appropinquabūt ad deum vere intelligendum aut diligendum aut possidendum in diluuio harum aquarum multarū. Et si hoc sit reprehendendum in laicis magis tamen in ecclesiasticis contra quod loquitur Hieronymus in epistola ad damascum papā et recitatur. di. xxxvij. sacerdotes Sacerdotes inquit dei omissis euangelijs et prophetis videmus comedias legere amatoria bucolicorū versuum verba cantare. tenere virgilium in manibus: et id qđ in pueris adest cause necessitatis cernē in se facere volūtatis Item di. eadem c. Legāt Reprehēdit Hieronymus illos sacerdotes qui nepotes suos faciūt legere comedias et poetica carmina siue minorum turpia scriptura cantare.

¶ Quartum diluuium dicitur bonorum temporalium. Nam bona temporalia fluunt: et refluunt ad instar diluuij. Ita vt qui hodie abundat cras deficiat. in quo apparet huius mūdi instabilitas. dicuntur vero talia temporalia bona diluuiū quando superflue appetuntur vel possidentur: vel cum habita nimis amantur Et in hoc diluuio ad eum secundum deum non approximabunt suple ipsi diuites auari: quia sicut dicit dominus Mathei. xix: facilius est camelum per foramen acus transire quam diuitem intrare regnum celorum. Ubi notandum secūdum dominum card. super Matheū qꝫ in hierusalē erat quedam porta que acꝰ dicebatur per cuius foramen nō nisi deonerati transire poterāt Sic non nisi depositis diuitiarum curis in regnum celorum intratur Ubi notaqꝫ habere et amare diuitias malum est: et hoc ptinet ad auaros: sed nō habere et tamen amare deterius est et hoc pertinet ad miseros. habere autem et nō amare. bonū est et istud pertinet ad virtuosos. Sed nō habere neqꝫ amare melius est: et hoc pertinet ad perfectos: quales fuerunt apostoli qui dixerunt christo. Domine: ecce nos relinquimus omnia: et secuti sumus te. Math. xix. Ubi glo. interli. super illo verbo Relinquimus omnia dicit. i. voluntatem habendi.

¶ Propterea Licurgus animaduertens quantum malum afferat cordibꝰ humanis istud diluuium aquarum multarum bonorum temporalium iura cōponens lacedemonijs quibus principabatur multas leges illis dedit. Inter quas vt refert dominus Antho. in. i. parte cronice sue ti. iij. ca. ix. §. xv. Una fuit. Quod abstulit illi gēti omnem vsum auri et argenti iubens omnia emi nō pecunia sed mercium compensatione. Hoc aut fecit vt auferret a subditis omnem occasionem auaricie et omnium peccatorum. Alia fuit qꝫ fundos oīm equaliter inter ipsos lacedemonios diuisit: ita vt equata patrimonia neminē alter portionē redderent. Alia autem fuit qꝫ iu-

uenibus non amplius vna veste vti toto anno pmisit. Nec aliquem cultius quam alteruz progredi. Nec opulentius epulari. Propter qd faciebat eos simul publice conuiuari.

K ¶ Refert etiã idem Anthonius prima parte cronice sue / tit. iiij. c. i. §. xxiiij. de Diogene philosopho quod intantũ studuit vitare tale diluuiũ aquarum multarum temporaliũ bonorum quod venditis cunctis que habebat: ꝛ publice distributis nihil sibi plusquam palliolum reseruauit: ꝛ hoc propter frigus: peramcꝫ pcellario habuit: ꝛ similiter dolium pro domo. Jocabaturqꝫ se habere domum volubilem: ꝛ se eum tempore commutari et regi. Nam tẽpore frigoris vertebat os dolij sui versus meridiẽ: ꝛ in estate versus septemtrionem. Hic etiam cum haberet vas ligneũ aptum ad potandũ vidit puerum bibentem concaua manu: et mox ad terram elisit cyphuz suum dicens. Nesciebam quod et natura poculum haberet. Hec ille.

¶ Similiter legimus de Crate philosopho quod magnum auri pondus proiecit in mari, di. Abite pessime diuitie: ego vos mergo ne mergar a vobis. Ecce quantũ confert ad iuste beateqꝫ viuendum rerum secundarum contemptus: ꝛ quantũ aduersetur humane saluti superflua rerum copia ꝛ estuans tẽporalium amor.

L ¶ Quintum diluuium dicitur delectationum carnalium: de quibus potest intelligi illd. Exo. xv. Jn spiritu furorꝫ tui: sup. o deus cõgregate sunt aque: videlicet luxuriarum ꝛ immundaruz delectationũ. Nam vt habetur. Osee. iiij. Adulterium inundauit super terraz et sanguis sanguineum tetigit id est consanguineus suo consanguineo et affinis suo affini carnaliter cõmiscetur: sicut patet de multis incestuosis personis. Bene autem dicit scriptura quod in spiritu furoris domini congregate sunt iste aque carnalium delectationuz quia hodie videtur dominus tradidisse in spiritu furoris sui: hoc est eterne reprobationis ꝛ in reprobum sensum lubricos ꝛ carnales homines: quorũ immunditia inundauit hodie super terram: ita vt videatur immundus iste mundus rediisse ad illa infelicissima tẽpora: de quibus. Geñ. vj. Corrupta est omnis terra. i. homo vt expõit glosa interl. propter quem cuncta creata sunt: quo peccante omnia dicuntur corrupta: et hoc coram deo qui scilicet omnia conspicit. Uel terra dicitur corrupta coram deo quantum ad peccata carnalia: ꝛ repleta iniquitate quantum ad fraudes ꝛ rapinas: vt exponit magister Nicolaus de lyra. Sicut enim tunc omnis caro. i. omnis homo corruperat vitam suam: vt ibi subditur: ita ꝛ nunc. Nam caro multarum virginum corpore et mente corrupit viã suã per peccatum mollicici. Jtem caro multarum personarũ religiosarum corrupit viam suã per peccatum sacrilegij: secundum illud psalmus. Polluerũt tabernaculũ nõinis tui. Quid

dicam de dñicis eccl'iasticis nisi illud psalmi. Deus venerunt gentes/ id est ecclesiastici multi more gentilium brutaliter viuentes: in hereditatē tuā id est in ecclesiam quam emisti precio sanguinis tui. sed quid operati sunt: certe polluerunt templum sanctum tuum: id est presbyteria ⁊ loca circum adiacentia sacris ecclesijs ⁊ monasterijs suis spurcitijs prophanauerunt ibi turpia operātes. Sequitur. Posuerunt hierusalem in pomorum custodiam. Istud vltimum refertur ad maiores ecclesie prelatos qui cōmittūt curam multarū animarū indoctis ecclesiasticis et vilibus personis. Nā ponunt ibi venatores/ lusores/ potatores/ carnales ⁊ huiusmodi viros īfames ad custodiēdas animas quasi ipsos ponerent ad custodienda pomeria: immo hodie poma melius custodiuntur ꝙ ecclesie. Puero enim nō tradetur custodia pomorum: aut porcorum: cui tamen plerunqꝫ traditur a prelatis custodia ecclesiarum/ aut plurimi prebendarum ⁊ innumerarum animarum. Item notāter dicit in pomorum custodiā: quia sicut arbores pomorum custodiuntur quandiu sunt in eis poma matura: quib⁹ collectis relinquūtur. Ita ⁊ ecclesie parrochiales tempore messium et vindemiarum custodiuntur a curatis vt decimas colligant: quib⁹ collectis ab eis derelinquūtur. Ecce quantam solicitudinem habēt moderni prelati de custodiendis ouibus quas tāto precio sibi benignus Iesus comparuit. Patet itaque quomodo omnis caro corrupit viam suam/ et quam abunde repleta est terra iniquitate: vide licet luxuriarum et immunditiarum carnalium. Nōne istud diluuium inundauerat super cor regis Assueri: de quo ferūt quod intantum exarsit in concupiscētiam mulierum/ vt non minus quam centum ⁊ quindecim filios genuerit ex pluribus vxoribus ⁊ concubinis. Quid denique referam de sapientissimo Salomone qui sibi aggregauit mulierculas trecentas: ⁊ vxores velut reginas numero septingentas: quarum illicito amore deprauatus alienos deos secutus est. tertiū Regū. vndecimo.

W ¶ Quid preterea dicēdum erit de Octauiano imperatore de quo refert cronica Martiniana quod intantum deditus erat adulterijs stupris: ⁊ omni genere lasciuiarum quod solitus erat accubare inter duodecim cathaniones ⁊ totidē puellas. Nec tacendū putaui Sardanapallum persarum regem qui teste Augustino: libro secūdo de ciuitate dei: capitulo vigesimo. ⁊ Orosio li. primo fuit omni muliere corruptior. Naꝫ inter scortorū greges femineo habitu purpurā collo tractās a prefecto suo Arbacto ꝙ tunc medis preerat visus/ atqꝫ execrationi habitus. Mox etiā excitis medorum populis ad bellum prouocatus ⁊ victus ardēti igni se iniecit. Et extūc imperium Assyrioꝝ in medos trāslatum est suis non dubito exigentibus demeritis. Audiui ⁊

ego de quodam magno nostri evi prelato qui nõ minus ꝗ̄. l. vtriusque sexus degeneres genuerat: vt vulgo ferebatur. Hi igitur ꝛ eorum similes in diluuio aquarum suarum turpitudinum ad dominũ celi non approximauerũt: quin potius se elõgauerũt ab eo ꝛ ipse ab eis: quia vt habetur Romanorum primo. Tradidit illos deus: id est tradi permisit in reprobum sensum / vt faciant ea que non conueniunt: videlicet naturali ratione repletos omni iniquitate: malitia: fornicatione. ꝛc.

N ¶ Sextum diluuium dicitur lachrymarum recidiuantium. Sunt enim nonnulli qui quasi totaliter videntur resolui in lachrymas cum peccata confitẽtur sua: sed quia nõ pleno corde penitent / ideo per tale diluuium aquarum multaꝝ non approximant ad deũ. Sicut Paulus. Hebreorum duodecimo scribens de Esau dicit quod non inuenit penitẽtie locum quãquam cum lachrymis inquisisset eam: scilicet benedictionem paternam quam perdiderat: vt exponit dñs Hugo cardinalis. Non ergo dolebat vt debebat. Dicebat enim. Venient dies luctus patris mei: ꝛ occidam Jacob fratrẽ meum. Gene. vigesimoseptimo. Et sic patet quod lachryme eius nõ procedebãt ex dolore culpe cõmisse: sed solũ propter damnuꝫ temporale: ideo non vere penitebat / vt dicit glosa interl. Similiter legitur Deuteronomie primo. Cumque reuersi ploraretis coram dño (inquit Moyses ad populum) non vos audiuit dominus nec voci vestre voluit acq̃escere. Sed cur hoc. Certe qꝛ non vere penitebãt. Propterea de talibus lachrymantibus sua peccata: nec tamen ea plene deserentibus sed de facili recidiuantibus scribitur de penultima distinctione tertia. Inanis. Et sunt verba Augustini in libro soliloquiorum dicentis. Inanis est penitentia quam sequens culpa coinquinat. Ubi glosa. i. insufficiens ad vitam eternam obtinendam. Sequitur. Freq̃ter peccans ꝛ lugens vix veniam meretur. Nihil prosunt lamẽta si replicantur peccata. Nihil valet veniam a malis poscere: ꝛ mala denuo iterare. Quale igitur remediũ? Audi quod sequitur. Persiste ergo (inquit ipse Augustinus) in confessione. Esto in penitentia fortiter confirmatus. Vitam bonaꝫ quam accepisti tenere non desinas. Propositum bone vite conserua iugiter. Hec ille.

¶ Item secundum Isidorum libro de summo bono. et recitatur de penultima distinctione. iiij. cap. Irrisor. Irrisor (inquit) est ꝛ non penitens qui adhuc agit quod penitet. Canis reuersus ad suum vomitũ est penitens ad peccatum. Multi lachrymas indesinenter fundunt et peccare non desinunt. Hec ibi. Et multa alia similia habẽtur distin. eadem in multis capitulis. Propterea beatus Ambrosius in quodã sermõe quadragesime sic diffinit penitẽtiam. Penitẽtia est ma-

lꝫ preterita plangere: et plangenda iteruꝫ non committere. Sic ergo plangamus peccata nostra vt in diluuio aquarum multarum ad deum appropinquare per gratiam ꝛ tandē per gloriam possimus.

¶ Lectio. xix.

¶ Tu es refugium meum a tribulatione que circundedit me exultatio mea erue me a circundantibus me.

¶ Postquam ex precedenti lectione penitens intellexit quā grande ꝛ validum periculū imminet his qui querunt lucrifacere animas suas / quia paratur eis diabolo suggerēte multiplex diluuium aquarum multarum: ideo ipse de se diffidēs recurrit ad diuinum refugium dicens ad dominum. Tu es refugium meū: scilicet in hoc diluuio quod vndiqꝫ perstrepit: vt dicit glosa interlinearis. Et non mea vis / vel alius deus est supple refugium meum. Nō enim est alius qui pugnet pro nobis nisi tu deus noster. Vult ergo dicere penitens ad dominum secundū beatū Gregorium. O domine deus: iā audio quod illi qui natant in diluuio aquarum: id est in multiplicitate doctrinarum ꝛ excusationum ad te non approximabunt: sed confido quod ego qui delictum meum cognitum tibi feci in confessione: ꝛ qui iniustitias meas non abscondi: ꝛ qui a fidei vnitate non exorbito qui de me diffidens de multitudine miserationum tuaruꝫ presumo ad te per humilitateꝫ et integritatem cōfessionis approximabo. Legi enim in propheta tuo Hieremia decimoseptimo capitulo, quod maledictus homo qui confidit in homine: et qui ponit carnem brachium suum: benedictus auteꝫ ille qui ꝯfidit in domino. Ideo non de me presumo: sed in te cōfido: quia tu es refugiū meum. Impugnant me carnis illecebre: circunueniunt passiones ignominiose: perturbant inordinati desideriorūꝫ tumultus. Sed eo tutius omnia despicio: quo de me vilia sentiens in solo virtutis tue munimine confido dicens. Tu es refugium meū a tribulatione: supple huius seculi vel peccati: vt exponit inter l'. vel diabolice tentationis: vt exponit dominꝰ Cardina. Vel ista tribulatio est illa triplex vsitata tentatio que ꝓuenit a carne / mundo ꝛ diabolo: que circundat omnem hominem sancte et religiose viuere volētem: a qua petit ipse homo a domino liberari / et contra eam protegi dicens. Tu es refugiū meū. Postq̄ vero ipse penitēs vocauit deum refugiū suum cōtra omnem tribulationem eum circundantem / consequenter vocat eum exultationem et gaudium suum dicens. Exultatio mea: tu es supple. et hoc in relaxando culpā. Nam sicut commissio culpe est penitentibus causa tristitie: ita ꝛ illius remissio est causa letitie.

Tu es ergo o domine deus exultatio mea: quia parcis vt dicit glosa interl. vel spe futuri boni vt dicit eadē glosa. Nam vt dicit beatus Gregorius super hoc passu. Mentes electorum quanto graviores rerum temporalium tumultus tollerant, tanto in meditatione sequuture felicitatis in perpetuū suauius exultant. Et hoc insinuat psalmista cum exultationem mentis subdit tribulationi circundanti penitentem. Ceterum quoniam secundū Apo. ij. Timoth. iij. Omnes qui pie volunt viuere in Christo persecutionē patiuntur. Ideo subiungitur. Erue me a circūdantibus me, id est ab his qui volunt me retrahere a sancto proposito meo. Qui enim (inquit Gregorius) peccantem amare consueuerant recte viuentem crudeliter impugnant.

A ¶ Est autem notandum iuxta illud. Tu es refugium meū quod pijssimus dominus est refugium multorum generū personarum.

vez
- Desolatorum.
- Tentatorum.
- Pauperum.
- Saluandorum.

B ¶ Primo igitur desolatus potest dicere ad dominum. Tu es refugium meum: supple securum principale: et ad quod vltimo omnibus alijs humanis auxilijs cessantibus recurrendum est. Unde et de discipulis Christi legitur. Matthei octauo. quod cum motus magnus factus fuisset in naui: ita vt nauicula operiretur fluctibus: et Christus dormiret: accesserunt ad eum ipsi discipuli suscitantes eum et dicentes. Domine, salua nos perimus. Nec quidem iniuria: quia cum ignoremus quid agere debeamus, vt dicebat ille Josaphat rex iuda: ad dominum hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te. Dicant ergo desolati cū psalmista. Deus noster refugium et virtus supple, est que animos desolatorum ad se recurrentium dirigere solet in viam salutis. Ipse enim est qui clamat Matthei vndecimo. Uenite ad me omnes qui laboratis et onerati estis et ego reficiā vos: scilicet gratia consolationis in presenti et glorificatiōis in futuro. Quia ergo multi desolati negligunt ad deum refugere in suis necessitatibus, ideo de facili trahuntur in desperationem et eternam perditionē. Hoc patuit in Cain qui postquam occidisset fratrem suum Abel: ob quam causam a domino fuit maledictus tanquam desolatus dixit ad dominum. Ecce eijcis me hodie a facie terre: et a facie tua abscondar eroque vagus et profugus in terra: et omnis qui inuenerit me occidet me. Et post hec tanquam desperatus dixit. Maior est iniquitas mea quam vt veniam merear. Genesis quarto. Nullus ergo desperet de diuino auxilio et iuuamine in quacunque detentus fuerit necessitate: sed confidenter dicat ad dominum. Tu es refugium meum.

¶ ¶ Secūdo tentatus potest dicere ad dominum. Tu es refugium meum. Sicut enim pulli in presentia milui solent sub alis gallinaruꝫ se abscondere: et milites sub tentorijs contra sagittas aduersariorum. Similiter ꝛ homines tempore inundantium aquarum ꝛ pluuiarū sub tectis ꝛ vmbraculis se protegere: ita ꝛ tentati sub alis diuine protectionis se debent recondere per deuotam commendationem et firmam confidentiam dicēdo ad dominum cum psalmista. Mirifica misericordias tuas / id est miras fac ne vilescant. Mirificat autem dominus misericordias suas: cuꝫ tētatos a diabolo: carne ꝛ mūdo protegit / recipit / ꝛ custodit. Sequitur (qui saluos facis sperantes in te) non in se: non in mundo sed in te qui hoc potes scis ꝛ vis. Sequitur (a resistentibus dextere tue /) id est a demonibus qui resistunt dextere tue: hoc est in bonis spiritualibus ꝛ gratuitis (custodi me vt pupillam oculi) quasi dicat. sic me custodi vt potius manus et corpus ꝛ omnia que habeo exponam: quam ledar in anima. Unde Job secundo. Pellē pro pelle: et omnia que habet homo dabit pro anima sua.

Et Matthei decimosexto / ait saluator. Quam commutationē dabit homo pro anima sua. Sequitur (Sub vmbra alaruꝫ tuarum) id est tue charitatis ꝛ misericordie (protege me) quē admodū gallina protegit pullos suos: et hoc (a facie impiorum qui me afflixerunt) id est demonum qui me multum tentauerunt / ꝛ adhuc tentare non cessant. In cuius figura legitur. Exodi primo. quod Egyptū oderant filios Israel / et affligebant illudentes eis. Sequitur. (Inimici mei) id est demones: qui anthonomatice dicuntur inimici hominis (animam meam circundederunt) id est vndequaque tentauerunt: ꝛ expugnauerunt etiam a iuuentute mea. Sed quid fecerunt vt animam meam comprehenderent laqueis suarum tentationum. Certe (adipem suum concluserunt) id est peccati delectationem ostenderunt dicentes. Si tu facis hoc / erit tibi magna delectatio. Ecce cōclusio pinguedinis. Sed ex peccato sequitur certe alia conclusio: scilicet doloris ꝛ damnationis: quā modo non cōcludit diabolus: sed tamen cōcludet in morte. Seruat enim demon modum sophistice opponentium qui celant propositum donec respondēs aliquid cōcesserit per quod deducatur ad inconueniens. Ut enim inquit Gregorius. Diabolus primo blāde decipit: sed postmodum violenter ad supplicium trahit. Propterea Ecclesiastici vigesimoprimo / nos admonet scriptura dic. Quasi a facie colubri fuge peccatum. Coluber enim blanditur facie: sed cauda pungit. Sequitur / (os eorum) scilicet demonū (locutum est superbiam) et hoc in vltima cōclusione: scilicet in repetitione pene eterne. Uel os eorum locutum est superbiam quando plus nituntur aduer-

sari hũane salutis: credãt deũ posse auxilia. Propterea psal. in persona penitẽtis loquitur ad dominũ dicens. Judica domine nocẽtes me: expugna impugnantes me: scilicet demones. Apprehende arma et scutum: et exurge in adiutorium mihi. Effunde frameam et conclude aduersus eos: scilicet demões qui persequũtur me: dic anime mee salus tua ego sum. Et quid est dicere. Dic anime mee salus tua ego sum: nisi tu es refugiũ me a tribulatione: que circundedit me? Dicat ergo penitẽs ad dominum cum psal. Diligam te domine fortitudo mea: id est qui das michi fortitudinem et robur contra queque aduersa: dominus firmamentum meum. sup. est vt eo adiuuante firmus permaneã in bono. Sequitur. Et refugium meũ: videlicet in omni tribulatione et cõtra queque aduersa. hinc idem. Psal. aiebat. Deus noster refugium et virtus adiutor. etc. In quibus verbis triplex natatur remediũ contra interiores tentationes. Hõ enim euadit eas tripliciter: videlicet aut fugiendo aut patienter sustinẽdo: aut fortiter resistendo et rebellãdo Si ergo vis eas fugere ad deũ recurre: quia deus noster refugium est. Si vis patienter ferre: virtus est. Si vis rebellare: adiutor est. Sunt enim vt inquit Dominus Hugo Cardi. quedam tentationes que proprie sunt fugiende: vt tentationes carnis: quedam proprie sustinende vt infirmitates et iniurie quedam proprie rebellande: vt superbia et inuidia: que proprie sunt peccata diabolica: adiutor inquam est deus noster in tribulationibus: id est in predictis tentationibus que tribulationes sũt eo quod tribulant cor hominis: que inuenerunt nos nimis: secundum quod dicebat Apostolus. ij. Cor. j. Grauati sumus supra modũ: ita vt tederet nos etiam viuere Notanter autem dicit. Inuenerunt. quia huiusmodi tentationes querunt hominem ad perdendum: secundum quod precipue dicitur de diabolo. i. Petri. v. Diabolus tanquam leo rugiens circuit querens quem deuoret. Merito ergo tentatus potest dicere ad dominum. Tu es refugium meum.

D ¶ Tertio quilibet pauper ex singulari confidentia quam debet habere ad dominum merito potest dicere. Tu es refugium meum secundum illud. Psal. Factus est dominus refugiũ pauperi: adiutor in opportunitatibus: in tribulatione. In quibus verbis notatur verus et sincerus amor dei. Quia vt dicit Grego. Cum quis in prosperitate diligitur incertum est an persona: an prosperitas diligatur: sed in aduersitate cum quis diligitur tunc constat quod sola persona diligitur: et talis est amor dei ad hominem. Sed cui pauperi factus est dominus refugiũ? Nunquid oĩm? Certe non. Nam vt inquit Hiero. Victus tenuis et cultus asperior et arctiorũ christiane religionis instituta non faciunt verũ christianum. Hunc igitur ipse. Hieronimus inquit scito esse paupe=

rem: cui regium factus est dñs qui nec sperat nec concupiscit temporalia. Et quia pauci sũt tales: ideo concludere possum9 ꝙ paucorum pauperũ factus est dñs refugium. Sicut ergo aues columbine imminente tẽpestate solẽt omni cum festinatione ad columbarium refugere. Et cerui cõtra insultum canum venaticorum intima syluarum penetrare: et herinacij imminente periculo in petris cauernosis se abscondere: secũdum illud Psal. Petra refugiũ herinaciis. Ita et verus pauper in omni necessitate ad deũ debet refugere: secũdum quod admonet propheta Dauid dicens. Jacta super dominum curã tuam et ipse te enutriet. Nõ enim inquit idem Psal. Uidi iustum derelictum supple a domino finaliter: nisi forte corporaliter ad tempus: nec semen eius: id est filios querens panem: id est nimis indigẽtes pane. Propterea aiebat saluator. Math. vi. Querite primum regnum dei et iustitiam eius: et hec omnia adijcientur vobis. Dicat ergo confidenter pauper ad dominũ. O pijssime deus: tibi derelictus est pauper: vt eum contra diuites sibi aduersantes: et panem de manu sua vi eripientes protegas: vt ei in necessitatibus sine quib9 non ducitur hec caduca vita sufficienter subuenias: vt sibi tandem celestes tuos thesauros in celi palatio ostendas.

Ecce quomodo tibi derelictus est pauper. Contere: id est conteres brachium peccatoris et maligni: supple sibi iniuste aduersantis. Nonne dominus factus est refugium pauperi illi vidue: que erat in sarepta sydonye quando tempore grauissime famis ad eam misit Helyam qui augeret eius oleũ et farinam. iij. Reg. xvij. Nõne similiter factus est refugiũ ipsi pauperi helye: quando quidem eo fugiente a facie impijssime regine Jezabel ꝓuidit ei ministerio corui de pane ⁊ carnibus mane vesperi: vt habetur vbi supra. Nonne deniqꝫ idem dominus factus est refugiũ pauperi Jacob ⁊ filijs suis quando imminente fame fecit eos descendere in egyptum vt pasceret eos ioseph: Unde ⁊ ipse ait fratribus suis. Nolite pauere nec vobis durum esse videatur ꝙ vẽdidistis me in his regionibus. Pro salute enim vestra misit me deus ante vos in egyptum. Geñ. xlv. Quid referam de illa sancta vidua que solita erat recipere hospitio seruum dei helyseum: Nonne eius oleum intantum multiplicauit precibus serui sui helysei ꝙ plene satisfecit creditoririb9 suis. Et de reliquo quod superfuit vixit multo tempore cum filijs suis. iiij. Regum. iiij. Quid denique dicendum erit de filijs prophetarum numero centum: qui cum tempore famis habitarent in desertis cũ Helyseo nec haberẽt quid mãducarent misit ad eos dominus virum vnum qui attulit panes primitiarum: et preter hos panes attulit etiam. xij. panes ordeaceos. Cumqꝫ ex illis comedissent vsqꝫ ad saturitatem superfuerunt aliqꝫ reli-

quie. Hec in fine dicti capituli. Patet ergo intentum.

E ¶ Quarto dominus est refugium saluandorum. Quia enim saluandi quandoque multa habent pati in presenti et multipliciter tentantur: ita vt sepe fluctuare videantur et titubare: ideo ne succumbant ad deū refugere habent ſm q de quolibet iusto loquitur psalm. dicens Altissimum posuisti refugium tuum. Sunt enim qui ponunt altū refugiū: vt mūdani qui ponūt refugiū suū in diuitijs: in principibus et seculari potentia. Hec enim alta sunt secundum mundanorum falsam estimationem: contra quos ait Psal. Nolite confidere in principibus in fi. ho. in quibus nō est salus. Et Hiere. xvij. Maledictus homo qui cōfidit in homine et qui ponit carnem. i. secularem potentiam vel diuitias temporales siue generis nobilitatem et brachium suum: id est refugiū suum. Sūtq̄ ponunt altius refugium suum vt presumptuosi et electi qui nimis confidūt in paucis bonis que gesserant: qualis erat ille phariseus: de quo Luc. xviij. legitur: q dicebat se iactando de bonis suis. Non sum sicut ceteri hominum: ieiuno bis in sabbatho: decimas do omnium que possideo: contra quos loquitur dominus Luc. xvij. Cū feceritis omnia que precepta sunt vobis: dicite serui inutiles sumus: quod debuimus facere fecimus. Sunt et alij: qui ponunt altissimum refugium suum in deo qui est altissimus altus enim est homo in ordine ad alias creaturas inferiores: sed altior angelus, altissimus autem deus. Qui ergo altissimum ponit refugium suum nō poterit a demone deijci: secundum q beatus Greg. dicebat de Job. In altum inquit mentem fixerat: et ideo hostis ad eum irrumpere non valebat. Propterea sequitur in psal. Non accedat ad te malū. i. peccatum eo q tam altum posuisti refugium tuum: scilicet in deo. Unde et ipse Job dicebat. xvij. c. Pone me iuxta te et cuiusuis manus pugnet contra me. q. d. Si posueris in tuo refugio nullus hostis poterit ad me attingere. Dicat ergo quilibet saluandus ad dominum illud Psal. O domine esto mihi in deum protectorem et in domum refugij. in qua sup. protegat contra tela inimici: vt tandem saluum me facias scilicet in celo per apertam visionem.

F ¶ Item notandum circa illud Erue me a circundantibus me. q ista verba possunt congruere multis.

vez | Eccl'ie militanti. Penitenti anime. Fideli decedenti.

G ¶ Primo igitur ecclesia militās animaduertens quanta patiatur a suis emulis hereticis recurrit ad diuinum refugium dicens, Erue me a circūdātibus me. s. hereticis qui vndique non cessant me multipliciter impugnare. Unde Psalmista in persona ecclesie. Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea: id est ab exordio meo: sicut heretici: sicut patet de Nicolaitis: qui ortum habuerunt

ab illo Nicolao qui fuit vnus de septem primis dyaconibus sicut patet. Act.vi. hic itaque Nicolaus habens vxorem pulcherrimam ne diceretur q esset deca zelotypus dixit omnes vxores debere esse communes: propter quod suam ipse prim9 omnibus exposuit communem contra legem et honestatē matrimonij. Unde beatus Job. Apocal.ij. laudat epyscopum Ephisinum: eo quod odio habebat facta Nycolaitarum sicut et ipsemet oderat. Sequit. Etenim non potuerunt michi: suple tantum nocere: vt me omnino delerent. Sed quid fecerūt. Certe. Supra dorsum meum fabricauerunt: id est eos q maiores in primitiua ecclesia fuerūt persecuti sunt videlicet summos pontifices: sacros doctores: sanctos confessores et huiusmodi qui fuerunt dorsum ecclesie primitiue. Sicut enim dorsum est durum ad portandum onera: sic et illi duri fuerūt contra queq aduersa. Nec tantum ad horam hoc fecerūt: sed prolongauerunt iniquitatem suam: videlicet vsq ad tēpora. Cōstātini imperatoris sub quo reddita est pax ecclesie christi. Ut enī refert Dñs Antho.iiij. p.summe sue.t.xi.c.vij. et sunt originaliter verba Isidori lib. viij. ethi. Et similiter recitatur in decre: xxiiij.q.iij.quidā heretici. Olim pullulauerunt hereses numero.lxxx.et hoc quantum ad primatiuam ecclesiam Preter quos multi subide pullulauerunt quorum non est numerus et adhuc regnare non cessant. Ecce quomodo sepe expugnata fuit ab hereticis christi sponso ecclesia. Preter hos passa est a principibus: et tyrānis. Ut enim refert Aug.xviij. lib.de ciuitate dei.c.lij. Et similiter Paulus Orosius. lib.vij. Sicut olim filij israel decē plagis afflicti sunt ab Egyptijs: ita et ecclesia primitiua decem persecutiones passa est a principibus et tyrannis seu imperatorib9 romanis: inter quos ipse. Nero initium fuit: qui apostolos Petrum et Paulum occidi iussit post eum secutus est Domicianus: deinde Traianus et huiusmodi. Unde Psalmista in persona ecclesie loquitur dicens. Circumdederunt me vituli multi: id est imperatores et principes lasciui et sine iugo dei tauri pingues: id est gentiles dotati bonis nature et fortune obsederunt me. Et in fig.huius leg.iiij. Regum. xxv. quod Nabugodonosor rex Babylonis veniens contra Hierusalem cum exercitu magno circumdedit eam: et extruxit in circuitu ei9 munitiones. Demum passa est ecclesia et circundata multitudine hypocritarū et simulatorum christianorum. Ut enim di. Istud hypocrita greco vocabulo latine simulator interpretatur: qui cum intus malus sit bonum se in exteriori homine ostendit. Unde hanc persecutionem affuturā predixit saluator Matthei.vij. dicens. Attendite a falsis prophetis: id est ab hypocritis qui in humilitate ambulant et falsa religione vt dicit glo. Interl.ideo sequitur qui veniunt ad vos in

vestimentis ouium intrinse= cus autem sunt lupi rapaces. Hec ergo tria genera perse= quentium ecclesiam christi pre ostensa fuerunt. Dan. vij. in il= lis tribus bestijs quas vidit daniel in somnis. quarum pri= ma erat similis leene. Secun= da vrso. tertio perdo. Dicat er go ecclesia ad dominum. O do mine erue me a circundantibus me. videlicet hereticis tyrãnis et hypocritis.

¶ Secundo anima penitẽs et deuota debet orare ad domi num et dicere verba predicta videlicet. Erue me a circundã= tibus me. videlicet demonibus qui ideo me circundant vt ad recidiuum trahant. Sicut em̃ vt dicit de palude in diluuio homines fugiũt ad altos mõ= tes eo quod valles abundant aquis que fluunt de altis mon tibus propter quod timore di luuij voluerunt homines edi= ficare turrim babel ita altam vt quasi contingeret celum ad quam si diluuium rediret pos= sent homines confugere et sal= uari. In quo quidem diluuio nihil profuit cuicunqȝ scande= re super arbores: turres. vel montes: quia tunc aqua erat. xv. cubitis eleuata super altis= simos montes. Solum autem patuit salus et via euandendi diluuiuȝ in archa fabricata de mendato domini.

Sic in proposito diluuium tẽ= ptationum diabolicaruȝ sic oc cupat valles et montes: id est maiores ⁊ minores hodiernis temporibus atque omnem sta= tum mundi quod non est re= cursus securus nisi ad solum dominum Iesum christum: se= cundum illud: ij. Parali. xx. cũ ignoremus quid agere debea= mus, hoc solum residui habe= mus vt oculos nostros diriga mus ad te. De huiusmodi au= tem demonum circundatione potest intelligi illud Psalmiste In circuitu impij: id est demo= nes ambulant, vt scilicet pos= sint redire ad prestinam habi= tationem a qua eiecti sunt per penitentiam.

Propterea nos admonet sacra scriptura dicens: Ecclesiastici ij. Fili accedens ad seruitutem dei sta in iustitia et timore et prepara animam tuam ad ten tationem. Unde talem insultuȝ quem solẽt facere demones cõ tra penitentem admirans. Psalmista in persona ipsius pe tentis dicit. Domine quid mul tiplicati sunt qui tribulant me videlicet demones multi insur gunt aduersum me. vnde Apocalipsis nono vigies mi= lies dena milia. audiui nume= rum eorum. Multi dicunt ani= me mee non est salus ipsi in deo eius: quasi dicant demo= nes penitenti anime quam ten tant nunc non potes euadere quin cadas in peccatum.

Sed confido inquit anima de= uota: quia tu domie susceptor meus es: id est refugium me= um ne michi eorum multitudo possit nocere. Ecce ergo quomo do demones circundant peni= tẽtem animam quasi cum qua= dam violentia: quia ex vna par te tendant de gula. ex alia de luxuria. ex alia de surperbia. et

huiusmodi. Un̄ in figura hui⁹ dixit dominus de ciuitate hierusalem.Luc.xix.Uenient dies in te et circundabunt te inimici tui vallo ꝛ coangustabunt te ꝛ ad terram prosternent te ꝛ filios tuos qui in te sunt.i. merita tua priora. Sed quale remedium.Certe nullum aliud. nisi clamando dicere ad dominum. Erue me a circundantibus me.

J ¶ Tertio quilibet fidelis catholicus cū sentit se appropinquare ad portas mortis debet clamare ad dominum et dicere.O piissime deus Nunc adiuua me et erue me a demonibus circundantibus me.vndiqꝫ. q.d.moriens:Angustie mihi sunt vndiqꝫ: ꝛ insidie circumquaqꝫ parate.Nam tribulatio non solum inuadit me ex vna parte : quia tunc possem fugere ad aliam:sed vndiquaqꝫ.Jta vt nō possim fugere ad aliquam differentiā positionis in qua non inueniam insidias michi paratas.preter sursum te respiciendo qui solus es refugium a tribulatione que circundedit me Unde in figura huis dicitur. Dan̄.vij. q quattuor venti pugnabant in medio mari.i.multe temptationes circundēt hominem in morte que amarior est omni mari. Sicut enim captiuus frangens carceres regis.vel per fenestram exiens i sequitur omni cum festinatione cum equorum multitudine :vt apprehendatur ꝛ in carcerem obscuriorem atqꝫ fortiorem recludatur.Jta ꝛ demones i mortis articulo sentientes animā statim exituram de carcere carnis eam insequuntur:quam si apprehendere possint eam trahent in obscurissimum ac teterrimum carcerem inferni.

Nam tunc diabolus insidiatur morienti quasi leo absconditus in spelunca sua vt scilicet rapiat pauperem animam.

Jn cuius figura legitur exodi. xiiij. q Pharao congregato toto suo exercitu persecutus est israel fugientem. Sic ꝛ diabolus in mortis articulo armat se multitudine aliorum malignorum spirituum. tunc enim assumit septem spiritus nequiores se. Jtem armat se multitudine peccatorum de quibus tē tat morientem videlicet de desperatione: ꝛ diffidentia diuine mie. de infidelitate ꝛ huiusmodi vt cum tali exercitu ꝑsequatur.animam de corpore fugientem ꝛ egredientem. Et hoc est quod dr.i.Pet.v. aduersarius vr̄ diabol⁹ tanqꝫ leo rugiēs circuit querens quem deuoret cui resistite fortes in fide.Sed qr moriens tot ꝛ tantis temptatoribus resistere ex se minime valet.ideo ad diuinum auxiliū recurrere habet ꝛ dicere,Erue me a circundantibus me.

¶Lectio.xx.

¶ Intellectum tibi dabo & instruam te in via hac qua gradieris firmabo sup te oculos meos.

¶ Postqꝫ in precedenti lectione ostensum est quomodo penitens necessitate multiplici pressus ad deum recurrit au-

xilium petens similiter et erui seu liberari a suis inimicis.
Hic consequenter ponitur domini responsio ad eum dicentis. Intellectum tibi dabo glo. Interl. post Aug. vt te cognoscas: et in spe gaudeas. et quod omnia ex gratia sunt cognoscas. vel vt que agenda et que cauenda sunt intelligas vt dicit glo. ord. Uel secundum dominum. Hugonem card. Intellectum tibi dabo. i. presentium noticiam vt illa tanquam caduca pertranseas. eternorum: vt illa toto cordis affectu appetas: et cum omni diligentia ad illa curras. penarum inferni: vt eas summo studio fugias. tui ipsius: vt humilieris et deo bona tua attribuas. Preteritorum vt de illis doleas et cum effectu satisfacias: futurorum vt illa preuideas et a malo tibi caueas. O quam bonus intellectus. O quantum dei donum de quo psal. Intellectus bonus omnibus facientibus eum. Et est sensus secundum dominum card. Intellectus bonus. supple est. omnibus facientibus eum. i. qui faciunt ea que facienda esse intelligunt. Nam non facientibus intellectus malus est et nociuus: quia vt habetur. Luc. xii. seruus sciens voluntatem domini sui et non faciens. plagis vapulabit multis. Sed proh dolor de multis conqueritur dominus Deut. xxxii. dicens. Gens absque consilio et sine prudentia vtinam saperent. supple preterita: et intelligerent presentia ac prouiderent nouissima. Et Psal. homo inquit cum in honore esset non intellexit ideo comparatus est iumentis insip. et. s. f. est illis. Sequitur. Et instruam te. Interl. ne aberres. vel ad prosequendum bonum et fugiendum malum vt dicit glo. ord. Est autem differentia secundum dominum cardi. inter intellectum et instructionem: quia intellectus respicit cognoscenda: instructio autem habenda. Dat ergo dominus intellectum ad cognoscendum: et instructionem ad operandum. Et hoc dabo tibi inquit dominus. in via hac qua gradieris. i. in omnibus que sunt in hac vita: vt scias quod non sunt nisi via. deus autem finis. Et sic illis non adhereas: sed pertranseas. vnde Aug. Deus finis est et terminus ad quem eundum et vbi immorandum. quicquid autem citra deum est. via est. in illa autem non est immorandum Notanter autem dicit. In via hac qua gradieris. quia super gradiendum est in bono opere quam diu ambulamus in presenti vita eo presertim quod secundum Ber. in via dei non progredi retrogredi est. Uel via in qua gradiendum est viam charitatis significat de qua Math. vii. arcta est via que ducet ad vitam et pauci sunt qui inueniunt eam. i. qui ambulant per eam propter sui arctitudinem. Est tamen huiusmodi via spaciosa et lata bonis secundum illud psal. latum mandatum tuum nimis.
Sequitur firmabo super te oculos meos. i. gratiam et misericordiam meam tibi conseruabo. Sap. iiii. gratia dei et misericordia in sanctos eius et respectus eius super electos illius. Uel firmabo super te oculos meos, scilicet oculos mise-

ricordie et benignitatis quib9 petrum respexi, Luc. xij. quia tu leuas oculos tuos ad me nō confidens in viribus tuis. sed de auxilio meo tantum et paratus es mihi obedire sicut ancilla domine sue. Psal. Sicut oculi ancille in manibus domine sue: Ita oculi nostri ad dominum deū nostrū donec misereatur nostri. Item idem. Psal. Ad te domine leuaui animam meam. deus meus in te confido, non ergo in me confido sed in te qui solus potes me ab omni periculo eripere. Nam pijssimus pater celestis se habet circa iustos sicut bona mater circa paruulum suum que in circuitu eius tenet brachia extensa et parata ad eum sustinendum si qualitercunqȝ trepidare ceperit. Unde prouerb. xxiiij. Septies in die cadit iustus: et resurgit. Quod quidem verbū intelligitur de casu in charitate non acharitate. In hoc igit versu promittit dominus penitenti, tria magna bona. scilicet intellectum. instructionem: et confirmationem. Intellectum quidem ad cognoscendum. Instructionem ad operandum: cōfirmationem ad preuaricandū futurum lapsum quia cum penitens sit adhuc debilis in via mox patet ibi faciliter et recidiuare nisi preseruet a deo. sicut preseruatur paruulus a matre vel nutrice ne cadat in terram cum nouiter incipit ambulare vt dictum est. Uel vt dicit dominus petrus de pal. Intellectum tibi dabo. quantum ad speculabilia ne oberres in via fidei: et instruam te in via hac q̄ gradieris. quo ad moralia ne deuies a via charitatis. firmabo sup te oculos meos. tibi pericula preostendo. ne insidie demonum tibi noceant in via salutis.

A ¶ Est ergo notandum iuxta illam primam clausulam. Intellectum tibi dabo. qꝫ domin9 dat intellectum homini ad multiplicem vsum.

Ad cognoscendum agenda
Ad precauendum fugienda
Ad illuminandum interiora
Ad exhorrendum supplicia
Ad desiderandum eterna
Ad vitandum temptamenta

¶ Primo igitur dominus dicit cuilibet homini Intellectum tibi dabo vt scilicet valeas cognoscere que sunt par te agenda. vñ. Luc. xxiiij. dr qꝫ christ9 aperuit apostolis sensum vt intelligerent scripturas. in quib9 scilicet continentur q̄ agenda sunt ab his q̄ volunt saluifieri. In scripturis nanqȝ gētilium philosophorū et poetarum edocentur hōies ad sectādū vana et immūda: sed in scripturis sacris ad cognoscendū honesta et ad salutem necessaria.

B ¶ Ideo talibus insistenduȝ est tota cordis intentione. exēplo illi9. Solonis qui fuit vn9 de septem mundi sapientibus. de quibus meminit Aug. lib. xviij. de ci. dei c. xxv. qui quidē solon fertur dedisse leges athenienfibus vt refert ibidē Aug. Hic igitur solon tam auidus sciendi erat qꝫ vt refert vincentius lib. iij. speculi hysto. c. xx. cum moreretur assidentibus amicis et sermonem de quadam

re inuicem conferētibus caput erexit Cumq; interrogaretur cur hoc faceret Respondit vt iniquit cum istud de quo dispu tatis quicquid illud est per cepero moriar. Debet itaq; quisq; suum intellectum exercitare vt valeat sufficienter cognoscere que sui officij sunt secundū magis et min⁹. Unde dicebat regius propheta Da mihi domine intellectum et scrutabor mandata sua. Non autem dt et scrutabor mandata hominum vt sunt leges Justiniane q̄ sūt de pane lucrādo: sed scrutator mandata tua que sunt necessaria ad salutem: secūdum illud. Math. xix. Si vis ad vitam ingredi serua mandata Jste enim est intellectus bonus omnibus facientibus eum Dicit autem notanter. facientibus eum. qr non sufficit cognoscere speculatiue dei mandata. sed oportet ea facere. Luc. xij. seruus sciens voluntatem domini sui et non faciens plagis vapulabit multis: quia vt habetur. Jac. iiij. scienti bonum et non facienti peccatum est illi. Super quo dicit glo. ordi. q scientes benefacere et non facientes maius peccatum habent q̄s si nescirent. Jstud notare debent illi clerici et literati viri qui si reprehendantur indignantur et dicunt se bene scire quid agere debeant: et si peccent q bene sciunt madelam contra morbū quo fit vt sic semper in peccatis maneant et se deterius inuoluunt.

¶ Secundo dominus dicit viro iusto. intellectum tibi dabo vt precauere possis nociua et fugienda que impediunt iter humane salutis cuiusmodi sūt peccata. Ut enim dr prouerb. i. frustra iacitur rete ante oculos pennatorum. Uidentes em̄ pennata. i. aues rete ante se. et ex hoc estimantes periculum captionis. declinant et se diuertunt ab eo. Sic et habentes pēnas virtutum cum aspiciunt que sunt ante se et vident pericula sibi imminentia cauent ne capiantur a diabolo Et in figura huius balaam propheta cū iret ad maledicendum populū domini aperiens oculos et videns ante se stantem angelum gladio euaginato ad percutiēdum eum. Jntelligens periculum suum ab itinere superstetit vt habetur Numeri. xxij. Ad significandum q si quis sit dispositus ad male agendum. Si oculos mentis aperit ad aspiciendum quid ante se est: futuram scilicet dei vltionem a malo aliquando desistit: ne incidat in manus dei viuentis et punientis. Propterea quantum peccatum precauendum sit et fugiendum insinuatur Naū. iij cum dicitur. Omnis qui viderit te resiliet a te. Sed proh dolor de multis peccatoribus potest sigillatim dici illud Psal. Non est deus in cōspectu eius scilicet peccatoris. inquinate sunt vie illius in omni tempore auferuntur iudicia tua. que supple olim fecisti de pctōrib⁹ multis vt pote de illis qui erāt tempore diluuij. Jtem de pharaone. Jtē de sodomitis. Jtem

de exercitu sennacherib.⁊ huiusmodi. auferuntur inquam iudicia ista a facie eius scilicet peccatoris hoc est a memoria ⁊ mente eius vt illa non timeat omnium inimicorum suorum dominabitur:q2 peccator vult prosperari in cunctis et solus regnare insup dixit i corde suo .i.cogitauit deliberauit apd se dicēs.Nō mouebor a gñratiōe in generationem sine malo: id est fama mea celebris non trāsibit ad posteros sine malis artibus et nisi multis mala inferam.Sicut legitur ꝙ quidē romam incendit:qui cum ductus fuisset ad Augustum cesarem: et ab eo quereret cur hoc fecisset. Respondit:vt fama eius sic transiret ad posteros.Similiter legitur ꝙ quidam in germania factus est hereticus vt sic insignis ⁊ famosus haberetur Talibus igitur non dominus sed diabolus dicit. Intellectū tibi dabo scilicet ad perpetrandum mala.

¶ Tertio dominus dicit cuilibet iusto intellectum tibi dabo scilicet ad illuminandum interiora tua:vt scilicet teipsum pfecte cognoscas. Nā vt inquit Berñ.in suis meditationibus Multi multa sciunt et seipsos nesciunt:alios despiciunt ⁊ seipsos negligunt. Summa eñ philosophia est se recognoscere:vt dicit Plato. Unde idem Berñ.in.ij.lib.de consideratione ad Eugenium sic ait Licet omnia mysteria noueris: lata terre:alta celi profunda maris si te nescieris omnino eris similis homini insipienti edificanti domum super arenam si ne fundamento.

¶ Hec autem cognitio sui secundum ipsum beatum Berñ. vbi supra in tria diuiditur: vt scilicet intelligas q̄s sis in natura:quis i persona qualis in vita.Si primum bene considerauetis statim occurret tibi illud.Job.xiiij.dicentis. Homo natus de muliere breui viuens tempore repletur multis miserijs:qui quasi flos egreditur ⁊ conte.et fu.v.v.et nunq̄ in eodem sta.p.Hec autem consideratio ad magnam humiliationem debet vnumquemq̄ inducere.

¶ Secundo debes considerare qui sis i persona.i.cuius cōditionis si laicus vel clericus: si religiosus:si prelat⁹ vel subditus.Nam si laicus sis licet tibi temporalia possidere/sed nō ad abusum.Si clericus:tunc licet tibi de altario viuere:si modo altario deseruias. Si religiosus attēde quid dicat Aug et recitatur di.xlvij. quantūlibet.Sicut inquit difficile sum expertus meliores quam qui i monasterijs profecerūt:ita difficile sum expert⁹ peiores quā qui in monasterio defecerunt. Si autem prelatus es: attende quid dicat Chrysostomus. Si bene docueris et male vixeris/deuz instruis quomodo te condemnare debeat.hec ille. Et recitatur di.xl. Multi.

¶ Tertio debes considerare qualis sis in vita: proficiens scilicet aut deficiens in moribus/in aduersitatibus et prosperitatibus: circa que opz te tenere medium si non vis pdere modum.

¶ Quarto dominus promittit cuilibet iusto mentis illustrationem dicens. Jtellectum tibi dabo: videlicet ad exhorrendũ supplicia eterna ne in illis incidas. vnde Esa. lj. Leuate in celum oculos vestros ⁊ videte sub terra deorsum/ id est nõ solũ celestia sed et infernalia que sub terra sunt respiciatis.

D ¶ Unde quidam maximus philosophus dictus Embolus interrogauit beatum Basiliuz que nam esset diffinitio philosophie. Ad quē ille. Prima (inquit) diffinitio philosophie est mortis ⁊ cruciatuum infernalium iugis meditatio. Cum ergo (vt inquit Gregorius super hoc passu) ad secretarium cordis accedimus: ⁊ ꝙ districtus iudex futurus sit: qui nũc patiens est ⁊ longanimis consideramus: cum ad intuendam iniquorum damnationem oculos mentis attollimus: cũm de futuris incerti/ ⁊ ne labamur metuimus: ⁊ ea que male egimus flendo punimus: tunc a deo salutarem intellectuz recipimus et de cordis nostri habitaculo ignorantie tenebras effugamꝰ Hec ille. Dicat ergo iustus ad dominum. O domine deus: talem intellectum dedisti mihi ꝙ profundũ abyssi penetraui: vt habetur Eccl'i. xxiiij. Jlle autē penetrat profundũ abyssi/ qui in sua meditatione descendit ad supplicia inferni: vt merito de eo dici possit illud Job. trigesimooctauo. Nunqd ingressus es profundum maris et in nouissimis abissi deambulasti. q. d. sic. Propterea de sãctis viris loquit̃ Psal'. dicens. Ascendũt vsqꝫ ad celos: videlicet per considerationem celestiũ premiorum: et descendunt vsqꝫ ad abyssos per cõsideratione cruciatuũ infernaliũ. Prima consideratio generat spem: secunda timorem. Unde ps. Jpsi videntes sic admirati sunt conturbati sunt: commoti sunt tremor apprehendit eos. Jn figura huius legitur. Genesis vigesimooctauo. quod Jacob vidit angelos ascendentes ⁊ descendentes. Ubi per angelos intelligũtur viri contemplatiui qui ascensiones i corde suo disponũt: cũ ea que preparauit deus diligentibus se animaduertũt. Et similiter descẽsiones in corde suo disponunt/ cum eterna supplicia malis preparata mẽte conspiciũt: secundum quod de quolibet tali videtur loqui psalmista dicẽs. Jn meditatione mea exardescet ignis supple inferni. Nam sicut oculus lincis dicitur esse ita limpidus et clarus quod etiam vltra parietem dicitur videre ipsuz parietem suo intuitu penetrãdo: ita et iusti viri sua sancta meditatione penetrant terram et vident vsque ad abyssos inferni. Ecce qualem intellectũ dat illis dominus.

¶ Quinto dicit dominus viro iusto. Jntellectuz tibi dabo ad cognoscendum ⁊ desiderandũ eterna secundum illud. Esa. lj. Ecce intelliget seruꝰ meus: videlicet ꝙ magna mltitudo dulcedinis quam abscondi timentibus me. Sequitur. Et exaltabitur ⁊ eleuabitur et erit sublimis valde. Nam iustus calcat̃ omnibus his inferioribus ad

superiora ꝛ eterna per sanctuʒ desyderiū erigit se supra se. Ecce quomodo exaltatur ꝛ sublimis est valde. Nunquid talem intellectum dederat dominus. Esaye: qui dicebat. Oculus nō vidit deus absq; te que prepa= rasti expectantibus te. Eiusdē lxiiij. propterea de viro iusto potest intelligi illud Eccl'i. iij. Plurima super sensum ostensa sunt tibi. Sed profecto de multis potest dici illud. Deutero. xxxij. Gens absq; consilio ꝛ sine prudentia vtinam saperent scilicet celestia: et intelligerent inferni supplicia: ac nouissima prouiderent: id est preuiderēt videlicet mortem et extremum iudiciū imminentia. Sed profecto talia nescierunt/ neq; intellexerūt: id est intelligere noluerunt: ꝛ ideo in tenebris: videlicet culpe ꝛ ignorantie ambulant.

¶ Sexto domin⁹ dicit viro iusto. Intellectū tibi dabo: videlicet ad vitandum omnia tentamenta ꝛ tela inimici. Ipse enim est qui dicit prouerb. viij. Itelligite paruuli: id est humiles: astutiā supple demonis tē= tantis vos ꝛ occulte trahentis ad peccatū. Habet etenim mille nocendi modos: vt habetur. xvj. q. ij. Visis literis. Nec est qui se abscondat a calore eius. In cuius figura dicitur. Gen. iij. quod serpens erat calidior id est astutior cunctis animantibus terre que fecerat dominus. Homo autē imbecillis est ad resistendum: ꝛ ideo debet recurrere ad dominum pro adiutorio. q; si fecerit statim audict dominum dicentem ei. Intellectū tibi dabo. quo sup. cognoscere valeas quomodo ꝛ qualiter tanto insidiatori resistere possis: secūdum illud. i. Joā. ij. Unctio do: ꝛ vos de omnibus: scilicet agendis ꝛ vitādis. Secundū etiam q; Christus promisit apostolis. Jo. xvj. dicēs. Cuʒ venerit ille spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem: videlicet ad salutem necessariaʒ: vt dicit glosa interl'. Et non solum pro personis vestris: sed etiā pro regimine ecclesie et fidelium instructione. Patet ergo quomodo domin⁹ dat homini intellectū ad multipliciū vsum. Sed profecto vt dicit Psal'. Uir incipiens non cognoscet: ꝛ stultus non intelliget hec: q2 vt habet. j. Corin. ij. Animalis homo non percipit ea que spirit⁹ dei sunt. Intelligite igitur hec q̄ dicta sunt insipientes in populo ꝛ stulti: qui scilicet deum postponitis tēporalibus. Aliquando sapite. i. saporate dei dulcedinē: vt decipiant vobis terrena.

E ¶ Preterea notandum super illo verbo Instruam te. q; dominus instruit nos in septē artibus liberalibus moraliter sumptis.

F ¶ Primo siquidem nos instruit domin⁹ in grammatica: non quidem Alexandri sed spiritussancti que nos docet recte et ꝯgrue atq; reuerenter loqui de deo: de iectis ꝛ de bonis moribus secūdū illud. j. Petri. iiij Si quis loquitur quasi sermones dei. i. totū dicat ad honorem dei. Itē Psal'. Eloquia domini eloquia casta: id est honesta sint ꝛ sine corruptione: que

sup. dicunt esse sicut aurum et argentum igne examinatũ: qđ est sine rubigine ꝛ macula. Unde coram deo facit barbarismũ et falsum latinum loquitur quicũqꝫ dicit turpe aut inhonestũ verbum siue de deo siue de sanctis eius. Propterea Paulꝰ instruẽs grammaticos dei recte loqui. Ephe.iiij. dicit. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: sed si quis bonus est ad edificationẽ fidei vt det gratiam audiẽtibꝰ.i. vt ex illo audiẽtes meliores efficiãtur. Itẽ idem in eadẽ epistola.c. sequẽti. Fornicatio ꝛ omnis immunditia aut auaritia nec nominetur in vobis.i. de talibus non loquamini: sicut decet sanctos Super quo Bern. Merito os tuũ diuinis osculis ꝛ oraculis ꝯsecratũ: quicquid ex eo ociosum vel immundũ exierit sacrilegium puta. Et omniũ istorũ rationem assignat Paulus.i. Cor.xv. cum inquit. Corrumpunt bonos mores: tã in se scilicet q̃ȝ i aliis colloquia mala. O q̃ȝ felix lingua que non nisi de celestibus aut sanctis documẽtis ꝛ moribus nouit formare sermonem. In hac itaqꝫ grãmatica studẽt qui diligentiam adhibent vt nihil ociosum aut scandalosum: nihil mendosum aut offensiuũ dicant: siue contra deum siue contra proximũ sed omnia proferũt siue ad dei honorem ꝛ laudẽ: siue ad proximorum edificationem. Nonne Paulus optime studuerat in hac grammatica qui tam reuerenter loquebatur de nomine Christi quod in suis epistolis quingentis vicibus ipsum Jesum vel Christum: vel vtrũque simul nominauerit. Qui etiam in morte sua cũ iam caput esset a corpore abscisuȝ Jesus Christus clara et alta voce insonuit/ prout refert dominus Antonius in secũda parte cronice sue titulo sexto: capitulo quinto.

§ ¶ Nonne etiam optime in hac grãmatica studuerat beatus Ignatius: de quo refert idem ibidem titulo septimo.§. vndecimo: quod cum Traianꝰ imperator eum torqueri faceret semper nomen domini Jesu in ore habebat. Quem cum tortores interrogarent cur totiens illud nomen proferret. Respondit quod ideo quia ipsum haberet scriptum in corde suo. Ipi ergo tortores post eiꝰ mortem hoc probare volentes corpus eius aperuerũt: ꝛ mox eius cor inuenerunt plenum literis aureis continentibus hoc nomen Jesus Christus. Propter quod multi infideliũ hoc videntes crediderunt in Christũ. Nonne similiter Augustinꝰ libenter in hac grammatica saluatoris studebat. Maxime cũ de eo referat idem dominus Anthonius: vbi supra titulo decimo: capitulo octauo: quod etiam ante cõuersionem ꝛ baptismum suum tantũ delectabatur legere nomen Jesu Christi ꝙ quicquid legebat vbi hoc nomen non esset/ q̃uis in ceteris verũ ꝛ expolitum non tamen sibi placebat. Unde cũ in etate.xix. annorũ ad manus suas deuenisset quidam liber Ciceronis exhortatorius ad phiam seu sapientiã

acquirendam multuz affectus est ad doctrinam eius: nec tamen euz ex toto rapiebat: quia in illo libro nomen Jesu Christi scriptũ non erat. Quod quidem nomen a lacte matris sue sancte Monice christianissime imbiberat. hec ille.

H ¶ Secundo dominus nos instruit in logica/ non quidem Aristotelis sed spiritussancti: vt sciamus discernere verum a falso eligentes vere loqui & reprobantes omne falsum. Talẽ autem instructionẽ nobis proponit per os apostoli sui Pauli Ephesios quarto/ dicentis. Deponentes mendaciũ loquimini veritatẽ vnusquisqꝫ cum proximo suo. Et hui⁹ locutionis rationem assignat cum subdit. Quoniam sumus inuicem membra: & per consequens nullus debet scienter decipere alterum per falsam locutionem. Et sicut paruus logic⁹ qui asserit falsum ꝓ vero virga percutitur: ita & qui scienter mentitur a domino reprobatur: secunduz illud psalmist. Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Item Sapientie primo. Os quod mentitur occidit animam: scilicet mentientis vt dicit glosa. interl. Hec tamen auctoritas intelligitur de mendacio mortali: secundum glosam ordinariaz. Nam Augustinus in libro de mẽdacio distinguit octo genera mendaciorũz que non omnia sunt mortalia: sed quedam sic & quedam venialia Qui ergo custodit vias suas/ vt nõ delinquat in lingua sua ne scilicet de ore suo exeat qdcunque mẽdacium etiam iocosum/ aut officiosum/ est verus Christi discipulus qui est magister veritatis: & bene studet ĩ logica dei. Et tãdem ingredietur gymnasium angelorum de quo cum interrogasset psal. dicens. Domine quis habitabit ĩ tabernaculo tuo: aut qs req. in mon. san. tuo. Mox sibi respondit spiritussanctus dicẽs. Qui loquitur veritatez in corde suo/ & qui nõ agit dolum in lingua sua. Ergo cõcludamus quod pauci ingrediuntur ipsum gymnasium celeste: quia vt habetur Osee. iiij. Non est veritas in terra. Maledictuz enim et mendacium & homicidium & furtum & adulterium inundauerũt supple super terram. Et nota quod dicit mendaciũ. Et potissime istud habet veritatez de negotiatoribus: quia vt dicit Chrysostomus super Mattheum. & recitatur distinctione. lxxxviij. Ejiciens. Quemadmodũ qui ambulat inter duos inimicos volens ambobus placere sine alloquio mali esse nõ potest: necesse est vt isti male loquantur de illo: et illi male de isto: sic mercator sine mẽdacio et periurio esse non potest. Ecce quam male isti student in logica spiritussancti.

I ¶ Tertio dominus instruit suos in rhetorica non quidem Tullij aut Ciceronis que facit oratores et rhetores huius seculi: sed in rhetorica spiritussancti que reddit suos auditores deuotos & ornatos: oratores in ꝓspectu domini. In hac rhetorica studet qui diligẽtiã adhibet ad deuote & attente orandum hanc rhetoricam do=

cebat tanquam minister dei ipse Psalmista cum dicebat. Psallite deo nostro psallite: psallite regi nostro psallete. Cuius ratio subiungitur. Quoniam rex omnis terre deus: & ideo psallite sapienter. Ubi notandū q quinquies dicit psallite: vt nō solum corde / sed & quinqꝫ nostris sensibus psallamus: secūdum quod monet nos sancta mater ecclesia in hymno tertiarum dicens. Os / lingua / mens / sensus / vigor confessionē personent: scilicet confessionem diuine laudis. In vltimo autem Psallite addit sapiēter. Quod quidem aduerbium ad omnia quinque referri debet: vt scilicet sapienter / id est cum sapore dei psallam⁹ ei. Similiter hāc rhetoricam docebat pater Augustinus. cum in regula ad fratres aiebat. Cum oratis deum hoc versetur in corde quod ꝓfertur in ore. Nonne spiritussanctus fecerat Paulum oratorem bonum cum dicebat. Orabo spiritu orabo & mēte: psallam spiritu psallā & mente. primi Corinthiorū decimoquarto. Prius autem premiserat in eodem capitulo dicens. Si nesciero virtutem vocis: id est si non tota mente attēdero ad id quod exterius loquor: ero ei cui loquor barbarus: id est deus nō plus me exaudiet quam si me non intelligeret. Deinde in eadem epistola subdit. Uolo in ecclesia quinque verba sensu meo loqui quam decem millia verborum in lingua. Tanquaꝫ si aperte diceret. Melius est pauca loqui in oratione dūmodo attente & deuote q̄ multa sine deuotione: quia vt dicit Hieronymus. & recitatur de cōfessione distinctione quinta. non mediocriter. Non verborū multitudine flectitur deus / vt homo: qꝫ vt dicit glosa. ibidem quandoque quis ab alio obtinet suā importunitate. Sequitur. Non enim verbis tantū: sed corde orandus deus est quapropter melior est quinqꝫ psalmorum decantatio cū cordis puritate & serenitate: ac spirituali hilaritate: quaꝫ totius psalterij modulatio cū cordis angustia atque anxietate. Ecce qualiter esse debet rhetor fidei christiane. In cui⁹ persona dicit Psalmista ad dominū. Psallam tibi in cithara sanctus Israel / id est o deus Israel qui es sanctus psallam. &c. Nam sicut ad hoc quod cithara bene resonet & suauiter demulceat aures auditorum. requiritur q chorde sint adinuicem proportionate & cōcordantes: sic & in cythara diuine laudis dicunt concordare corda voces & opera. Sed ꝓhdolor de multꝫ psallentibus conqueritur domin⁹. Esaye vigesimonono. et Matthei decimoquinto dicens. Populus hic labijs me honorat: cor autem eorū longe est a me. Sed audiant tales quid sequitur. Sine causa colūt me quasi dicat: q inde nō habebūt apud deum mercedem.

℟ ¶ Quarto domin⁹ instruit suos fideles in arithmetica nō quidem Pythagore quem ferunt primum inuentorem arithmetice liberalis scientie: sed spiritussancti. Est autem arithmetica scientia tractans de nu

meris feceptis: et missis. Illos itaqȝ instruxit dominus in morali arithmetica / quos edocet in ꝯfessione sua numerare peccata. Itē innumerabilia beneficia a deo suscepta. Itē dies vite sue quibus vixerūt: vt si male vixerint / inde doleāt: ꝛ diem preteritum infructuose expensum per penitentiam reuocent. Nonne de hac arithmetica in die iudicij īterrogabimur: quā doquidez de omni verbo ocioso: quod locuti fuerimus rationem reddituri sumus. Lu. xij. Item quando cuncta que fiūt adducet deus in iudicium pro omni errato siue bonū siue malum? Nonne de hac arithmetica loquebatur Job cum dicebat ad dominum. Tu quidem gressus meos dinumerasti: sed parce peccatis meis. Nōne bene instructus a domino in hac arithmetica erat rex manasses qui dicebat. Peccaui super numerum arene maris. ij. Paralipomenū vltimo. Nonne etiam et in hac scientia studebat rex ille Ezechias cum dicebat ad dominum. Recogitabo tibi omnes annos meos: in amaritudine anime mee. Esaye. xxxviij. Nōne bonus arithmeticus erat rex ille Dauid maxime cuȝ diceret. Circūdederunt me mala quorū non est numerus: vbi loquit᷑ de malis pene que multa sunt / et que circundant omnem viuentem. Consequenter loquitur de malis culpe cū subdit. Comprehenderunt me iniquitates mee: quasi i vinculis: et non potui vt viderem: id est hoc ipso quod comprehensus essem nō potui videre: eo quod iniquitates mee excecauerunt me: vel non potui supple aperire oculos mentis: postquam sic cōprehenderunt me iniquitates mee: vt viderent sup. deū vel periculum in quo subiacebam: quia vt habetur Sapientie. ij. Excecauit illos malicia eorum. Sequitur. Multiplicate sunt: supple iniquitates mee super capilos capitis mei: id est plura habeo peccata quam capillos in capite / tanquam si aperte diceret. Tot habeo peccata siue mortalia: siue venialia: siue cōmissionis / siue omissionis: quod non valeo illa numerare. Augustinus autem et recitatur in glosa Interl. exponit hoc de venialibus: que et si minuta videantur tamen multa sunt. Si igitur inquit Augustinus. vitasti grauia: id est mortalia: caue ne obruaris arena. In hac etiam arithmetica petebat edoceri idem. psalmis. cū dicebat. Notum fac mihi finem meū: id est mortem: vt eam habeā iugiter in memoria. Uel finem meuȝ: id est diem mortis mee. Et numerū dierum meorum: supple notum fac mihi: vt sciā quid desit mihi: id est ventarum sit: vt in residuo tempore diligentius laborem. Sicut ille qui videt diem tendere ad occasum: ꝛ adhuc grandem viam sibi restare festinātius et ardētius currit erga locum ad quem tendit. Sunt tamen aliqui qui volunt scire numerum dierum suorum alia de causa: videlicet vt instantius et liberius vacēt voluptatibus suis / et hoc malum est.

L ¶ Quinto dominus instru-

it suos fideles in musica: non quidē Tubalis: qui fertur primum humanam inuenisse musicam. Unde de eo, Gē. Gen. iiij. q̄ iste Tubal fuit pater canentium in cythara et organo. Et vt scribit Josephus in lib. antiquitatum. Iste scribit musicam in duabus columnis: vna lapidea: alia lateritia. i. ex lateribus quarum altera non dissolueretur diluuio: altera vero non dissolueretur incendio: q̄ duo iudicia Adam predixerat ventura. Dicit tñ Magr̄ histo. scholasticarum q̄ iste. Tubal non fuit inuentor instrumentorum musicalium que longe prius inuenta sunt: sed dicitur inuentor musice. i. consonantiarum: vt labor pastoralis quasi in delicias verteretur Hec ille Musica igitur quam docet spiritussanctus: est deo deuote psallere et ipsum corde: ore: et opere laudare: de qua multa dici pñt q̄ de rhetoraca dicta sunt.

M ¶ Quemadmodum enim homines delectantur in musica naturali et humana: sicut de beato Grego. refert dominus. Antho. ij. p. cronice sue. t. xij. c. iij. peragra. v. q̄ rome instituit scholam iuuenum qui instruerentur in musica et modulatione illis assignans perpetuos redditus: quos in lecto iacens (quia podagricus erat) ad se venire faciebat: et cum eis decantabat.

N ¶ Similiter refert idem vbi supra. t. xvi. c. i. paragrafo. xviij. de Roberto Francorum rege: qui totus ecclesiasticus erat: quo in cantu et musica ecclesiastica edoctus erat adeo: q̄ composuisse legitur prosam que incipit Sancti spiritus adsit etc. Item Respōsoriū. Judea et hierusalem: in vigilia natiuitatis domini. Item. Responsorium Cornelius centurio etc. Fertur etiam tantum dilexisse musicam ecclesiasticā q̄ in p̄ci puis solennitatib9 declinabat ad aliquem quathedralem ecclesiam vel monachalem: et tūc cappa serica indutus et chorū et cantum regebat. Item de rege Dauid legitur. i. Paral. xv quod precepit principibus. Leuitarum et constituerent de fratribus suis cantores in organis musicorum. Ita et dominus delectatur in musica cordiū et diuine laudis: sicq̄ placatur ei9 ira. Unde Psalmiste. Laudate eū in sono tube: lauda eum in psalterio et cythara Laudate eum in tympano et choro: laudate eū in chordis et organo. Laudate eum in cymbalis benesonantibus laudate eum in cymbalis iubil. etc que omnia musicorum genera spiritualiter accipienda sunt per que diuersi modi deum laudandi siue in presenti: siue in futuro intelliguntur. Non autem sic q̄ talia instrumenta locum habeant in patria celesti: sed ponuntur ad designandū multitudinem iocunditatis celestis: quia vt dicit. Gregori9. Balbutiendo prout possumus excelsa dei resonamus per sensibilia nobis nota. Unde in signum quo omnia ista spiritualiter intelligenda sunt. Subditur vbi supra. Omnis spiritus laudet dominum: scilicet tam angelicus: q̄

humanus. Valet denique hec spiritualis musica ad effugandaz omnem potestatem inimici nostri videlicet demonis. In cui⁹ figura legitur. i. Reg. xvi. quod quādocunque spiritus malign⁹ arripiebat Saul/tollebat David cytharā et percutiebat manu sua: et tunc Saul refocillabatur et levius habebat: recedebatque ab eo spiritus malus. Hec ibi. Super quo di. Isido. q nō ppter cytharam recessit spiritus malus a saul sed ppt mysterium in cythara designatū: cythara enim que ex ligno et chordis componitur crucem christi significat: que iā demones effugabat.

¶ Sed ad propositum dicit q cythara David devotā orōnē significabat: per quam demones expelluntur de cordib⁹ fidelium. Nec mirū cū etiā Boeti⁹ referat quēdā phylosophū tactu cythare demonium ab obsesso corpore repulisse.

O ¶ Sexto dominus instruit suos fideles in Geometria: non quidem Eucludis seu Hermenidis: sed spiritussancti. Est autem Geometria sciētia tractās de mensuris et magnitudinib⁹ Moralem itaque geometriaz docet dominus cum facit nos cognoscere q̄ longa et lata: alta: et profunda sit charitas dei patris ad nos. Hanc autem Geometriam tanq̄ organum spiritussancti docebat Paul⁹ Ephe. iij. cum dicebat. In charitate radicati et fundati: suple estote: vt possitis cum omnibus sanctis comprehendere: id est perfecte intelligere sicut omnes sancti: que sit latitudo et longitudo: sublimitas et profundū: supple charitatis dei. Nam dei charitas a deo longa est: q se extendit a generatione in generationem et a principio mundi: et humane vite vsque ad illi⁹ consummationē. Item tam lata: vt se extendat vsque ad inimicoruz dilectionem. Itē tam sublimis: vt beatos premiet supra cōdignū. Itē tam pfunda: vt impros puniat citra condignum.

P ¶ Vel dictam geometriam docet nos spiritussanctus cū facit nos cōprehendere que sit latitudo: scilicet crucis dñice: longitudo: sublimitas: profunditas quoque illius. Nēpe illi⁹ crucis latitudo: id est lignum transuersū in quo sunt xpi manus extense atque confixe significat bona opera que in tantū dicunt extendi vt perueniāt vsque ad inimicos: ita dicit Mat. v. Longitudo vero. i. lignū ab alto procedens versus terram in quo corpus xpi affixum stetit significat perseuerantiā in bonis operibus. Altitudo autem. i. tabula superior significat expectationem eternorum Tandē profundū. i. lignū suppedaneū: quod non apparebat eo q erat terre affixū vnde tamen totum surgebat significat profunditatē gratie dei: a qua sunt et latitudo opum et perseuerantiam et ipsum desyderiū eternorum. Hec dicit Domin⁹ hugo car. sup epistolas pauli Vel dic q ad perfectaz geometriam mortalem spectat cōsiderare que sit latitudo. etc. i. qualiter deus est latior et longior: excelsior et profundior omnib⁹ rebus. Unde Job. xi. Excelsior

celo est: et quid facies: profundior inferno: et unde cognosces longior terra mensura eius: et latior mari. Tunc ergo sumus perfecti geometre: quando consideramus magnalia dei. Vel quando mensuramus quam magna sunt celestia bona: et quam modica ista temporalia: que velut fumus euanescunt. Et hoc est quod dicebat regius propheta Dauid. Quid mihi est in celo: et a te quid volui super terram q.d. nihil est illud quod cum ardenti desiderario volui a te super terram: respectu illius boni quod preparasti diligentibus te.

Q ¶ Septimo dominus instruit suos fideles in astrologia non quidem Athale aut Ptolomei: qui multa addidit post Athalam et spiritussancti qualiter studuerat Paulus: qui de se ipso loquens ait. Scio hominem in christo ante annos quatuordecim: id est quarto decimo anno ante hoc tempus: siue in corpore siue extra corpus nescio deus scit: raptum huiusmodi hominem usque ad tertium celum quod scilicet dicitur celum empyreum: et audiuit archana verba que non licet homini loqui scilicet carnali et terreno: quia non potest talia capere. Nonne similiter idem apostolus fatebatur se in hac scientia iugiter insistere cum aiebat. Nostra conuersatio in celis est. Phil. iij. Nonne similiter Esaye et Ezechiel: Daniel et huiusmodi prophete fuerunt veri astrologi: quandoquidem in suis visionibus et reuelationibus contemplati sunt celestia. Ad hanc astrologiam nos inuitat Apostolus Col. iij. dicens. Si consurrexistis cum christo que sursum sunt sapite: non que super terram. Similiter ad eandem nos inuitat christus Luc. xxi. di. Respicite et leuate capita vestra: quoniam appropinquat redemptio vestra. Et breuiter quicunque celestia meditatur atque contemplatur in hac salubri astrologia exercitatur. Patet ergo quomodo dominus fideles suos instruit spiritualiter in septem artibus liberalibus.

R ¶ Ceterum notandum super illo verbo. Firmabo super te oculos meos. quod dominus habet triplex genus oculorum quos firmat super suos fideles videlicet oculum.

Misericordie.
Gratie.
Prescientie.

¶ Primo igitur dominus firmat oculum misericordie super iustos et bonos: secundum illud Psalmiste. Oculi domini super metuentes eum et in eis qui sperant super misericordia eius: vt eruat a morte animas eorum: id est a periculo eterne damnationis. Istis oculis respexit dominus Petrum et fleuit amare. Luce. xxij. Istis oculis respici desiderabat Daniel cum dicebat. Inclina deus meus aurem tuam et audi: aperi oculos tuos et vide desolationem nostram. Danielis nono. Istos autem oculos auertit deus a peccatoribus dicens eis illud Esaye. i. Auertam oculos meos a vobis: id est auferam respectum misericordie mee a vobis iniquis vt exponit glo. Interl.

¶ Secundo dominus firmat oculū gratie sue super bonos secundum illud Psalmiste. Oculi domini super iustos et aures eius in preces eorum. Propterea beata virgo q̄ fuit iustissima et sanctissima dicebat de seipsa in cātico suo Lu. i. Respexit supple dominus humilitatem ancille sue.

S ¶ Hoc modo respiciebat dominus illum barbitonsorez de quo fertur quod amore dei pauperes quemcunque deformes libenter radebat et eis succurrebat.

Quicū semel paup effectus quēdam porcum fuisset furatus. Dominus noster iesus christ⁹ volens eum reducere ad penitentiam. apparuit sibi in specie cuiusdam deformissimi hominis scabiosi petentis humiliter radi ob amorem dei quod cum barbitonsor libenter vellet facere. inuenit caput eius totum plenuz oculis. Quod cū admirans peteret quid hoc esset. pauper respondēs dixit ei. Ego sum ille qui video vbiqꜫ. Et bene vidi heri quando porcum furat⁹ fuisti. Et mox euanuit. Quo viso barbitonsor valde timuit: et penitens restituit porcum. Ecce quomodo oculi diuine misericordie et gratie non poterant pati quod barbitonsor perderetur. Vñ Eccl'i. xxxiiij. Oculi domini super timentes eum. Sed quemadmodum dñs firmat oculos mie et gratie sup iustos: sic et oculos furoris et ire super iniustos. Unde postqꜫ Psal'. premiserat. Oculi domini sup iustos. Consequenter subdit. Uultus autē domini super facientes mala. q. d. sicut dominus conuertit oculos misericordie sue super iustos: sic et oculos ire sue super iniustos: secundū illd Eccl'i. v. In peccatores respicit ira eius. In cuius figura legitur. Exod. xiiij. qꝫ dominus respiciens super castra Egyptiorū per columnam ignis et nubis interfecit exercitum eorū. Potissime autem vultus ire domini ostendetur super facientes mala in die iudicij vt perdat de terra: supple viuentium memoriam eorum q₂ vt habetur Prouer. x. Memoria iusti cum laudibus nomen autem impiorum putrescet.

¶ Tertio firmat dominus oculum prescientie sue super iustos et electos secundum illud Sap. iiij. Gratia dei et misericordia in sanctos eius: ꝛ respectus in electos ipsius. Nunquid bene firmauerat domin⁹ huiusmodi oculum prescientie super Nathanael quando dixit ei. Priusqꜫ te Philippus vocaret cum esses sub ficu vidi te Jo. i. Quod exponēs Dñs Hugo Car. dicit. Cū esses sub ficu. i. in lumbis ade: quando comedit ficum: vidi te. i. noui te qualis esses futurus: et quid ageres: vel acturus esses. Iste em̄ oculus est linceus oculus eo quod videt vltra parietem: id est absentia sicut presentia. Nam isto oculo eterne prescientie videt ea que non sunt tanqꜫ ea que sunt vt habet'. Ro. iiij.

T ¶ Se habet em̄ dominus ad instar illius hominis qui dicebatur argus. de q̄ fabulat' Ouidius lib. i. Mathamorph. circa

finem quod habuit centum oculos quorum tantum duo simul dormiebant aliis iugiter apertis vt sit semper ante et retro. a dextris et sinistris respicere posset per quod moraliter significaturque dei prescientia seu predestinatio tanta est vt nunquam possit deficere: vel per aliquem deffraudari. quin semper videat omnia que sunt ante et retro: id est preterita et futura In cuius figura legitur Ezech. i. quod totum corpus plenum erat oculis ante et retro et in circuitu. Est etiam de isto oculo diuine prescientie sicut de oculo aquile que habet oculos limpidissimos Ita quod pisciculos in mari natantes dicitur videre a celsitudine aeris et super ipsos subito descendere. Sic et oculi diuine prescientie clare et nude vident in mari huiusmundi quicquid homines faciunt et facturi sunt siue bonum siue malum secundum illud Eccli. xvii. Vie hominum non sunt absconse ab oculis ipsius. Ecce quomodo dominus firmat oculos suos super tria hominum genera et hoc ad eorum vtilitatem.

Lectio. xxi.

Nolite fieri sicut equus & mulus quibus non est intellectus.

Postquam verus penitens prout dicit glo. ord. accepit a deo intellectum et instructionem sicut precedenti sententia dictum est. Nunc conuertit se ad illos qui peccata sua descendunt ex superbia qui sunt velut equus qui sine discretione sessorem recipit: et mulus qui quelibet onera suscipit: et ita illis non est intellectus nec illi sessoris. nec huic oneris.

Et sic per ista verba prohibet homines a diabolo insidiari: et vitiis onerari. alioquin equus freno et mulus chamo arceatur August. autem et recitatur in eadem glo. refert equum ad gentiles indomitos. mulum vero ad iudeos ad credendum pigros. Mouet ergo dominus quosque fideles ne predictis assimulentur in culpa ne tandem assimulentur in pena.

Uel primum refertur ad superbos et pigros: secundum ad stolidos et pigros secundum glo. Interl. Uel sic secundum de lyra. Nolite fieri sicut equus et mulus: id est nolite sequi appetitum sensitiuum viuentes vita brutali. quibus non est intellectus: quasi dicat sequi appetitum sensitiuum nulla culpa est in brutis animalibus. eo quod non habent intellectum per quem possint refrenare suum appetitum: sed in hominibus rationem habentibus istud est valde culpabile. eo quod per dominum rationis possunt huiusmodi appetum sensitiuum refrenare.

Et in hoc deficiunt homines iracundi gulosi et luxuriosi quod vt in pluribus sequuntur appetitum sensitiuum.

Uult ergo dicere secundum dominum card. ex quo dominus vos rationales fecit et vobis intellectum de-

dit sicut et angelis ad ymaginem et similitudinem suã formans vos. firmãs deniq oculos suos super vos. nolite fieri opere ꝛ facto irrationales sicut equus et mulus quibus nõ est intellectus. Beatus autẽ Grego. exponit hunc passũ de quo libet iusto qui sentiens bonitatem dei supra se dicentis. firmabo super te oculos meos. consequenter proximos quosq hortatur de sua salute eos ab errore vite compescendo ꝛ dicendo. Nolite fieri sicut equus et mulus quibus ꝛc. Nam vt habetur. Eccl. xvij. vnicuiq mandauit deus de proximo suo Et apostolus. i. Corint. xiij. dicit ꝙ charitas non querit que sua sunt id est non inclinat ad diligendum et procurandum priuatum bonum tantum: sed et aliorum. Justi ergo charitatem se non habere arbitrantur nisi omnib⁹ etiam inimicis eadem velint tribui que sibi optant impendi.

A ¶ Est ergo notandum iuxta illud. Nolite fieri sicut equ⁹ ꝙ per equum possunt intelligi multa genera peccatorum Possunt nempe intelligi.

Uez Luxuriosi / Superbi / Inquieti

B ¶ Primo igitur per equum possunt intelligi homines luxuriosi Equus enim est animal valde luxuriosum adeo ꝙ omni tempore si adest ei oportunitas vult luxuriari. Sic ꝛ homines lubrici omni tempore siue festo siue ferali. siue in quadragesima siue post pascha proni sunt ad sectandum suas spurcitias. De quib⁹ Jere. v. Equi amatores in feminas. sunt supple homines luxuriosi. Nam sicut equi pre nimio ardore insaniunt post equas sic ꝛ homines carnales post mulieres: et adhuc ardentius Non enim solet equus concupiscere equam absentem sed tantũ presentẽ. Sed homines lubrici commouentur ad concupiscentiam ex sola ymaginaria apprehensione formando sibi ydolum mulieris pulche quam etiam forte nunq viderunt. Bene ergo dicit propheta de luxuriosis ꝙ sunt equi amatores i feminas. Sequitur ꝛ emissarij facti sũt. i. valde prompti ꝛ aperti ad emittendnm verba supple impudica vt sic sagittent et vulnerent corda immaculata sanctarum virginum ꝛ castarum coniugatarum. Emissarij enim dicuntur illi homines qui parati sunt ad velociter currendum / quales sunt precones principum et homines lubrici habẽt veloces pedes ad effundenduz sanguinem. i. peccatum suum vbiq spargendum. Dicentes illud Sap. ij. Nullum pratum sit quod non pertranseat luxuria nostra. Nec illis sufficit malitia sua nisi etiam alios inducant ad similia ꝛ pertrahãt ad mille demonia. ideo subditur. Nemo vestrum exors sit luxurie nostre. i. exclusus: sed sit omnibus communis. Ubiq relinquamus signa leticie quoniaz hec est pars nostra. i. nunq habebimus aliam felicitatem: qꝛ post mortem habituri sumus supple eternam miseriam et penam interminabilem. Deinde

subditur in Jeremia.
Unusquisqȝ ad vxorē proximi sui hinniebat videlicet quasi equus libidine plenus vt dicit glo. Interl. Uel hinniebat: id est signa luxurie pretendebat et ostendebat inuerecunde. Sȝ animaduertant nephandi homines quod sequitur. Nunqd super his nō visitatio dicit dominus: quasi dicat sic et in gēte tali nō vlciscer aīa mea volūtas mea immo certe: q2 visitabo in virga iniquitates eorū: et in verberibus peccata eorum. vnde Esay. xxvij. Uisitabit dominus super leuiathan: id est super peccatorem in inferno: in glodio suo duro: et forti. Nec mirum si dominus tantum irascatur contra luxuriosos peccatores quoniam multi eorum sunt magis brutales quam equi et asini. Ut enim dicit Aristoteles. viij. libro de animalibus / equi nunquam scienter coeunt cum matribus suis.
Unde narratur q quidam rex septemtrionis habebat equam pulchram que peperit equum pulchrum Rex autem volens ex vtroqȝ extrahere pullum. velauit faciem matris et statim pullus super eam saltauit: sed postq̄ caput eius discoopertum fuisset eam agnouit pullus propter quod facinus abhorrens aufugit: et se proijciens ab alto montis mortuus est. hec aristoteles vbi supra.
Ab hac naturali honestate longe aberrant illi incestuosi viri qui coeunt nunc cum germanis nunc cum affinibus et ceteris cum sanguineis in nullo discernentes inter extraneam et propinquam. Nonne velut equus erat ipse diogenes philosophus de quo refert August. xiiij. de ci. ca. xx. quod dicebat vxoribus esse palam siue in vico siue in platea vtendum modo canino, sed vt dicit Augu. Uicit pudor naturalis opinionem eius erroris. Nōne etiam ipse Uirgilius velut equus ardebat in concupiscētia carnis quando adeo effeminatus factus est vt nullis referentibus placet / a mulierculis se equitare permiserit. Nonne denique insolentiores equabus multo erant ille nephande matrone romane de quibus refert paulus orosius lib. iij. quod cū rome maxima strages hominum facta fuisset, nonnulle matrone cadauera mortuorum coxerunt. Deinde poculis pulueres immiscentes et haurientes consumpte sūt. De bestialitate igitur talium luxurientium loquitur Psalmista dicens. Homo cum in honore esset: id est ad ymaginem dei factus et christi sanguine redemptus non intellexit. supple tantam ac talez dignitatem: sed luxuriando. cōparatus est iumentis insipientibus et similis factus est illis videlicet brutaliter viuendo.
Et quod valde timēdum est tales specialiter subsunt diabolice potestati. sicut angelus raphael legitur reuelasse thobie iuniori. In eos inquit q̄ coniugia ita suscipiunt vt deum a se et sua mente excludent et sue libidini ita vacent sicut equus et mulus quibus non est intellectus habet super eos demonium potestatem sicut patuit

in effectu de septem viris ipsi⁹ sare quos demon asmodeus prima nocte strangulauerat eo quo illi honestesare coniun gebantur affectu libidinis ex plende ꝛ non prolis procreande sicut patet diffuse. Tho. vi. Vos ergo viri rorati. Nolite fieri sicut equus.

C ¶ Secundo per equũ possunt intelligi homines superbi. Equus enim est animal superbum ꝛ elatum. Ut enim inquit Crisostomus super. Mathe. Equus habet pectus plenum glorie iactantia ꝛ gloriatur ad vocem tube atq; cum viderit sanguineam pugnam dicit bene factum est. Magna igitur in equo superbia qui cum ad sonum tubarum modo alio rum animalium terreri deberet Inde plus ad bellum prouocatur. Sic et multi sunt ita proterui ꝛ elati q̃ sonitu tubarum. i. terrore diuinorum iudiciorum non terrentur. nec a bellis et contentionibus retardantur: sed quod peius est amplius ad mala animantur.
Et tales figurantur zach. vi. in equis varijs ꝛ fortibus qui querebant ire et discurrere per omnem terram: quia defacto homines superbi et ponposi libenter discurrunt per vicos et plateas vt videantur ab alijs. Similiter ꝛ mulieres que i hoc grauius solent delinquere de quibus. Esai. iij. Eleuate sunt filie syon. videlicet in superbiã ꝛ ambulauerunt extento collo ꝛ nutibus oculorum ibant. videlicet de vico in vicum circũspiciendo iuuenes per plateas quod est magnum signum lasciuie et luxurie, secundum illud. ij. pet. ij. Oculos habentes plenos adulterij : quia vt dicit. Augustinus. in regula ad fratres impudicus oculus impudici cordis est nuncius.
Vix ergo crederem sancto paulo quin in talibus fastibus vestimentorum esset superbia simul et luxuria. Et sicut equus indomitus vix potest etiam freno teneri. Sic et homines superbi vix possunt tribulationibus ꝛ miserijs multis ad humilitatẽ trahi. Propterea orabat. psalmi. dicens. In chamo ꝛ freno maxillas eorum : videlicet superborum constringe. scilicet per humilitatem: sed lõge fiunt per superbiam.
Nolite ergo vos homines rationales fieri sicut equus per superbiam.

D ¶ Tertio per equum possunt intelligi homines inquieti Et si quidem equus animal valde inquietum et impetuosum potissime vbi dedicate nutritum fuerit. vnde. Eccl. xxx. Equus indomitus euadet durus. Sic et multi homines sũt valde inquieti et impetuosi atq; in bono proposito et opere sancto inestabiles. Ut enim dicitur. Eccl. xxx. homo sanctus in sapientia manet sicut sol: id est firmiter et stabiliter. Nam stultus sicut luna mutatur videlicet de cogitatione in cogitationem. de desiderio in desiderium. de peccato in peccatũ. Item prouer. xv. Cor stultorum

rum.i.peccatorum dissimile erit videlicet sibiipsi variis cogitationibus agitatum.

Uel dic quod per inquietudinem equi potest intelligi iracundia multorum hominum que talis ac tanta est vt vix teneri et compesci possit. Job.v. virum stultum interficit iracundia. Nolite ergo vos rationales creature fieri sicut equus qui impetum sensualitatis sequens inquietus in adversa efficitur. Sed vt consulit. Psalmista. Tu homo supple. desine ab ira et derelinque furorem.

E ¶ Postquam visum est quomodo per equum possunt merito intelligi multa peccatorum genera consequenter videndum est quomodo similiter per mulum possunt alia peccatorum seu peccantium genera designari. Notandum ergo quod per mulum possunt intelligi homines.

Uez — Accidiosi / Infecundi / Ficti

F ¶ Primo itaque mulus significat homines accidiosos. Cum enim mulus nascatur ex equa et asino multum retinet de natura asini. Est autem asinus natura piger et torpidus. Ita et mulus. Sic et peccatores accidiosi sunt pigri ad bonum peragendum. proni autem et faciles ad omne malum. de quibus. Jere.iiij. sapientes sunt vt faciant mala. bene autem facere nescierunt.i. noluerunt.

Nam sicut mulus debilis est in parte anteriori: ex qua parte apparet crux supra dorsum eius Fortis autem est in parte posteriori: in cuius rei signum famuli solent sedere supra partem posteriorem mularum cum ducunt eas ad adaquandum.

Sic et multi dicunt se debiles ad portandum crucem penitentie: vt pote ad ieiunandum: peregrinandum / vigilandum in oratione: et huiusmodi: qui tamen parati inveniuntur ad sectandum mala.

Contra quos loquitur scriptura. Esaye.v. dicens.

Ue qui mane surgitis ad sectandam ebrietatem et potandum vsque ad vesperam vt vino estuetis. Item in eodem.

Ue qui potentes estis ad bibendum vinum: et viri fortes ad miscendam ebrietatem.

Sed quale remedium ad excitandum homines accidiosos ad bonum. Certe optimum remedium est dei flagellum: secundum illud psalmiste.

Imple facies eorum ignominia: et querent nomen tuum domine. Et Gregorius.

Mala que nos hic premunt ad deum ire compellunt.

Quemadmodum enim muli soli solent calcaribus pungi ad diligenter incedendum: ita et homines pigri flagellis et adversis prouocantur ad bonum. In cuius figura legitur.

Numeri. xxij. quod Balaam asinam suam divertentem se ab itinere et incedentem per agrum

grauiter verberauit vt eam ad sanitatem reduceret. Et hoc est qd ait. Psal. Multiplicate sunt infirmitates eorum: scilicet peccatorum postea accelerauerunt: videlicet currere ad deum. Et hoc rationabiliter. Tum quia periculose in peccato commorantur: tum quia diu expectantur: tum quia ad magna vocantur: tum ne forte excludantur: ideo accelerare debent vt ad deum per bonam operationem tendant.

G ¶ Secundo mulus significat homines infecundos et carentes prole et fetu sanctarum operationum. Omnis enim mulus est naturaliter infecundus ad generandum sicut et mula sterilis ad concipiendum. Sic et multi sunt adeo infructuosi quod nec sibi nec aliis prosunt. Non enim in aliis generant fetum bone operationis monita salutis eis dando: aut exemplum sancte conuersationis prebendo: nec (quod deterius est) in semetipsis concipiunt fructum boni operis. Et tales reprehendit dominus Math. xx. dicens. Quid hic statis tota die ociosi? Quinimmo tales a domino malidicuntur sub parabola de ficulneis: de qua Mat. xxi. legitur quod cum christus secus viam qua transibat vidisset arborem fici: ad eam veniens nichil inuenit nisi folia tantum: et continuo ait illi. Nunquam ex te fructus nascatur in eternum. Et mox aruit ficulnea. Quid autem hoc mysterium significet insinuat ipse christus Mathei. xxiiii. cum ait. Ab arbore fici discite parabolam. q. d. quod per maledictionem ficulnee sterilis datur aperte intelligi illos a domino maledictos: et iterum in die iudicii malediciendos qui infecundi et steriles existunt. Nolite ergo vos creature rationales fieri sicut mulus per torporem et boni operis infecunditatem: attendentes quod dominus non posuit primum hominem in paradiso voluptatis vt ociaretur sed vt operaretur. Gen. ii. Item post peccatum cum eiecisset eum de loco voluptatis non posuit eum in hoc miserabili deserto ad ociandum sed operandum terram de qua sumptus est. Gen. iii. Quanuis operatio nature institute et nature destitute sit alia et alia: quia prima solaciosa: secunda vero laboriosa. Cuncti ergo audiant et mente retineant simul et opere commedent illud Hieronymi verbum quod recitatur de conse. di. v. Nunquam. Semper inquit aliquid boni operis facito vt te diabolus super inueniat occupatum.

H ¶ Tertio mulus significat hypocritas et fictos homines eo quod sicut mulus generatur ex equa et asino que sunt diuersarum specierum et diuersorum colorum. Sic et homines ficti et fallaces exterius quidem pretendent magnam vite sanctitatem et exemplaritatem: sed interius sunt corrupti et omni spurcitia pleni et quos christus comparat sepulchris deauratis et dealbatis. Math. xxiii. ita di. Ue vobis scribe et pharisei qui similes estis sepulchris dealbatis que foris apparent hominibus speciosa intus vero plena sunt ossibus mortuorum et omni spurcitio. Sic et vos (inquit christus) a foris quidem apparetis hominibus iusti

intus autem pleni estis hypocrisi et iniquitate. Unde sicut Matthei. v. ponūtur octo beatitudines pro iustis et electis: ita in predicto cap. xxiij. ponūtur octo maledictiones contra hypocritas sicut patet intuēti textum. Hoc autem ideo fecit Christus vt ostenderet quantū illi displiceat hoc peccatū. Dicit autem dominus Petrus de Palude super hoc passu: q sicut mulus ex nobili et ignobili generatur: videlicet ex equa et asino. Ita et in spirituali generatione hypocrite concurrunt duo genera operum/ videlicet opus nobile de genere bonorum et ignobile scilicet corrupta intentio. Ipsi autē semper id quod nobile est ostēdūt: et iactant: videlicet opus bonū sed ignobilitatē occultant: vtpote prauam et fictā intentionem. Sicut fabulose narratur de mulo quem vulpes interrogauit de quo fuerat gñe. Cui respondit mulus q erat filius pneptis magni equi regis hyspanie. Non quero a te (inquit vulpes) de patre sed de matre. Et ille noluit indicare. Sic faciunt multi qui iactant paucissima bona que faciunt: et volūt abscōdere grauissima peccata: que dietim committunt. Item huius generis sunt illi q si interrogentur de suo genere semper nominant nobiliorem et ditiorem: quamuis illis etiam nō attingat/ nisi multum remote: immo quādoq fingūt aliquos nominatos viros et famosos esse de genere eorum: vt sic semper honorentur et exaltentur: qui tamen iuxta vulgatū prouerbium non attinent eis: nisi de Adam et Eua. Si quos vero habent consanguineos pauperes et miseros de illis tacent: vel eos abnegant sibi attinere: cum tamen dicat Chrysostom⁹ super Matth. quod generatio clara non prodest ei quem sordidant mores: nec econuerso generatio vilis nocet illi quē mores adornant et nobilitant. Deinde subinfert non esse gloriādū in patribus. Bene ergo eos admonet Psal. cum dicit. Nolite fieri sicut mulus. vnde Gregorius super hoc passu. Nolite (inquit) sicut equus et mul⁹ alienum sessorem: videlicet diabolum portare: sed glorificate et portate deum in corpore vestro per duram penitentiam: et in corde per continuam meditationem. Sicut enim (inquit ipse Gregorius) equ⁹ et mulus dominos suos ad portandū recipiunt: ita etiam communiter sine discretione quoscūq alios qui volunt ascendere sessores admittunt. Istis igitur animalibus miseri peccatores sunt similes: qui timore dei postposito: qui dominus est omniū potestati diabolice se subiciunt: et animā suam que sedes sapientie esse deberet: ditioni diaboli mancipant. Cū enim onus domini leue sit et precepta eius facilia. Onus autē diaboli: videlicet peccatorum farcina: grauissimum insensati peccatores preferentes onus diaboli oneri Christi irrationabiles opere et facto se esse ostendunt: etiam irrationabiliores quibusdā equis et mulis qui nūq paterētur alienum sessorem preter do

minum suum. Nolite ergo .rc. Patet ego ex antedictis quantum et qualiter peccatum precipue mortale deijciat hominem ad dei ymaginem et similitudinem factum: qui cū deberet ex dei ordinatione dominari piscibus maris: volatilibus celi et bestijs terre. Nihilominus peccando efficit vilis sicut equus et mulus quibus non est intellectus. Ecce quomodo deijcit hominem non solum eum parem faciēdo predictis animalibus: sed et inferiorē vilissimis rebus.

J ¶ Circa hoc iterum notandum secundum magistrū Martinum Frācisci ordinis predicatorum φ ipsum peccatum deijcit hominem multipliciter.

¶ Primo igitur peccatum deijcit hominē sub elementis: et potissime sub terra que est fex ceterorum elementorum: q̄ etiam a brutis calcatur et fedatur ab omnibus viuentibus. A quo enim inquit Petrus quis superatus est huius et seruus est. ij. Petri. ij. Modo homines iracundi superātur ab igne: superbi ab aere: luxuriosi ab aqua: auari vero a terra: adeo vt dicat Christus. Matth. vi. Non potestis deo seruire et Mamone: id est diuitijs terrenis. Sūt ergo peccatores et signanter auari et vsurarij serui diuitiarū terrenarum: et sic subsunt terre. Et hi multi sunt: quia vt habetur Eccli. x. Pecunie obediunt omnia. Magna ergo abbatissa est domina pecunia: et magnum conuentum habet: cui obediūt omnia.

¶ Secundo peccatū deijcit hominem sub damnatis. Nam et si damnati habeant voluntatem obstinatam in malo: hoc tamen ideo est quia sunt in statu et loco in quo nullā possunt habere penitendi facultatē: sed peccator adhuc viator existēs frequenter induratur et obstinatur: et hoc in loco et statu i quo deus eum diu expectat ad penitētiā tribuens illi penitendi facultatem: et gratis offerens eidem remissionis gratiam. Nec tamen penitet. Et ideo quātū ad hoc est deterioris cōditionis ipsis damnatis: atque superbeneficijs omnipotentis et misericordis dei magis ingratus: de quo non immerito conqueritur Apostolus. Ro. ij. dicens. Ignoras qm̄ benignitas dei ad penitentiam te adducit an diuitias bonitatis eius et patientie et longanimitatis contēnis. Sed audiat obstinatus peccator quod sequitur. Secundū (inquit Paulus) duritiā tuam et cor impenitens thesaurizas tibi iram in die ire et reuelatiōis iusti iudicij dei: qui reddet vnicuique secundum opera eius. Non sic autem expectat deus ad penitentiā ipsos damnatos qui nullo modo penitere possunt. Ecce enim diues epulo petiuit paruā miam vel aque guttam nec inuenit.

¶ Tertio peccatum deijcit hominem quodammodo sub demonibus saltē quo ad aliqua. Unde comminatur dn̄s peccatori. Ezech. xvi. dicens. Dabo te in animas odiētium te filiarum palestinarum que erubescunt in via tua scelerata. Quod exponit glo. ordi. de demonibus qui erubescūt quandoque de ma-

gnitudine et multitudine nostrorum peccatorum. Si igitur demones erubescunt de grauitate quorundam peccatorum: et signanter eorum que sunt contra naturam: sequitur quod sic peccantes sunt deteriores ipsis demonibus. Et hoc pulchre ostendit venerabilis Anselmus ita dicens Diabolus nulla precedente peccati vindicta superbiens peccauit: ego visa eius pena contemnens ad peccatum properaui. Ille semel est in innocentia constitutus: ego frequenter restitutus. Ille contra eum qui se fecit: ego contra eum qui me fecit et refecit. Ille perstat in malicia deo reprobante: ego in illam cucurri deo reuocante: etsi ambo contra deum. Ille contra non requirentem se: ego contra morientem pro me. Deinde subdit Anselmus. O infelix: ecce cuius ymaginem horrebam: et horribiliorem in multis me conspicio.

¶ Quarto peccatum deiicit hominem sub brutis animalibus. Unde Boetius de consolatione. Humane inquit nature ista conditio est vt tunc tantum ceteris rebus cum se recognoscit excellat. Eadem tamen infra bestias redigatur si se nosse desierit. Nam ceteris animantibus sese ignorare natura est hominibus vitio venit. Hec ille. O quantus horror in nobis esse debet quod bruta legem naturalem sibi inditam nunquam dimittunt: et nos plerunque non solum legem diuinam/ sed et naturalem abiecta etiam omni naturali verecundia abiicimus. Preterea bruta suum naturalem viuendi modum nunquam mutant: nec sumerent naturalia cibaria si alterata essent. At nobis nihil sufficit naturale quale illud nobis dedit deus: sed in iniuriam creatoris omnia corrumpimus variis confectionibus: et alterationibus. Olim enim bruta dicere poterant: prout testatur Bernardus. Ecce Adam quasi vnus ex nobis est. Sed modo dicere possunt. Ecce Adam nobis inferior est.

¶ Quinto peccatum deiicit hominem christianum sub paganis et infidelibus. Ut enim dicit Paulus Rom. ii. Gentes que legem non habent naturaliter ea que legis sunt faciunt. Implent enim mandata decalogi que etiam cadunt sub dictamine legis naturalis/ nec transgrediuntur prohibita: quia ipsi sibi sunt lex. i. habent in corde suo scriptum quid facere debeant: quid etiam vitare. At vero multi christiani nedum legem scriptam transgrediuntur: sed et naturalem in cordibus suis scriptam. Propterea de multis nephandis peccatoribus qui solo nomine christiani sunt conqueritur Paulus primi Corinthiorum quinto: dicens. Omnino auditur fornicatio inter vos/ et talis fornicatio qualis nec inter gentes. Item de talibus conqueritur dominus per organum. Ezechielis. xvi. dicens. Non fecit soror tua sodoma ipsa/ et filie eius: sicut fecisti tu et filie tue. Item conqueritur idem dominus Tren. iiii. dicens. Maior effecta est iniquitas populi mei. i. populi christiani qui deberet esse meus per specialem cultum: peccato sodomorum: qui nec legem/ nec doctores

habuerunt quales habet populus christianus.

¶ Sexto peccatum deiicit hominem sub nihilo ita vt minus sit quam nihil. Sicut solet vulgariter dici de re parue estimationis quod est minus quam nihil Nam secundum Aug. super illud Jo. i. Sine ipso factum est nihil. Peccatum nihil est/ et cum peccant homines nihil fiunt secundum illud. Psal. Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus: id est omnis homo cum peccat.

Quod ergo peccatum hominem deiiciat sub nihilo patet sic. Nam quamuis nihil non dicat aliquid positiuum nec aliquid boni: non tamen includit aliquid mali. Modo sic est quod peccator cum hoc quod nihil boni habet / multa et grauissima mala habet que non importat ipsum nihil: et ita peccatum minus est quam nihil. Et si dicatur quod peccator habet aliqua bona saltem naturalia. Respondeo quod sicut diligentibus deum omnia cooperantur in bonum: ita et malis omnia cooperantur in malum: eo quod ipsi abutuntur bonis ad malum: et ideo bona aggrauant mala eorum saltem de per accidens. Patet ergo ex dictis quam detestabile sit peccatum et quantum homini noceat.

¶ Lectio. xxij.

¶ In chamo & freno maxillas eorum constringe qui non approximant ad te.

¶ Postquam in precedenti lectione ostensum est quomodo penitens hortatus est peccatores ne a cetero peccent dicens eis. Nolite fieri sicut equus etc. Hic consequenter imprecatur malum pene a domino ad correctionem obstinatorum et peruersorum dicens. In chamo et freno. etc q. d. Eos qui nolunt tibi o domine deus obedire sicut equus indomitus penis et laboribus afflige: ita vt pena dante eis intellectum amodo obediant tibi ad nutum. Sicut frequenter legitur in libris Judicum: quod filii Israel deo recalcitrantes per ydolatriam tradebantur in manus affligentium eos: et sic per flagella que sentiebant reuertebantur ad dei cultum: quia vt dicit Grego. Mala que nos hic premunt ad deum ire compellunt. Et Psal. Imple facies eorum ignominia et querent nomen tuum domine. Ut enim inquit Gregorius super hoc passu. plerunque qui precepta dei aure cordis audire renuunt: percussionum verberibus admonentur: vt ad virtutis amorem penarum dolores pertrahant: quos eterne vite premia non inuitant: de quibus scriptum est. Esa. xxviii. Sola vexatio intellectum dabit auditui: vsitato enim sermone dicitur. Vexatio dat intellectum. Orat igitur (inquit ipse Gregorius) fidelis anima: vt lubricos peccantium cursus mundana aduersitate virtus diuina coerceat: quatenus erroris sui desyderia sequi non valeant: et et hoc modo ad se reuersi saltem ex difficultate et impotentia pec

candi resipiscant. Hec ille. Ista ergo sunt verba veri penitentis: qui accēsus zelo salutis cūctorum etiam peccatorum petit a domino: quod si ipsi peccatores nolint benigne castigari: tunc ꝯstringat maxillas eorum: id est corpora vel ora: primum minori castigatione: que per chamum significatur: q̄ nō ita dure constringit sicut frenū. deinde maiori: que per frenū denotatur. Uel per constrictionem maxillarum: que fieri solet per chamum ⁊ frenum intelligitur secūdum Glosam ordinariam subtractio cibi ⁊ potus. Orat itaqꝫ penitens ad dominum: vt parcius det victualia peccatoribus quatenus necessitate coacti redeant ad dominum: sicut de filiis Israel loquitur psal. dicens. Clamauerunt ad dominum cum tribularentur: ⁊ de necessitatibus eorum liberauit eos. Falco enim famelicus libētiꝰ redit ad magistrum suum quam saturatꝰ. Sunt enim nonulli qui per beneficia alliciuntur ad sequendum dominum: secūdum illud Psal. Confitebitur tibi: id est laudabit te homo, supple peccator: cum benefeceris ei. Quidā enim in prosperis deū laudant: qui in aduersis eum blasphemant.

A ¶ Alii sunt qui in prosperis dominum obliuiscuntur. leui tamen castigatione ad eum reuertuntur: ⁊ hoc significatur per chamū siue capistrū quod de fune componitur: et parum stringit. Alii autem sunt q̄ nec minis: nec terroribus emēdantur: quandoqꝫ tamen sub flagellis ⁊ aduersis emolliuntur: et compunguntur. Et istud significatur per frenū: quod ex ferro duro componitur: ⁊ multum stringit: per ipsum tamen animalia huc ⁊ illuc circunferuntur. Primi enim quasi pueri bone idolis ad virtutū opera muneribus et benefitiis inuitantur. Secundi quasi paruuli dociles virga corrigūtur. Tertii vero non nisi grosso baculo a malis cohibent ⁊ emendant. Deus igit volens vnumquenqꝫ ad portum salutis perducere. Primo beneficia offert Secundo chamum seu virgam adhibet. Tertio vero frenum ⁊ baculum seu flagellum: quod si nec sic: nec sic peccatores emēdantur/gladium adhibet ⁊ exterminium. Hunc itaqꝫ ordinē seruauit dominus circa Pharaonem ⁊ eius populum: nunc eos plaga vna percutiēdo: nūc manum vlciscentem retrahendo/⁊ beneficia largiendo: postea plagas aggrauando ⁊ multiplicādo: tandem vero omnes in mari rubro submergēdo. Ut eniꝫ dicit dominus Petrus de Palude. Sunt quidam pigri ⁊ in bono q̄ fecerunt remanantes: sicut equi recretiti: ⁊ tales sunt flagellandi: vt procedant. Alii sunt vt asina Balaam aberrantes: et istis opponendus est chamus ne discedant. Alii autem sunt retrocedentes: ⁊ hi virga seu baculo cogendi sunt et cedendi ne redeant ad pristina delicta. merito ergo orat Psalmista dominum dicēs. In chamo ⁊ freno maxillas eoruꝫ constringe: qui non approximant ad te.

B ¶ Circa hunc textum mouentur tres difficultates.

¶ Prima igitur difficltas. An liceat alicui imprecari aliquod malum proximo suo peccanti. Et videtur quod sic: quia hoc imprecatur Psalmista in presenti textu his qui non approximant ad dominū: cum dicit In chamo et freno maxillas eorum cōstringe: qui non approximant ad te.

C ¶ Respōsio. Triplex est malum: videlicet culpe: pene transitorie: et gehenne.

¶ Primum igitur malū. Nullus potest rationabiliter nec sibi: nec alteri imprecari. Hoc enim directe esset contra ordinem illius charitatis: quam quisque tenetur habere et ad se et ad proximum. Unde Chrysostomus super Mattheum dicit sic. Vidistis aliquando euntem ad furtum orare, vt bene prosperetur in furto? quod si orauerit non iuuabit eum dominus: quia nescit diuina iustitia patrocinium dare criminibus. Sicut ergo nullus potest licite sibiipsi imprecari qd cumque malum culpe: sic neqz alteri. Huius autem contrarium agunt illi lubrici viri: qui orant dominum pro infirmantibus mulierculis: quas inordinato amore diligunt: vt sanitate eis reddita possint iterum atqz iterum spurcitijs suis vacare: et voluptuosam vitam ducere.

¶ Secundum malum videlicet pene transitorie potest quis licite alteri imprecari: siue ad illius correctionē: siue ad aliorum terrorem. De primo legimus quarti Regum quinto. qz Helyseus imprecatus est Syezi lepram Naaman: quem curauerat: eo quod ipse Syesi munera fraudulenter ab eo susceperat. De secundo autem legimus primi Corinthiorū quinto. quod Apostolus tradidit Satane quendam Corinthiū corporaliter vexandū: eo quod noluisset desistere a fornicatione, vt scilicet tali exemplo ceteri sibi timerent. Hanc etiā temporalem penam imprecabatur peccatoribus. Psalmista cum dicebat. Erubescant et conturbentur vehementer omnes inimici mei: nō tamen orat vt eternaliter pereant: sed vt conuertantur et erubescant valde velociter. Mala igitur penalia licet alteri imprecari in ordine tamen ad bonum: vt scilicet qs per flagella conuertatur ad dominum.

¶ Tertium autem malum scilicet gehenne et damnationis eterne non licet cuicunque, et quantumcunque graui peccatori absolute imprecari: sed bene secundū ordinem diuine iustitie: videlicet conformando voluntatem suam diuine voluntati circa perditionem et damnationem perseuerantium in peccato. Et ad hunc sensum orabat Psalmista dominum dicēs Conuertātur peccatores in infernum omnes gentes: que obliuiscuntur deum. Item idem Psalmista ad literam loquens de reprobatione proditoris Jude, sic inquit. Constitue super eum peccatorem, id est diabolum: vt exponit glosa Interl. et idem supple diabolus: stet a

dextris.i.ab eo auferat si quid boni priusfecerit:ne scilicet in celo premietur:sed cum iudicatur exeat condemnatus:et oratio eius fiat in peccatum: fiant dies eius pauci.&c. In quibus verbis Psalmista.quasi conscius diuine voluntatis imprecatur. xxx. maledictiones ipsi Jude:sicut patet intuenti textum. Taliter etiam secundum ordinem diuine iusticie et voluntatis imprecabatur ipse Hieremeas Judeis eum persequentibus futuram damnationem cum dicebat. xvij.c. Confundantur qui me persequuntur:et non confundar ego: paueant illi:et non paueam ego: induc super eos diem afflictionis.i.diuine vltionis et exterminij: et duplici contritione: scilicet in corpore et animo: vt dicit.Glo.Inter l.quando videlicet ipsi damnati suscipient de manu domini duplicia pro peccatis suis: vt habetur Esaye. xl. Contere eos domine deus noster. In quibus verbis videtur Propheta loqui optatiue: non quidem quasi sitiens populo penam eternam:sed approbans diuinam iustitiam:secundum illud Psalmiste.

Letabitur iustus/ cum viderit vindictam:id est malorum cruciatum et penam eternam:non quidem quasi motus zelo vindicte proprie: sed zelo diuine iustitie.

Potest etiã dici: ꝙ hec omnia intelliguntur denunciatiue:et non deprecatiue. Uerbi gratia.Constitue:id est constitues Induc.id est induces. Contere.i.conteres. psal.ergo rõnabiliter orat dominũ imprecando pctõrib9 duris ad penitentiã corpalẽ correctioẽz dicẽs. In chamo et freno maxillas eorũ constringe.&c.

D ¶ Secunda difficultas:que orit ex pcedẽti est. Ex quo ergo iusti rõnabiliter orãt dñm vt flagellat temporaliter & corporaliter obstinatos illos peccatores qui nolunt dulcedine corrigi.

Unde est ergo quod ipse dominus cum sit iust9 iudex et fortis non statim exaudit eos: sz tantum differt? Responsio. Ad hoc triplex ratio assignatur a Domino petro de Palude super primum nocturnum. psalterij.

¶ Prima ratio est: qr sicut humana iustitia pro primo furto non statim suspendit hominẽ: sed expectat eum si forte corrigatur et viuat:quem si viderit relabi tanquam incorrigibilez eum adiudicat suspendio:et de medio aufert. Sic pijssim9 de9 agit circa miseros peccatores. Nam tota vita presens est tempus qd legitur dominus miseris peccatoribus vt peniteant adeo vt etiam quandoqz in extremo vite sue qui antea semp fuerat malus repẽte fiat bon9: vt conuersis latronis ad dexteram xpi pendẽtis euidenter pbat: Ut eñ dicit Aug.in li.de pe. Et silr recitat de pe.di.vij. nemo.§.nullus. Penitentia si in extremo vite hyatu aduenerit sanat et liberat. Idem habetur.xxvi.q.vi. Si presbyter. vbi etiã dicitur: ꝙ si presbyt penitẽtiam morientibus obnegauerit/ reus erit animarum.i.pdi=

tio talium imputabitur sibi ad peccatum. Et ita percit deus ab extermiuio toto tempore vite sue: quandoque tamen eos temporaliter flagellat: vt sic eos ad penitentiam reuocet. At vero post hanc vitam quando nō est vltra spes correctionis et emende penis et cruciatibus mirabilibus eos exterminat in inferno. Qui ergo nūc dissimulat peccata hominum propter penitentiam .i. expectando vt peniteant: tūc reget eos in virga ferrea: et tanquam vas figuli cōfringet eos: scilicet in mortis articulo: et hoc nisi in presenti penituerint. O miser peccator qui tam obstinato corde peccas et penitere differs: audi Paulum tibi dicantem. Ro. ij. An ignoras quoniam benignitas dei te ad penitentiam adducit. i. allicit et attrahit multipliciter? An diuitias bonitatis eius et patientie et longanimitatis cōtemnis? Existimas o homo quod tu effugies iudiciū dei? Certe non sic. Sed secundum duritiam tuam et cor impenitēs thezaurisas tibi iram in die ire et reuelationis iusti iudicij dei: qui reddet vnicuique secundum opera eius.

¶ Secunda ratio quare deus differt punire est: quia Iudex non debet inquirere ex debito officij de crimine occulto: nisi precedat clamosa denunciatio et infamia: non quidem ab inimicis orta: sed quādo tota terra clamat: et crimen est ita notorium: quod non potest tergiuersatione celari: tunc iudex non debet dissimulare: quin faciat debitam inquisitionem: et iudicium et iustitiam. Modo sic est quod pro presenti peccata nostra non denunciātur deo summo Iudice: nisi a diabolo: qui est accusator fratrum: et maximus inimicus noster: etiam ab initio humani generis. Insuper etiam peccata possunt adhuc per penitentiam tegi et celari. Preterea boni angeli, qui sunt testes fide digni referunt deo bona que facimus: vt sic obturent ora demonum obloquentium iniqua coram nos in conspectu domini: ideo deus pro presenti non facit suam inquisitionem: sed ex causa rationabili dissimulat: sed in die iudicij quando totus mundus clamabit contra miseros peccatores et eos diffamabit: erit quoque tunc tenta euidētia peccatorum omnium: etiam que in tenebris gesta sunt a deo vt omnibus et bonis et malis innotescant occulta cordiū: tunc merito deus requiret ista: qui etiam nouit abscōdita cordis et grauem vltionem de talibus faciet qualis non fuit ab initio. Tunc enim loquetur ad malos in ira sua: et in furore suo conturbabit eos.

Ipse em̄ ē qui dicit per os Dauid Prophete. Cum accepero tempus: quod supple nunc mutuo homini ad merendum et satisfaciendum, ego iustitias iudicabo: ergo a fortiori iniustitias.

¶ Tertia ratio: quare differt deus in presenti punire est. Quia quamdiu inferior Iudex habet tempus suum ad faciendum iustitiam de aliquo crimine: tunc superior Iudex:

dato quod illud faciat debet tamen dissimulare et nihil attentare. sicut presente rege parisius: prepositus adiudicat hominem morti. sed vbi est tempus elapsum et debitum infra quod iustitiam nō fecit iudex inferior talem scilicet qualem debuit. vel omnino nullam. tūc superior euocat ad se causam et eam assumit et de ea iudicat Sic et deus constituit inferiores iudices in hoc mundo videlicet confessores et prelatos quibus dedit tempus iudicandi super terram. insuper cōcessit vnicuiqꝫ homini facere iudicium et iustitiam de seipso: qꝛ reliquit eum in manu consilij sui vt habet. Eccl'i. xv. Et ideo si huiusmodi inferiores iudices peccata subditorum inquirunt et puniunt: deus vltra illa non requiret. Et simile iudiciū est si homo faciat iudiciū et iustitiam de seipso. vt em̄ dicitur. Naū. i. Non iudicat dīs in idipsū. vbi alia litera dicit. Non consurget duplex tribulatio. Et hoc est ꝙ dicit apostolꝰ .i. Corint. xi. Si nosmetipsos dijudicaremus: id est peniteremus/ vt dicit glo. Interl'. non vtiqꝫ iudicaremur: id est puniremur a domino. Si autem iustitiam in presenti non facimꝰ de nobisipsis. nec fieri per alios in foro penitentiali procuramus. Interim deus sustinet sed elapso vite termino. trahet ad suum magnum consistoriū. causas que nunc pendēt inter eum et nos. Propterea. Psal'. animaduertens maximam stultitiam et presumptionem miserorum peccatorum sic loquit dicens Propter quid irritauit impius deum: in hac scilicet ꝙ dixit in corde suo. Non requiret supple peccata illius tanq̄ si nunqnam fieret sermo de illis postquam perpetrata sunt: nec in presenti nec in futuro. Talis ergo grauiter erat credens deum obliuiosum aut nō iustum in puniendis delictis.

E ¶ Tertia difficultas est. Utrum liceat alicui imprecari sibiipsi malum pene temporalis: sicut et proximo suo licet vt patuit in solutiōe prime difficultatis.

F ¶ Responsio Duplex est hominum genus. Quidam enim sunt naturaliter impatientes et qui in aduersis de facili frāguntur: sicut sunt viri imperfecti: et qui incipiunt de nouo conuerti ad dominum: et talibus non est tutum sibi imprecari malum pene in presenti: ne per impatientiam succumbāt in aduersis: immo hoc esset quodammodo tentare dominum: presertim nisi cum aduersitate peteretur a domino gratia patienter ferendi huiusmodi aduersa. Ubi tamen a domino aduersa mittuntur siue ad correctionem: siue ad probationē sunt vtiqꝫ equo animo sufferenda/ dicendo cum Psalmista paratum cor meum deus paratum cor meum.

Alij autem sunt virtuosi et in bono stabiles: et tales licite et secure possunt sibi ipsis imprecari aliquod malum pene temporalis: siue ad sui humiliationem. siue ad virtutis conuersationem. siue ad preteritarum culparum remissionem. siue ad

maioris meriti accumulationē Unde ad hunc finem orabat Psalmista. dominum dicens. Proba me domine et tenta me vre renes meos et cor meum. Similiter et Job cum dicebat in aduersis ad dominum. Qui cepit ipse me conterat, eiusdem vi. c. i. vsqꝫ in finem vite mee flagella sua super me continuet. Item August. hic vre, hic seca vt ineternum parcas. Unde et de beato Egidio legitur quod cum quidam a casu eum sagitta vulnerasset in cruce. rex Carolus magnus misit ad eum suos medicos vt eum mederentur. Ille autem renuit: sed respondit se velle quamdiu viueret dolorem sustinere in illo vulnere propter quod rogauit dominum ne quamdiu viueret pristine redderetur sanitati. quod et factum est.

Hoc autem rationabiliter petiuit quia secundum apostolū. virtus in infirmitate perficitur. Dicat ergo homo perfectus ad dominum cum apostolo paulo. Ex quo virtus in infirmitate perficitur libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis. i. in aduersis vt inhabitet in me virtus christi. i. vt eius gratia in me cōfirmetur.

¶ Lectio. xxiij.

¶ Multa flagella peccatoris sperantem autem in domino misericordia circundabit.

¶ Postquam penitens in precedenti lectione deprecatus est dominum pro salute proximorum et emendationem eorum etiā cū adhibitione penarū vbi expedit eorum saluti: consequenter predicit eis multa mala que patient. in futuro si in presenti non emendantur. de vno quoqꝫ eorū sigillatim ita dicens. Multa flagella peccatoris: que sibi supple reseruantur in penis inferni. Ut dicit de Lyra Sicut enim inquit dominus Petrus de palude.

Equus vmbraticus fugiens paruam vmbram que a parte rei nihil est. quandoque turpiter cadit in foueam ⁊ in ipsum precipitat sessorem suum. Sic misera caro fugiens flagella huius mundi que sunt quid minimum. tandem retrocedendo cadit in foueam inferni cū sessore suo. videlicet spiritu humano. Et tunc ibi habet multa et grauia flagella pati que lingua humana reserari non possunt. Sicut enim teste propheta Esaya. Oculus non vidit. nec auris audiuit: et in cor hominis non ascendit que preparauit deus diligentibus se. Ita ediuerso oculus nonvidit nec auris audiuit et in cor hominis non ascendit que preparauit deus peccatoribus audientibus se.

Ergo multa flagella peccatoris, que illi supple reseruantur in inferno, quamuis pro nunc abscondita sint ab oculis eius De huiusmodi autem flagellis loquitur dominus Deut. xxxij. dicens. Congregabo super eos, scilicet reprobos, mala videlicet pene vel culpe. Sicut enim latronibus cleri-

cis quando mittantur in curia ecclesiastica depinguntur burse in mitra papirea eorum. Et similiter illis qui mitrantur / eo quod acceperunt plures vxores / solent tot mulieres in eorum mitra depingi. Quot vxores habuerunt ad eorum maiorem infamiam et vt cognoscatur causa quare mitrantur. Ita et in die iudicij dominus congregabit super dānandos mala eorum et apparere ea faciet secundum illud Apoc.xiiij. Opera eorum sequuntur illos. Et dicetur de quolibet. Ecce homo et opera eius cum eo. Nec istud erit totum sed sagittas meas (inquit dominus) complebo in eis. Que autem sint iste sagitte / ostendit cum subdit. Consumentur fame: et deuorabunt eos aues: id est demones morsu amarissimo. Dentes bestiarum: id est demonum / immittam in eos cum furore trahentium super terram atque serpentium. Sequitur post pauca de vinea sodomorum etc. Item vua eorum / vua fellis et botrus amarissimus. Fel draconum vinum eorum et venenū aspidum insanabile. Hec tamē omnia methaphorice accipiēda sunt. Ecce igitur flagella q̄ reseruantur malis. a quib9 preseruabuntur boni domino propicio ideo subdit Psal. speran tem aūt in dn̄o. non ergo in proprijs viribus aut meritis. mīa supple diuina circundabit. ne in futuro flagelletur cum ipsis reprobis eo ꝙ flagellatus fuit in presenti a domino: quia vt habetur Heb.xij. flagellat de9 omnem filium quem recipit. scilicet ad gratiam et gloriam. Vel etiam sperantem in domino supple in in presenti. misericordia circundabit / in futura beatitudine in qua ex dei misericordia quilibet beatus habebit ex omni parte materiam letitie. videlicet de sursum ex visione diuine essentie. de deorsum ex visione gehenne / quam euasit ex dei munere. de circa se ex angelorū et omniū sanctorum grata societate. Ecce quō misericordia dei circundabit ipsos beatos. sicut et eius iustitia damnatos ne penas euadant eternas.

A ¶ Est ergo circa hunc locū notandum ꝙ triplex est flagellum peccatoris.

Vt3 Spirituale. Corporale Eternale

¶ Primum igitur flagellū peccatoris est spirituale seu mentale quod consistit in morsu conscientie: et anxietate cordis et spiritus. vnde August. in.i. lib. confes. Iussisti domine et sic est / vt pena sibi sit omnis inordinatus animus. Nam et si homo peccando quandoque sentiat aliquam delectationē illa tamen multū momentanea est et eam statim sequitur grauis cruciatus in corde. adeo vt plerique ꝑpetrato peccato cadant in desperationem et seipsos quandoque interimant. Et hoc est qđ dicit Salomon prouerb.v. ꝙ nouissima illius scilicet delectationis peccati: amara quasi absinthium De hoc figurā habem9.ij. Reg.xiij. vbi legitur ꝙ Amon postquā cor=

rupit violenter sororem suam Thamar. maius fuit odium quam amor quo prius eam dilexerat per quod moraliter significatur quod peccatum semper post se relinquit tristitiam et anxietatem in corde ad instar apis que pungendo hominem relinquit aculeum quo ledit hominem. postmodum tristitiã et anxietatẽ patitur in corde suo ita vt mors sequatur oporteat.

¶ Item alia figura legitur Job. ij. vbi dicitur quod sathan percussit Job vlcere pessimo. Et quid vlcus pessimum. nisi vermis cõscientie qui nunquam morietur? Multa ergo flagella etiam spiritualia et interiora peccatoris sicut patet in luxuriosis qui tamen anxiantur post amatrices suas: et qui tot et tanta expendunt: et maximis discriminibus et periculis se exponunt vt illi cito fruantur amore. Et quandoque etiam cadunt ĩ grauem egritudinem corporalem quando scilicet vident quod non possũt commode paruenire ad optatum finem. sicut legitur de predicto amon. ij. Re. xiij. quod cecidit in egritudinem propter amorem quẽ gerebat ad sororem suam Thamar. Sicut etiã legitur de filio cuiusdam perfecti romani qui pre nimio langore quo vexabatur in corde suo eo quod non poterat virginẽ Agnetẽ blanditijs et muneribus allicere lecto decubuit. Nõne etiam timor infamie et scandali est magnum flagellũ quod percutitur cor adultere meretricis que adhuc subest cure parentum? Multa etiam flagella spiritualia peccatoris superbi. qui in tanto affectu anxiatur post seculi honores et dignitates. qui etiã torquetur ĩ corde quando videt alios sibi preferri et prehonorari. qui denique tantum laborat pro manutentione sui alti status: et qui in magnis et in mirabilibus supra se nititur ambulare? Nonne de flagellis talis peccatoris supra bi loqui videbatur paulus Ro. xij. cum dicebat. Qui preest in sollicitudine. q. d. quod qui vult preesse cum ambitione habet multas sollicitudines in suo capite. Multa etiam flagella peccatoris auari qui tanto inardescit desiderio post mundiales diuitias. quas christus cõparat spinis pungentibus que cum exorte fuerint in corde humano per illicitum amorem suffocant illud. Nam huiusmodi diuitie secundum Gregorium in homel. sua sollicitudine mẽtem lacerant et quando ad peccatum pertrahunt. quasi inflicto vulnere cruentant. Pungunt enim huiusmodi diuitie cum acquiruntur per nimium et improbum laborem: et periculorum multitudinem pungunt cum possidentur per timorem ne scilicet deperdantur diminuantur seu deficiant. pungũt cum perduntur aut consumũtur per incredibilem dolorem. Ecce ergo quam multa flagella peccatoris. Sed econtrario multa consolatio prestatur penitenti et iusto. quod notatur cum subinfertur (sperantem autem ĩ domino misericordia circundabit) ne scilicet patiatur talia flagella in corde suo: sed sit semper consolatus in semet

ipso. Et hoc est quod dicitur prouer.xv. secura mens quasi iugū conuiuium. Item ysidor⁹ in libro soliloquiorum dicit ꝙ bona vita gaudium semper habet. Item Sene. ad lucillium. Sola virtus prestat gaudium perpetuum. Item Ansel. super psalmum.xviij. dicit ꝙ vnicuiqꝫ bono et virtuoso delectabile est esse in virtutibus etiam si nullum premium inde expectaretur neqꝫ in presenti neqꝫ in futuro.

B ¶ Secundum flagellū peccatoris est corporale. sicut est corporalis egritudo. Et istud flagellum infligitur hominib⁹ a deo dupliciter. aliquando quidem ad emendandum et corrigendum errata sicut Marie sorori Moysi inflixit dominus lepram. Numeri.xij. eo quo murmurasset contra fratrem suum Moysem qui duxerat vxorem Ethiopissam. Nihilomin⁹ post dies septem curata est a lepra sup. Similiter legimus.iiij. Re.xx. ꝙ Ezechias rex Juda egrotauit vsqꝫ ad mortem eo ꝙ nō reddidit gratias domino de habita victoria contra Sennacherib. postqꝫ tamen humiliauit se restitutus est pristine sanitati: ⁊ additi sunt vite eius anni.xv. vt habetur ibidem. Item Luc.i. legitur ꝙ angel⁹ gabriel dixit ad zachariam patrem beati Joannis baptiste cuius natiuitatem ab eo nunciatam futuram non credebat Pro eo inquit ꝙ non credidisti verbis meis eris tacens / et non poteris loqui vsqꝫ in diem natiuitatis eius. Similiter legimus Dañ.iiij. ꝙ Nabugodonosor rex babylonis locut est in superbia dicēs. Nonne hec est babylō ciuitas magna quā edificaui in domum regni in robore fortitudinis mee et in gloria decoris mei? Sed postquam sensit flagella domini super se. vt pote regno suo priuatus et cum feceris habitans fenum quoqꝫ more boum comedens. conuertit huiusmodi flagella ad suam salutem et morū emendationem: quia inde humilior factus est.

C ¶ Aliquando autem huiusmodi flagellum corporale infligitur hominibus a deo ad indurandum et ad initium damnationis eterne. sicut legimus de Pharaone in exodo in multis capl'is. Itē de Antiocho. ij Mach.ix. legitur ꝙ tantus fetor ex ei⁹ corpore procedebat quod neqꝫ sui milites neqꝫ ipsemet suum fetorem ferre posset. Nam de corpore eius vermes scaturibant: et viuentes ei⁹ carnes in doloribus effluebant. Simile legimus.ij. Paral.xxj. Joram qui fuit pessimus hydolatra. occiditqꝫ omnes fratres suos gladio: sed non euasit flagella domini. Nam vt ibi dicitur egrotauit pessimo languore vteri donec egrederentur vitalia sua paulatim per dies singulos. Insuper percussit eum domin⁹ alui languore insanibili: ita vt diu cruciaretur pena horribili videlicet spacio duorum annorum vt habetur. Ibidem. Et sic de infirmitate pessima transiuit per mortem infelicem ad duriora inferni flagella. Similiter legimus Act.xij. ꝙ cum Herodes agrippa infli-

gnis regalib9 decorarētur ad suam magnificentiam ostendē dam sedit pro tribunali et con cionabatur ad iudeos blandiē do et adulando. Populus autem similiter illi adulando acclamabat dei voces et non hominis. dicens quo talis egregia eloquentia non erat eloquentia puri hominis: sed dei tatem habentis. vt exponit de lyra. Confestim autem percussit eum angelus domini. videlicet vehementi dolore ventris vt dicit Josephus. ii. li. antiquitatum. eo q non dedisset honorem deo. Et consumptus a vermibus expirauit. Non quidem statim: sed per dies quinque afflictus est vt dicit dominus Hugo card. Notanter autem dicitur a vermibus fuisse consumptus qr vt dicit Delyra. compu trescentibus eius intestinis generabantur ibi vermes eum in terius corrodētes. Omnes igitur hi in presenti quodam modo suum īfernum inchoauerūt de duris flagellis ad duriora sine fine duratura transeuntes quod tali exemplo ostendi potest. Nam apud romanos olim mos fuit q omnes qui securi percutiebantur primo virgis flagellabantur sicut refert Titus liuius: et similiter Ualerius maximus. Unde et de christo legitur. Marc. xv. q Pilatus tradidit eum Judeis pro flagellis cesum vt crucifigeretur Sic profecto videtur de9 de aliquibus facere peccatoribus quos deputat eternis supliciis cruciandos quos etiam in presenti temporaliter flagellat et corporaliter sicut forte sunt illi q et si sentiāt manum dei in dies supra se inualescere non tamē male ablata restituunt. nec tamē corem de corde deponunt: sed continue deteriorantur etiam ex vehementi impacientia deū blasphemantes Tales nempe habēt supra se magnum signū q hic inchoant suum infernū. Qui vero hic sub flagellis domini emendantur magnum argumentum habent q a domino diligūtur q ideo eos in presenti purgat. vt in futuro requiescāt a laboribus suis. Et ita cōtingit q idem flagellum domini vnus conuertit ad suam salutem. alius vero ad suam damnationem. Et ad hoc propositum declarandum dat beatus. Gre. exemplū de igne sub quo aurum rutilat: et palea fumat: sub eo etiam plumbum consumitur et argentum purgant De hoc hystoriam habemus de. Nabugodonosor et Pharaone de quibus loquit Augu. xxiii. q. iiii. Nabugodonosor ita dicens Nabugodonosor penitē tiam meruit fructuosam: nonne post innumeras impietates flagellatus penituit? et regnū quod perdiderat rursus accepit? Pharao autem ipsis in flagellis durior est effectus: et periit. Sed vnde tanta morum et finis disparitas? Nam quantū ad naturā ambo homines erāt quantum ad dignitatem ambo reges: quantum ad causam ambo dei populum captiuum possidebant: quantum ad penam ambo flagellis clementer admoniti sunt: quid ergo fines eorum fecit esse diuersos nisi quo vnus dei manum sentiens in

recordatione proprie iniquita
tis ingemuit: alter libero con-
tra dei misericordissimam ve-
ritatem pugnauit arbitrio.
Hec ibi. Multa ergo flagella
peccatoris. Sed sperantem in
domino sup. iustum vel peni-
nitentem misericordia / scilicet
diuina / circundabit: ne videli-
cet sub flagellis domini per im
patientiam succumbat ⁊ sic pe
reat. Dicit enim penitens ad
dominum illud psalmiste. Fui
flagellatus tota die ⁊ castiga-
tio mea in matutinis. i. a die-
bus iuuentutis mee vsq; in se-
nectam ⁊ senium: quia comiter
tales habēt multa pati deo ita
permittente. Nam sicut cinis
appositus conseruat ignem in
suo vigore: ita ⁊ diuina gratia
conseruat ⁊ circūdat iustos ne
defluant a sua perfectione. Fla
gellatur ergo iustus: vel vt iu-
stior fiat: vel vt de leuibus cul-
pis quas recognoscit se cōmisi
se satisfaciat. Sicut flagellan-
tur vestes vt inde excutiantur
minuti pulueres. Uel ideo fla-
gellatur ne a deo peccando re-
cedat: sed ad eum celerius re-
deat: ne vel torpendo vel leui-
ter peccando paulatim defluat
Et hoc qđ dicit. ps. Multipli-
cate sunt infirmitates eorū sci
licet: iustorum: postea accelera-
uerunt sup. redire ad dñm tan-
ꝙ̄ ad medicum: vt dicit glo. in
ter. In figura huius legitur.
Nume. xxij. ꝙ Balaam calcari
bus coegit asinā redire ad re
ctam viam que obliquabatur ⁊
deuiabat aliquantulum.

D ¶ Tertium flagellum pec-
catoris dr eternale: ⁊ istud est
durissimum. Nam ⁊ si obstina-
ti ⁊ reprobi peccatores quan-
doq; in presenti iusto dei iudi
cio perurgente multa ⁊ grauia
flagella patiantur vt dictū est:
multo tamen grauiora et du-
riora incomparabiliter patien
tur in inferno. In cuius figura
legitur. iij. Regū. xij. ꝙ rex Ro
boam per quē significatur dia-
bolus: qui est rex sup oēs filios
superbie: dixit ad populū. i. ad
dānatos. Pater me⁹ sup. cele-
stis: qđ est pater diaboli per crea
tionem cecidit vos flagellis sci
licet in mūdo: ego aūt hic i in
ferno cedam vos scorpionib⁹.
i. durioribus tormentis vos si
ne mēa perpetuo afficiam: ⁊ ad
dam iugo vestro. i. malis que
passi estis in mūdo. De isto igi
tur flagello eternali quo affli-
gitur omnis peccator in infer-
no scribitur Apocali. xviij. In
vna die. i. simul venient plage
eius: mors: et luctus: et fames
et igne cōburetur. Nec sup. po
terit aīa peccatrix euadere pe-
nas istas: qr fortis est de⁹ qui
iudicabit illam. Adeo inq̄ for
tis est ꝙ nihil potest illi resiste
re: neq; i celo: neq; i terra: neq;
in inferno. Item psalmista ad
hoc ꝓpositū loquitur / dicens.
Pluet supple diuina iustitia su
per pctōres dānatos laqueos
vt se iuuare non possint: nec so
lum ligabuntur sed alijs penis
et flagellis affligētur: qr ignis
et sulphur ⁊ spūs ꝓcellaꝝ pars
calicis eoꝝ. Et notanter dicit
pars: qr preter hec multo ma-
iora tormēta patientur. Unde.
August. in suis meditationib⁹
Tūc angustie erūt vndiq; Hic
erūt pctā accusantia. Hinc de-
monia et supplicia trahentia.

Desuper iudex iratus. Inferni horrendum chaos subtus. Intus conscientia vrens. Foris mundus ardens. Miser ergo peccator sic deprehensus quid faciet? Apparere erit intollerabile. fugere vero impossibile. Item Gregorius. O quam anguste erunt tunc vie reproborum. Superius enim erit iudex iratus: horrendum chaos inferius: a dextris peccata accusantia: a sinistris infinita demonia: intus conscientia mordens foris mundus ardens. Nunquid ergo tunc multa flagella peccatoris: certe vtique. In cuius figura legitur. Exo. xij. quod flagellauit dominus Pharaonem plagis maximis. De nonnullis enim peccatoribus qui i presenti reputantur felices et pacem habere loquitur psal. dicens. In labore hominum non sunt: scilicet in presenti vbi tamen est locus laborandi et cum hominibus non flagellabuntur: videlicet in hoc mundo: sed cum demonibus in futuro ad damnationem: quia vt dicit. Augustinus. Qui exceptus est a numero flagellorum exceptus est a numero filiorum. Item idem Augustinus Cum hominibus non flagellatur cui eternum supplicium preparatur.

E ¶ Multa igitur flagella peccatoris sup. damnati: quorum. ¶ Primum est remorsus conscientie: eo scilicet quod non penituerunt nec tormenta illa horrenda euadere studuerunt quando potuerunt. Hiere. ij. Arguet te malicia tua et auersio tua increpabit te. Iste autem remorsus conscientie a sanctis prophetis vocatus vermis inmortalis: de quo Esaye. lxvi. Vermis eorum non morietur. Unde quilibet damnatus loquitur dicens. Operari dum licuit voluntas michi defuit. Nunc voluntas datur: sed facultas amittitur.

¶ Secundum flagellum damnati peccatoris dicitur continuatio tormentorum. Nunquam enim etiam per instans cessant damnati a tormentis: sed transeunt ab aquis niuium ad calorem nimium: vt habetur Job. xxiiij Item Hieremie. xvi. Seruietis dijs alienis: qui sup. noluistis seruire deo vestro vero: qui non dabunt vobis requiem die ac nocte. In cuius figura legitur Exodi. v. quod filij israel in tantum grauabantur a Pharaone et ministris eius quod cogebantur omni hora et omni momento laborare. Unde ibi dicitur quod de nocte colligebant paleas: et de die conficiebant lateres. Item Dan. iij. di. quod ministri regis non cessabant incendere fornacem in qua erant pueri per quos significantur damnati.

¶ Tertium flagellum peccatoris damnati di. ictus durus cruciatus. pro uerb. xix. Parata sunt derisoribus: sup. preceptorum et predicatorum veritatis: atque futuri iudicij et cruciatuum infernalium. Iudicia: videlicet eterne damnationis, sequitur. Et mallei percutientes. i. pene gehennales: sunt sup. preparati corporibus stultorum. i. peccatorum. Ecce quam duri sunt illi cruciatus infernales. Si enim esset aliquid durius malleo inter hec corporalia vtique illi comparasset. Salomon illos

diros inferni cruciatus. vnde Sap. iij. Natiões inique: id est congregationes damnatorum dire sunt consummationis / id est condemnationis.

¶ Quartum flagellum peccatoris dãnati dicitur crudelis societas. Abacuc. i. Facies homines supple damnatos: quasi pisces maris: qui scilicet comedunt et mordent seinuicem. Nam ĩ inferno de patre impio conqueruntur filij: vt habetur Eccli. xli. Cuius ratio ibi subditur: quoniam propter illum sunt in opprobrio: scilicet sempiterno. Ad hoc propositũ facit exemplum de illo vsurario damnato qui cõquerebatur de filijs suis cum eo dãnatis dicens ꝙ ppterea dãnatus erat: eo quod vsuras fecisset: vt eos ditaret. Ipsi autem ei maledicentes conquerebãtur de eo dicentes ꝙ si non reliquisset eis tales vsuras: sed eas restituisset minime damnati essent. Ecce crudelis societas: preter societatem omnium demonum et vniuersorum damnatorũ. Merito ergo dicit psal. ꝙ multa flagella peccatoris: scilicet in inferno. At quibus quidem flagellis iusti qui flagellantur in presenti dei munere ⁊ gratia ꝑseruãtur. Et hoc est qd̃ subdit psal. Sperantem autem in domino misericordia circũdabit. ne scilicet ĩ futuro flagelletur. In cuius figura legit̃ in Exodo in plerisq̃ capitulis: ꝙ egyptij per quos intelliguntur miseri damnati / flagellati sunt decem plagis grauissimis. A quibus tamẽ liberati sunt Hebrei deo propicio / per quos significantur iusti ⁊ electi. Et tandeq̃ ipsi egyptij demersi sunt in aquis vehemẽtibus: vbi nullus hebreorum perijt. Et hoc ideo quia populum sperantẽ in domino misericordia circũdabit.

¶ Lectio. xxiiij.

¶ Letamini in domino & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde.

¶ Postquam in precedenti lectione verus penitens hortatus est peccatores timere dñm et si non propter se / saltem propter penas vitandas et flagella que multa sunt. Ostẽdit etiã quantum prosit sperare in dei misericordia: quia omnem talem dei misericordiam circundabit ⁊ ꝓteget ab omni malo. Cõsequẽter in hoc versu hortatur iustos ad gaudium ⁊ leticiam: tum q2 non subsunt flagellis peccatorum: tum q2 eos protegit dei misericordia. Dicit ergo Letamini: vos sup. penitentes / qui prius in tristitia fuistis cuz adhuc sub peccato essetis. Nõ autem hortatur ad letandum in mũdo / aut carne / aut peccato: sed in domino: q2 omne gaudium quod nõ est in domino / falsum est ⁊ deceptorium. Sed forte dicent penitẽtes difficile eis letari ⁊ gaudere in domino: maxime cum adhuc subsint tot ⁊ tantis aduersis atq̃ tentatiõib9 vndiq̃ꝗq̃ impellẽtibus. Sed ꝓ sua ꝯsolatione audiant illud. Jacobi i. Omne gaudiũ existimate fratres / cum in varias tẽtationes

incideritis: ergo vos veri peni tētes letamini in domino / qui non permittit vos tentari supra id quod potestis: sed faciet cum tentatione prouentum vt possitis resistere vt habetur .i. Corinth.x. Sequitur. Et exultate iusti: videlicet in domino. Nam cū essetis in peccato vos iustificatur: non quidem meritis vestris vt dicit glo. interl. sed gratia sua. Dicente paulo Titi.iij. Non ex operibus iusticie que facimus vos: sed secundum tuam misericordiam saluos nos fecit. Ergo exultate iusti in domino: vt alibi dicit psal. Item Phili.iiij. Gaudete in domino semper iterum dico gaudete. Monet ergo spiritussanctus per os Dauid iustos ad gaudium et letitiā: non autem iniustos et peccatores: quia teste psal. Iniusti puniētur: scilicet in inferno et semen impiorum peribit de hac vita. Et sic patet quod iniusti non habent materiam gaudij: sed magis meroris: secūdum illud Jaco.v. Plorate voluntate in miserijs vestris que aduenient vobis: scilicet in futurū. Iusti autem hereditabunt terram: supple celestem et inhabitabunt in seculum seculi super eam. Et ita patet quod merito debent exultare in domino et non in mundo: in quo habent multa pati: dicente domino Job.xvij. In mūdo pressuram habebitis: in me autem pacem. Sequitur. Et gloriamini omnes recti corde. id est quorum cor cōcordat cum diuina voluntate. Gloriamini ergo vos qui vultis quicquid creditis deum velle. Vel gloriamini de bona conscientia seu de remissione peccatorum vestrorum: quia vt habetur .ij. Corin. primo. Gloria nostra hec est testimonium conscientie nostre. Hec est igitur recta gloriatio quando conscientia non remordet de graui peccato. Vel gloriamini videlicet in tribulationibus et aduersitatibus. vt dicit glo. interl. vos omnes recti corde: id est quod vultis facere domini voluntatem.

A ¶ Est ergo notandum quod ista tria nomina. Leticia. Exultatio. Gloriatio: non sunt synonyma: sed sic differunt. Nam leticia est gaudium interius tēperatum. Exultatio autem est gaudium interius vehemens tamen ita vt se probat exterius per aliquid sensibile signum: siue ridendo siue saltando et manibus plaudēdo. Vñ exultate idem est quod extra saltare. Sicut legimus .ij. Reg. vi. quod Dauid pre gaudio quod habebat in domino cum reduceretur archa federis de domo. Aminadab in bethlehē ciuitatem suam: ipse saltabat et ludebat coram domino et omnis israel cum eo in omnibus lignis fabrefactis: et cytharis: et lyris: et tympanis: et sistris: et cymbalis. Gloriatio vero est frequens fama cum laude. Et ita patet quod exultatio plus dicit quam leticia: et gloriatio quam exultatio. Itaque hec differētia nunquam obseruatur a grammaticis / potest tamen obseruari eo modo quo in sequentibus videbimus.

B ¶ Secūdum ergo ista tria verba que sunt Letamini / Ex=

ultate Gloriamini/notat dominus Petrus de palude tria ꝓpter que vniuersaliter spiritus sanctus hortatur omnes vere penitētes ⁊ iustos debere gaudere semper ascendendo de minori ad maius. Dicit ergo sic. O vos iusti et penitentes.
Letamini de culpa cōdonata.
Exultate de gratia collata.
Gloriamini de glīa expectata.
¶ Primo igitur letamini de culpa condonata ideo propter culpam mortalē ex diuina misericordia remissam. Sicut eñ ille que euasit de tetro carcere meritis alicuius sancti cui se deuouit: aut etiam qui de graui tempestate aplicuit ad portum: cum post se respicit periculum in quo fuit multū gaudet: tum quia periculuȝ euasit tum quia amodo securus est. Sic qui de confessione bona redit exiuit de magno carcere peccati. A quo liberari petebat psalmista cum dicebat ad dominum Educ de carcere animam meam vt confiteantur nomini tuo domine. Et ideo talis penitens considerans in ꝙto et quali periculo prius fuit inuenit apud se maximam materiam gaudiȷ. In cuius figura legitur Exo. xv. ꝙ filiȷ israel exeuntes de mari rubro attendētes periculum quod euaserant: et inimicos suos Egyptios tam potenter a domino submersos/proruperūt in gaudium ⁊ letitiam/ carmen domino canentes ⁊ dicentes. Cantemus domino gloriose eñ magnificatus est equum/⁊ ascensorē. ⁊c. Quid autem per Egyptum que tenebra interpretatur nisi stat⁹ culpe que excecat mentem significatur? Et quid per mare rubrum / nisi eterne damnationis periculum? Et quid preterea per Pharaonē qui nudans virum dicitur/nisi diabolus designatur?
Penitens ergo animaduertēs se peccatum reliquisse et ab eo dei gratia exiuisse: periculum damnationis euasisse: et iugū diaboli excussisse: in magnam leticiam prosilire debet: et ad dominum cum psalmi. dicere. Ego autem in domino sperani. quod scilicet deberet remittere impietatem peccati mei: ⁊ a predictis malis me eripere: quod et fecit. Et ideo amodo o domine ⁊ misericors de⁹ exultabo ⁊ letabor in misericordia tua: et non in propria iustitia que nulla est. Hanc autem materiam gaudiȷ ⁊ letitie spiritualis non habent miseri peccatores: sed potius habent luct⁹ et meroris materiā. vnde Joelis. i. de talibus scriptura dicens: Expergiscimini ebriȷ. i. vos peccatores quos inebriauit diabolus vino delitiarum peccati: ⁊ flete ⁊ vlulate: videlicet propter penā eternam que parata est vobis: vlulate inꝙ omnes ꝗ bibitis vinū in dulcedine. id est qui delectamini in immundiciȷs et spurcitiȷs vestris.
Peccatores igitur quamuis videntur ad horeum letari: care tamen venditur eis illa modica leticia que cito transit: secundum illud. Job vigesimo. laus impiorum breuis: et gaudiū hypocrite adinstar pūcti: quod adeo modicum est: vt

ipsum indiuisibile dicāt[1] philosophi. De huiusmodi autē peccatorum letitia scribitur Prouerb. xiiij. Risus dolore miscebitur: id est gaudium temporale peccatorum in dolorem vertetur eternorum tormētorum. Sequitur. Et extrema gaudij luctus occupat: videlicet gehēne. Et hoc est quod dicebat saluator Lu. vi. Ue vobis qui nunc ridetis: quia lugebitis et flebitis. Unde et de zoro astre refert August. xxi. lib. de ciuitate dei. c. xiiij. Et post eū Orosius lib. i. quod sol9 legitur risisse nascendo. Nec tamen inquit ipse Augu. monstruosus ille risus ei boni aliquid portēdit. Nam a Nino Assyriorū rege: cum esset ipse Bactrianorū rex: bello superatus est: et miserabiliter occisus. Uitanda est ergo summopere mundialis leticia a viris sanctis: et i solo domino letandum est: secundum quod nos admonet psal. dicens. Letamini in domino.

D ¶ Secundo vos penitētes exultate de gratia collata. Videm9 enim quod homo valde exultat quando aliquod magnum donū datur sibi gratis. Sicut ille pauper miles cui beatus Nicolaus piecit magnā summam auri pro nubendis filiabus quas prostituere cogitabat/ valde gauisus est. Maximum autem et optimum bonum quod potest dari homini in hac vita est gratia spiritussancti: secundum illud prouer. xvij. Super argentum et aurum gratia bona. Nam pro gratia dei datur gloria: secundum illud Ro. vi. Gratia dei vita eterna. Non autē datur huiusmodi celestis gloria pro argēto et auro. Penitens ergo cui deus confert post remissionem peccatorum gratiam suam: quem pri9 de rigore iustitie poterat mittere in gehennā/ habet maximam materiam exultationis spiritualis etiam maiorem: q̄ si sibi daretur vnum regnum/ aut totus mūdus/ vel mille tales si essent. De hoc figurā habemus. Hester. viij. vbi legitur quod cum Assuerus rex misisset diligenter nuncios per omnes prouincias suas ad reuocandū literas: quas Aman magister domus sue iam destinauerat: quib9 imperabat omnes Judeos interfici: omnis ciuitas exultauit: atq3 letata est. Judeis autem noua lux oriri visa est: gaudium/ honor/ et tripudium/ supple secuta sunt. Ad propositum rex Assuerus: qui interpretatur beatitudo/ significat deum patrem: qui est beatitudo omniū beatorum. Aman autem diabolum significat: qui vult omnes perdere et mactare nihilominus sicut ad procurationem regine hester fuerunt Judei pseruati ne occiderent: ita et p penitentiā eripiūt anime/ ne suspendantur in patibulo inferni atq3 per eandem penitentiā confertur hominibus remissionis gratia. Et hec est noua lux: que visa est oriri Judeis: id est cōfitētibus sua peccata. Sup quo beneficio gaudendum est: et tripudiandū. Bene ergo dicit psalmista prius. Exultate iusti; scilicet de gratia collata.

E ¶ Tertio vos veri peniten-

tes & iusti (gloriamini) de gloria expectata. Sicut enim non solum ille clericus gaudet cui datur prebenda vocans: sed etiam cui datur bonum beneficium a summo pontifice: qui solus hoc potest: Ita in proposito iusti & penitens non solum letantur et exultant de culpa condonata aut de gratia collata: sed etiam gloriantur de gloria expectata: & de eo quod firmiter sperant se habituros bonas prebendas in ecclesia triumphante. Jam enim habent sigillum signatum magno sigillo summi pontificis Christi: scilicet gratiam quam si bene & diligenter custodierint indefectibiliter post mortem habebunt dictam prebendam. Sed quia idem non debet prebenda dari in duabus ecclesijs: vt dicitur distinctione. lxx. Sanctorum. Et similiter extra de concessione prebende. Literas. Ideo qui volunt habere illam celestem prebendam/ oportet quod resignet et relinquat prebendam tenuem et parui valoris: id est gloriam huius mundi: siue delicias carnales: quia vt dicit Hieronymus. Nullus potest hic replere ventrem: & illic mentem. Tales fuerunt Christi apostoli qui relinquerunt omnia: vt sequerentur eum in celo ibi habituri optimas prebendas. Unde ipse Christus pro eis orans patrem vt conseruaret eos a malo dixit. De mundo non sunt: sicut et ego non sum de mundo. Joannis decimoseptimo. Sed quid est non esse de mundo: nisi contemnere: et non amare mundum: neque ea que in mundo sunt. Sed toto cordis affectu tendere ad celestia. Studeamus ergo esse tales si velimus obtinere prebendas celestes. Dicit ergo Psalmista (Gloriamini) videlicet de gloria expectata. vos (omnes recti corde) id est vos viri spirituales et contemplatiui qui nihil habetis commune cum isto seculo nequam. Sed qui sunt illi recti corde quos ad gloriandum inuitat Psal. Responsio. Recti corde vtique sunt illi: qui in aduersitatibus non murmurant contra deum nec impatientes efficiuntur: sed deum de omnibus laudant. Ergo rectus corde erat sanctus ille Job: qui inter tot aduersa non murmurauit: neque stulte contra deum locutus est: sed patientissime dixit. Si bona suscepimus de manu domini: mala autem quare non sustineamus. Dominus dedit dominus abstulit: sicut placuit dominus ita factum est: sit nomen domini benedictum. Job. j. Item rectus corde erat Apostolus ille Paulus: qui inter aduersa gaudebat dicens. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis: vt inhabitet in me virtus christi: que vtique in infirmitate perficitur. ij. Corinth. xij. Item rectus corde erat sanctus ille Dauid qui dicebat ad dominum. Doce me facere voluntatem tuam: hoc enim rationabile est: quia deus meus es tu.

F ¶ Quemadmodum ergo spiritussanctus hortatur iustos & sanctos gaudere de tribus: vt habitum est: ita et diabolus hortatur per oppositum miseros peccatores gaudere de tribus dicens eis. Letamini

sa transitoria vanitate. Exultate in criminuz peruersitate. Gloriamini in mundana prosperitate.

¶ Primo igit diabolus loquitur peccatoribus dicens. Letamini in trāsitoria vanitate. De qua letitia scribit Zacharie decimo. Letabitur cor eoꝝ. scilicet seruoruz diaboli: quasi a vino. Nam sicut letitia q̄ habet de sumsione vini cito trāsit: sic ꝛ vanitas mūdi cito labitur ꝛ deficit: siue que consistit in diuitijs: siue que in honoribus: siue que ī delicijs: adeo vt dicat sapiens Ecclesiastes primo. Uanitas vanitatum, ꝛ omnia vanitas. quasi dicat: quod mundus iste nō est aliud quaz maxima vanitas cōtentiua omnium vanitatū. Item in eodem. Uidi cuncta que fiūt sub sole: ꝛ ecce vniuersa vanitas et afflictio spiritus: quia in talibus nunq̄ homo inuenit quietem sed annexam anxietatem: sicut per singula potest declarari. Sed his non obstātibus adhuc mundani homines non cessant in talibꝰ quotidie letari. In hoc similes paruis: qui in rebus modicis ꝛ inutilibus magis letantur: quam in magnis ꝛ vtilibus. Similes etiaz nautis existentibus in mari: q̄ quandoque cadē die qua exultauerunt et multū cantauerūt subito flante vente cōtrario a mari absorbentur. Similes denique syrene piscis maris: que tempore sereno solet cantare ꝛ letari: tamen talis letitia denotat propinquam tempestatem. Sic miseri peccatores quādiu arrident eis vanitates huius seculi sunt in magna leticia et gloria. Sed talem vanā ꝛ transitoriam letitiam sequitur perpetua tristitia ꝛ desolatio sine fine duratura. Hoc bene expressit Job. vigesimoprimo capitulo ita dicit. Tenent tympanuz et cytharam, ꝛ gaudent ad sonum organi. Ducunt in bonis dies suos: et in puncto: id est, subito ad inferna descendunt. Cum autem in inferno fuerint incipient dicere illud. Sapientie quito. Quid nobis profuit superbia: aut diuitiarū iactantia quid nobis cotulit? Transierunt omnia illa tanquā vmbra: que supple: nullam stabilitatem habet: et tanquam nuncius precurrēs: qui scilicet statim datur obliuioni ꝛ tāquam nauis que pertransit fluctuantem aquam. ꝛc. Est eniz de hac transitoria vanitate sicut de illis qui ī spectaculis quādoq̄ induuntur veste regia vel episcopali: sed transeunte ludo eā deponunt, et induuntur veste quandoque abiecta et vili, et tunc incipiunt erubescere qui prius multum gloriabuntur ꝛ gaudebant. Ita et in proposito.

¶ Secundo, diabolus hortatur peccatores ad vitia, dicēs eis. Exultate videlicet in criminum peruersitate. Quales sunt illi de quibus Jacob. iiij. Exultatis in superbijs vestrꝫ. Item Prouerbiorum secundo Letantur cum malefecerint: et exultāt in rebus pessimis. Huius generis sunt illi qui iactāt se deflorasse aliquam virginē: vel potasse tantum de vino, cū tamē essent precise tres, vel hu

iusmodi. vel bene percussisse talem vel talem: vel bene dixisse lectionez tali vel tali cum quo habuerunt iurgia et lites. Heu proh dolor tales si bene aspicerent ad quas tendūt penas/ gressus cohiberent: noxiamqꝫ leticiam salubri fletu castigarent. vt dicit glosa ordinaria. super illud. Letantur cum malefecerint. ꝛc. Unumquenque igitur talem reprehendit spiritussanctus per os Dauiticū ita dicens. Quid gloriaris in malicia? Hoc enim ad magnaz demētiā pertinet: sicut si auis gloriaretur in laqueo: aut piscis in hamo quo captus est/ vel latro in fune ad collū pendente. Sequitur. Qui potens es in iniquitate: id est in ebrietate: luxuria: et alijs peccatis: secundum illud. Esaye quinto. Ue qui potentes estis ad bibēdum vinum: viri fortes ad miscendam ebrietatem. Sequitur Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua. Hoc concernit dominos aduocatos: et procuratores iniquarum querelarū qui non ad aliud cogitant: nisi qualiter per linguam suam: et fallaces allegationes possint peruertere verum iudicium et iustitiam: et facere innocenti iniustitiam. Quod autez subditur. Sicut nouacula acuta fecisti dolū. Pertinet ad falsos mercatores. Nam sicut nouacula acuta aufert pilos: quasi insensibiliter: ita dolosi mercatores circumueniunt imperitos et simplices tam subtiliter: vt plerunqꝫ de huiusmodi dolo et fraude non aduertant. Psalmista. Molliti sunt sermones eius: scilicet dolosi mercatoris/ super oleum: et ipsi sunt iacula quibus supple vulnerātur simplices. Et post pauca sequitur in Psalmista. Propterea deus destruet te in finē: scilicet in hora mortis tue: vel in die iudicij. Uult ergo vniuersaliter concludere: quod deus tanquam iustus iudex omnes tales sic gloriantes in malitia sua et peccato destruet et exterminabit in die iudicij: vt amodo nō possint amplius gloriari: nisi in suis cruciatibꝰ et tormentis. Breuiter ergo de tali exultatione: que versatur circa res pessimas et vitiosas potest concludi illud. Jaco. quarto. Omnis exultatio talis maligna est.

¶ Tertio/ diabolus peccatores hortatur ad mundanam prosperitatem dicens. Gloriamini: videlicet in mundana ꝓsperitate. Taliter autem faciebat gloriari illum regem Medorum cui nomen Arphasath de quo legitur Judith primo: quod gloriabatur: quasi potens in potentia exercitus sui et in gloria quadrigarum suarum. Taliter etiam idem diabolus faciebat gloriari in mūdana prosperitate illum diuitem: de quo legitur Luce. xij. qꝫ gloriabatur in bonis suis dicens ad semetipsum. Quid faciam non habeo quo congregem fructus meos? Et dixit. Hoc faciam. Destruam horrea mea et maiora faciam: et illuc congregabo oīa que nata sunt mihi: et dicam aīe mee. Anima

habes multa bona posita i an nos plurimos requiesce: come de:bibe:epulare. Sed audiant gloriantes in mūdana prospe ritatequid dictum est illi a domino. Stulte hac nocte animā tuam repetent a te; supple demones que autem parasti cui9 erunt? Audiant deniqꝫ tales sanctum illū Hieremiam aperte dicentem.ix.ca. Non glorietur sapiens in sapientia sua: nec fortis in fortitudine sua: nec diues in diuitijs suis:glorietur autem scire et nosse me dicit dominus.

¶ Item.ij.Cor.x. Qui gloriatur in domino/glorietur. Non ergo gloriandum est in huiusmodi mundana prosperi tate que sepe suos amatores fallit et decipit. Unde ꝛ Eutropius describens gesta Romanorum palam ostēdit:quod si Reges et imperatores romani aliquando prosperati sint non tamen omnes nec semper. Unde refert maximam eorum partem ad grandia infortunia deuenesse et cruenta morte perijsse.etiam quandoque a suis militibus aliquando a ꝓprijs filijs. Refert etiam dominus Anthonius in sua cronica pri ma parte ti.iiij.c.j.§.vj.de Policrape philosopho qui adeo fortunatus erat vt omnia ei ꝓspere succederent. Nam cum semel anulum admodum sibi gratum ex industria in profundū aque demersisset ne omnis incommodi expers esset.ipsum tamen continuo recuperauit. capto prius pisce qui dictum anulum deuorauerat. Nihilominus est post tātam prosperitatem quidam prefectus regis Darij in summitate cuiusdam altissimi mōtis cruci affixit.fetor quoqꝫ intollerabilis postmodum ex suo corpore processit. Ecce quam intestabilis est mundana prosperitas. Nonne etiam Dionysius tyrannus maximus post infinitas opes ad tantam pauspertatem deuenit vt propter inopiam docuerit paruulos literas et prima elementa apud Corinthum vt refert idem Anthoninus.ca.eodem.cj.§.xxv. Non est ergo demon audiend9 cum hortatur dicens. letamini.in transitoria vanitate. ꝛc.

¶ Lectio.xxv.

¶ Sequitur tertius psalmus penitentialis.

Domine ne in furore tuo arguas me neqꝫ in ira tua corripias me

¶ Postqꝫ Psalmista in primo psalmo penitentiali egit de cōtritione:sicut patet ibi. Anima mea turbata ē valde:sed tu domine vsqꝫquo. Itē ibi Laboraui i gemitu meo. ꝛc. Itē in scdo ps̄o de cōfessione:sicut ptꝫ ibi. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam dn̄o. Consequēter artificioso ordine i hoc tertio psalmo agit de satisfactione:sicut patet ibi. Afflitus sum et humiliatus sum et hu

miliatus sum nimis. Hoc autem ideo facit vt peccatores prouocet facere fructos dignos penitentie: qui quidem fructus sunt cordis contritio: oris confessio: operis satisfactio. Vult ergo penitens dicere ad dominum secundum beatum Greg. in presenti passu. Scio futurum esse: vt post huius vite exitum alii flammis expientur purgatoriis alii sententiam subeant eterne damnationis. Sed quia illum transitorium ignem omni tribulatione presentis seculi existimo intollerabiliorem, ideo non solum in furore eterne damnationis opto non argui: sed etiam in ira transeuntis timeo correptionis purgari. Tu ergo domine cui in spiritu meo seruio quem omnium saluatorem esse cognosco, quem pronum magis ad misericordiam quem advindictam firmiter credo, quem meam et omnium peccatorum salutem sitire non ambigo, quem in penis non delectari scio, ne arguas me in furore damnationis perpetue, neque corripias me in ira expurgantis vindicte.

A ¶ Notandum est ergo quod dominus habet triplex genus penarum. quibus solet peccatores punire.

vz.
- misericordie
- ire
- furoris

Prima exhibitur in presenti. Secunda in purgatorio. Tertia in inferno. Primam infligit deus vt corripiat secundum illud prouerb. iii. quem diligit dominus corripit. Item Apoc. iii. Ego quos amo arguo et castigo. Secundam penam infligit deus vt purget. Unde apostolus. Corinth. iii. loquens de illo qui defert in aliud seculum lignum fenum et stipulam, concludit ibi quod telis saluus erit. sic tamen quasi per ignem. Super quo sic dicit Aug. Contennitur pena illa cum tamen horrenda sit quia vt habetur Hebre. x. Horrendum est incidere in manus dei viuentis. Tertiam autem penam infligit deus vt exterminet: quia in inferno nulla est redemptio secundum illud prouerb. vi. zelus et furor viri non parcet in die vindicte. Uerus igitur penitens recognoscens se deliquisse non petit omnino a pena immunis esse quia hoc scit esse irrationabile: sed se submittit prime pene videlicet temporali, vt alias duas valeat euadere. Multo itaque melius est in presenti a domino corripi virga dulci quam in purgatorio cum magna ira cruciari. aut in inferno exterminari.

Et hoc est quod instanter petebat Jeremias a domino dicens. Corripe me domine: veruntamen in iudicio scilicet presentis vite: et non in furore tuo videlicet in alio seculo, ne forte ad nihilum redigas me. si scilicet omnino me iudicare volueris. Unde Psalmista. Si iniquitates obseruaueris domine domine quis sustinebit? quasi dicat nullus. Et hoc propositum persuadendum dominus Petrus de palude dat pulchram similitudinem de pinta vini que forsan in vno loco valet vnum album vel medium solidum. Et si vlterius proedatur forte volebit vnum solidum:

et si vlterius adhuc plus ita et in proposito. Multum igitur misericorditer agit nobiscum deus vt dicit dominus hugo card. quando scilicet nos punit in presenti: si hoc beneficiū bene consideraremus: scdm illō ij. Mach. vj. Et enim multo tēpore non sinere peccatoribus ex sentētia agere sed statim vltiones adhibere magni bñficij iudicium est. scdm quod ait Aug. quod magna misericordia est miam in presenti non consequi. Propterea sanctus ille Job exemplum totius penitentie rogabat dominum dicens. Dimitte me vt plangam paululū dolorem meum anteq̄ vadā. supple ad mortem vel ad iudiciū Job x. Sed quoniā de furore et ira in prima lectione huius sufficienter exposuimus vt verbis vtar Gregorij itex tractare superfluū putamus ne scilicet eadem repetentes legētibus fastidium generemus.

B ¶ Et quia dictū est quod pena inferni que vocatur furor est multo maior et grauior quacū que pena presentis vite. Restat hoc probare inducēdo de multis penis grauibus quas nonnulli pressi sūt presenti de quibus legitur ī sancta scriptura.

¶ Prima igitur pena grauis huius vite de qua loquitur sacra scriptura est illa de qua legit̄ Job. v. videlicet de illo paralitico quē sanauit dominus q̄ steterat in tali statu. xxxviij. annis huius igitur pene grauitas apparet ex multis.

Primo ex temporis diuturnitate quia. xxxviij. annis. Secundo ex iuuandi se impossibilitate: q2 iacebat in grabbato. Tertio ex auxilij destitutione. ppterea dixit xp̄o. Dñe hoiem non habeo vt cum mota fuerit aqua mittat me in illā. Atvero pene inferni sūt multo grauiores, etiā q̄tum ad tria p̄dicta quod patet sic Nā et si paraliticus ille diu egrotauerit. tamen infirmitas eius finem habuit ex christi beneficio. quem et si xp̄s non curasset nihilominus finē habuisset per mortem. Pene autem inferni finem non habent: sed sunt eterne secundum illud Math. xxv. Ite maledicti in ignem eternū Itē. ij. Thes. i. Dabūt penas. i. sustinebūt penas in interitu eternas a facie dñi supple iudicantis. Itē de hac eternitate penarū loquit̄ Johannes Apoc. xiiij. dicens. Fumus tormentorū eorū in secula ascendet.

C ¶ Sed multi mirantur de tam seuera dei iustitia q̄ p temporali et quādoq3 quasi momētanea offensa infert penā eternam tam acerbā. Sed hec admiratio nulla est si attendatur peccatium cōditio. Ut em̄ dicit Greg. iiij. dyalogorū. ca. xliiij. iniqui ideo cū fine deliquerūt quia cū fine vixerunt. Nam voluissent vtiq3 si potuissent sine fine viuere. vt potuissent sine fine peccare. Ostendūt em̄ quia in peccato semper viuere cupiunt. qui nunq̄ desinunt peccare dum viuunt. deinde concludit dicens. Ad magnam ergo iustitiam iudicantis pertinet vt nūquam careant supplicio qui in hac vita nunquam carere voluerunt peccato. hec ille. Item ibidem dicit sic, Omni=

potens deus quia pius est miserorum cruciatu non pascitur Quia vero iustus est ab antiquorum vltione in perpetuum non sedatur. Similiter Augu. xxi. lib. de ci. dei. xi. dicit sic. Sunt quidam iniustum putantes vt pro peccatis quantumlibet magnis paruo scilicet tempore perpetratis pena quisque damnetur eterna. Deinde respondet non esse iniustum si pena sit diuturnior culpa: et hoc probat etiam vt dictis gentilium. Octo inquit genera penarum in legib⁹ esse scripsit Tullius.

Damnum
Uincula
Uerbera
vcz Talionem
Ignominiam
Exilium
Mortem
Seruitutem.

Quid autem horum est quod in breue tempus pro cuiuscunque peccati celeritate coartatur vt tanta vindicetur morula. quanta deprehenditur perpetratum? nisi forte talio. que id agit vt hoc patiatur quisque quod agit Unde illud est legis. Oculum pro oculo, dentem pro dente. Sed si quis alteri abstulerit oculum et adiudicetur verberi. nonne qui hoc paruo tempore fecerit incomparabili horarum spacio verberatur? Quid de vinculis. Nonne quisque iudicandus est in illis esse debere, quandiu fecit vnde meruit alligari? Absit cum etiam iustissime annosas penas seruus in compedib⁹ pendat, qui verbo aut ictu celerrime transeunte lascesciuit dominum, vel plagauit. Jam vero damnum, ignominia, exilium, seruitus cum plerumque sic infliguntur vt nulla venia relaxentur nonne pro huius vite modo similia penis videnter eternis? Ideo quippe eterna esse non possunt: quia nec ipsa vita que eis plectitur porrigitur in eternum Nec quisque extitit qui censeret tam cito nocentium finienda esse tormenta. quam cito factum est homicidium vel adulterium vel sacrilegium vel quodcunque scelus aliud. non temporis longitudine sed iniquitatis et impietatis magnitudine metiendum. Qui vero pro aliquo grandi crimine morte multatur numquid mora qua occiditur que perbreuis est eius supplicium leges existimant? et non quod eum in sempiternum auferunt de societate viuentium? Sicut ergo non efficiunt leges huius mortalis ciuitatis vt in eam quisque reuocetur occisus, sic nec illius vt in vitam reuocetur eternam secunda morte damnatus. hec August. in forma vbi supra. Patet ergo quam iuste pro momentanea culpa a iusto iudice christo infligitur eterna pena. Propterea ibidem August. in libro de penitentia. Et recitatur de penultima dist. vij. nullus hortatur miseros peccatores ad penitentiam dicens. Studeat ergo quisque sic delicta corrigere post mortem non oporteat penam tollerare: quia qui impenitens moritur omnino moritur et eter=

naliter cruciatur qui autem impenitens finitur. si semper viueret semper peccaret At dei est miserentis. qꝫ operatur finē peccandi ob hoc etiā sine fine torquebitur: quia nunqꝫ virtute vitabitur semper plenus iniquitate. semper sine charitate torquebitur sine fine. hec ibi. Patet ergo quomodo pene inferni sunt grauiores penis huius seculi ex parte durationis Similiter sunt grauiores pena illius languidi ex iuuandi se impossibilitate. Quamuis enim dictus languidus ambulare aut stare nequiret tamen ab alio iuuari poterat sicut patuit in effectu quando christꝰ dixit ei. Surge tolle ⁊c. At vero damnati a nullo iuuari possunt etiam quantuncunqꝫ sancto ⁊ dei amico / dicente domino Jere. xv. Si steterit Moyses ⁊ Samuel coram me nō est anima mea ad populum istum. Ejjce illos a facie mea ⁊ egrediantur Similiter dicte pene sunt grauiores pena languidi ex parte destitutionis omnis auxilij. Nam ⁊ si ille languidꝰ non habuerit homines auxiliatores. habuit tamen auxilium de excelso celorum habitaculo sicut patuit i effectu curationis Sed de quolibet damnato dicitur in ps. Non sit illi adiutor nec sit qui misereatur pupillis eius. Propterea admiratiue loquitur dominus damnatis dicens illud Esaye. x. Quid facietis in die visitationis ⁊ calamitatis de longe venientis. Ad cuius confugietis auxilium qui scilicet deū creatorem omnium offendistis.

¶ Secunda pena grauis de q̄ loquitur sacra sciptura fuit infirmitas. Ezechie regis de qua legitur. iiij. Re. xx. Item. Esay. xxxviij. ꝙ fuit adeo grauis ꝙ ipse egrotauit vsqꝫ ad mortem. Nihilominus illi profuit huiusmodi ifirmitas. Tum primo quia eum prius superbientem ex victoria super assyrios mirabiliter humiliauit Secundo quia per eam vite prolōgationem obtinuit videlicet xv. annorum superadditorum vite sue. Tertio quia satisfactoria pro priori culpa fuit. Sed pena inferni ad nihil horum prodest. Non enim per eam ipsi damnati humiliantur quinimmo superbiores ⁊ contumaciores efficiuntur secundū illud Psal. Superbia eorum q̄ te oderunt ascendit semper. i. ascēdere nititur. Et alibi. Qui oderunt te exulterūt caput. scilicet insignum contemptionis ⁊ spretus contra dei voluntatem et ordinationem que vult eos sic cruciari quia nolūt humiliari. Tum secundo quia talis pena nō potest eos restituere vite priori vt sic adhuc penitere possint: quia vt habetur. Sap. ij. non est agnitus qui reuersus sit ab inferis. Qui enim in flore sue iuuentutis interierunt temporaliter ⁊ eternaliter libenter redirent vt adderentur vite eorum dies qui superfuerant ad debitam periodū. secundum illud Esaye. xxxviij. Ego dixi in dimidio dierū meorum vadam ad portas inferi. Quesiui residuum annorum meorum. Sed frustra fuit ista petitio, ideo sequitur. Non vi-

debo. ego supple damnatus dominum deum in terra viventiũ .i. in celo vbi est vita sine morte. nec etiam vltra spero redire in mundũ ad penitentiam agẽdum: ideo sequitur. Non aspiciam hominem vltra. supple in loco mortalitatis ꝛ penitentie: quia generatio mea ablata est. q. d. sic ablatus sum de mundo ꝛ proiectus in hunc locum tormentorum ꝙ nihil habeo amplius cõe cum mundo ꝛ cũ habitatoribus quietis .i. iustis.

Tum tertio quia nullus potest deo satisfacere de offensa commissa qui odio habetur ab eo et qui inimicus dei cõstituitur modo sic est ꝙ vt habetur Sap. xiiij. Odio sunt deo impius ꝛ impietas eius. Insuper quilibet damnatus adeo inimicatur deo quod libenter vellet illum non esse. Et sic patet ꝙ ista pena ad nihil prodest non solum respectu mortalium culparum: sed neqꝫ respectu venialium quia secundum beatum. Thomam. dist. xvi. q. iiij. Señ. peccatum veniale iunctuꝫ mortali in nullo statu potest remitti nisi pri⁹ remittatur mortale.

¶ Tertia pena grauis huius vite de qua loquitur scriptura est īfirmitas Job que tam grauis fuit quod de ea dicit Job. ij. quod egressus satan percussit Job vlcere pessimo, adeo ꝙ a planta pedis vsqꝫ ad verticẽ capitis non erat in eo sanitas Qui testa saniem radebat sedens in sterquilinio. Fuit ergo hec pena grauis ex parte trium. Primo ex parte cause efficientis: quia satan percussit eum. Secundo ex parte subiecti: quia a planta pedis vsqꝫ ad verticem capitis Tertio ex parte loci: quia in tali aduersitate sedebat in sterquilinio. vulnerati enim solent suauiter reclinari: sed quia diabolus dissipauerat omnem substantiam ipsius Job ideo sedit in sterquilinio eo quod non esset ei locus in diuersorio. Sed quantum ad ista tria adhuc minima pena damnatorum est incomparabiliter grauior pena ipsius Job. Primo quidem ex parte cause efficientis. Non solum enim damnati crucianeur a diabolo crudelissimo et immisericordie tyranno: vel ab igne sulphureo: sed principalius torquentur a diuina iustitia que ibi reddit vnicuiqꝫ iusta opera sua: ita vt merito quilibet damnat⁹ possit dicere ad dominum illud. Psal. Die ac nocte grauata est super me manus tua. In inferno ergo demones non sunt nisi ministri ꝛ executores diuine iustitie. Ipse autem dominus est principalis vltor. In cuius figura legitur Dañ. iij. quod rex Nabugodonosor precepit vt fornax succẽderetur septuplum quã succendi consueuerat. Quod cum factum fuisset iussit satrapis suis vt ligatis pedibus proijcerent tres pueros in fornacẽ continue succendentes eam. Applicatio est facilis. Secundo pena inferni est grauior pena ipsius Job ex parte subiecti Job enim patiebatur directe tantum in corpore: ex parte autem anime patientissimus erat Damnati vero grauiter torquebuntur in corpore post genera

re iudicium: sed multo grauius in anima etiam ex nunc. Ita vt merito quilibet talis dicere possit cum Psal. Anima mea turbata est valde. Nam sicut principalis beatitudo electorum consistit in anima post diem iudicij que consequenter redūdadit in corpus Ita et suo modo erit pena damnatorum: et proterea impatientissimi erūt Impatientia autem auget dolorem. Tertio huiusmodi pena erit grauior pena Job ex parte loci Locus enim in quo pauper sedebat Job et si fetidus esset et immundus (quia sterquilinium) non tamen tenebrosus qualis est locus damnatorum secundum illud Job.x. Ibi vmbra mortis et nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat. Unde et quilibet damnatus merito potest dicere illud.ps. Posuerūt me sup. demones in lacu inferiori: non ergo in lacu patrum aut paruulorum seu animarū purgatoriarū: sed in lacu damnatorum qui est inferior ad precedentes. Bene ergo dicit damnatus. Posuerunt me in lacu inferiori: qui scilicet volui semper esse in loco superiori per ambitionem. Posuerūt etiā me sup. in tenebrosis scilicet locis: et in vmbra mortis. Hoc dicit propter horrorem penarum inferni et visionis demonum. Sequitur. Super me confirmatus est furor tuus vt nūquam mihi parcas et oēs fluctus tuos.i. oīa tormētorū genera induxisti super me Ecce quam grauior est pena damnatorum pena ipsius Job.

¶ Quarta pena grauis huius vite quam describit sacra scriptura est cecitas Thobie: de quo legitur eiusdē.ij.ca. quod fuit pluribus annis cecus. Hec autem infirmitas fuit multum grauis eo quod vt Aristoteles sensus visus inter omnes sensus maxime amatur et desideratur: eo quod plures rerum differentias nobis ostendat. Ob eam rem maxime tristamur ex carentia illius sēsus. Unde cum Job inuitaretur ab angelo ad gaudendum. Respōdit. Quale gaudium michi erit qui in tenebris sedeo et lumen celi non video? Eiusdē. v.c. Sed adhuc pena damnatorum est grauior in centuplo. Et hoc propter tria.

¶ Primo quidem: quia cecitas Thobie fuit temporalis sed cecitas damnatorum erit eterna Sopho.i. Tribulabo homines et ambulabunt vt ceci: quia domino peccauerunt. Et quo propheta ibi loquitur de damnatis patet per ea q̄ immediate premittit de die iudicij: vocans illum diem: diem ire: tribulationis et angustie: calamitatis et miserie et huiusmodi. Et hec oīa propter reprobos.

¶ Secundo quia cecitas Thobie fuit corporalis et non spiritualis. Sed cecitas damnatorum est spiritualis seu mentalis que multo grauior est corporali cecitate quanto anima est plusquam corpus.

Sapi.ij. Excecauit illos malitia eorum: et sacramenta dei nescierunt.i. secretam et absconditam beatorum gloriam non cognouerunt: neque sperauerunt mercedem iustitie.i. celestē beatitudinem que pro operibus virtuosis retribuitur electis: quia

sciunt q nunq̄ percipient illā mercedē et ideo desperant. Preterea post diem iudicij ipsi damnati erunt in tenebris corporalibus. Tum propter loci infernalis situationem: cum enī sit intra terrā non potest illuminari a sole: cuius claritas terminatur a superficie terre. Tū ꝑpter corpoꝝ accumulationē que ibi adeo condensabūtur ⁊ cōprimēt se mutuo q ibi non posset diffundere sol lumē suū etiam dato q ibi luceret.

Et de hac cōdēsatione scribit Hiere. xij. Cōgrega. i. cōgregabis eos quasi gregē que ducit ad victimā. Tū ꝑpter diuinā ordinationē Math. xxij. Mitti te eum in tenebras exteriores. Et si dicat ibi adesse ignē. Fateor quidē sed non lucet: tū qꝛ in ꝓpria natura: tū qꝛ hoc cohibet virtus diuina: dicēte ps. Vox dn̄i īcidētis flāmā ignis

¶ Tertio qꝛ cecitas Thobie per virtutem patientie fuit sibi tollerabilis. Non enim contristat⁹ est contra deum de eo q cecus factus est Patiētia autem in aduersis multum mitigāt dolorem. Damnati autem erunt impatientissimi ita vt ꝓrumpent in blasphemias cōtra creatorē: ⁊ in maledicta contra patrē q̄ eos genuit ⁊ matrem q̄ eos portauit peperit ⁊ lactauit maledicentes etiam diei natiuitatis sue: et dicētes illud Job. iij. Pereat dies in qua nat⁹ sū: et nox in qua dictum est / conceptus est homo. Item ibidem. Quare non in vulua mortuus sum: quare egress⁹ ex vtero nō statim perij. Item postea. Quare misero data est lux: et vita his qui in amaritudine anime sunt: qui expectant mortem et non venit? Ecce quam impatiētes sunt miseri damnati.

¶ Quinta grauis pena de qua legitur ī sacra scriptura est pena illi⁹ leprosi de quo Math. viij. legitur q venit ad christū dicēs. Domine si vis potes me mundare. Grauitas autem huius pene satis nota est. Sed adhuc infirmitas ⁊ pena inferni est in infinitum grauior. Tum primo: quia lepra ⁊ si separet a consortio hominum non tamē angeloꝝ. Unde legitur Luce. xvi. de lazaro vlceribus pleno q post mortem portatus est ab angelis in sinū Abrahe. Sed pena inferni separat a consortio hominum ⁊ angeloꝝ scōꝝ secūdum illud Esaye. xxvi. In terra sanctoꝝ iniqua gessit: et non videbit gloriam dn̄i Unde in figura huius Nūe. v. precepit dn̄s dicēs. Precipe filijs israel vt eijciant de castris oēm leprosum. Tum secundo: quia est aliqua species lepre curabilis. In inferno autem nulla culpa est remissibilis Tum tertio: quia dolor lepre est mitigabilis nec sēper equaliter affligit. Pena autem inferni continue affligit: nec aliquando remittitur quin potius intenditur: sicut de Arrio dicitur quod pena eius nundum terminata est

¶ Sexta pena grauis de qua legitur in sacra scriptura est illa de qua legitur Math. xvij. vbi dicitur q accessit ad xp̄m quidam hō ꝓuolut⁹ ad genua eius dicēs ei. Dn̄e miserere filio meo: qꝛ lunaticus est. Grauitas autem sui morbi ibi decla

iratur cum dicitur. Sepe cadit in ignem et crebro in aquam. Sed adhuc pena damnatorum est multo grauior. Tum primo quia talis lunaticus non semper torquebatur a spiritu maligno: sed quandoque cessabat dolor et habebat lucida internalla/sicut et ceteri possessi a demone: quandoque autem grauius habebat vno die quam alio secundum lune cursum. Sed dñati nunquam habent melius vno die quã alio vt dictũ est. Nec aliquando habent quietem a tormentis secunduz illud hiere. xvi. Seruietis diis alienis die ac nocte qui nõ dabunt vobis requiem. In cuius figura filij Israel mirabiliter oppressi sunt a pharaone post quam in egyptum descenderũt secũdum illud Tren. i. Migrauit Judas propter afflictionẽ et multitudinem seruitutis: habitauit inter gentes nec inuenit requiem. Tum secundo: qa talis lunaticus et si frequenter caderet in ignem et aquam non tamen continue erat in altero illorum elementorum. Sed de quolibet damnato dicitur Job. xxiiij. Ad nimium calorem transeat ab aquis niuium. Ex quo patet quod damnati trãsibunt de tormento in tormentum sine medio per abnegationem. Tum tertio: quia christus exaudiuit patrem illius lunatici orantem pro filio suo. Sed de damnatis dicit dominus ad quẽlibet siue viatorem siue comprehensorem illud Hieremi. vij. Tu noli orare pro populo hoc: supple damnata nec assumas pro eis laudez et orationem: et non obsistas mihi. Super quo dicit Hieronymus: et recitur in glosa ord. quod sanctorum preces sire dei possunt obsistere: secũdum qd dixit dñs ad Moysen Exodi. xxxij. Dimitte me vt percutiã populum istum. Item in psalmo. Stetit phines et placauit: supple irã dei: et cessauit quassatio. Sequitur in Hieremia. Quia non exaudiam te: et sic frustra orares pro tali populo damnato. Cuius ratio subditur cum dicitur. Nonne vides quid isti: scilicet reprobi faciunt: quia scilicet semper perseuerant in malis suis proponentes nunquã penitere. Et hoc est quod dicitur xiij. q. ij. In presenti. In presenti seculo scimus siue orationibus siue consilijs inuicem posse adiuuare. Cum autem ante tribunal christi venerimus nec Job nec Daniel: nec Noe rogare poterit pro quoquem: sed vnumquemque onus suum portarit: quod de impenitentibus accipiendum est. hec ibi. Patet ergo quemmultipliciter pene infernales excedunt grauissimas huius seculi penas: quod si attente consideremus/ orabimus ad dominum dicẽtes. Domine ne i furore tuo arguas me: supple in inferno: sed hic me argue et increpa.

Lectio vigesima sexta.

Quoniam sagitte tue infixe sunt mihi et confirmasti super me manum tuam.

¶ Postquam penitēs in precedenti versu rogauit dominum in presenti et nō in futuro puniri: hic consequenter assignat rationē in parte quare in presenti petit puniri dicens. Quoniam sagitte tue infixe. etc. q. d. Ecce domine iam incepisti me in presenti verberare et ideo ex quo cepisti perfice me sic flagellando in presenti vt non flagelles in futuro. Audiui enim de te qꝫ non iudicas bis in idipsum: nec permittis vt cōsurgat duplex tribulatio: videlicet in presenti et in futuro. Ut ergo euadam grauiorem tribulationem continua in me minorē quaꝫ iam inchoasti: quia ecce iam sagitte tue infixe sunt michi. i. vindictam quam sumere vis de peccatis meis: vt dicit glo. interl. Nec quidem ad horā vindicas te de peccatis meis sed confirmasti super me manū tuam: vt quādiu vixero vindiceris de me: tamen ad meā salutem et vtilitatem. Uñ de pe. di. iij. §. penitētia. dicitur sic. Cōtinue dolendum est de peccato quod declarat ipsa dictionis virtus penitere enim est semp penā tenere: vt semper puniat homo in sevlsciscendo quod cōmisit peccando. Deinde ibi cōcluditur sic. Penitentia itaque est vindicta semper puniens in se quod dolet homo cōmisisse. Ecce quomodo confirmat dominus manum suam semper penitentem eum in presenti puniendo ne puniatur acrius in futuro.

A ¶ Est autem notandum circa hunc passum qꝫ multa hoīm genera possunt dicere hoc verbum licet secūdum varium sensū. Sagitte tue infixe sūt mihi.

Hi sūt:
- Primi parentes.
- Tentationi succūbētes.
- Detractionem patiētes.
- Aduersa tollerantes.
- Peccata gementes.
- Predicatores audiētes.

B ¶ Primo itaqꝫ primi parentes quam primum transgressi sunt dei preceptum vtiqꝫ sigillatim dicere potuerunt ad dominum. Sagitte tue infixe sūt mihi. Iste autem sagitte vt dicit dominus hugo card. sunt sex miserie / quibus totū humanum genus vulneratum et sagittarum extitit in primis parentibus,

vcꝫ:
- Esuries.
- Sitis.
- Calor.
- Frigus.
- Egritudo.
- Lassitudo.

De quibus in figura legitur Eze. ix. qꝫ sex viri. i. sex miserie veniebant de via porte superioris: scilicet primi parentis que respicit ad aquilonē. i. ad mortem: et vniuscuiusqꝫ vas interitꝰ in manu sua: quia quelibet sagitta inducit mortem. Iste igit sagitte sunt penalitates et miserie humano generi a deo inflicte in vindicte peccati Ade: q̄ dicuntur sagitte: quia ab arcū diuine cōminationis extracte sunt: et hoc a lōge quia a principio hūani gñis cōminatꝰ est dñs ipsi humano generi qñ dixit. Quacunqꝫ die comederitis ex eo morte moriemini Geñ. ij. Qñ ergo Adaꝫ comedit / statim infixe sunt ei iste sagitte et nobis in eo: et cōfirmauit sup nos

manum suam dominꝰ vt grauiꝰ infigerentur: et vt non recederent a nobis cū vellemꝰ. Unde post peccatum Ade dñs gladium suum vibrauit cōtra humanum genus ad feriendū peccatores. Insuper arcum suum tetendit in quo parauit vasa mortis. i. instrumenta mortifera: vt pote sagittas suas sex p̄dictas: quas ardentibus efficit vt magis hominibus noceant. Solēt eñ sagitte ardētes magis nocere ꝛ periculosiꝰ ferire. Natura igitur hūana (vt inquit Greg.) perpēdēs qͦ perdidit: cōsiderās quod inuenit: vidēs se a gaudijs paradisi venisse: ꝛ descendisse ad miserias vite peccantis: ꝛ a societate angelorū transijsse ad consortiū brutorum. cogitat ꝙ subiaceat periculis: que peccando gl'iam perdidit eterne incorruptiōis. Nouit deniq̄ q̄a mortem nulla possit ratione euadere: que posset si non peccasset semper viuere. Has ergo sagittas sibi infixas esse conqueritur: quia iam nobis est naturaliter inditum ꝙ primo homini fuit pro culpa vindicanda illatū. Passibilitas ergo ꝛ mortalitas sunt sagitte que nimirum nobis infixe sūt: q̄a q̄diu ī p̄seti seculo viuimus ab eis liberari aliqua ratione nequimus. Dicat ergo anima deuota. Op̄tissime deus ex quo in presenti seculo oportet me peccati originalis penam lugere: sagittatꝰ ab arcu ire tue et vindicte: saltem in futuro euadere merear terrorē animaduersionis districte. Ecce deniq̄ confirmasti super me manum tuā me puniēdo. Nempe sicut studiosus magister frequenter verbere puerum corripit: sic ꝛ a me manus et sagitta tue vindicte nūq̄ recedit. Hec Gregorius. Posset autem quis querere ex quo iste sex p̄dicte sagitte nobis inflicte sunt a domino in penam originalis culpe: cur ergo remanent ea deleta in baptismo? Respondetur ꝙ remanent ꝓpter tria: vcʒ vt si humiliemur cōsiderātes nostram miseriā. Item vt pluribꝰ modis mereamur. Item vt copiosius in celo coronemur.

C ¶ Secundo tentationi succumbens merito potest dicere cum tentanti quicūq̄ fuerit talis. Sagitte tue infixe sunt mihi. Pro quo notandū secundū dominum Petrū de palude ꝙ homo habet contra se tres sagittatios.

vcʒ Carnem. Mumdum. Diabolum.

Et quilibet habet proprias et distinctas sagittas.

¶ Primus igitur sagittarius est caro: cuiꝰ sagitte sunt motꝰ carnales et libidinosi: que quidem sagitte sunt intoxicate et mortifere si cōsentiatur. Unde inter opera carnis que mortalia sunt computantur a Paulo veneficia Gal. v. Sunt autē veneficia ad literā sortilegia seu maleficia que ratiōe libidinis solent fieri et propinari: sed transsumptiue significant motus carnales quibus consentitur. Huiusmodi autem veneficia seu maleficia miscet ꝛ cōponit diabolus ex carnibꝰ putridis. i. cōcupiscētia carnis vna cum consensu hominis: ꝛ tunc

cum talib⁹ veneficijs sagittat pauperem animā et inficit eā. Et hoc est quod dicitur Jac.j. Concupiscentia cum conceperit parit peccatum.i.consensꝰ ⁊ delectatio interior inclinat et prouocat ad actum exteriorem et manifestum: peccatum vero cum cōsummatum fuerit generat mortem. Peccatum autē cō summatur in opere exteriori ⁊ tunc generat mortem: qꝛ inducit ad reiterationem ⁊ cōsuetudinem: intantum vt talis peccator vix vnq̄ perfecte resurgat ad gratiam. Est tamen notandū q̄ sicut venenū non occidit hominē quousq̄ perueniat ad cor extinguens in eo sua frigiditate (que maxima est) calorē naturalē. Sic neq̄ sagitte carnalium tentationum sunt mortifere nisi primum veniant ad cor per consensum verū vel interpretatiuū que si semel peruenerint tūc merito dicere poterit misera anima. Sagitte tue infixe sunt mihi. Notanter autem dicit (infixe sūt) quia postquam homo semel fuerit letaliter talib⁹ sagittis sagittat⁹ non abijciet eas de facili a se: quia nimis herent et nimis profunde intrant: ita vt de facili non possint extrahi. Jlle igitur qui succūbit oī tentationi carnali merito potest clamare ad dn̄m et dicere illud qđ canit eccl'ia. Pctā mea. sup. carnalia: sicut sagitte infixa sunt in me: ita vt de illis nō possim de facili me expedire sed anteq̄ vulnera generent in me scilicet ad mortale peccatum me trahendo: sana me domine medicamento penitentie deus.

¶ Secundus sagittariꝰ sagittans contra hominē est mūdꝰ cuius sagitte sūt blanditie huius seculi neq̄: vt pote honores: gloria: felicitꝰ: diuicie dignitates et similia. De q̄bus q̄dē sagittis potest intelligi illud Psal'. Sagitte tue trāseunt qꝛ reuera omnia illa de quibꝰ tentat mundꝰ transitoria sūt ⁊ instabilia. Eccl'iastes.j. Uidi cūcta q̄ fiūt sub celo: ecce ⁊ vniuersa vanitas et afflictio spiritus dum scilicet diuersis cogitationibus rapitur et in nulla re inuenit quietem: quia vt habetur in eodē. ⁊c. Non satiatur oculus visu: nec auris impletur auditu. Quemadmodum ergo sagitta velociter mauet eo q̄ pēnis fertur q̄ leues sunt: sic et mundi honores et gl'ia velociter transeunt: ita vt qui hodie gloriosus apparet: cras vero forte inglorius existet. De hoc historiam habemus Hester.iij. de Aman qui tam gloriosus erat in domo regis Assueri: vt cuncti flecterent genua coram eo preter Mardocheum: nihilominus in fine suspensus est in patibulo quod parauerat eidem Mardocheo. Eiusdem. vij.ca. Ecce quomodo sagitte quibus mundus vulnerat corda mundanorum cito transeunt. Unde Psal'. Uidi impiū superexaltatum.i. super altos vltra quam deberet honoribꝰ exaltatum et eleuatum superbia non paruum: sed sicut cedrꝰ libani.i. sicut cedri sunt altiores alijs arboribus: ita et ipsi mūdani ceteris volūt gloria ⁊ honore anteferri. Trāsiui interiecto scilicet modico tp̄is

spatio: et ecce non erat: supple in tali honore sicut erat prius vel non erat quia per mortem esse desierat: quesiui eum: id est ad memoriam eius gloriam reduxi: et non est inuentus locus eius: id est vestigium aliquod eo quod perijt memoria eius cum sonitu.

¶ Tertius sagittarius sagittans contra hominem est diabolus cuius sagitte sunt pene infinite tentationes quas vibrat contra hominē nunc eum tentādo: de superbia: nunc de hypocrisi: nūc de gula. &c. Sūt autem eius sagitte periculose: quia nō querit ludere sed ad mortē percutere. Un̄ psal. Sagitte tue acute. Dicuntur ergo tentationes demonis sagitte: quia sicut sagitta de longe ferit: gladius autem non nisi de prope Sic caro tentat de prope et similiter mundus: sed diabolus a longe primo vt non perpendatur astutia et malitia eius deinde de prope. Sunt preterea eius tentationes acute intantum quod penetrant subtiliter vsque ad cor/ad consensum trahēdo. Ideo subditur in psal. cadent. sup. dicte tue sagitte o tē tator maligne in corda inimicorum regis: id est peccatorum qui inimicant regi eterno: populi sub te. i. tibi obediētis Sic enim ordinat hūc textū de Lyra. Unde in figu. huius legitur iij. Reg. xxij. quod quidam tetendit arcū dirigens sagittā in incertū et casu percussit Achab regē israel inter pulmonē et stomachū qui mortuus est vespe. Similis histo. habetur. iiij. Reg. ix. de Hieu quod tetēdit arcū suū et sagittis percussit Jorā filiū ipsius Achab inter scapulas et egressa est sagitta per cor eius: statim quod corruit in curru suo. Applicatio est facilis. Iste aūt sagittarius cōtra morē aliorū solet ita bene sagittare in tenebris sicut in luce, et noctis silētio sicut in meridie. Un̄ psal. de viro iusto loquēs di. sic. Non timebis a timore nocturno: vbi per timorem nocturnū potest intelligi illi terrores quos aliquando patiuntur hoīes in somnis. Seqtur. Nec timebis inquam a sagitta volante in die. i. a tentatione: quam offert diabolus clara luce: nec similiter timebis a negotio perambulante in tenebris ab incursu et de. me. Super quo Magister Nico. de Lyra: quod in Hebreo habetur (a deber) perambulante in tenebris (et quereb) vastante in meridie Sunt autem (deber et quereb) nomina demonum (Deber) autem magis permittitur nocere hominibus in tenebris: siue de nocte tentare homines et illis nocere clara luce. Sed iustus manens sub dei protectione neutro illorum timebit illudi. In figu. ergo sagittarum carnis: mundi et demonis legitur ij. Reg. xviij. quod Joab tulit tres lanceas per quas significatur ille ternarius numerus sagittarum: et infixit eas in corde Absalon pendentis ad arborē quercus. Omnis ergo qui consentit tentationi siue carnis: siue mundi: siue demonis potest merito dicere illud psalmiste. Sagitte tue infixe sunt michi. Quale igitur remediū ad euadendum huiusmodi sagittas.

Certe non video aliud nisi protegere et munire se clypeo diuini auxilij.

D ¶ Tertio detractionẽ patiens potest iuste dicere de sibi detrahente. Sagitte tue infixe sunt mihi. Sũt enim verba detractoria sicut sagitte procedẽtes ab arcu humane lingue: q̃ quidem sagitte aliquando iaciuntur in occulto: aliquando in publico: aliquando a lõge: id est cõtra absentes: quod communiter obseruant huiusmodi detractores: de quibus Psal. Exacuerunt vt gladium linguas suas: id est deposuerunt liguas suas ad male loquendum de absentibus: sicuti vulgariter solet dici. O quãtũ talis habet linguam exacuatã gallice affilee. Sequitur. intenderunt arcum: id est aperuerũt os suum ad modũ arcus (rem amaram) .i. verbum amarum ex illo iaciẽdo (vt sagittant in occultis) id est in absentia (immaculatum) id est innocentem et qui eis nihil nocuit. Illi ergo in occultis sagittant immaculatum qui in absentia obloquũtur de iustis. Et tales grauiter peccant: quia vt dic. Ber. Non facilis venia est praua dixisse de rectis. Sequitur. (subito sagittabunt eũ) q2 detractores si qua in alijs viderint aut audierint de eis aliqua minus recta non possunt illa diu reticere sed mox alijs reuelant (et non timuerunt scilicet tantũ scelus perpetrare: quod est diffamatio innocentis (sed firmauerũt sibi sermonem nequam) q. d. deliberauerũt intra se praua dicere de innocente (narrauerunt) supple bona aliqua de illis: quibus detrahere volũt (vt absconderent laqueos): id est sub palliatione verborũ rectorum commodius talib9 detrahere possent: et vt auditores facilius illis crederent. Quintil. huic sũscribit dicẽs. Melius est vituperari quẽ tipide laudari (dixerunt quis videbit eos). Putant enim frequenter detractores q9 dominus non attendat ad falsos eorũ sermones: et similiter quod homines non percipiant malitiam eorum. Sed primum simpliciter est falsum et secundum frequenter similiter falsum est. Eandem autem sententiam repetit idem Psal. alibi sub alijs tamen verbis ita di. Ecce peccatores: id est detractores: qui anthonomatice peccatores dicuntur (intenderunt arcum) id est aperuerũt os suum sicut leo rugiens ad male loquendũ de iustis.) parauerũt sagittas suas) id est verba venenosa et detractoria (in pharetra) id est in abscondito (vt sagittent in obscuro) id est insidiose rectos corde: id est innocentes manibus et mundo corde. (Quoniam quẽ perfecisti) .i. iustum et innocentẽ quẽ tu deus fecisti talem (destruxerunt:) id est destruere conati sunt negantes bona que in eo posuisti: et illi multa mala falso imponentes (iustus autem) qui scilicet sic dilaceratur in fama et honore (quid fecit) scilicet mali illis qui sic turpiter denigrãt et vituperant famam eius quasi dicat nihil. Unde Psal. Qui retribuũt mala pro bonis de-

trahebant mihi: quoniã seque bar bonitatem. Iust⁹ ergo potest merito pie conqueri de sibi detrahente et dicere ei. Sagitte tue infixe sunt mihi. Notanter autem dicit (infixe sunt) qr detractio et diffamatio semel facta de aliquo firmiter adheret in animis audientium: qui potius credunt malum quam bonum.

¶ Quarto tolerans aduersa potest pie dicere ad dominum. Sagitte tue infixe sũt mihi. Sunt eñ aduersitates huius mundi velut quedam sagitte: quas vibrat domin⁹ nunc contra iustos: vt humilientur et in humilitate conseruentur: nunc contra peccatores vt corrigantur et emendentur. De primo scribitur in psal. Sicut sagitte sũt supple in manu potentis: scilicet balistarij et sagittarij: et eas iaceat quo voluerit: illiq₃ ad nutum obediũt ita sunt supple filij excussoru₃ in manu domini: vt illi obediant in aduersis: sicut in prosperis. Dicuntur autem iusti filij excussorum: quia patres eoru₃ cum essent et ipsi iusti excusserunt a se onus peccati: et seruitutem diaboli. De secũdo similiter scribitur in psal. Emitte sagittas tuas id est flagella et aduersa: et conturbabis eos: scilicet peccatores ad penitentiam. Ubi vero ipsi pctõres sub istis sagittis tribulationum: videlicet huius vite conturbari noluerint ad penitentiã tũc omnipotens deus iacet contra eos duriores sagittas cum quibus trudet eos in ignem inferni. Et de huiusmodi sagittis scribitur in psal. Sagitte potentis: supple dei acute supple erunt: et hoc cum carbonibus desolatorijs. Uel secundum aliam literam vastatorijs. Ille ergo mirabiles sagitte potentis: acute: erunt illa christi verba ad reprobos. Esuriui ⁊ non dedistis mihi manducare. Sitiui et non dedistis mihi bibere. hospes eram. ⁊ cetera. Carbones autem desolatorij: seu vastatorij erunt illa verba Ite maledicti in ignem eternũ ⁊c. Habet ⁊ alias sagittas omnipotens deus cum quibus feriet et trucidabit damnatos: secundum quod ipse comminatur Deutro. xxxij. dicens. Congregabo super eos mala et sagittas meas complebo in eis: scilicet damnatis. Notanter autem di. complebo. Nunc enim deus punit peccatores paucis sagittis: sed in futuro complebit omnes sagittas: id est omnia tormentorum genera in eis: hoc est ad eos puniendum. Que autem sint sagitte: quas dominus completur⁹ est in damnatis) ostenditur cũ subditur. Consumentur fame et deuorabunt eos aues: id est demones morsu amarissimo: quando scilicet punient eos in corpore: et anima post iudicij diem. Item alias sagittas ibidem enumerat cum subdit De vinea Sodomorum vinea eorum: et de subur. go. Fel draconum vinum eorum et venenum aspidum. ⁊c. Merito ergo quilibet damnatus tunc poterit dicere ad dominum. Sagitte tue infixe sunt michi et confirmasti super me manum tua₃

ne illas a me abijciam cum vo
luero.

F ¶ Quinto gemens pecca=
ta sua potest dicere ad domi=
num. Sagitte tue infixe sunt
mihi. Est enim contritio velut
sagitta que aliquando intan=
tum pungit et vulnerat cor vt
lachrymas emittat. Hec autem
sagitta est tanquam lanceola si
rurgici qua vena pungitur sic
foras sanguis corruptus emit
titur. Nonne hec sagitta mira
biliter vulnerauit cor Magda
lene quando quidem lachry=
mis oculorum suorum cepit ri
gare dulcissimos christi pedes
Nonne etiam hec sagitta gra=
uiter vulnerauit cor petri cum
scilicet christo eum respiciente
fleuit amare? Merito ergo ve=
rus penitens potest dicere il=
lud Job.vi. sagitte domini in
me sunt. Dicit autem plurali=
ter sagitte domini: quia reue=
ra in contritione requiruntur
multe sagitte domini: videlicet
peccati cognitio dei amor pro
pter quē penitens dolet de pec
cato ꝛ demum peccati odium
seu detestatio. Et in figura hu
ius legitur .j. Reg.xx. ꝙ Jona=
thas proijcit tres sagittas iu=
xta Dauid qui latebat in agro
per quas sibi indicabat ꝙ fu=
geret a facie Saul patris sui q̄
querebat eum occidere. Tres
igitur sagitte sunt tria predi=
cta videlicet peccati cognitio/
dei amor ꝛ odiū peccati. quas
quidem sagittas spiritussanct⁹
sagittat in agro cōscientie no=
stre vt sic possimus euadere irā
dei patris querentis peccato=
rem occidere et perdere eter=
naliter At vero postquam cor
n sum illis tribus sagittis fue
rit vulneratum, tunc dicere po
terimus illud Cañ.iiij. Vulne=
rasti cor meum soror mea spon
sa: vulnerasti cor meum: sup. ꝑ
dolorem et compunctionem de
peccatis meis. Vocat autem
penitens contritionem sororē
suam propter sincerum amorē
ad eam. Item vocat eam spon=
sam propter eandem rationem
Solent enim sorores et sponse
teneri amore diligi: ita et ver⁹
penitēs nimio amore debet di
ligere cordis contritionem: cū
illam deus immiserit. Dicit au
tem bis vulnerasti: ad exprimē
dum magnitudinem doloris in
terioris.

G ¶ Sexto diuini verbi audi
tores possunt sigillatim ad ze=
losum predicatorem dicere Sa
gitte tue infixe sunt michi. Est
enim deuotus predicator tan=
quam sagittarius: qui secū de=
bet sēper portare pharetrā sa=
cre scripture: que plena est sa=
gittis diuinoꝝ eloquioꝝ quas
quidē sagittas debet iacere cō
tra miseros ꝛ obstinatos pctō
res: ꝛ tecenta tamen qualitate ꝑ
sonarū et culparum: quia vn⁹
peccator percutitur vna sagitta
qui non percuteretur alia. De
istis sagittis loquitur Paulus
Heb.iiij.di. Viu⁹ est sermo di
et efficax ꝛ penetrabilior omni
gladio ancipiti ꝛ ptingēs vsqȝ
ad diuisionē aīe ac spirit⁹: eo
scilicet ꝙ diuidit aīalitatē spm
Vñ d̄ ꝓis ꝑdicatorib⁹ di. psal=
ꝙ pauerūt sagittas suas. i. elo
quia sua in pharetra: hoc est i
sacra scriptura. Hui⁹ cōtrariū
faciūt illi pseudo ꝓphete ꝛ pre
dicatores indulgentiarū qui

frequenter peruertunt sensum sacre scripture vt decipiant populum dicentes quod subtili ingenio extorquende sunt pecunie a barbaris. Non ergo querunt tales animam sed pecuniam non querunt euellere vitia sed bona temporalia et marsupia. At vero verus et sincerus predicator Misit sagittas suas et dissipauit eos scilicet viciosos homines ne scilicet malitiam suam vltra continuarent seu augerent. Nonne bona sagitta ad feriendum corda peccatorum est illud Eze. xviij. in quacunque hora ingemuerit peccator omnium. etc. Item illud christi verbum. Luc. xiij. Nisi penitentiam habueritis omnes peribitis. Item illud iohannis verbum. Math. iij. O genimina viperarum quis docebit vos fugere a ventura ira? Et breuiter quot commminationes continet sacra scriptura, tot sagittas habet. Nec debent huiusmodi sagitte desuper caput volare, aut aures leuiter tangere: sed corda firmiter penetrare. vt merito diuini verbi auditor dicere possit cum psalmista. Sagitte tue infixe sunt michi et confirmasti super me manum tuam. vt scilicet de facili non decidant a corde. cuius contrarium faciunt illi de quibus Luc. viij. dicitur quod ad tempus credunt et in tempore tentationis recedunt.

¶ Lectio. xxvij.

¶ Non est sanitas in carne mea a facie irę tuę non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum. ¶ Postquam in precedenti lectione penitens ostendit sagittas domini infixas esse corpori suo adeo vt ante mortem minime deleri valeant. que sunt fames sitis. egritudo: et huiusmodi. Consequenter in hoc versu particularius ostendit quid operantur in eo huiusmodi sagitte dicens. Non est sanitas in carne mea a facie ire tue. etc. q. d. O domine deus quem mirabilis et terribilis est ira tua qui tantam vindictam sumere voluisti de peccato primi parentis vt etiam in me aliqualiter redundet talis vindicta quod patet sic. quia non est sanitas in carne mea a facie ire tue. tunc scilicet exercite in primo parente. que tanta fuit vt ipse Adam a facie domini se abscondit. sicut latro se abscondit cum intelligit iudicem adesse timens cadere in manus ire sue. Uel aliter secundum glo. ord Non est (inquit peccator) sanitas in carne. sed omnimoda infirmitas timor et tremor (a facie ire tue). id est a consideratione illius mirabilis et implacabilis ire quam ostensurus es contra malos in die iudicij Nec quidem immerito timet huiusmodi iram pauper peccator maxime cum sanctissimus ille Hieronymus dicat. Quotiens inquit diem illum animaduerto. toto corde et corpore contremisco. Unde de hoc

loquens Psalmista. ait. Quis nouit potestatem ire tue ꝛ pre timore tuo iram tuam dinume rare. Uel ista ifirmitas que hodie est in carne nostra a fatie ire dei. est fomes peccati seu cō cupiscentia que nascitur ex carne corrupta in Adam vt dicit de Lyra in expositione morali. Uel dic quod per infirmitatem carnis significatur omnis pena corporalis vtpote dolores, indigentie, sollicitudines et his similia. quibus subijcit omnis; homo post peccatum Ade. Et hoc est quod ait Gregorius. Caro (inquit) humana ex quo maledictionis promeruit sententiam portare non destitit peccati continuam penam/portamus nanqꝫ corpus mortale doloribus obnoxium. indigentijs impeditum. quod nimirum tentationes sollicitant. sollicitudines angustant angustie conterunt. contritiones affligunt. Que autem sanitas esse poterit. vbi tot malorū multitudo concurrit. dicat ergo penitens. non est sanitas in carne mea. Duo ergo mala in nobis operatur peccatum originale ꝙ est pena peccati primi parentis. Primum quidem qꝛ relinquit carnem morbidam. tam per concupiscentiam siue fomitem quem per egritudinē. Secundum vero malum est impugnatio virium superiorum ab inferioribus quia caro concupiscit aduersus spiritum et spiritus aduersus carnem. hec enim sibijnuicem aduersantur vt non quecunqꝫ vultis illa faciatis vt dicit Paulus Gal. v. Similiter vires superiores sibijnuicem aduersantur. Sepe enim voluntas contrauenit recte rationi. Et istud est malum secundum de quo pie conqueritur penitens cum subdit.

Nō est pax ossibus meis. id est interioribus viribus anime. q̄ per ossa significantur quia sicut ossa sustentant corpus ita et vires animā? Sed vnde ista discordia. Certe a facie peccatorum meorum. i. propter continuam pugnam primorū motuum qui insurgunt a fomite qui in me est. Uel dic quod per ossa secundum Gregorium virtutes anime intelliguntur: qꝛ sine ipsis nullum robur in anima habemus. Non est autem pax talibus ossibus a facie peccatorum nostrorum. i. propter presentiam eorum. eo ꝙ vnumquodqꝫ vitium preliatur contra virtutez sibi oppositam. vtpote superbia contra humilitatem. luxuria contra castitatem auaritia contra liberalitatem ꝛ huiusmodi. Uel forte ista referuntur ad peccatorem qui propter presētiam suorum peccatorum in conscientia nō potest habere pacem neqꝫ quietem in anima: quia vt habetur Esay. lvij. Impij sunt supple quasi mare feruēs. quod quiescere non potest. deinde ibi cōcluditur quod non est pax impijs dicit dominus deus: ꝛ hoc intellige de pace interiori quā destruunt peccata.

A ¶ Notandum est ergo secū dum dominum Petrum de palude super hoc passu quod possumus clare ostendere non esse sanitatem in carne humana: ꝛ hoc quadruplici ratione.

¶ Prima igitur ratio sumitur ex continua indigentia medicamentorum. Jlle enim qui cōtinue indiget medicamentis restauratiuis non iudicatur bene sanus/sicut patet de multis diuitibus qui quasi omni die accipiunt aliquam medicinā. Modo sic est q̄ hō quotidie indiget illis medicamentis de q̄bus Augustinus ait quod medicamentum famis est cibus. medicamentuȝ sitis/est potus medicamentum fatigationis: est somnus. Patet ergo q̄ homo subijcitur multis morbis etiaȝ mortalibus nisi predicta medicamenta adhibeantur in cōtrarium etiam per singulos dies ꝛ sic patet prima ratio.

¶ Secūda ratio sumitur ex cōtinua vite deficientia. Jlle em̄ non iudicatur bene sanus cuius humidum radicale in dies deficit et deperditur sicut patet in ethicis qui desiccātur super pedes. Modo secundum August. de ciuitate dei li. xiij c. x. Tempus huius vite nihil aliud est quam cursus ad mortem in quo nemo aut paululuȝ stare vel aliquādo tardius ire permittitur sed vrgentur omnes pari motu nec diuerso impelluntur acessu. hec ibi. Jtem ibidem. Quicquid temporis viuitur de spacio viuendi detrahitur ꝛ quotidie fit minus. minusq̄ quod restat et continue moritur. Et hoc est quod dicitur. ij. Reg. xiiij. Omnes morimur et quasi aque dilabimur ī terram que non reuertuntur.

¶ Tertia ratio sumitur ex mutationis frequentia. Sanitas enim dicitur quasi sanguinis status. quādo scilicet stant humores in debita proportione. Sed aperte rei tales humores nunq̄ stant perfecte in debita ꝓportione. Nā crescente luna crescunt illi humores: ꝛ ea decrescente decrescūt Cū ergo luna sit cōtinue incremēto vel decremēto etiam et illi humores. Propterea bene describit statum hominis pro presenti ipse Job dicens. q̄ nunq̄ in eodem statu permanet eiusdem. xiiij.

¶ Quarta ratio sumitur ex carētia iustitie originalis que cōseruabat humanum corpus in debito temperamento itavt frigus ipsum non affligeret. nec calor alteraret ignis non noceret et huiusmodi. Ablata ergo originali iustitia per culpam ille/qualitates relinquuntur ī suis proprietatibus naturalibus ꝛ proprijs actionibus quo fit vt se mutuo dissoluant ex q̄ sequuntur infirmitates et tandē mors que finem imponit omnibus infirmitatibꝰ ꝛ miserijs.

B ¶ Pretea notandum quod capiendo totam naturam humanam quasi pro vno toto corpore non est in ea sanitas secū dum illud Esa. i. a planta pedis vsq̄ ad verticeȝ capitis nō est in eo scilicet homine mystico sanitas. Hoc autem ꝑsuadere possumus per singula ipsiꝰ corporis membra.

C ¶ Primo siquidem aliqui infirmātur in capite ꝑ superbiā cuiusmodi sunt reges ꝛ principes prelati ꝛ quiq̄ maiores: qꝛ vt habet Esa. i. Omne caput lāguidū. vbi notantur tria. primū infirmantium generalitas: qꝛ oē. q̄ autē dicit oē. nihil ex=

cludit. Et reuera pauci princi-
pes ꝛ pauci prelati videnť hac
tempestate posse excludi a no-
ta superbie. hoc probant ma-
gni fastus ꝛ apparatus eoꝛuȝ.
Secūdum est status qualitas:
quia caput quanto autem sta-
tus altior tanto casus pericu-
losioꝛ inquit Gregoꝛius. Cum
enim de ratione capitis sit in-
fluere sensum ꝛ motum in alia
membꝛa. deberent ipsi superio
res pꝛimum seipsos exercita-
re in omni virtute. Tertiū est
moꝛbi diuturnitas. quia lan-
guidū. quod enim languere di
citur diu subiacet doloꝛi. Sic
diu est quod maioꝛes ceperūt
languere necdum curati sunt:
sed in dies peioꝛanť. vnde ali-
qui eoꝛum languent post mun
danos honoꝛes. quidam post
officia ꝛ ecclesiasticas dignita
tes. quidā post diuitias ꝛ ter-
renas possessiones/ bene ergo
dicit pꝛo pheta quod omne ca-
put languidum. Sequiť ꝛ om-
ne coꝛ merens. Coꝛ autem ec-
clesie sunt doctoꝛes/ pꝛedicato
res atq; viri spirituales q̄ me-
rent videntes malitiam supe-
rioꝛum: ꝛ periculum subditoꝝ
nec talia emendare valentes.
Sed audiant tales superioꝛes
quid dicat Gregoꝛius. xi. q. iij.
precipue. Scire/ inquit: debent
pꝛelati quod si peruersa vnq̄
perpetrāt. tot moꝛtibus digni
sunt. quod ad subditos suos
perditionis exempla transmit
tunt. De hac igitur infirmita-
te capitis figuram habemus.
iiij. Regū. iiij. vbi legitur quod
cum filius mulieris sunamitis
esset cū messoꝛibus in agro di-
xit ad patrem. Caput meū do-
leo/ caput meum doleo/ quem
cū serui reduxissent domi moꝛ
tuus est circa meridiem. Ad
pꝛopositū puer ille dolens ca-
put significat multos ecclesie
pꝛelatos quoꝛū nonnulli pue-
ri sunt etate ꝛ sensu. alij auteȝ
et si non etate tamen sensu/ et
de quolibet tali languido po-
test dici illud. Esaye. lxv. puer
centum annoꝛum moꝛietur/ et
peccatoꝛ centum annoꝛū ma-
ledictus erit.

D ¶ Secundo aliqui infirmā-
tur in oculis sicut inuidi. Nā
sicut oculi īfirmi difficulter fe
runt lucem. Ita ꝛ inuidi graui
ter ferunt pꝛosperitatem alie-
nam. De quibus. Sene. Utinā
inquit inuidi haberēt oculos
in omnibus ciuitatibus/ vt de
omnium felicitate toꝛqueren-
tur. Nā quot sunt ibi bona fe-
licium tot sunt ibi toꝛmenta in
uidoꝛum. Hec autem infirmi-
tas figurata fuit in Hely sacer
dote de quo legitur. i. Regum
iij. quod oculi eius adeo cali-
gauerant pre senectute q; non
poterat videre lucernam lucē-
tem in tēplo domini: quam ta-
men extinctam bene videre po
terat. Per quod significatur
q; oculi inuidoꝛum illos qui
sunt lucentes et fulgentes per
pꝛosperitatem videre nō pos-
sunt absque graui doloꝛe coꝛ-
dis sui. verbi gratia/ vir do-
ctus si fuerit inuidus non li-
benter videt pꝛope se aliquem
doctioꝛem.

¶ Idem dic de aduocatis/ de
mercatoꝛibus/ de superbis/ et
ambitiosis hominibus.

Illos vero q̄ per paupertateȝ
extincti sunt/ ꝛ qui in hoc mū-

do nullam prosperitatem habent sine dolore inuidie bene respiciũt: quia vt dicit. Sene. Sola miseria caret inuidia.
Et de hoc hystoriam habemus Geñ. xxxvij. de filijs iacob qui non libenter videbant fratruz suum. Joseph nec eum respicie bant nisi toruo oculo. Inuide bant enim ei eo ꝙ a patre plus cunctis filijs amaretur vnde tanta inuidia eos tenebat ꝙ non poterant ei quicꝙ pacifice loqui. Inuidi igitur a deo grauiter ferunt alienam felicitatem ꝙ malunt bona deperdi ꝙ̃ ad proximorum vtilitatem deuenire: et quod deterius est parati sunt subire damnum in propria substantia vt impedire valeant proximos suos ab adeptione alicuius magni boni aliorum felicitatem suã infelicitatem arbitrantes. Sicut solet poni exemplum de duobus famulis cuiusdam regis. quorum vnus estuabat auaricia. alter vero vrgebatur inuidia. Cuncꝙ rex vt probaret q̃s eorum deterioris esset conditionis: promitteret eis magna donaria sic tamen ꝙ primo petenti daretur tantũ simplum. Secundo autem duplum. habita inter eos longa satis altercatione quis primo peteret tandem inuidus petijt vnum oculum sibi erui vt auaro duo auferentur O peruersa nequicia. Maluit enim proximum impedire a magno bono cum propria iactura. ꝙ̃ eum ditiorem se videret. Talis ergo grauiter egrotabat in oculis mentis sue.
E ¶ Tertio aliqui infirmantur in pectore sicut sunt iracũdi. Tũc enim pectus infirmatur quando aliquo apostemate furioso interius pregrauatum est. Sic ꝛ cor hominis spiritualiter infirmatur quando furore iracundie pregrauatur ita vt merito quilibet talꝫ possit dicere cum apostolo illud. ij. Corinth. xj. quis infirmatur et ego non infirmor: quis scãnalizatur ꝛ ego non vror: supple in corde quasi dicat null9. Non solum autẽ iracundi spiritualiter infirmantur in pectore seu corde: sed et corporaliter ita vt quãdocꝙ sequatur mors. Unde valerius maxim9 libro. ix. narrat de sylla romano imperatore ꝙ cum esset nimia ira accensus contra romanos nolentes sibi parere in pecunijs dandis ad refectionem capitolij: tantum sanguinem euomuit ꝙ ad vltimum spiritum exalauit. Et vehementi nempe ira facta est vena cordis ipsius qua rupta fluxit sãguis in copia: et tandem secuta est mors. De hoc etiam hystoriam habemus. iij. Regum. xxi. de Achab rege israel: qui videns ꝙ Naboth noluisset ei vendere vineam suam intantum indignatus est et ad iracundiam concitatus ꝙ decidit in lectulum: neꝙ panem comedit ꝓ tristitia. Hec est enim cõditio ire vt constringat cor et venas: quietemꝙ pellat.
F ¶ Quarto aliqui infirmãtur in ventre per castrimargiã ideo per gulam seu ingluuiã. Sicut sunt illi de quib9 loquitur apostolus. Philip. iij. dicens. Multi ambulant quos se

pe dicebam vobis nunc autem et flens dico inimicos crucis: christi:quorum finis interitus secũdum eternum:quorum de⸗us venter est idest qui de nul⸗lo alio principaliter sollicitan tur nisi qualiter bene paschãt ventrem suum. Et quia aliquã do tales gulosi solent gloriari narrando aliis ꝙ bene epula⸗ti sunt ⁊ ingurgitati vino tan⸗quam aliquid gloria et laude dignum se fecisse iactitantes. Ideo addit apostolus ꝙ glo⸗ria eorum in cõfusione est qua si dicat ꝙ talis gloriatio cedet eis in confusione apud deum. Notãter autem apostolus vo⸗cat tales gulosos inimicos cru cis christi:quia postꝗ ingurgi tati sunt plerumqꝫ erumpunt in contumelias creatoris ⁊ re⸗demptoris:secundum illud Ec cli.xxix. Pascet et potabit in⸗gratos:⁊ adhuc amara audiet De hac autem infirmitate scri bitur. Eccli.xxxvii. In multis escis erit ĩfirmitas. Itẽ Eccl'ia stes quinto Saturitas diuitis non sinit eũ dormire:tum pro⸗pter ciborum copiositatem tũ propter diuersam eorumdem⸗varietatem tum ꝑpter prepa⸗rationis curiositatem. vnde. Señ. Fastidientis stomachi est plurima degustare q̃ vbi mul⸗ta sunt et varia animum inqui nant Cauenda est igitur huius modi crapula quia vt habetur Ecclesiasti.xxix. Propter cra⸗pulam multi obierunt idest pe rierunt tam corpore ꝙ anima. Qui autem abstinens est adii⸗ciet vitam:quia abstinentia est summa medicina. Propterea beatus Hierony. et recitatur de confe.di.v. Ne tales dicit sic Ne tales accipiamus cibos quos aut difficult digerere aut comestos magno paratos ⁊ ꝑ⸗ditos labore doleamus:olerũ et pomorum ac leguminum fa cilior apparatus est:et arte im pendiisqꝫ cocorum nõ indiget: et sine cura sustentat humanũ genus moderate sumptus: qz nec auide deuoratur:et leuiori digestione decoquitur. Dein⸗de post pauca subdit dicens ꝙ morbi saturitate nimia conci⸗tantur multiqꝫ impatientia gu le vomitu remediantur Conse quenter allegat Hypocratẽ di centem ꝙ crassa corpora abun dant multo sanguine q̃ si non minuatur paralisis ⁊ alia mor boꝝ genera de facili incurrun tur. Item allegat Galenum di centem quod athlete/id est mi lites fortes: q̃ nimis comedũt diu viuere non possunt: nec sa ni esse. Ecce quid operatur in⸗gluuies.

5 ¶ Quinto aliqui infirman⸗tur in renibus per luxuriã. Ut enim dicit Auicẽna quãdo o⸗ues nimis impinguantur tunc in renibus infirmantur. Sic ⁊ homines quãdo delicate ⁊ lau te nutriuntur ⁊ pascuntur:tũc per luxuriã que in renibus ra⸗dicatur (quo ad viros) infir⸗mãtur. Et de istis infirmis spe cialiter scribitur .i. Machab.i. quod iuuenes et virgines in⸗firmati sunt. Nec solum hec in firmitas inuadit iuuenes: sed et senes quandoque: sicut pa⸗tuit in Salomone: de quo legi tur.iii. Regum.x. quod cum se⸗nuisset deprauatũ est cor eius ꝑ mulieres alienigenas. Pro⸗

pterea dicit psalmista in persona taliter infirmantium. Usque ad nocte increpuerunt me renes mei: id est vsqz ad morte que est nox claudens luce humane vite agitant me stimuli carnis.

h ¶ Sed quale remediu contra hanc cotinuam infirmitatem que est tanqua febris continua? Certe triplex est. Primum est memoria iudicij generalis in quo fornicatores ⁊ adulteros iudicabit deus: vt habetur Heb. xiij. Unde postqua psalmi. premisit. Increpuerut me renes mei. statim subiungit dices. Prouidebam dominum in cospectu meo semper: id est quotiens increpuerunt me renes mei proposui coraz oculis mentis mee Christu tanquam iudicante fornicatores ⁊ adulteros ad mille demones. Secudu remediu est castigatio corporalis: secundum quod petebat psalmi. dicens ad dominu. Ure renes meos: supple igne tribulationis: ⁊ cor meu videlicet igne diuini amoris. Premisit autem psalmista dicens. Proba me domine ⁊ tenta me: sicut solet medicus tentare et probare plaga quam vult cauterizare ⁊ mederi. Et consequeter subinfert. Ure renes meos: quia vt dicit Hieronymus. Carnes putride indiget cauterio. Tertium remedium est substractio omnis occasionis. Qui enim timent infirmitatem lapilli: ⁊ similiter qui sunt arenitlosi debet sumopere vitare igne ex parte renum. Sic ⁊ qui sentiunt se promptos ad hanc infirmitatem renum: id est luxurie debent diligenter vitare occasiones et opportunitates q eos ad hoc possent de facili inducere: quia vt habetur Eccli. iij. Qui amat periculum in illo peribit. De hoc historia habemus. Gen. xxxiiij. de Dyna filia Jacob: que occasio sibi ipsi fuit vt opprimeretur a Syche eo scilicet quod ex curiositate voluit videre mulieres regionis illius.

i ¶ Sexto aliqui infirmantur in manibus: sicut sunt tenaces ⁊ auari. vnde Deutero. xxxij. Uidebit supple: deus q infirmata sit manus: videlicet auari. Habet enim auarus ita clausas ⁊ costrictas manus q ipsas nequit extedere ad pauperem. Sicut patuit de diuite epulone qui habebat manus adeo costrictas quod neqz micas q cadebant de mensa eius dare volebat mendico lazaro. Hoc etiam patuit in ipso Nabal: de quo legitur. i. Reg. xxv. quod noluit prebere panem et vite necessaria Dauid ⁊ seruis suis cum essent in egestate constituti in deserto: sz remisit seruos ipsius Dauid vacuos ac sine honore. Habent ergo auari manus adeo infirmas ⁊ vulneratas quod ex toto sanguine respersе sunt: secundu quod ad eos loquitur dominus Esa. i. dices. Manus vestre sanguine plene sunt. Et quid est habere manus sanguine plenas nisi rapere substantiam pauperum ex qua viuunt: ⁊ sic eos occidere? vnde Eccli. xxxiiij. Panis egetium vita pauperis est: qui defraudat illum homo sanguinis est: id est homicida: qz sub-

trahit ei victū. Nec solū auari sunt homicide in rapiēdo aliena: sed etiam non impartiendo tempore & loco sua. vnde Ambrosi9. & recitatur dist. lxxxvi. Pasce. Pasce (inquit) fame morientem: si non paueris occidisti: scilicet subtrahendo ab eo substantiam corporalem / per quā preseruari poterat a morte. Manus ergo talium auarorum & raptorꝫ sunt similes vnguibus auium predalium & rapacium bestiarum: que scilicet sunt curue clause & acute. Curue quidem & clause vt firmiter et fortiter teneant / quia aperte rei auari et grossi vsurariū fortiter tenent pauperes homines in suis laqueis & papiris. Acute autem: quia sciunt bene eos pungere tempore et loco: quanuis primum eis applaudant vt sic eos alliciant.

K ¶ Septimo aliqui infirmātur in pedibus per pigritiam. Pigritia enim est podagra pedū / quasi quis infirmat9 fuerit nunquam deinceps ad bona opera se mouebit. Hec autē īfirmitas pigritie figurata fuit in Aza rege Iudee: de quo scribitur. ii. Paralip. xvi. q egrotauit dolore pedum vehemētissimo. Super quo dicit Hieronymus quod pedes illius erant corrupti humore podagre. Sequitur in textu. Nec in infirmitate sua quesiuit dominuꝫ: sed magis in medicorum arte confisus est. Ecce quomodo piger ad bona opera exercitari non potest nec induci. Tales etiam figurantur per illum paralyticum: de quo legitur Ioanni. v. quod steterat. xxxviii. annis in infirmitate sua que tanta erat vt non posset commode se mouere nisi difficulter & lente. Ecce ergo quomodo a planta pedis vsque ad verticem capitis non est in humana natura sanitas: que merito potest dicere cum Psalmista. Nō est sanitas in carne mea.

¶ Lectio. xxviii.

¶ Quoniā iniquitates meę supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatę sunt super me.

¶ Postquam penitens in precedenti lectione confessus est propriam infirmitatem dicens non esse sanitatē in carne sua: consequenter in hoc versu assignat rationem dicens. Quoniam iniqtates mee supergresse sunt caput meum: id est rationem rectam / vt dicit glosa interl. Omne enim peccatū est cōtra rectam rationem que est in homine tanquam caput in corpore: eo quod debet eum dirigere in agēdis & retrahere a fugiendis. Uel dic quod ꝑ tanto iniquitates dicuntur supergredi caput: quia sunt tanquā murus diuidens inter nos / et deum. vnde Esa. lix. Iniquitates vestre diuiserūt inter vos et deum vestrum. Uel ideo iniquitates nostre dicūtur supergredi caput nr̄ꝫ: qꝛ vt dicit gl. or. peccādo ꝯtra deū q̄ est sup oīa erigimur ꝑ supbiā. Uel forte iniqtates iste cōcupiscētias carnales significāt: que tūc supergrediūtur caput nostrū qn̄ incipiūt in nobis dominari in

pra rationem: eam more ancille subiicientes: quod prohibet esse faciendum apostolus Ro. vi. dicens. Nō dominetur peccatum in vestro mortali corpore/ scilicet per consensum. Item Eccl'i. xviii. Post concupiscentias tuas non eas: quia vt dicit deuotus Bernardus. Dominam ancillari & ancillam dominari magna abusio est. Sequitur. Et sicut onus graue grauate sunt super me: id est grauiter me deprimentes. Ut enim dicit Augustinus/ & recitatur in glosa interl'. Iniquitates reputantur leues dum fiunt: sed tandem afflictionibus onerantur/ & graues redduntur: presertim cum quis vult eas relinquere. Hanc grauitatem considerans Job. vii. dicebat. quare posuisti me contrarium tibi: id est poni permisisti et factus sum mihimetipsi grauis? Ut autem ostēdat quod hec grauitas ex peccato est: ideo subdit. Cur non tollis peccatum meum: & quare non aufers iniquitatē meā? me supple tam mirabiliter grauantem. Propterea Esayas salubriter consulit hanc sarcinā et grauitatem peccatorum esse deponendam: ita dicens. Solue videlicet per penitentiā fasciculos deprimentes. Eiusdē. lviii. Sed vnde est quod peccator non sentit tantam peccati grauitatem/ cum etiam videamus multos peccatores agiliores ad saltandum chorizandū et huiusmodi iustis et sanctis viris? Respondeo. Ista grauitas spiritualis est: animalis autem homo nō percipit que dei sunt: vt habetur. i. Corinthiorum. ii. Preterea istud operatur assuefactio in peccato: consuetudo autem est quasi altera natura. Sicut ergo habens corruptum anhelitum non percipit suum fetorem: quem tamen optime alii percipere possunt. Sic & de peccato dicendū erit. Tandem tamen hanc grauitatem bene percipiet peccator: quandoquidem velit nolit peccatum suum trahet ipsum ad abyssos: sicut primo angelo dicenti. Ascendam super astra celi: & ero similis altissimo. Respōsum est illi. Ad infernum detraheris in profundū lacus. Esa. xiiii. Duo ergo mala facit mortale peccatum. Primo nempe sursum erigit per arrogantiam et culpam quod notatur cum dicitur in presenti textu. Iniquitates mee supergresse sunt caput meum: vt scilicet se erigerent contra deum. Secundo deorsum trahit per penam eternam: ideo subditur. Sicut onus graue grauate sunt super me. Et de his duobus malis loquitur Psalmista: dicens Ascendunt vsque ad celos/ & descendunt vsque ad abyssos.

A ¶ Specialiter autē est quadruplex iniquitas seu peccatū quod supergreditur caput peccantis: et ascendit vsque ad celum.

¶ Primum est homicidiū. Genesis. iiii. dixit dominus ad Caym. Ecce vox sāguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra: id est euidentia facinoris tui petit vt cito vlciscar de te.

¶ Secundum est peccatū contra naturam. Gen. xviii. Clamor Sodomorum et Gomorre

multiplicatus est et peccatum eorum aggrauatum est nimis: descendam et videdo vtrū clamorem qui venit ad me opere compleuerint:an non est ita vt sciam id est scire faciam.

¶ Tertiu₃ est oppressio pauperum,Exodi,iij.Clamor filiorū Israel venit ad me:vidiq₃ afflictionem eorum qua ab Egyptijs opprimuntur.

¶ Quartum est retentio vel defraudatio mercedis agricolarum:et quoruncunq₃ operariorum Jacobi.v.Ecce merces operariorum qui messuerunt regiones vestras que fraudata est a vobis clamat.id est velocem vindictam querit a domino:et clamor eorum in aures domini sabaoth introiuit. Simile legitur Ecclesie.xxxv.Nōne lachryme vidue ad maxillā descendunt:et exclamatio ipsius super deducentem eas ,id est super eum qui est causa q̄ tales lachryme effundantur. Sequitur.A maxilla enim ascendunt vsq₃ ad celum:et dominus exauditor non delectabitur in illis.Propterea Thobias filium suum instruens:inter alia sic dicebat. Quicunq₃ tibi aliquid operatus fuerit: statim mercedem ei restitue: et merces mercennarij tui apud te omnino non maneat. Eiusdē iiij.c.Hoc etiā percipiebat lex Leuitici,xix.Non morabitur opus mercennarij tui apud te vsq₃ mane.Item Prouerbi.iij. Ne dicas amico tuo vade ⁊ reuertere:et cras dabo tibi: cum statim posses dare. Propterea sanctus ille Job dicebat. Si negaui pauperibus quod volebant:⁊ oculos vidue expectare feci.q.d.non eiusdem.xxxi. Quicunq₃ ergo altero istorum quattuor modorum peccare se recognoscit:merito dicere potest. Iniquitates mee supergresse sunt caput meum : ita vt se extulerint vsq₃ ad celum Unde in figura huius legitur.id est.Regum.v.quod cum philistim cepissent archam domini et eam introduxissent nunc in vnam ciuitatem nunc in aliam vbicunq₃ introducebatur statim populus illius ciuitatis p̄cutiebatur aut morte aut infirmitate graui:videlicet in secretiori parte nacium et ascendebat vlulatus vniuscuiusq₃ ciuitatis in celum.Sic spiritualiter hodie multi percutiuntur in secretioribus partibus per luxuriam : et abhominationes pessimas : quas non licet homini loqui:a fortiori nec opere implere :ita vt ascendat vlulatus vniuscuiusq₃ ciuitatis in celum:quia vt cuius predicta peccata in celum clamātia regnant ⁊ abundā tin ciuitatibus:secundum illud.Psal. Uidi iniquitatem.et hoc quo ad peccatum contra naturam Dicitur em̄ iniquitas quasi nō equitas.Et vere non est equū sed ab omni ratione extraneū sodomitice commisceri : maxime cum bruta non soleant cōmisceri nisi in sexu naturali. Sequitur. Et contradictionē in ciuitate.Ecce peccatum homicidij.Sepe enim ex rixis et contradictionibus que fiunt ī ciuitatibus sequuntur homicidia:nunc in aperto:nunc in occulto.Sequitur.paucis inter=

positis labor in medio eius. Ecce oppressio pauperum. Solent enim diuites vsurarij et rectores populi habitare in medio et in centro ciuitatum: qui multa obsequia exigunt a pauperibus sine artificibus siue agricolis seu viticolis: nec labores eorum digne recompensnnt: in hoc similes Pharaoni qui vt legitur Exo. id est. ppo suit hebreis magistros operũ qui affligerent eos oneribus vtpote ciuitates edificando: lateres decoquendo et huiusmodi. Tandem autem prohibuit idem Pharao ne palee darentur eis ad conficiendos et decoquendos lateres: sed proprijs sumptib9 et laboribus hec omnia peragerent. Ita et nũc vix diuites vsurarij et officiarij dãt paleam equis et iumentis pauperum agricolarum: dum vsq ad ianuas domorum suorum conducunt nunc ligna nunc fenum nunc blada et similia. Ecce labor in medio ciuitatis et oppressio pauperum. Sequit. (et in iusticia) sup. in medio ciuitatis. Ecce defraudatio mercedis operariorum. Justitia enim est reddere vnicuiq qd suum est. Et per oppositum iniusticia est retinere quod alienum est. Nouit autem domin9 quot iniusticie committuntur hodie in medio ciuitatum: tã in varijs contractibus vsurarijs quam in rapinis et hmõi. B ¶ Postquam visum est quomodo iniquitates nostre supgrediuntur caput nostrum in celum ascendendo et vindictã vociferãdo: presertim ille quatuor de quibus habitum est. Consequentur tractandum est quomodo graues sunt sicut onus graue ad penam eternam trahendo. Pro quo notandum q peccatum mortale comparatur oneri propter multa secundum q aliqualiter et quidẽ sub paucis tangit Dñs Petrus de Palude super hoc passu.

¶ Primo igitur mortale peccatum comparatur oneri ratione inclinationis. Sicut enim onus graue inclinare seu incuruare facit hominem ad partez anteriorem: ita et peccatum facit hominem curuũ et inclinat eum versus creaturam eam nimis ardenter amãdo. Quia vt dit. Aug. Peccatum est auersio a bono incõmutabili et conuersio ad bonũ cõmutabile. Merito ergo potest dicere omnis peccator illud Psal. Miser fact9 sũ et curuatus sum vsq in finem. Dicit ãt: vsq in finem: quia ex quo quis est incuruatus seu inclinatus est aliquid vicium difficulter iterum erigitur et ab illo retrahitur. Da exemplũz de falcone fametico: qui si descendens in terram predam rapuerit non defacili eam relinquet quoadusq plene saturat9 fuerit. De hac autem incuruatione mentis quam facit peccatũ figuram habemus. ij. Parali. vlt. vbi legitur q cũ Nabugodonosor teneret Manassem regem iuda captiuũ apud Babiloniaz: dixit ipse Manasses ad dominum. Peccaui super numerũ arene maris: et incuruate sũt iniqtates mee: incuruatus sũ multo vinculo ferri: et non est respiratio mihi: q2 excitaui iracũdiam tuam: et malum

coram te feci/statuens abhominationes et multiplicans offēsiones.

¶ Moraliter Manasses qui interpretatur obliuiosus signat quemlibet peccatorē: qui oblitus est domini creatoris sui. Deutro.xxxii. qui quādoqꝫ tot peccata cōmisit ꝙ ignorat numerum illorum. Ideo potest dicere. Peccaui super numerum arene maris. Hic ergo Manasses incuruatur multo vinculo ferri: quando cathenis ferreis peccatorum oneratur et ligatur: quia vt habetur Prouerb.v. Iniquitates sue capiunt impium: ꝛ vinculis peccatorū suorum quisqꝫ constringitur. Dicat ergo ipse peccator cū Psal. Funes peccatorum circūplexi sunt me. Quale igitur remediū pro huiusmodi onere sic inclinante deponendo. Certe orandus est deus vt hoc faciat dicendo ei illud Ep.lviii. Solue fasciculos deprimentes. id est peccata deprimentia animam ad terrena: et demū ad inferna.

¶ Secundo peccatum comparatur oneri ratione fatigationis. Onus enim graue multū fatigat portantem: sic et peccatum animam. Iugū enim christi leue est secūdū illud Math.xi. Iugum meum suaue est: et onus meum leue. Sed iugum diaboli qḋ est pctm̄ vtiqꝫ graue est et fatigatiuum. De quo. Eccli.xl. Iugum graue super filios Adā: scilicet peccatū cui subiciunt oēs Ade filii. Et ꝗuis pctm̄ nō videat graue ꝛ fatigatiuū ꝑ pn̄ti: bn̄ tn̄ apparebit graue i futuro. Unde ꝛ damnati dicunt illud Sap.v. Lassati sum⁹ in via iniq̄tatis ꝛ ꝑditionis: ꝛ ambulauim⁹ vias difficiles. Nā frequēter plus laborāt hoīes ad ꝑficiēdū sua peccata. ꝗ̄ iusti ad iustitie opera. Sicut patet de fornicatore vel adultero: q̄ maioribus laboribus ꝛ ꝑiculis se exponit ad habendū intentū: licet frequēter deficiat: ꝗ̄ bon⁹ religiosus ad surgēdū ad officium matutinū. Hoc idē patet de illis q̄ libentius vacant ꝑ totā noctē ludo chartarū ꝛ alearū ꝗ̄ iusti ꝛ deuoti oroni et contēplationi ꝑ mediā horā. Non solū aūt damnati dicere pn̄t. Lassati sumus in via iniq̄tatis vias difficiles ambulauim⁹: sed ꝛ pctōres adhuc in terris ambulātes. Nōne auari mercatores: q̄ subsūt tot et tantis ꝑiculis: mō in mari: mō in terris per insidias latronū: mō in hospitio: vel foro ꝑ inuidias sociorū/ dicere possunt. Vias difficiles ambulauimus. Nōne etiā nobiles huius scl'i q̄ tot exponūt in fastu seculi: siue in equis siue in famulis siue in vestimentis ꝛ hmōi/ inueniunt se aliquādo lassatos? ꝛ hanc viā difficilē? Similiter clerici vel layci q̄ curas regum vel principū: aut epoꝝ ingrediunt ad seruiendū ꝑtextu alicuius officii: vel beneficii obtinendi: aliq̄n ꝑ decē annos vel xx. manētes in principio tertii nocturni officii defunctoꝝ q̄ incipit. Expectās expectaui. Nōne tales inueniūt talē vitā difficilem: ita vt merito dicere possint. Lassati sum⁹ in via iniq̄tatis. Certe testis est consciētia eorū: nisi mētiri velit ꝙ sic. Sed audiāt tales illū Treñ.v.

Lassis non dabatur requies. q. d. quod qui lassantur in via iniquitatis: et in officio diaboli in presenti / non dabitur requies in futuro: sed transibũt de labore in laborem.

¶ Tertio peccatum comparatur oneri ratione retarditatis Sicut enim onus graue retardat ipsum portantem: siue hominem siue iumentum a motu progressiuo et maxime a motu sursum: ita et peccatum impedit et retardat a matu progressiuo in celum. Unde cum psal. quesiuisset. Quis ascendet in mõtem domini. Responsum est ei a spiritu sancto Innocens manibus et mundo corde. &c. eo scilicet quod tales nihil habent graue quod eos retardet a tali ascẽsu. Qui ergo sunt nocentes manibus: vt fures et latrones. Et immundi corde: vt luxuriosi et auidi: illuc non ascendent / eos retardante suo peccato: sed potius in infernum descendent: quia cum peccatum sit de natura grauitum vt dictum est: graue enim naturaliter tendit deorsum? Sequitur: quod tales debent descendere in infernum. In cuius figura Egyptũ qui erant grauissimi peccatores descenderunt in profũdum maris rubri quasi lapis. Exod. xv. Si igitur velimus ascendere in celum agamus secundum consilium Pauli. Heb. xij. dicentis. Deponentes omne pondus. Glo. interl. peccati quod iam inest. Sequitur. Et circunstans nos peccatum. Eadem glo. qđ circunstat et imminet: etiam si nondum insit: curramus ad propositũ nobis certamen quod scilicet diabolus nobis propositurus est in mortis articulo. Notanter autem dicit Curramus: ad insinuandum quod illi qui deposuerunt omne pondus peccati per veram confessionem non debent timere certamen: et conflictum: quem habituri sunt cũ demone in mortis articulo: qr preualebunt contra eum in nomine domini: sicut et Dauid cõtra Philisteum. i. Reg. xvij.

¶ Quarto peccatum comparatur oneri ratione precipitationis. Sicut enim grauiter oneratus leui impulsu seu leui offendicula cito precipitatur: ita et peccatum cito facit precipitare hominem in inferno leui offendiculo dato: vtpote febre continua: peste: gladio. igne: aqua et huiusmodi. Unde Job. xxi. Ducunt i bonis dies suos et in puncto ad inferna descendunt. Ibi etiam scilicet ad inferna. vt dicit Psal. eeciderunt qui operantur iniquitatem: scilicet demones expulsi sunt: scilicet de celo: nec potuerunt stare: videlicet in predicto loco p̄cipitante eos peccato eorum. Unde Grego. Quid celo securius: quid paradyso iocundius: et tamen diabolus de celo: et Adam cecidit de paradyso. Uel non potuerunt stare scilicet tam angelus quam homo. id est resistere quin de predictis locis expellerẽtur. De hac precipitatione in infernum figuram habemus. iiij. Reg. ix. vbi habetur qđ Hyeu veniens in Israel et videns illam maledictam Jezabel in habitu meretricio respicientem eum per

fenestram ait eunuchis ipsius Jezabel. Precipitate eam deorsum. Et fecerunt. Et aspersus est sanguine paries: et equorū vngule qui conculcauerūt eā. Necq remansit de corpore eius ītegrum quicquam preter caluariam et pedes ꝛ et summas manus.

¶ Ad propositum. Per Hyeu qui interpretatur commotio significatur mortale peccatum: quod facit commotionem mirabilem inter deum ꝛ hominē: secundum illud Es. lix. Iniquitates vestre diuiserūt inter deū et vos: ꝛ peccata vestra absconderunt faciem eius a vobis. Jezabel autem animam peccatricem significat: que frequenter respicit per fenestras sensuum humani corporis hyeu transeuntem: ꝛ hoc fit maxime quando querit occasiones peccandi per incautum et curiosū aspectum. Sed tandem videlicet in mortis articulo iste hyeu repente precipitat eam deorsū scilicet in infernum: et tūc conculcatur ab omnibus demonibꝰ. Et de hoc scribitur Job. xl Ecce spes eius frustrabitur eū supple peccatorem: vel qꝛ credebat diutiꝰ viuere: vel qꝛ presumebat tandem deū misericordem ꝛ propiciū inuenire. Sequitur Et videntibus cunctis precipitabitur scilicet in infernū. Dicit autē videntibus cūctis: qꝛ talis precipitatio fiet in presentia omniū angelorum et demonū: hominū iustorū et peccatorꝝ quando scilicet christꝰ dicet his: qui a sinistris eiꝰ erunt. Ite maledicti in ignem eternum Math. xxv. O terribilis et stupenda precipitatio. O quam profūdus descensus: et quam horrenda abyssus. Possumꝰ etiam referre hanc precipitationem quam facit onus peccati ad vitia inter se. Nam vt dicit Grego. super Ezechielem omel. xi. Unū peccatū est aliqñ cā peccati tantū vtpote primū quod est cā secundi: aliqñ vero simul est cā peccati et pena pcti: cā quidem peccati sequentis: pena vero precedētis Et dat exemplum de concupiscētia rei aliene: que aperte rei peccatū est: ꝛ cā peccati sequētis scilicet furti: ipm aūt furtū ꝛ peccatum est et pena peccati prioris simulcꝫ causa pcti sequētis videlicet piurij. Nam communiter furessi adiurētur de furto solent peierare nisi timeant hoc posse pbari. Pōt etiā dari exēplū de concupiscētia vxoris aliene q̄ pctm̄ est ꝛ cā peccati: scilicet adulterij. Ipm aūt adulteriū habet tria: s. est em̄ in se pctm̄ grauiꝰ cōcupiscētia ipsa ex qua orit: est ꝛ pena pcti prioris: qꝛ si cōcupiscēs deleuisset p pniam ipam cōcupiscētiā nō fuisset secutū ipsū opꝰ exteriꝰ: scilicet adulteriū: est preterea causa pcti sequentis videlicet vxoricidij vel hmōi. Insup secūdū ꝙ pulchre deducit idem. Greg. vbi supra omel. xij. Unū peccatū mortale de facili inducit ꝛ trahit ad sex alia capitalia pctā. Et de hoc exēplificat ibi: vide textum. Patet ergo ꝙ bene. Psal. comparat peccatuꝫ oneri. d. Sicut onꝰ. ꝛc.

¶ Preter hec est iterū notandū ꝙ quolibet peccatū mortale quantuncūcꝫ paruum est

onus supra modũ graue: adeo vt etiã excedat in grauitate cetera grauia: quod patet sic.

¶ Primo nempe si esset lapis molaris vel vnus mons ferreus extra circunferentiã primi mobilis: vt pote in celo empyreo nõ caderet deorsum sed retineretur ibi aut ꝑpter soliditatez ipsius celi: aut ꝑpter defectum mediũ in quo moueri posset. Modo sic est ꝙ pctm̃ mortale est adeo graue ꝙ sp̃z nõ potuit portare celũ empyreũ: sicut patuit in ruina primi angeli: cui dictũ est. Ad inferna detraheris in ꝓfundũ abyssi Es. xiiij. Nec mirum si celum nõ possint sustinere vnum mortale: cũ etiã non possit sustinere minimum veniale. Nã si aĩa btĩ petri haberet vnicum veniale illico descenderet in purgatoriũ: qꝛ sicut nihil coinquinatũ aut abominationẽ faciẽs intrabit in illam celestẽ ciuitatẽ vt habetur Apoc. xxi. ita nihil coinquinatum ibi manere potest.

¶ Secundo nullũ graue descẽdit sub terra. immo om̃ia grauia naturaliter quiescũt in superficie terre solide. sicut patet de grauissimis turribus ꝛ edificiis solidis que habẽt fundamẽtum in terra solida que tanꝗ̃ elementũ grauissimum substat omnibꝰ rebus vt habeť. ij. de celo. Modo sic est ꝙ pctm̃ facit descẽdere in inferiores partes terre ita vt ipm̃ non possit terra sustinere sicut patet Numeri. xvi. vbi legitur ꝙ cũ dathã/ chore/ꝛ abirõ suscitassent murmur ꝛ seditionẽ in populo cõtra moysen ꝛ aaron aperta est terra sub pedibus eorum que aperiens os suum deuorauit illos cũ tabernaculis suis ꝛ vniuersa substantia eoꝝ. Descẽderũtqꝫ viui in infernũ operi humo. Super quo dicit dñs Hugo cardi. ꝙ per infernum in ꝓposito intelligiť inferior pars terre vbi corpora illoꝝ trium remanserunt anime vero in locum tormentoꝝ. i. in infernuz dãnatoꝝ abierunt ibi perpetuo cruciãde. Sic̃e quasi huic narratur de corpore pylati qꝺ cũ ꝓiectũ fuisset in quẽdã puteum iuxta Lugdunũ in tã ꝓfundam abyssum mox descendit: ꝙ non tam mirandũ ꝗ̃ stupendũ sit. Vñ vsqꝫ in hãc diem abyssus illa nomẽ sibi vendicauit. qꝺ puteus pylati diciť. Ex quo ferũt nõnulli qñqꝫ fulgura ꝛ choruscatiões exalare Refert etiã dñs Anthoninꝰ florẽtinus. i. ij. p. cronice sue. t. xiiij. c. ij. §. iij. de Carolo Martello patre Regis pipini: ꝙ rexit Remp. in regno Francie: eo ꝙ Childericus rex omnino erat ad hoc inhabilis. Sed quia dictus Carolus concessit militibus suis decimas ecclesie loco stipendiorum. Ideo post eius mortem Btũs Eucherius Aurelianensis eṗs vidit animam suam apud inferos. Et p̃terea cum fuisset eius cadauer sepultum apud sanctũ Dionysiũ in Francia post dies aliquot iterum apertũ est predictũ sepulchrũ: nec ibi inuentũ est predictum corpꝰ; sed loco illiꝰ ingẽs serpens repertus est. Creditur ergo verisimiliter ꝙ predictũ cadauer non potuerit sustinere sepulchrũ ipm̃ neqꝫ terra ꝓpter peccatũ sacrilegij qꝺ com

miserat in depredatione decimarum: sed post dathan et abiron descenderit in abyssum. Multa his similia leguntur in multis historiis: que breuitatis causa missa facienda iudicaui.

¶ Tertio. Nullum graue descendit subito sed in tempore: peccatum autem subito et instanta nee miseram animam quam primum a corpore exuta fuerit ad infernum pertrahit secundum illud Job.xxi. Ducunt in bonis dies suos et in puncto ad inferna descendunt. Item in Psal. Subito defecerunt: scilicet peccatores de presenti vita: et subito inquam perierunt propter iniquitatem suam. Est autem grauitas peccati talis ac tanta quod si esset vnus mons ferreus qui protenderetur a summo celo vsque ad profundum abyssi, adhuc nihilominus peccatum instantanee ipsum penetraret de parte in partem. Sed proh dolor. ista male attendunt miseri peccatores qui non cessant addere peccata peccatis et in dies aggrauare onus peccati et consequenter suam damnationem.

D ¶ Et hoc fuit ostensum beato Arsenio de quo legitur in vitis patrum quod semel vidit demonem in specie nigerrimi ethiopis facientem fasciculum vnum ex paruis lignis quem cum fecisset et ipsum eleuare tentasset, vidit quod leuis esset. vnde postmodum tantum apposuit de lignis quod nedum leuare: sed neque mouere ipsum posset. Quem cum vir dei adiurasset respondit se demonem esse qui in tali opere et negocio ostendebat maximam peccatorum fatuitatem, qui postquam peccauerunt possent si vellent cum dei adiutorio statim se de peccato suo expedire. cuius contrarium facientes adiiciunt peccata peccatis et in breui tot in conscientia sua congregant peccata quod tantam sarcinam nequeunt per penitentiam portare ita vt merito dicere possit cum psal. sicut onus graue grauate sunt super me/ supple iniquitates mee Magna profecto miserorum peccatorum fatuitas in hoc ostenditur quod cum diabolus dicat eis appone iniquitatem super iniquitatem. Item qui in sordibus est sordescat adhuc christus vero dicat. solue fasciculos deprimentes: id est proiice longe a te peccata tua que deprimunt animam tuam in infernum et que erunt materia cum qua cremabitur misera anima nihilominus peccatores potius audiunt diabolum quam christum quasi preelegentes damnari cum suis peccatis quam saluari sine illis.

¶ Lectio.xxix.

¶ Putruerunt et corrupte sunt cicatrices mee a facie insipientie mee.

¶ Postquam penitens in precedenti lectione ostendit peccatorum quantitatem seu grauitatem maximam, tum ex parte culpe: quia supergrediuntur caput peccantis et perueniunt vsque ad deum tum ex parte pene. quia sicut onus graue grauant: et trahunt animam ad penam eternam et ad profundum abyssi. Consequenter hic ostendit eorundem peccatorum qualitatem seu abhominationem: quia putruerunt et corrupte sunt etc. Sup quo dicit glo. Interl. quod iste cicatrices sunt plage ani-

me per baptismum tamē vel pe nitentiā curate et sanate. que putrescunt quando peccato cō sentitur. corrumpuntur autē dum ad actū peruenitur ⁊ hoc totū a facie insipientie ipsiusmet pctōris: et ideo alteri hoc malū non debet imputare. non deo nō demoni, nō syderib⁹ nō cōplexioni: sed ꝓprie insipientie seu malicie. vñ Gre. sup hoc passu. Quid inqt ꝑ vuln⁹ nisi pctm̄ exprimit? Quid vero per cicatricē nisi penitentie actio designat. Qui enim per penitentie lamenta pctm̄ corrigit quasi cicatricē vulnerari superducit. ꝙ si dimisse nequitie mē tem iteradum deletionem pertrahunt superducte vulneri cicatrices putrescūt Cicatrices nāqꝫ putrescere. est sanata iam pctōrū vulnera rursum in tentationem serpere atqꝫ de eorū iteratione delectationem sentire. Uel cicatrices putrescere. ē ex pctōrū suggestionibus post superinductā penitentie cutē iterū culpe dolorem in occulto cordis per putridas cogitationes ꝑpeti, ⁊ tandem per opus miserū quasi effuso fetore corrumpi. Quare aūt sibi contingit istud ostendit cum ait. a facie insipientie mee. Per insipientiā nāqꝫ negligētie vuln⁹ iā sanatū cōputruit dū peccatrix aīa sue salutis imemor ad pora pctā reddit. hec Greg. Sed qꝛ diuersi diuersimode hūc textum exponunt. ideo multorum opiniones narrare nō erit omnino inutile.

A ¶ Primo igitur secundum glo. ordi. per cicatrices intelliguntur macule peccatorū. Nā sicut ex vulnere illato remanet cicatrix i corpe sic ex actu pcti ꝙ̄uis transeunte. macula remanet in mente que non nisi ꝑ penitentiā delere potest. De hoc figura legitur. Luc. x. vbi habetur ꝙ latrones vulnerauerunt quēdam hominem transeuntē viam suā. Et plagis impositis abierunt semiuiuo relicto. Et quid latrones nisi demones significant? qui dum deprędari volunt thesaurum conscientiarum nostrarum. tandem percutiunt attrocissime cū ad pctm̄ pertrahunt ex quo actu ꝙ̄uis transeunte. remanet nihilominus culpa seu macula in mente per quā quis quoadusqꝫ ꝑfecte penituerit formaliter denominat peccator. Sicut pulchre deducit. d. s. i. ij. q. lxxxvi. art. i. ⁊ ij. Et ad hoc propositū facit illud. Josue. xxij. An parum vobis est quod peccastis in beelphegor: et vsqꝫ in presentem diem macula huius sceleris in vobis permanet. Huius modi autē macula quāto diutius detinetur in mente. tanto plus putrescit et fetet corā dei maiestate. Sicut ergo non est sanus qui cicatrices habet in corpore que putruunt ⁊ fetent sic nec ille in cuius conscientia peccatum latet vel macula remanet.

B ¶ Secundo per cicatrices secundū dominū hugonē car. intelliguntur peccata cordis. Quando enim factū exterius intermittitur. aut propter humanam verecundiam. aut propter pene timorem. aut propt̄ exequendi impossibilitatem: et tamen parua voluntas interi⁹

latet et recluditur non sana- tur cicatrix illa: sed putrescit et magis ac magis corrumpitur Sicut ergo sirurgici solent pri mum vulnus leuare aqua cali da. deinde hinc inde circunspi ciendo materiam peccantē in- terius latentem emplastris et huiusmodi extrahere? scientes non posse membrum mederi in cuius visceribus latet virus. Sic et spiritualiter primum ne cesse est cicatrices cordium no strorum sanare. nō tantum su- perficialiater et exteri9 sed ma gis interius. Et hoc est quod precepit dominus faciendum Esaye. i. lauamini mundi esto- te. auferte malum cogitationū vestrarum. A corde ergo inci- pienda est curatio anime alio quin non sanatur vulnus licet cicatrix obducatur exterius. sicut patet in corporalibus q̄ tum ad eos qui patiūtur apo- stemata currentia seu fixuras. que si claudantur antequā ple ne euacuata fuerit peccās ma teria intus latens communi- ter sequitur mors. Ita in pro- posito suo modo dicēdum est de occulte peccantibus et sua pctā confiteri erubescentibus hoc tamē procedit in magna et dānabili ipsorum pctōrum insipiē tia. ideo subditur a facie insi- pientie mee. Si enim sapiens esse peccator deberet attende- re ad illud christi verbū. Mat. x. Nihil opertum quod non re ueletur et occultum quod non sciatur.

C ¶ Tertio per cicatrices se- cundum dominum petrum de pal. intelligitur originale pec- catum. quod et si remittatur in baptismo totaliter videlicet quo ad culpam et penam vt habe- tur in conse. dist. iiij. paruulo. Remanet tamen fames: quādo igitur quis post baptismum re cidiuat per mortale peccatum tunc ille cicatrices originalis peccati: id est reliquie ex eo de relicte incipiunt putrescere et corrumpi et hoc a facie insipi- entie ipsius recidiuantis. Et non solum immortaliter peccā te istud locum habet: sed et in quolibet baptizato cum ad an nos peruenit discretionis et le gittimam attinet etatem inci- pit obducta cicatrix origina- lis culpe putrescere et corrum pi per regnascentem fomitem et rebellantem concupiscentiam secundum q̄ sanctus ille Pau lus. Ro. vij. dicebat video inq̄t aliam legē in membris meis. i. fomitē. vt dt glo. Interl. repu- gnantē legi mentis mee. i. recte rationi que dicat non esse pa- rendum concupiscentie.

D ¶ Quarto magister Nico- laus gorram per cicatrices in- telligit penalitates et miserias que remanent post baptismum tāquā vestigiū originalis pec- cati. que quidem penalitates putruerunt et corrupte sunt. eo q̄ ducūt ad corruptionem et tandem ad mortem. Ista eīm sunt stipendia peccati origina lis de quibus Apo. Ro. vi. sti- pendia peccati mors.

E ¶ Quinto per cicatricesque exterius videntur sane quan- doq3 tamen interius sub eis la tet morbus potest intelligi pec catum hypocrisis. Sepe enim sub velamine sanctitatis mul- ta peccata etiam grauia latēt.

Propterea qd Christus cōpa=
rat tales hypocritas sepulchris
Matth.xxiij.ita dicens.Ve vo
bis scribe & pharisei hypocri=
te: qr similes estis sepulchris
dealbatis que a foris parēt ho
minibus speciosa. intus vero
plena sunt ossibus mortuorum
et omni spurcitia. Super quo
Chrysostomus. Dic hypocrita
vt quid non vis esse, quod vis
apparere. Esto ergo quod ap=
pares/aut appare qd es. Bene
autē cōparat Christus hypo=
critas sepulchris. Dicitur enim
sepulchrū quasi semipulchrū.
Sic & hypocrite nō plene pul=
chri sunt: sed tantū secundum
partē scilicet exterius. Unde figu
rantur per illud ydolū qd dice
batur bel. de quo dr Dan.xiiij.
q exterius ereū erat: sed inte=
rius luteū. Huius generis sūt
nonnulle mulierculae q sub cu=
iusdā sanctitatis velamine ge
runt interius virus iniquita=
tis. De quibus psal. Filie eo=
rum composite circūornate vt
similitudo templi/ videlicet ex
terius et hoc in gestu. ornatu
verbo & huiusmodi.

F. ¶ Sexto p cicatrices possūt
intelligi. queque iniquitates si=
ue spirituales siue corporales
Quod ergo dicit. Putruerunt
referendum est ad iniquitates
corporales secūdū illud Joel.
i. Computruerunt iumenta in
stercore suo. qd exponēs Gre.
xxiij. Moral. ca.viij. dicit. Ju
mēta quippe in stercore suo cō
putrescere. est carnales homi=
nes in fetore luxurie vitam fi=
nire. Vel secūdum Hiero. Ille
in stercore computrescit cuius
deus venter est. Et reuera ho=
mines gulosi & vinolenti bene
putrescere dicuntur. Nēpe ha
bent anhelitum putridum: na=
res/aculos/os/ guttur. & simi=
lia spurcitia plena. ita vt vo=
mere plerunque cogantur. Ecce
quomodo putrescunt cicatri=
ces carnaliū peccatorum. Quod
vero subditur & corrupte sunt
ad iniquitates spirituales re=
ferri debet que secundū Augu
stinum sunt maioris grauita=
tis quamuis minoris infamie.
He autē iniquitates in se cor=
rupte sunt, corrumpuntque ani=
me decorē intellectus clarita=
tem voluntatis rectitudinem.
sicut patet de superbia/ira/in=
uidia/auaricia/ & huiusmodi.
Ecce ergo quomodo cicatrices
derelicte ex actu peccati carna
lis, putruerunt, & similiter cica
trices derelicte ex actu peccati
spiritualis, corrupte sunt. Et
hoc totū non a deo. non a dia=
bolo: sed a proprio actore. ideo
subdit. a facie insipiētie mee. i.
propter insipientiam meam: qr
si sapiēs fuissem non vtique per
misissem peccata mea sic putre=
fieri aut corrumpi: sed ea cito
ostendissem perito medico ani
marum & medelam recepissem.
At vero ego insipiēs & stultus
pctor tanquam insensibilis nō sen
si dictam putrefactionem: aut
corruptionē: sed ad illā veloci
ter cucurri tanquam porcus ad ster
cora & coruus ad cadauera. Et
ideo periculosiores i me extiterūt
dicte cicatrices: qr teste Am=
bro. Ille periculosissime egro=
tat. q se egrotare ignorat. Nō
enim talis prouidet sibi de reme
dio salutis: sed permittit suas ci
catrices diutius inueterasci. Sz

forte dicis. Non credo peccata esse tam abhominabilia et putrida vt dicitis. Alias eorum fetorē sentirent homines peccatores. Obiectum enim presens sensui causat sensationez. Sed vana est hec dubitatio. Non enim potest sensus lesus bene iudicare de obiecto suo. Quis enim simum habens nasum percipit fetorē anhelitus sui. Ita ꝛ in ꝓposito: Propterea merito dicere potest peccator illud Prouerb. xxiij. Uerberauerunt me: sed non dolui traxerunt me supple demones vel mea peccata in infernū: sed non sensi.

S ¶ Notandum est autē preterea quod sicut res corporales putrescunt et corrumpuntur multis de causis corporaliter. Sic ꝛ homines spiritualiter. putrescunt autē res corporales propter sex rationes.

Res ꝑpter
- Excessum humoris.
- Accessum caloris.
- Processuz tumoris.
- Recessum vigoris,
- Defectum salis.
- Nimietatez quietis.

¶ Primo igitur dico quod aliqua res putrescit ꝛ corrūpitur propter excessum humoris: sicut patet in podagris. Sic et homo spiritualiter putrescit ꝛ corrumpitur propter excessum et abundantiam humoris boni temporalis. aut etiam prosperitatis corporalis secundū illud Joelis.i. Computruerūt iumenta; id est homines mundani: ꝛ qui nō sapiunt que dei sunt in stercore suo: hoc est in possessione temporalium bonorum que tanquam stercora estimātur a viris sanctis ꝛ spiritualibus secundum ꝙ Paulus de seipso loquitur Philip. iij. Omnia arbitror vt stercora vt Christum lucrifaciam. Unde in figura huius legiꝉ. Exo. vij. quod fluuij Egypti computruerunt intantum quod non poterant Egyptij bibere de aquis illis. Ubi ꝑ fluuios Egypti significantur diuitie huius mundi que fluunt de vno in aliū. Sed tunc putrescunt quando nimis in vno loco coarctantur. Exemplum de aqua maris que si relinquatur in suo cursu seu fluxu naturali nunquā putrescit quod si in aliquo vase recōdatur cito corrumpitur et fetere incipit. De hoc etiam aliam figuram legimus. Exod. xvj. de manna quod reseruatū plus debito incipiebat scaturire vermibꝰ ꝛ putrescere. Quid autem māna nisi temporalium abundantiam designatur: que si plus isto possideantur ꝛ reseruanꝉ putrescere faciunt humanam mentem propter abusum. vt enim dicitur Eccli. xi. Si diues fueris: id est esse desideraueris, non eris immunis a delicto. cuius ratio est: quia aut male cupies et congregabis, aut male retinebis.

¶ Secundo aliqua res putrescit ꝛ corrumpitur propter accessum caloris. Sicut videmus in estate fimum, cloacam: et similia immunda plus putrescere ꝛ fetere quā in hyeme: ꝛ hoc propter alterationem ꝛ ardorem solis. Idem etiam iudiciū est de vino quod citius corrūpitur: ꝛ in acetum conuertitur in estate quā in hyeme propter

eandem causam. Sic et homo spiritualiter putrescit et corrũpitur propter ardorem concupiscentie que magis feruet in estate iuuentutis quam in hyeme senectutis: et magis in delicijs quam in abstinẽtijs: quia teste Hiero. Venter mero plenus de facili spumat in libidinem. Omnis ergo talis carnalis homo põt dicere illud Job vij. Induta est caro mea putredine et sordibus pulueris. Sed quid sordes pulueris nisi immundiciam cogitationum carnalium designat: Que quidem sordes miseram animam maculat simul et corpus dum cõsummatur nephariũ opus. De hac autem corruptione figura legitur. Exod. viij. vbi dicitur q postquã ad preces Moysi mortue essent rane que erant tã in domibus quã in villis et agris Egyptiorum: tandem congregate sunt in aggeres immẽsos et exinde cõputruit terra. Ad propositum per ranas que viuunt et generantur in aquis lutosis et paludibus delectationes carnales designantur: que ex corruptiõe carnis peccatricis producuntur. Tunc autem in immensos aggeres congregantur quando effrenate homo illas prosequitur. Et tandem computrescit terra humani corporis quando fetor luxurie egreditur: nunc per oculos nunc per linguam: nunc p alia organa. Et quemadmodũ res putrida de facili exalat fetorẽ suum ad loca vicina et propinqua: ita et homines luxuriosi non possunt continere putredinem suã intra se: sed etiã emittunt et dilatant ad circunstantes vt sic eos inficiant sicut et ipsi infecti sunt: secundũ quod dicit apostolus. i. Corinthiorũ xv. Corrumpũt bonos mores colloquia praua.

¶ Tertio aliqua res putrescit et corrumpitur per processum tumoris seu inflationis: sicut patet in cadaueribꝰ que prius intumantur: deinde incipiunt putrescere. Hoc idem videmus in apostemate contingere. Sic et homo spiritualiter putrescit per tumorem seu inflationẽ superbie et pompe mundane: secũdum quod dominus Hierem. xiij. loquitur dicens. Putrescere faciam superbiã Juda et superbiam Hierusalem multam: populum istum pessimum qui nolũt audire verba mea: et ambulant in prauitate cordis sui Sequitur. Et erunt sicut lumbare istud q nulli vsui aptum est: quasi dicat: quod sicut lumbare putridum et immundum proijcitur in sterquiliniũ cum alijs immundicijs: ita et superbi homines qui tã gloriosi apparent in presenti vita: tandem proijcientur in sterquilinium inferni confusibiliter. Et tunc poterit de eis dici illud Treñ. iiij. Qui vestiebantur voluptuose interierunt in vijs: qui nutriebantur in croceis amplexati sunt stercora. Nunquid Roboam valde intumescebat per superbiã quando dicebat. Minimus digitus meus grossior est dorso patris mei. iij. Regũ. xij. Similiter nunquid valde inflatus erat p superbiã Pharao rex Egypti q̃ dixit ad Moysen sollicitantem eum ex par=

te dñi dimittere populū suum Quis (inquit) est dominus vt audiam vocem eius. Nescio dominum et israel non dimittam Exodi. v. Taliter etiam in tumescebat superbissimus ille Nichanor: de quo. ij. Macha. vltimo legitur quod cum audisset a iudeis contra quos preliari disponebat non licere preliari in die sabbati: eo ꝙ esset vnus summus dominus in celo qui iussisset agi diem septimā. Respōdit infelix cum superbia dicens. Et ego (inquit) potēs sū super terram qui impero sumi arma ꝛ negocia regis demetrij: cui⁹ scilicet bella gerebat impleri. Sed non euasit tā superbus homo dei iudicium.
Nam contra eum preliante Juda machabeo cum paucis ex iudeis de pplo suo occisa sūt. xxxv. milia preliatorum cū quibus et ipse miserabiliter interijt. Caputq₃ eius cum manu ꝛ humero iussit Judas hierusalem afferri in signum victorie: et vt populus gratias ageret dño de tanto triumpho.
¶ Quarto aliqua res putrescit ꝛ corrūpitur per recessum vigoris: sicut videmus ꝙ homo ꝛ quecūq₃ viuentia putrescunt anima recedente a corpore: eo ꝙ non manet vltra vigor in corpore. Sic ꝛ homines spiritualiter putrescunt propter recessum gratie dei ab anima. Jn cuius anima figura dixit Magdalena ad Jesum de Lazaro fratre suo Jo. xi. Domine iam fetet quatriduanus in monumento. Sed prohdolor aliqui sunt mortui spiritualiter non tātum quatriduo: sed qua triennio aut decennio ꝛ et ideo multum putrescunt ꝛ corrupti sunt coram domino et sanctis eius angelis. Et profecto magna est fatuitas miseri peccatoris. Solent eñ quantotius homines grati corporaliter si bi prouidere de remedio oportuno repellando omnem putredinem. Miser autem peccator neduꝫ negligit periculosam egritudinem anime a se repellere per veram oris confessionem quinimmo videtur eam appetere ꝛ inuitare: dicens illud Abacuc. iij. Jngrediatur putredo in ossibus meis et subter me scateat quasi dicat. Beneuenerit peccatum putridum ꝛ fetidum in anima mea: et non tātum exterius maneat sed ingrediatur i ossib⁹ meis penetrando vsq₃ ad intima cordis ꝛ cōsumendo medullam ossiū meorum: id est virtutum et meritorum omniuꝫ. Et non solum ad horam ingrediatur in ossibus meis: sed admodum strat⁹ subter me scateat id est ferueat et ebuliat. Et hec est magna peccatorum fatuitas.
¶ Quinto aliqua res putrescit et corrumpitur per defectum salis: sicut videmus de carnibus recentibus que si per plures dies seruantur absq₃ sale incipiunt mirabiter scaturire vermibus. Similiter ꝛ pisces qui adhuc citius et abundantius putrescunt nisi sale condiantur. Sic et homines spiritualiter putrescūt ꝛ corrūpuntur ꝑpter defectū salis sapientie ꝛ prudentie sicut sunt illi q̄ tota solicitudine versātur circa tēporalia: ꝛ de spūalib⁹ aut

nullo modo/aut paru curant. Merito ergo tales dicere possunt. Putruerunt et corrupte sunt cicatrices mee. i. culpe et iniquitates mee: a facie insipientie mee: q2 si fuissem bene sapies apposuissem sal discretionis in operibus meis preferendo animam corpori siue vesti/aut callige: que si incipiat putrescere aut corrumpi seu dilaniari per inueterationem/statim humana prudentia z solertia illi occurrit z puidet. Preferat igit pauper peccator cōsciētiam calige sue aut vesti: vt dicit Aug. de verbis dñi sermo xij. Sed profecto pauci sunt tales: ideo de multis potest dici illud. Deut. xxxij. Gens absq consilio z sine prudentia. zc.

¶ Sexto/aliqua res putrescit et corrūpitur per nimietatem quietis. Sicut videmus de blado in granario: quod tandem putrescit nisi moueatur statutis temporibus. hoc idem videmus accidere de aqua in vasculo reposita. Similiter z ferrum si dimittatur quiescere rubiginat z corrūpitur. Sic z homo spūaliter putrescit z corrūpitur propter nimiaz corporis quietem. Unde talis potest dicere illud. Job. xiij. Quasi putredo ↄsumendus sum/z quasi vestimentum quod comeditur a tinea. q.d. q sicut vestimentū in archa quiescens tandē comeditur a tinea: et sic corrūpit a vermibus: ita z homo vacās ocio z quieti a vermibus malarum cogitationum corroditur et corrumpitur: atq tandē putrescit in cōspectu domini. vnde Psal. Prodijt quasi ex adipe iniquitas eoꝝ: scilicet quietem corporalem z temporalem habentiū. Nam sicut adeps de facili putrescit z corrumpitur: atq scatet vermibus. Ita z de nimia quiete corporali scatuiunt vermes immūdarum cogitationū. Et de hoc historiaz habemus de Salomone q̄ quādiu fuit occupatus in edificatione tēpli sanctus fuit. At vero vbi constructo templo z domo regia dedit se quieti putrescere cepit z corrumpi per carnales delicias: sicut patet. iij. Re. xj. Similiter z de patre suo Dauid legitur. ij. Reg. xj. q cū misisset Joab principem militie sue contra filios Amō: ipse autem apud Hierusalez quieti et torpori se dedisset/statim cōputruit z corruptus est p adulterium cum Bersabee: qđ valde displicuit deo. Propterea Psal. postquam premiserat de ociosis hominibus/q prodijt quasi ex adipe iniquitas eorū mox subiungit dicens. Transierunt in affectum cordis. i. secuti sunt affectiones suas pessimas z impudicissimas. Summum igitur remedium ne homo putrescat et corrumpatur per nimiam quietem/est se dedicare cōtinuo alicui honesto exercitio: quia vt dicit Hieronymus. Non facile capitur a tentatore qui alicui bono vacat exercitio. Semper igitur (inquit idem hieronymus) aliqđ boni facito vt semper diabolus inueniat te occupatum. de consequenti distinctione. v. Nunquam.

¶ Lectio.xxx.

¶ Miser factus sum & curuatus sum vsque in finem tota die contristatus ingrediebar.

¶ Postquam Dauid in persona penitētis in precedenti sententia ostendit peccatorū horribilitatem ⁊ infamiā: quia putrescere faciunt infelicem animam in conspectu dei atqꝫ totius celestis militie: consequēter in hoc versu ostendit eorūdem peccatorum penalitatē dicens Miser factus sum. ⁊c. In quibus verbis penitens se humiliando confitetur suam fragilitatem dicēs. Miser factus scilicet. Hoc autem rationabiliter facit: quia teste Greg. Tāto vna queqꝫ anima fit preciosior ante oculos domini: quanto fuerit despectior ante oculos suos. Quid (inquit) infelicius quam infelicitatem suam non cognoscere: ⁊ inter ipsa vite discrimina nullum infirmitatis dolorem sentire? Sed sicut frenetici mentis alienationem tollerant cum se non solū nihil pati: sed etiaꝫ incolumes putāt: ita q̄ mortali carne circundatus erumnas presentis uite non senserit a virtute sapientie alienus existit. Hec ille.

A ¶ Notandum est autem ꝙ in predictis verbis quinqꝫ magna incōmoda tanguntur que peccatum mortale in anima operatur.

¶ Primo itaqꝫ peccatū depauperat animam / et spoliat eam omnibus bonis gratuitis que vnquam operata est prius. Istud incommodum tangitur cum dicitur Miser factus sum Et de hoc scribitur Ecclesiast. ix. Qui in vno peccauerit multa bona perdet: quia talis perdet charitatem que (vt dicit glosa interl.) est radix omniū bonorum ⁊ meritorum. Sicut enī in bello ex vno modico defectu in primo congressu confunditur ⁊ debellatur quandoque totus exercitus: sic ex vno peccato mortali perditur tot⁹ cumulus precedentium meritorum. Uel sic. Qui peccauerit in vno: supple mandato decalogi. vel ī vno opere malo multa bona pdet: videlicet omnia bona que ante fecerat. Unde Eze. xvi. Dicitur quod si auerterit se iustus a iustitia sua / et fecerit iniquitatem secundum omnes abhominationes quas operari solet impius nunquid viuet supple vita gratie ⁊ tandem glorie: quasi dicat nō: sed omnes iustitie eius quas fecerat non recordabuntur. Hinc dicit apostolus Jacobus. ij. capitulo. Quicunqꝫ totam legeꝫ seruauerit / offendat autem in vno factus est omnium reus: id est talis damnabitur ac si esset omnium peccatorum reus licet non tantum. Uel vt exponitur de penultima distinctione quinta. Fratres factus est omnium reus scilicet quantuꝫ ad vitam eternam. Qui enim in vno tantum peccato inuolutus est: ita vite eterne ianuā non intrabit sicut si omnibus peccatis esset inuolutus vt habetur ibidem. Talis tamē non punietur pro omnibus pecca-

tis / vt dicit glosa super dicto capitulo. Fratres. Ecce quam miser factus est peccator peccādo. Et de hac miseria loquebatur qui dicebat. Miseros facit populos peccatū. Prouerb. xiiij. Et reuera miseros tuz qz spoliat eos nudos omni gratia ꝛ virtute: tum quia subijcit eos diaboli seruituti. Jo. viij. Qui facit peccatuz seruus est peccati. Tum quia priuat celesti gloria que abūdat omni bono/ꝛ deprimit ad infernuz vbi regnat omne malum. De hac autem miseria figura legitur. Lu. xv. de filio prodigo: qui de maxima opulentia deuenit ad maximam egestatem: ita vt pascendo porcos cuperet replere ventrem suum de siliquis ꝛ cibis eoꝝ: nec istud poterat perficere. Sed prochdolor pauci non aduertunt ad hanc miseriam vt pote qui non credunt alias diuitias: nec paupertatē preter huius seculi: cuiusmodi sunt diuites et vsurarij. Unde contra quemlibet talem loquitur Johannes Apo. iij. dicens Dicis tu supple auare quia diues sum te nullius egeo. Et nescis quia tu es miser per carentiam gratie: ꝛ miserabilis per reatum pene eterne: ꝛ pauper bonis spiritualibus: ꝛ cecus qz non vides tuos defectus nec cruciatum inferni quo tu properas ꝛ nudus: id est virtutibꝰ spoliatus.

¶ Secundo peccatuz hominē debilitat ad bonum agendum. Nam ipsum prosternit ꝛ incurnat per illicitum amorem circa temporalia et terrena vt nō possit postea se erigere vt dicit interl. Et istud incommodum tangitur cum subditur. Et curnatus sum. Sicut enim paruuli solent iocando se incuruare vt vnus possit saltare super alium. Et similiter camelus solet se curuare vt sarcina supra eius dorsum ponat. Ita ꝛ peccatum curuare ꝛ inclinare facit hominē vt sic diabolus possit super eum ascendere. Unde Esa. li. Qui te humiliauerunt. videlicet demones dixerūt anime tue. Incuruare vt transeamus. Super quo Bernar. Nō credas dicentibus vt transeamus: habitare enim volunt nō trāsire: sed potius grauiter opprimere. Item psalmista loquitur de demonū malitia dicens Laqueū parauerunt pedibus meis: id est affectionibus ꝛ desiderijs meis: vt scilicet me allicerent ad peccatum ꝛ incurnauerunt animam meam: non tamen cogendo sed persuadendo. De hac autem incuruatione figura legit. Luce. xiij. Ubi dicitur quod cum Christus semel p̄dicaret die sabbathi i synagoga Judeorū adducta est ad eū mulier quedam que habebat spiritum immundum annis decem ꝛ octo. Erat autem dicta mulier inclinata/nec poterat omnino sursum respicere quam finaliter curauit Christus. Ad propositum hec mulier animam significat peccatricem quā inclinat versus terrena peccatum suum: ꝛ per peccatum diabolus ita vt nō possit deinceps sursum respicere ad deū oculos mentis eleuando: ꝛ gloriaz inestimabilē quā peccando amisit contemplan=

do. Et hoc est quod dicit Psal
mista de peccatorib⁹. Oculos
(inquit) suos statuerunt decli
nare in terrā. Hoc patet in vsu
rarijs ꝛ huiusmodi.
¶ Tertio peccatum hominem
impossibilitate ad resurgendū
quātum in se est. Et hoc nota-
tur cum subinfertur. Usq; in fi
nem supple incurvat peccatuz
hominem ne per penitentiā re
surgat. Sicut enim in aliquib⁹
regionibus propter certa cri-
mina solent quandoq; male-
factores sepeliri viui cum ap-
positiōe grauis lapidis super
pectus eorum ne resurgant de
fouea. Ita ꝛ diabolus apponit
super conscientiam peccatoris
illud grauissimū onus iniqui-
tatū de quo Psalmista. Sicut
on⁹ graue grauate sunt super
me. Unde idem psalmista pul-
chrē declarat hanc resurgendi
impossibilitatem quam opera-
tur ipsum peccatum ita dicēs.
Spiritus vadens et non redi-
ens: quasi dicat. Uadit homo
propria spōte ad peccatum ad
diaboli seruitiū: ad inferni sup
plicium: sed non redit nisi per
dei speciale adiutorium ꝛ bene
ficium. Unde glo. interl. Spiri
tus vadēs per se in peccatū: et
non rediens ꝑ se a peccato. Si
cut enim homo per se potest se
in profundam foueam precipi
tare aut seipsuz interficere: sed
non potest a fouea seipsum li-
berare: neq; se interfectū susci-
tare. Sic spiritualiter dicendū
est. Da etiam exemplū de libe-
ro: qui vltro se seruuz alterius
facit: sed semel seruus factus
non potest seruitutis iugū re-
pellere. Et similiter pauper vo
luntarie obligat possessionem
suā ad annuos redditus apud
diuitē pro certa summa dena-
rioꝝ: qui tamen deinceps non
potest dictam possessionē libe-
rā reddere: nisi hoc fuerit ap-
positum in forma contractus.
Sic ꝛ suo modo dicendū est in
spiritualibus. Et hoc est quod
dicitur. Prouer. ij. Omnes qui
ingrediuntur ad eam: scilicet
viam peccati ꝛ perditionis/ nō
reuertentur supple per se: nec
apprehēdet semitas vite: id est
dei precepta que ducunt ad vi
tam gratie ꝛ glorie. Propterea
Osee. xiij. loquitur dominus di-
cens. Perditio tua Israel: qua
si dicat. O Israel tu es causa ꝑ
ditionis tue. sed tantummodo
in me auxilium tuum: si supple
penitentiam egeris.
¶ Quarto peccatum hominez
quasi assidue contristat ꝛ spiri
tuali gaudio ꝑuat. Et hoc no-
tatur cū dicitur. Tota die con
tristatus: supple fui quandiu
peccato subiacui. Unde Augu
stinus lib. i. confessionum ait.
Iussisti domine ꝛ sic est: vt pe-
na sua sibi sit omnis inordina
tus anim⁹. Sicut ergo virtus
quandam spiritualem letitiaz
generat in anima secundum il
lud Sene. ad Lucilium. Sola
virtus prestat gaudium. Item
Isidorus libro soliloquiorum
dicit ꝙ bona vita semper gau-
diū habet. Et similiter Aristo-
telis in eticis dicit quod ne-
mo est qui non gaudeat opera
tionibus bonis. Ita etiā pec-
catum relinquit post breuē de
lectationem quasi continuam
tristitiam. Quis enim non con
tristaretur qui sentiret se con-

tinuo flagellari? Modo diabolus non cessat vexare: et quasi violenter trahere miseros peccatores de peccato in peccatū. Propterea Psalmista in persona peccatoris loquitur ita dicens. Contristatus incedo duȝ affligit me inimic⁹: supple diabolus. Et quamuis peccatores in peccando percipiant quandoque aliquam delectationeȝ: sicut patet in peccato gule: luxurie: ꝛ huiusmodi. Illa tamē delectatio bene care venditur eis: quia eā statim sequitur frequenter tristitia ꝛ doloꝛ. Et de hoc historiā habemus. ij. Reg. xiij. de Amon qui postquā oppressit sororem suam Thamar maius fuit odium quam amor quo eam prius dilexerat. Hoc etiam videmus in illis puellis que postquam stuprate fuerūt sentientes vterum suum intumescere adeo tristantur pre verecundia quod quandoq; procurant abortiuum: aut patriā relinquunt. Alie autem seipsas desperantes morti tradūt. A ¶ Sicut histo. habemus de Lucretia de qua refert Augustinus libro primo de ciuitate dei capit'o decimonono. quod cum vir suus Collatinus abesset ad eius lectulū clam venit quidā iuuenis filius Tarquinij Regis in dextra manu gladium euaginatum tenens: sinistra autem manu Lucretie pect⁹ opprimens. Tace inquit Lucretia filius Tarquinij suȝ ferrum in manu habens: quo morieris si voceȝ emiseris: addens quod eā occideret simulque ꝛ vnū ex suis famulis: cuius corp⁹ poneret ꝓpe corpus eius interfectuȝ in lecto: vt sic necata videretur propter sordidum adulterium. Ipsa autē Lucretia tali timore victa illi assensit. Cōpleta ergo nequitia iuuenis recessit. Ipsa vero merore plena misit Romaȝ ad patrem suum Lucretium ꝛ ad virum suum Collatinum. Quibus ambobus aduentatis illa flens et suspirans casum aperuit dicens ad virum suum. O chare Collatine corpus meum violatum est: sed mens insons extat: mors testis erit: moxque ferrum quod sub veste absconderat in proprio corde fixit: et seipsam interemit. hec ibi. Cōsequēter Augustinus post longam disputationem ibi concludit quod Lucretia contristata est non quidē de amissione pudicitie ꝛ castitatis: quin poti⁹ de amissione humane laudis ꝛ fame. Et propterea seipsam interemēdo ad eterna supplicia descendit. Hanc autem Lucretie historiam scribunt plures preter ꝛ ante Augustinus: vtpote Ouidius libro primo de fastis. Item Titus Liuius de origine vrbis libro primo. Unde ipse Ouidius eius epytaphiū fertur cōposuisse in hunc modum. Cum foderet gladio caltum Lucretia pectus. Sanguis ꝛ torrēs egrederetur ait. Testes procedunt me non fuisse tyranno. Ante virum sanguis: spiritus ante deos. Quā bene producti per me post fata loquentur. Alter apud manes: alter apud superos. Ecce ergo quomodo contristat peccatum.

¶ Quinto peccatum hominez

tandem in inferno concludit. Et hoc notatur cum subinfertur (ingrediebar) supple in infernum: et sunt verba peccatoris iam precognoscentis quod futurū est sibi intolerabile malum in alio seculo. Unde sanctus ille Job subsannat quemlibet damnatum ita dicens trigesimooctauo capitulo. Nunquid ingressus es profundum maris: et in nouissimis abyssi: id est inferni deābulasti? Nunquid apte sunt tibi porte mortis: scilicet eterne: et ostia tenebrosa viuisti? Et de hoc ingressu figuratiue legitur. Exod. decimoquinto. Ingressus est eques Pharao cum curribus et equitibus eius in mare: id est in abyssum inferni: et reduxit super eos dominus aquas maris: id est inferni supplicia.

Iste autem ingressus est mirabilis et valde formidandus: q2 qui illic ingreditur non egreditur: sed durissime religatur. Unde Matthei vigesimosecundo dixit. Rex ministris de illo qui venerat ad nuptias nō habens vestem nuptialez ligatis pedibus eius et manibus mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dētium.

¶ Ceterum notandum iuxta illam primā clausulam. Miser fact⁹ sum. quod multa sunt que faciunt hominem miseruz secundum mundum que spiritualiter intellecta faciunt eum miserum secundum deum. Et hec sunt que sequuntur.

¶ Primo quidē homo fatuus et insensatus reputatur miser quoad mundum: eo quod nescit se regere. Unū talis vocatur pauper miserabilis fatuus iuxta vulgare prouerbium. Sic et peccator vocatur miser quo ad deū: eo quod fatuus est: vtpote nesciens / aut saltem non volens se regere: secūdum dei legem et preceptum. Et de tali stultitia loquitur Salomō ecclesiastes: id est dic. Stultorū: id est peccatorum: vt communiter exponiī: infinitus est numerus. Nam tales multiplicati sunt super numerum: vt inquit Psalmista. Tales tamen fatui peccatores plerūqʒ plus habent de sapientia et astutia huius seculi quam iusti et boni. Citius enim vnus mal⁹ aduocatus adinueniet vnā cautelam contra iuris equitatem: quam iust⁹. Et similiter fallax mercator facilius prosperabitur quam probus et rectus. Et hanc sapientiam mūdani valde appreciantur. Sed vt dicit Apostolus Romanorum. i. Tales dicentes se esse sapiētes: videlicet in temporalibus / stulti facti sunt: supple in spiritualibus: vt exponit de Lyra. Quia autem peccatores sint fatui patet sic. Quis enim sane mentis diceret hominem non nisi fatuum qui desyderaret pasci veneno rebus et vilissimis: sueqʒ bone valetudini aduersariis? Huius autē generis sunt peccatores: secundum quod eos alloquitur Sapiens. Prouerbiorum primo. Usquequo inquit paruuli diligitis infantiā et stulti ea que sunt sibi noxia cupient. Diligere autē infanciā est diligere seculi vanitatē quam valde diligūt fatui pec-

catores: sicut patet de illis qui diligunt venari cum canibus vlulando per totam diē. Item qui diligūt volatum auiū cum multa perditione temporis et rerum secundarū. Item qui diligunt choreas et huiusmodi. Contra quos terribiliter clamat Psal. dicens. Filij hominū: non ergo amplius filij dei / vsquequo graui corde: supple: estis in hoc scilicet quod diligitis vanitatem ꝛ queritis mēdaciū. Addit ergo / ꝛ queritis mendacium: quia communiter vani homines ꝛ pomposi querūt alios decipere: etiam cum infinitis mendacijs. Accipiūt enim bona mercatorum ꝛ pauperum ad credentiam promittētes statuto tempore fideliter soluere: nec tamē ita intendūt sicut dicunt. Ecce quomodo q̄runt mendacium. Qr vero subditur. Et stulti ea que sibi, ꝛc. refertur ad temporalia q̄ sunt noxia anime multipliciter: aut quia nimis ardenter amantur aut quia male acquiruntur: aut quia indebite expēdūtur. Uel ideo dicuntur noxia: quia venenata. Unde quando Constātius contulit ecclesie imperiū occidentalem sub beato Siluestro audita est vox de celo dicens. Hodie infusum est venenum in ecclesia dei. Quia ergo peccatum reddat hominem miserabilem fatuum: historiā habemus de illo sapientissimo rege Salomone: cuius sapientia tanta fuit / vt neminem parem habuerit ante se: ꝛ tamen cum esset senex deprauatum est cor ei⁹ per mulieres alienigenas: ita vt coleret deos earū: vt habet. iij. Reg. xj. O quod sūt hodie tales fatui super terrā qui sequuntur cadauera muliercularum: non attendentes quam grauia tā parata sunt eis in inferno supplicia. Quid q̄so dicerent viri sapiētes si viderēt inpresentiarum aliquem crudelem tortorem habentez secū multas pulchras mulieres: et diceret viris circunstantibus. Eligite quā volueritis ex his et abutimini ea ad volūtatē: ꝛ estote securi quod post factum mox vos suspendam in hac arbore cum istis funib⁹ quos videtis pendentes in brachijs meis. Nunquid in illo casu illi essent bene fatui: ꝛ miseri q̄ vellent implere suam libidinē cuz aliqua illarum mulierū? Certe credo quod nullus vestrum vellet dicere oppositum. O miseri peccatores nescitis quod ille tortor crudelissimus inferni offert vobis delectationes immundas: tali tamen pacto quod si illis consenseritis indefectibiliter suspendet vos in patibulo inferni sine vllo remedio. Nonne hoc est quod dicit Apostolus Rom. vj. Stipēdia inquit peccati mors. Et eiusdem. viij. Si inquit secundum carnem vixeritis / moriemini: supple eternaliter. Cauete igitur vobis. ꝛc.

¶ Secundo homo secus reputatur miser quo ad mundū eo quod perdidit visum illius sensus qui est nobilior ꝛ delectabilior: eo quod plures rerū differentias nobis ostendat: vt dicit Philosophus. Unde cū Raphael apparens seniori Thobie salutasset eum dicens. Gau

de Thobia. Respondit ille dicens. Quale inquit gaudiū mihi erit: qui in tenebris sedeo: ꝛ lumen celi non video? Thob. quinto. Peccator autem spiritualiter cecus est secundum illud. Sapien. ij. Excecauit eos malicia eorum adeo: supple: ꝙ nescierunt sacramenta dei: neque mercedem sperauerunt iustitie. Nonne ille est valde cecus qui ambulat iuxta vnā cauernam profundissimā nec tamen aduertit: propter quod repente et subito in illam cadit? Sic autem est de peccatore in ordine ad abyssum inferni. Et de hoc Psalmista. In circuitu: supple abyssi seu putei infernalis impij ambulant/ et tandem in morte illic descendunt. Da exemplum de aqua que voluitur ꝛ circunfertur circa centrū alicuius abyssi: sed tandem illic descēdit nec vltra videtur. Et de hac cecitate figuram habemus. Judic. xvi. vbi legitur: quod Sanson deceptus a Dalida traditus est inter manus Philisteorum. Qui tenentes eum primo ipsum excecauerūt tandem eum molere fecerunt. Sanson igitur qui interpretatur sol fortis: quemlibet hominē significat: qui debet esse sol lucens per vite exemplaritatē. Item fortis contra vitia ꝛ demonis tentamenta. Hic igitur Sanson capiꝭ a Dalida: quando homo illudiꝭ a carne. Consequenter veniunt Phylistei. i. demones: qui eum excecāt ne videat malum quod facit ꝛ periculū cui subiacet. Unde psalmista. Supercecidit ignis: supple luxurie: ꝛ non viderunt solem: id est non attenderunt ad deum quem offenderunt. Uel non attenderunt ad rectū rationis iudicium. Demum pauper ꝛ miser peccator sic illusus et excecatus cogitur molere a demonibus: id est seruire peccato et immundicie die ac nocte: ita vt non possit euadere quando bene vellet. Et talem cecum reprehendit dominus. Esaye. xlij. dicēs. Quis cecus: nisi seruus meus? Cum itaqꝫ cecus reputetur miser: ꝛ peccator cecus sit: sequitur quod veraciter sit miser. Unde ꝛ merito dicere potest. Miser factus sum.

¶ Tertio homo pauper ꝛ egenus reputatur miser / quo ad mundanos homines: qui non reputant nisi diuites felices: secundum quod ait Psalmista Beatum dixerunt populū: cui hec sunt. Sic et peccator hac consideratione debet reputari valde miser quia valde pauper est. eo quod peccando perdidit totam substantiam suam et partem paradisi. More illiꝰ qui ad vnum iactum taxilli ludit totam pecuniam suam / et perdit totum. Et hoc est quod scribitur Ecclesiastici nono. Qui peccauerit in vno multa bona perdit.

D ¶ Hic nota historiam illius qui lusit totam substantiaꝫ suam in ludo alearum cum demone quem credebat hominē esse. deinde lusit animam suam quam cum perdidisset. dixit ei demon esse consuetudinis inter homines quod qui emit equum eodē contextu debet habere frenum cum equo seu fu=

niculum propter quod rapuit eius corpus cū infelici anima: nec deinceps visꝰ est. Ecce quo modo peccatū depauperat hominem. Et de hac paupertate que facit peccatum. figuraꝫ habemus. Luc. xv. de filio prodigo per quem intelligitur miser peccator. Hic itaqꝫ filiꝰ prodigus: id est peccator dissipat substantiam suam: id est meritum anime sue ꝛ quicquid boni fecit ex quo est super terraꝫ viuendo luxuriose. siue intelligatur de luxuria corporali siue spirituali que fit cum demone consentiendo peccato: quia vt habetur. xxviij. q. i. Idolatria ꝛ similiter. xxxij. q. vij. Nō solum. Infidelitas fornicatio est: auaritia fornicatio est: ꝛ sic de alijs peccatis. Non solū autem per luxuriam corporalem dissipatur substātia anime: sed etiam corporis ꝛ rerum secundarum: quia vt habetur Prouerb. xxix. Qui nutrit scortum perdet substātiam. Non igitur mirū si luxuria spoliat hominem bonis fortune ꝛ miserum eum faciat/ id est pauperē: maxime cum legatur de Thayde meretrice quod ex sua fornicatione lucrata sit quadringentas libras auri: et quod propter eam multi diuites deducti sunt in maximam inopiam. Ita ꝛ adhuc diebus istis multi iuuenes quibus parentes reliquerunt maximas rerum copias: ad magnā frequenter deueniunt egestatē propter suaꝫ luxuriā. Nam tales habent facere multas expēsas: tam in cibis ꝛ potibus; quam in donis et muneribus; vt foueāt suam impudicitiā. Ecce quam bene pauper luxuriosus potest cum Psalmista dicere, Miser factꝰ sum.

¶ Quarto homo vndiqꝫ vulneratus reputatur miser quoad mundum: eo quodammodo non potest lucrari vitam suam laborādo. Sic ꝛ peccator quātum ad hoc miser deret reputari: eo quod valde vulneratꝰ est per peccatum: ꝛ quantum in se est amodo impotens effectꝰ ad quodcunqꝫ bonum agendum: seu meditandum: aut etiam volendum: quia vt dicitur Esa. i. A planta pedis vsqꝫ ad verticem capitis non est in eo sanitas. De hac vulneratione: quā facit ipsum peccatuꝫ in anima figuram habemus. iij. Reg. vltimo vbi legitur ꝙ cum Achab rex sceleratissimus ꝛ idolatria pessimus esset in bello quidam tetendit archum suum: ꝛ in incertum sagittās eum vulnerauit inter stomachum ꝛ pulmonem. sicqꝫ mortuus est. Per Achab eñ intelligitur peccator sagittarius est diabolꝰ: cuius sagitte sunt varia peccata / de quibus tentat. Iste autem sagitte adeo penetrant cor hominis ꝛ vulnerāt quod ipsum occidunt spiritualiter. Ita vt merito peccator possit dicere diabolo illud Psalmiste. Sagitte tue infixe sunt mihi. Itē de hac vulneratione alia figura legitur Luce decimo. de homie descendente ab hierusalē in Iericho q̄ incidit in latrones quē spoliauerūt. Et demon plagis impositis abierūt semiuiuo relicto. Ubi per latrones significantur demones qui toto stu=

diolaborant ad hac quod fu rentur nobis thesaurum gratie et meriti nostri si quod fecimus. Et preter hoc vulnerant ad mortem quando efficaciter trahunt hominem ad peccatū. Et tunc merito potest clamare peccator ad dominum gratia implorando et dicere. Miserere mei deus: quia miser factus sum ego. etc.

¶ Lectio. xxxi.

¶ Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus & non est sanitas in carne mea.

¶ Postquam in precedenti lectione penitēs dicit quod tota die contristatus ingrediebatur idest incedebat. hic ergo illius contristationis duplicem causam subiūgit primam quidem cum dixit Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus. Secundam vero cum subinfert. Et nō est sanitas in carne mea Quando enim homo multipliciter illuditur: et nulla sanitas sibi datur tunc habet sufficientes causas contristationis et meroris dixit ergo. Quoniam lumbi mei impleti sunt. Possumus autem per lumbos secundum beatum Gregorium animam accipere quia sicut ex lūbis carnales delectationes procedunt. Ita ex anima omnes cogitationes nociue procedunt. Tūc ergo lumbi implentur illusionibus. cum anima repletur variis et nociuis cogitationibus. que quidem illusiones infinite sunt vt dt. Augustinus que etiam aliquando vix orare sinunt ymagines siquidem corporum occurrunt: et peracta hac illusione in illam venit obliuio. recordaris hoc pro illo: et huiusmodi. Nam vt inquit ipse Gregorius in ipso orationis et contēplationis tpe huiusmodi illusiones importune se ingerunt vt hoc ipsum sacrificium aliquo modo commaculare valeāt quod in odore suauitatis deo acceptum contrito corpe et contribulato spū mactatur. Et hoc aperte innuit id quod de abrahā sub figura legimus. Gen. xv vbi dicitur quod abraham circa solis occasū sacrificium offerens insistentes et infestantes aues pertulit quas ne oblatum raperent sacrificiū sollicite abigere curabat Sic et nos si quando in ara cordis sacrificium deo offerimus. a malignis hoc spiritibus custodiamus sollicite. ne importunitates tenebrosarū cogitationū istud valeāt aliqñ dirumpere quod deo speramus vtiliter offerre hec Grego. Aug. autē et recitatur in glo. Interl. dicit quod per lūbos intelligitur sensualitas seu carnalitas de quibus pie conqueritur lamentando penitēs dicēs. Lūbi mei impleti sunt illusionibus supple diabolicis. Nā diabolus sensualitatem illudit et per eam animā fatigat vanis et variis ymaginationibus dū per motus excitatos in carne illudit aie faciendo illi apparere que non sunt. Vel q mala sunt esse bona et delectabilia. Et tamen a parte rei huiusmodi delectationes excitate in carne nō sunt vocāde delectationes sed potius illusiones. Et hoc ipsū declarat

dominus Hugo cardi. dupliciter. Primo quidem quia post tales illusiones, homo vellet libenter non peccasse. Unde quidam philosophus cuidam meretrici petenti magna donaria si dormire vellet cum ea respondisse fertur. Non emo tanti penitere. Secundo autem quia per momentaneam delectactionem peccator obligat se perpetuo incendio: quia teste Gregorio. Momentaneum est quod delectat. eternum autem quod cruciat Modo vt inquit idem Gregor. quid insanius quam pro momentanea delectatione: eternis se mancipare supplicijs? Sequitur. Et non est sanitas in carne mea. quia inquit. glo. Interl. diabolus eam affligit suis illusionibus intantum vt apostolus peteret ab ea liber fieri dicens. infelix ego homo Quis me liberabit de corpore mortis huius. Ro. vij. id est de congregatione ingruentium :malorum vel peccatorum vt dicit glo. ordi. Sicut ergo ex corruptione carnis nascuntur vermes. sic ex corruptione carnis peccatricis nascuntur motus ad illecebram qui militant aduersus animam : quia vt habetur. Gal. v. Caro concupiscit aduersus spiritum et spiritus aduersus carnem. Hec enim sibijnuicem aduersantur vt non quecunque vultis illa faciatis. Item de hac infirmitate carnis loquebatur idem apostolus. ij. Corint. xij. cum aiebat Datus est mihi stimulus carnis mee angelus sathan. Super quo passu dicit dominus card. quod iste stimulus carnis fuit forte tentatio carnis quam patiebatur ipse paulus de sancta tecla quam baptisauerat quam tentationem permisit dominus in suo apostolo ad sui humiliationem. ne scilicet magnitudo reuelationum extolleret eum per superbiam. Beatus autem Greg. exponens hanc clausulam Non est sanitas in carne mea. declarat quomodo non est in nobis sanitas dicens quod omnia corporis membra que ad vsum vite accipimus ad erroris et peccati materiam conuertimus et applicamus ita vt merito dicere possimus sigillatim cum apostolo. Non inuenio in me. hoc est in carne mea bonum. Ro. vij. Ecce enim inquit Greg. oculos ad videndum obscena et turpia inflectimus. Aures ad audiendas detractiones libenter accommodamus Illecebros odoratus naribus haurire concupiscimus. Iniquitatem in excelso loquimur : et inter fratres discordias frequenter seminamus. Salutem etiam corporis in vsum viciorum redigimus. Et breuiter omnia quibus vtiliter possemus vti ad dei honorem et seruitium. in praui operis conuertimus instrumentum. Non est ergo sanitas in carne nostra: quia nulla pars nostri corporis remanet intentata per quam nos peccati desiderium non titillet. hec ille. Ecce ergo quomodo non est sanitas in carne nostra sed omnimoda infirmitas tam corporalis quam spiritualis.

A ¶ Sed pro ampliori declaratione est iterum aduertendum iuxta illam primam clausulam

Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus quod multa plena sunt illusionibus. videlicet.
Caro in lubricis hoībus.
Fantasia in criminibus.
Lingua in adulatoribus.
Oculi in seculi vanitatibus
Aures in proprijs laudibus.
Intellectus in dei comminationibus et promissionibus.
B ¶ Primo igitur caro plena est illusionibus in lubricis hominibus ꝛ hoc tribliciter.
¶ Primo quia aliquando fingit se quasi vt sic mortuā cautius possit illudere et decipere ad actum venereum trahendo ꝛ vt homo possit minus eiꝰ versutias perpendere. etiam cum ei offeruntur maxime occasiones ꝛpericula male agendi. vt conuersando cum mulieribus domestice. vel etiam facit quādoq quod mulieres cum viris non patiātur stimulos aliquos vt ex hoc spiritus confisus de sua virtute est cōstantia. demū ruat in aliquod scelus. Unde similis est vulpi que est animal valde fraudulentum. Nā quādo famescit si viderit quod nō possit per aliam viam sibi prouidere vite necessaria tunc ponit se extensam in agro tanq sit mortua. qđ videntes aues que circunstant appropinquāt sibi. ꝛ videntes ipsam non moueri estimantes eam mortuam volitant audacter super eam. At illa hoc cernens tanquam callida surgit velociter: ꝛ tunc capit aues et comedit. Ita in proposito caro quādoq simulat se mortua vitijs ꝛ peccatis atq passionibus: sed cum ex hac confidentia. quis sibi non cauet sed operatur incaute. repente insurgit caro et occidit spiritum. Nota ad hoc propositum hystoriam in vitas patrum de illo heremita qui impregnauit ancillam que ei ministrauerat propter deum in infirmitate sua. Et de hoc figuram habemus Iudi. xvi. de Samsone fortissimo qui cum nimis cōfideret de dalida vxore sua dilectissima cum tamen antea pluries fuisset expertus insidias eius. dormiens in gremio eius abscissis capillis traditus est in manus inimicorū suorum per eam. Ubi per sansonem robustum debemus intelligere spiritum humanum. per dalidam autem sensualitatem quam naturaliter quis multum diligit ꝛ tamē sepe experitur insidias illius contra ipsum quamcūq fingat se eum diligare. Si ergo nimis confidit de ea ita quod obdormiat torpore ꝛnegligentia tūc abscissis affectibus et sanctis propositis et desiderijs mentis quasi capillis capitis imperceptibiliter et ex abrupto traditur in manus demonum illudendus.
¶ Secundo ipsa caro illudit hominem quia quādoq simulat se infirmam et debilem et nō posse facere ea que sibi suggerit spiritus. vtpote ieiunare vigilare in oratione mane surgere ante lucem pro audiēda missa vel predicatione ꝛ huiusmodi. Et hoc est quod ait saluator orans in horto. Spiritus quidem promptus est scilicet ad bene volendum. Caro

autem eitam infirma. videlicet ad exequendum. Ubi spiritus imperat carni predicta opera et similia. Cum igitur ratio arguit sensualitatem de suis levitatibus et reprimit eam, tunc remurmurat caro seu sensualitatis conquerendo quod ei non permittitur sequi appetitus suos Sicut servus conqueritur de magistro suo quando non permittit ei in die festo vel alio exire domum et sequi consortia malorum eum inuitantium siue ad lutum, siue ad tabernam siue ad lupanar Et hoc est quod ait apostolus Gal. v. Caro inquit concupiscit aduersus spiritum et spiritus aduersus carnem Hec enim sibi inuicem aduersantur Accusat ergo ipsa sensualitas dominam suam rationem vt crudelem et interfectricem septem virorum. Septem autem viri sunt. v. sensus et duo appetitus scilicet concupiscibilis et irascibilis. quos ratio mortificat quo ad vitia et vanitates Et cominans ipsa sensualitas quasi optat vt domina sua ratio filios bonorum operum de cetero non generet Aliam etiam figuram de hoc habemus. Numeri. xxij. de assina balaam. quam cum ipse balaam verberaret et ad semitam reducere vellet. Respondit dicens Cur percutis me ecce iam tertio.

¶ Tertio caro illudit hominem quia postquam semel eum traxerit ad partem suam per consensum ad opus nephariu, tunc non facile se expedit de ea sed ipsum quodammodo ligatum tenet secundum illud Eccl. vij. Inueni amariorem morte mulierem que laqueus venatorum est et sagena cor eius Uincula sunt manus eius: et qui peccator est capietur ab illa Sic miserabilis fuit illusus Salomon a muliere. Similes ferme assuero sunt multi moderni nobiles qui tarde intrant matrimonium et suam iuuentutem dedicant multis lubricitatibus quod postquam stuprauerunt aliquas puellas tandem eas tradunt nubendas suis famulis vel subditis: vt sic forte earum copiam possint facilius habere cum libuerit. Alij vero sunt qui et si debito tempore intrent nuptias. nihilominus post mortem vxorum suarum eligunt vidui remanere. ne scilicet intrantes secundas nuptias suscitent nouam prolem in diminutionem hereditatis priorum. Qui cum dicant se non posse continere. Impudicam ducentes vitam. abundant bastardis et huiusmodi. Quilibet igitur talis merito potest dicere cum psalmo. Lumbi mei impleti sunt illusionibus.

¶ Secundo principaliter fantasia impleta est illusionibus in criminibus. Diabolus enim mediante fantasia facit res apparere aliter quam sint sic illudens hominem. Nam facit apparere bonum quod realiter est malum. Dulce quod est veraciter amarum. Molle quod est durum pulchrum quod est fedum. mundum quod est immundum: et sic de alijs. Et hoc est quod ait apostolus de satana. ij Co. xi. dicens quod se transfigurat in angelum lucis. Et hoc fit quando sub spem boni fingit et velat malum et quasi sub cappa ponit illud. Nam vt dicit Gre. i suo pastorali. c. xx. Sepe vitia co

gruūt ꝛ virtutes esse simulātur sicut tenacitas ꝑsimonia ꝓdigalitas liberalitas furoꝛ zel⁹. remissio mīa et indiscretio abstinentia ꝛ huiusmodi. Propterea hoc illusionis gen⁹ timēs sctūs ille propheta Dauid aiebat. Ab altitudine diei.i.diaboli se transfigurantis in angelō lucis modis ꝑdictis ꝛ alijs cūpluribus:timebo:ego vero in te sup.dn̄e sperabo:scilicet liberari ab eo. Econuerso aūt similiter diabol⁹ illudit homines fantasiam faciendo apparere bone sub ratione mali:sicut patet in volente penitere de peccatis suis:cui facit diabol⁹ apparere ieiuniū:castitatem / sobrietatem/restitutionem/iniuriarum remissionem/culparuz in consuetudinem / deductarū vitationem ꝛ huiusmodi tanq̄ impossibilia:vel plurimū difficilia:adeo q̄ plerūq̄ miseri peccatores sic illusi remanent impenitētes in suis peccatis. Cū tamen timere non deberent si firmiter sperarent de dei mīa ꝛ in sebonū propositū haberent Hi ergo sunt de quibus. ps. Trepidauerunt timore vbi nō timor. Tales sūt similes equis vmbraticis qui timēt vmbram arborijs vel alicui⁹ similis in tantū q̄ aliq̄n resiliunt a recta via. De talib⁹ etiā scribit. Prouerb:xxij. Dicit piger.i.pctōr qui eū piger circa suā salutem leo est fortis ī via.q.d.in ī via pn̄ie est nimia austeritas. Sequitur. In medio plateaꝝ occidendus sum.q.d.pctōr. Morerer fame ꝛ frigore ꝛ huiusmodi si facerem penitentiā. Sed profecto talis timor van⁹ est ꝛ illusio quedam que timēda nō est:q2 vt habetur Job.vi. Qui timet pruina irruet super euz nix. Ubi per pruinā que nascitur ex terra significatur pena temporalis:per niuem aūt que desuper cadit pena eterna designatur que desup cadet q̄n christ⁹ dicet. Ite maledicti in ignem eternum Math. xxv.

D ¶ Specialiter aūt fantasia plena est illusionibus in trib⁹ generibus personaruz. Primo quidē in luxuriosis. Nam diabolus aliquando fabricat ī fātasia aut vt ymaginatiua alicui⁹ viri carnalis ydolum : seu speciem alicuius pulcherrime puelle que forte nunq̄ fuit nec est nec erit et tunc mediāte tali imaginatione commouet cōcupiscentiam. Secundo fantasia plena est illusionibus in auaris quos frequenter illudit in somnis:scd̄m illud. ps. Dormierūt sōnū suū ꝛ nichil inuenerūt oēs viri diuitiaꝝ.id est qui amant diuitias:alias non tm̄ de illis sōniarent nisi illas amarēt in manib⁹suis. Tertio fantasia plena est illusionibus in supbis:quib⁹ diabol⁹ facit apparere honores/fastus ꝛ seculi dignitates sub specie alicuius boni:vtpote ad ꝓficiendū alijs:aut ad dādū pauperib⁹ et hm̄oi. Ecce q̄uo luxuriosi supbi ꝛ auari merito dicere possunt cum Psalmista ql3 pro se Lūbi mei impleti sunt illu.

E ¶ Tertio principaliter lingua impleta est illusionib⁹ : et hoc in trib⁹ generibus hoīm. ¶ Primo quidē in adulatoribus qui suis mollib⁹ verbis ꝛ placētib⁹ querūt ad se allicere

homines dando eis:gallice du plat de la langue. Huiusmodi sunt illi qui adulantur principibus et dominis dando eis malum consilium vel fauorem Et tales fuerunt illi iuuenes de quibus legitur.iij.Regū.xij q cum populus israel peteret a Roboan quatenus vellet diminuere iugū quod super eos posuerat Salomon pater su⁹. Spreto consilio senū quesiuit consilium iuuenum qui dixerunt eis supple adulando.Sic loqueris populo huic. Minimus digitus meus grossior est dorso patris mei. Pater meus posuit super vos iugum graue ego autem addā super iugum vestrū. Pater meus cecidit vos flagellis:ego autem cedam vos scorpionibus. Tales autē nō fuit beatus Joannes baptista quia non est adulatus Herodi quando dixit ei.Non licet tibi habere vxorē fratris tui Philippi Mar.vi. Propterea christus Matthei.xi.interrogat iudeos de Joanne dicens. Quid existis in desertum videre?hominem molibus vestitu3:id est adulationibus plenum? quasi dicat nō. Deinde subdit quod qui mollibus vestiuntur:id est adulationibus replētur in domibus regum sunt. Et pfecto hac tempestate nō solum in domibus regum sunt tales:sed et domibus pontificum et prelatorum:etiam claustraliū virorum.Bene autem vesti molli cō parantur adulatores:quia sicut vestis molis de facilli se applicat secundum formā induētis ⁊ obedit seu cedit membris ita et adulatores per suas illusiones et fallaces sermones se componunt prout sciunt illos coram quibus proferūt sermonem nequam libenter audire. Et tales querūt moderni principes et prelati vt sint eorum confessores predicatores/consiliarij et officiales. Unde de huiusmodi principibus et prelatis hodie videtur impleta propheta Esaye.xxx.dicentis.Dicunt sup.moderni principes et pastores:videntibus:id est predicatoribus et doctis hominibus. Nolite videre : id est nolite nobis predicare de restitutionibus de pace/de eleemosynis/de ieiunio. Dicūt inquam aspicientibus:id est doctoribus qui aspiciunt scripturas sacras. Nolite aspicere nobis ea que recta sunt.i.opera misericordie vel penitētie que recte ducunt ad celestem gloriam:sed loquimini nobis placentia:scilicet historias regum et principum:item fabulas poerum:et verba q̄ ad risum poti⁹ quam ad fletum prouocent.

Uidete nobis errores:id est sinite nos errare et ad infernum descendere vobiscum.Unde de principe vel prelato habēte secum tales predicatores vel cōfessores vitia palpantes ⁊ non rehrehendentes neq3 mordentes loquitur dominus Esaye.iij.dicens.Popule meus qui te beatum dicunt ipsi te decipiūt quia vt dicit ps.Linguis suis dolose agebant.i.vitia principum palpabant vt haberēt eorum beniuolentiam:⁊ forte aliquam prebendam vel mitram. Ecce quomodo lingua talium impleta est illusionibus.

¶ Secundo lingua est impleta illusionibus in amicis mundanis et verbalibus. Sicut patet de illis qui faciunt pulchrum festum: gallice belle chere. brachiis amplexādo & lingua dicendo. Ecce vnus homo ad vestrum mandatum et corpus et bona: & si aliq̄ egeatis q̄d possit vobis prestare non parcatis. Sed ꝑfecto tales vt dicit psal. Lingua sua mentiti sunt ei: videlicet cui tantum applaudere videbātur: nec cor eorum erat rectum cum eo immo distortū: quod patet sic. Nam si contingat illū cui facta est talis oblatio egere auxilio talium: et ad eos recurrerit necessitate pressus/statim se excusabunt multipliciter. Ecce quomodo cor eorum non erat rectum cum eo nec fideles habiti. sunt in testimonio eius: id est in promissione illi facta: quia quod spoponderant se facturos non impleuerunt.

¶ Tertio lingua impleta est illusionibus in causidicis et iurisconsultibus. Tum primo q2 materias ruinosas suscipiunt dantes intelligere pauperibus illas defensabiles esse: cum tamen apud se iudicent totaliter oppositum. Ubi nota secundū beatū Tho. ii. ii. q. lxxi. arti. iii ꝙ si aduocatus assumit causā iniustam seu eam defendit cum hoc ꝙ mortaliter peccat tenet ad restitutionem damni quod incurrit altera pars per eius auxilium. Et similiter si succūbat suspiciēdo causam iniustā decipiēdo clientulum/tenetur illi tū satisfacere secūdo q2 causas suas plusq̄ est necesse prolongant & dilatant appellationes indebitas interponēdo vt sic magis lucrentur. Tum tertio: quia causas iniuste componunt verbi gratia. Sortes habet litem contra Platonem. Aduocatus igitur platonis videns causam desperatam pro clientulo suo venit vel mittit ad sortem pro gratiosa compositione inter eum et platonem fienda: que tamen est valde dānosa ipsi sorti. Tunc talis aduocatus illusor est et tenetur ad restitutionem.

F ¶ Quarto oculi impleti sūt illusionibus in seculi vanitatibus: sicut patet in auaris et vsurariis qui bona temporalia que realiter vana sunt reputāt magna & preciosa valde. Cum tamen dicat sapiens. Eccles. i. Uidi cuncta que fiunt sub sole et ecce vniuersa vanitas & afflictio spiritus: quia nunquā inuenit homo pefectam requiem in vanitatibus huius seculi. Item ꝑmittit in eod ca. dicēs. Uanitas vanitatum et omnia vanitas. Sed miseri auari mirabiliter illuduntur cum inordinato amore tales vanitates prosequūtur. Quos reprehendit psalmū dicens. Filii hominum vsq3 quo graui corde/sup ple estis: vt qui diligitis: videlicet tam ardenter vanitatem. Hoc est res tēporales que certe vane sunt: quia vt habetur. Sap. v. Transierunt omnia tā quam vmbra: que scilicet nullam habet stabilitatem & lucem solis absconditus ab hominibus. Sic et temporalia instabilia sunt ita vt qui hodie abundat cras deficiat. ps. Uidi im=

pium sup. auarum superexalta tum et eleuatū sicut cedros liba ni: scilicet per nimiā prosperitatem supra coetaneos suos.
Transiui et ecce non erat sup. sic exaltatus: sed humiliat⁹ per infortunia et aduersa. Quesiui eum et nō est inuent⁹ locus ei⁹: qr veraciter ad literaz diuites huius seculi fortuna vertente eis dorsum: quandoqꝫ cogunt pre verecundia et rerū inopia ꝓpriū solū relinquere et ad exteras tras se transferre. Et ecce igitur rerum secundarū illusio et instabilitas. Item hmōi temporalia perabusum abscōdunt ad instar vmbre lucem solis. i. grām dei a suis possessoribus: quia vt dicit saluator Matth. vi. Non potestis deo seruire et mammone.
¶ Quinto aures implete sūt illusionibus in proprijs laudibus. Solent enim adulatores homines laudare in eorū presentia: quibus plerumqꝫ detrahūt in absentia. Ad instar scorpionis qui blanditur facie seu capite: sed pūgit retro sua cauda. Illi autem qui sunt cupidi humane laudis et glorie libenter tales audiunt et sic ab eis illuduntur atqꝫ in peccatis suis nutriūtur. Et de hoc scribitur. Abdie vnico capitulo. Omnes viri federis tui: id est de corde la tua quantum exterius appa rebat illuserunt tibi: te sup. lau dando: quia vt habetur Esaye. iij. Qui te beatum dicunt ipsi te decipiūt. Sequitur inualuerunt aduersū te viri pacis tue. id est q̄ tecū pacē habere videbantur: qr in omnibus tibi ob temperabant tandem inualuerunt aduersum te: quia finaliter diffamabunt te et erunt maximi inimici tui Ideo sequitur Qui comedūt tecum: id est domestici tui et commensales ponent insidias subter te: vt scilicet te subuertant et supplantēt. Hoc autem grauissimū est ꝓut insinuat. Psalmista dicens. Si inimicus meus maledixisset mihi sustinuissem vtiqꝫ. q. di. magis tollerabile esset. Sed non possuz equanimiter ferre quod amicus vel qui videtur amicus maledicat mihi: quia non possum michi precauere ab eo sicut ab inimico. Ideo sequitur. Et si is qui oderat me super me magna locutus fuisset comminando abscondissem me forsitan ab eo: sed ab his qui videntur me amare non possum eque bene me abscondere. Tu vero o adulator vel detractor homo vnanimis: id est qui videbaris vnus animus mecū: dux meus supple ad malum et notus meus: cui solitus eram omnia archana cordis mei reuelare: qui simul mecum dulces capiebas cibos supple gratis: quia ad expensas meas.
Uel per cibos dulces simul sūptos significētur peruerse laudes quas interdum flagitiosi viri solent de se mutuo habere: in quibus valde delectantur: secundum illud psalmiste. Laudatur peccator / in desiderijs anime sue: quod fit dupliciter aut quia ei attribuitur bonum quod non habet aut quia malum quod facit fouetur / et bonum atqꝫ benefactum esse dicitur. Et iniquus benedicitur: id est laudatur male faciendo

a palponibus seu adulatori-bus. Ecce ergo quomodo his qui libenter admittit adulatores dicere potest. Aures mee implete sunt illusionibus: quia reuera adulatio non est nisi ventus et illusio his qui in circuitu nostro sunt.

H ¶ Sexto intellectus peruersus plenus est illusionibus in dei comminationibus et promissionibus. Credūt enim nequissimi peccatores illusionem et fabulam quicquid annunciatur de futuro seculo: siue quo ad supplicia malorū: siue quo ad premia iustorū. Unde Tullius sic aiebat. Ut esset formido male agendi apud improbos constituta sunt a maioribus nostris supplicia apud inferos. Ecce quomodo intellectus eius plenus erat maxima illusione (vt inquit Hieroni.) non sunt ioca vbi intercedunt supplicia. Sed audiant tales Solomonem prouerb. xix. dicentem. Parata sunt (inquit) derisorib⁹ iudicia: supple eterne condemnationis: derisoribus inquam preceptorum et prohibitionum diuinarum. Item derisoribus futuri iudicij et penarum inferni. Item derisoribus predicatorum qui hec predicant. Sequitur. Et mallei percutientes. i. pene gehennales parate sunt sup. stultorum corporibus. i. eis qui stulte voluptatem corporis saluti anime proposuerunt. Isti aūt mallei percutientes proprie dicuntur remorsus siue vermis conscientie: qui reprobos eternaliter feriendo cruciabit. Faber est diabolus: qui modo sufflat suggerendo et in eternum succēdat: de quo Esaye. liiij. loquitur dominus dicens. Ecce ego creaui fabrum sufflantem in igne prunas. Item Job. xli. Halitus eius prunas ardere facit Uel dic quod isti mallei percutientes parati stultorum corporibus significant linguas et voces predicatorum que parate sunt stultorum corporib⁹ ebdomandis et refrenandis a suis concupiscentijs. An non malleus percutiens stultorum corpora fuit illa vox Ezech. xviij. Anima que peccauerit ipsa morietur. An non malleus percutiēs stultorū corpora fuit illa vox preconis christi Joannis baptiste. Matth. iij. O progenies viperarum: quis demonstrabit vobis fugere a ventura ira? An non malleus percutiēs stultorum corpora fuit illa christi vox Lu. xiij. Nisi penitentiā habueritis omnes similiter peribitis sicut illi decem et octo supra quos cecidit turris in Syloa et occidit eos De istis autem hominibus refert de Lyra q̄ erant hierosolymitani qui cum edificarent quandam turrim in Syloa: subito cecidit et oppressit eos. Et hoc creditur aduenisse circa tempora xp̄i: q2 de hoc nullibi legit̄ i veteri testamēto An non similiter malle⁹ percutiēs stultorū corpora fuit illud ap̄l'i verbum. Ro. viij. Si secundum carnē vixeritis moriemini supple spiritualiter et eternaliter. Unde bonus predicator qualis erat Paulus Joannes bap. et huiusmodi potest dicere illud Hieremie. xxiij. Nunquid

non verba mea sunt quasi mal leus conterens petras: id est corda obstinata quasi dicat quasi. Sed proh dolor multi hodie propter assuetudinem percutienti indurati sunt sicut asini stimulationibus: ita vt omnino non sentiant huiusmodi malleos. Jmmo surdi facti sunt sicut sonatores campanarum: et molendinarii ipso tumultu. Unde de quolibet tali scribitur Job. xli. Indurabitur cor eius quasi lapis est stringetur quasi malleatoris incus. Nam sicut quanto plus percutitur tanto plus induratur. Sic et obstinati peccatores duriores efficiuntur ad verba predicatorum. Patet ergo quomodo intellectus peruersus et quem excecauit malitia sua/plenus est illusionibus circa dei comminationes: quas non solum videtur contemnere: sed neque veras credere. Et hoc historiam habes de Udone episcopo luxuriosissimo: ad quem venit vox de celo dicens. Fac finem ludo: quia satis de me lusisti Udo. Uide in promptuario sermonum discipuli. Quod autem intellectus peruersorum plenus sit illusionibus dei in promissionibus: quantum ad eos qui illas non credunt futuras, patet per id quod dicitur. ii. Petri. iii. Uenient inquit Petrus in nouissimis diebus in deceptione illusores dicentes. Ubi est promissio aut aduentus eius? supple ad iudicium quasi dicat quasi vana et falsa est huiusmodi promissio. Jdeo sequitur. Ex quo enim patres dormierunt: omnia sic perseuerant ab initio creature. Sed hanc Jllusionem refellit ipse Petrus ibidem subdens. Non tardat dominus promissionem suam: sicut quidam existimant: sed patienter agit propter vos/nolens aliquos perire: sed omnes ad penitentiam reuerti Adueniet autem dies domini sicut fur. i. repente et ex improuiso: sicut dicitur Mat. xxiiii. De die autem illa et hora nemo scit, et cetera.

Lectio. xxxii.

¶ Afflictus sum & humiliatus sum nimis rugiebam a gemitu cordis mei.

¶ Postquam in precedenti lectione ostensum est quomodo penitens pie conquerebatur ad dominum dicens lumbi mei impleti sunt illusionibus: id est motibus carnalibus. Hic consequenter ostendit quid vltra operantur huiusmodi lumbi preter tales illusiones. Faciunt ergo tria que hic tanguntur.

A ¶ Primo nempe hominem infestant die ac nocte more muscarum que infestant equos in feruida estote: ideo dicit. Afflictus sum. supple ex talibus incentiuis libidinum. Secundo hominem deiiciunt a sua perfectione et nobilitate. ideo subdit (et humiliatus sum nimis). i. valde: ita vt quodammodo videantur homines rationem superare: secundum quod dicebat Paulus de se ipso. Ro. vii. Non quod volo bonum hoc ago sed quod malum odio illud facio. Tertio rationem prepediunt:

vt non possit omnino illis preualere. Unde subdit (rugiebam a gemitu cordis mei) quasi dicat ideo rugiebam quia sentiebam rationem talibus motib9 sensualitatis contradicentem & renitentem: nec tamen preualentẽ: ita vt merito dicere possim cum apostolo. Ro. vij. Uideo aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee.

B ¶ Aliter secundum dicit Hugo Cardinalis hic tanguntur tria mala: que operatur peccatum in homine.

¶ Primo enim ipsum hominẽ multũ grauat et infestat quod notatur cum dicitur (afflictus sum) Miser enim peccator magnam penã & studium seu laborem tam spiritualem quã etiã corporalem plerumq3 apponit ad perdendum animam suam: sicut patet in illis q̃ pernoctãt in ludis: comessationibus: et ebrietatibus atq3 luxurijs. de quib9 hiere. ix. dicitur. Ut inique agerent laborauerũt: id est cum studio et labore iniqua p̃egerunt ita vt merito tales dicere possint illud sap. v. Lassati sumus in via perditionis: vias difficiles ambulauimus.

¶ Secundo peccatum hominẽ vilem reddit. Propterea subditur. Et humiliatus sum nimis Adeo enim vilem reddit hominem ipsu3 peccatum: q eum facit seruum peccati & diaboli: secũdum illud Joh. viij. Qui facit peccatum seruus est peccati. Ut enim dicitur. ij. Petri. ij. A quo quis superat9 est: huius et seruus effectus est. Itẽ Au. di. q peccator tot dominorum est seruus quot vitiorum. De hac etiã peccati vilitale scribitur. Hiere. ij. Quam vilis facta es nimis iterans vias tuas. i. sepe reiterans peccata tua.

¶ Tertio peccatum hominem insatiabilẽ relinquit: ideo subditur. Rugiebam: id est peccare querebam et desiderabam (a gemitu) id est desiderio (cordis mei.) Et de hoc figuratiue legitur Lu. xv. de filio prodigo q̃ cupiebat implere ventrem suũ de siliquis quas porci manducabant et nemo illi dabat: sup. ad sacietatem. Ideo ipsi peccatores similes sunt canibus qui vix saturari possunt. Uñ. Psal. Famem patientur vt canes. Sicut enim canis cibum in os ei9 proiectũ statim deuorat: & iterum os aparit ad alium capiendum: ita et vna voluptas semel degustata semper expetit aliam voluptatem: hoc videmus in ecclesiasticis beneficiatis: in laicis ditatis: in officiarijs exaltatis in principib9 sublimatis. Propterea saluator bene notabat hanc peccati insatiabilitatem cum aiebat Qui biberit ex hac aqua: scilicet delectationum: deliciarum vt voluptatum / sitiet iterum. Ecce ergo tria mala que operatur peccatũ: et ideo summopere vitandũ est. Uel dic secundũ Dominum Petrum de Palude q hic notantur tres partes penitentie. Dicit ergo penitens. Quoniã lumbi mei impleti sũt illusionib9 ideo timens dei iudicium et eternum suppliciũ (afflictus sum) scilicet a meipso satisfactione temporali ne deus me affligeret in reprobatione

eternali. Noui eniz de domino q non iudicat bis in idipsum: neqz cōsurget dupliciter tribulatio pro eodē delicto. Sed qz horendū est incidere in man⁹ dei viuentis: vt habetur Hebr. x. ideo volui mei ipsum affligere in presenti di. cum apostolo .i. Corint. ix. Castigo corp⁹ meū Taliter se affligit satisfaciēdo deuot⁹ religiosus di. illud psal. Castigatio mea in matutinis. Notanter autem di. in matutinis: quia magna afflictio corporis ē surgere hora medie noctis ad deum laudandū: potissime cum riget intensa hyems: cum quis ad hoc est inusitat⁹. Sequitur rugiebam. ecce oris confessio. Ecce rugitus vox terribilis leonum: sicut mugitus boū z latratus canum. Tūc ergo rugit penitens quādo ex vehementia contritionis cordialis prorūpit in vocem confessionis. Hic autē rugitus adeo terribilis est demonibus q eos terret z fugat a corde peccatoris: secundum illud. Amos. iij. Leo rugiet quis non timebit? Ubi per leonē magnanimū designatur verus penitēs qui adeo magnanim⁹ est: vt nō obstāte humana verecūdia et salutari penitentia sibi imponēda nihilominus rugit coram sacerte in confessione: et tunc timēt demones vidētes quod secreta malitia: ad quam induxerunt peccatorem detegitur ad eorū opprobrium et confusionem. Sequitur a gemitu cordis mei ecce cordis cōtritio que exprimitur his tribus dictionibus. Primo ergo di. a gemitu: id est gemino luctu. Dicitur enim gemitus a geminando: quia vere penitens debet gemē propter duplicem causaz videlicet propter dei offensam z propter penā debitam. Uel propter desyderiū patrie celestis z incolatum miserie vite presentis. Taliter ingemiscebat qui dicebat. Heu me quia incolatus meus prolongatus est. Secundo di. (cordis) cōtra illos qui gemūt exterius corporalibus oculis: sed non interius in secreto mētis: cuiusmodi sunt hypocrite fallaces et vulpinosi. Non eñi approbat dñs talē gemitū seu dolorē exteriorē sz solū iteriorē: vere pniam ſm q scribitur. Exodi. ij: de filijs israel q cum grauiter opprimerentur ab egyptijs ingemiscentes vociferati sunt ad dominū: quoz clamor ascendit ad ipsum et eorū gemitū audiuit. Taliter approbauit dñs gemitum sanctoruz patrū desyderantiū eius aduētum in terris: ita vt tandē dixerit illud psal. Propter miseriā inopum et gemitum pauperuz nunc exurgam. Tertio addit (mei) contra illos qui gemūt peccata alioz et non sua: cuiusmodi sunt multi ecclesiastici et religiosi: de quibus predictum fuit Joel. ij. Inter vestibulū et altare plorabūt sacerdotes ministri dñi et dicent. Parce domine parce populo tuo. Nō enim dicit textus. Parce ministris tuis sacerdotibus; sed parce populo tuo. quasi preferentes salutem populi proprie saluti. Tales sunt illi presbyteri: qui habent ferme omni die missas cōmēdatitias quas diligenter persoluūt: pro se au-

tem nihil. Tales erant sacerdotes iudeorum qui gemebant peccata populi videntes destructioẽ hierlm et templi dñi: de quibus predictum fuerat Treñ.i. Sacerdotes eius gementes. Interl. pro peccatis: supple populi. At vero verus penitens plus de sua quam aliorum salute: primum ingemiscit propter propria peccata dicens illud Treñ.i. Multi gemitus mei: id est frequenter de deo gemere: vel multi gemitus mei: id est multiplici de causa debeo gemere: tum quia dominum meum et benefactorem precipuum grauiter irritaui: tum quia totam celestem curiam offendi: tum quia demones peccando letificaui.

Ideo debeo merito gemere.

Unde sequitur / et cor meum merens: scilicet intra memtipsum. Taliter ingemiscebat / Paulus. Roma. viii. dicens.

Ipsi intra nos gemimus expectantes redemptionem corporis nostri: id est glorificationem corporis. Merito ergo gemere debet peccator cum penitet: quia vt inquit Grego. super hoc passu. Sicut amissio pecunie et pignorum dolorem carnis generat: ita exterminatio virtutum confert dolorem cordis. Patet ergo quomodo in predicto versu tanguntur tres partes penitentie.

Sed quia singule debent cum humilitate peragi: vt notatur. xxiii.q.iiii. Nabug. Ideo additur. Et humiliatus sum nimis id est valde.

C ¶ Est autem notandum iuxta illud verbum. Afflictus sum quod quadruplex hominũ genus potest clamare et dicere. Afflictus sum: videlicet.

Christus.
Contritus.
Criminosus.
Damnatus.

D ¶ Primo igitur cum dominus noster Jesus christus ad columnam iubente Pylato ligaretur simulq; dure: durius et durissime flagellaretur videlicet virgis de spinis et vepribus: que cutem frangebant. Item flagellis de neruis boum cũ aculeis ferreis in extremitatibus: que carnem scindebãt. Item cathenis ferreis: secundũ Chrisost. que ossa denudabant: tunc merito dicere potuit. Afflictus sum et humiliatus sum nimis: id est valde: secũdũ q in persona eius loquitur Prophe. Treñ.i. dic. O vos omnes qui transitis per viam attendite et videte si est dolor. s. s. meus. Nam adeo afflictus fuit: quod a planta pedis vsque ad verticem capitis Non fuit in eo sanitas: prout prophetatum fuerat Esaye.i. Nec quidem solum transitorie afflictus est: sed diu secundum illud Psal. Fui flagellatus tota die et castigatio mea in matutinis. Nam ex quo captus fuit in orto absq; afflictione et tormento non fuit quousque spiritũ reddidit. Itẽ cũ ipse piissimus christus gestaret coronã spineam in capite penetrantẽ eius preciosum cerebrellum indutus purpureo vestimento: tenensque arundinem in manu eius dextera atque illi illuderent Judei dicentes.

Aue rex iudeorũ / vtiq; tũc di-

cere potuit. Afflictus sum et humiliatus sum nimis. Ceterum cum montem caluarie conscendit gestans ponderosam illam crucem: in qua omnia peccata mundi pendebāt merito dicere potuit. Afflictus sum et hu. sum ni. Demū cum in cruce penderet facie ad solē versa: atq manibus et pedib⁹ grossis clauis ferreis ligno affixis/ibi lāgueret nullumq consolatorē videret profecto dicere potuit. Afflitus sum et humiliatus sum nimis. Tunc ergo merito affligebatur. Tum propter horrēdū genus mortis. Sap. ij. Morte turpissimā condemnem⁹ eum Tum propter confixorum malefactorum societatem Esaye. liij. Cum sceleratis reputatus est. Tum propter condolentiū carentiam, psal. Sustinui qui simul contristaretur: et nō fuit qui consolaretur et non inueni. Item alibi. Considerabam ad dexteram et videbam: et non erat qui cognosceret me. Ecce quam mirabiliter et dure afflicta est preciosa humanitas saluatoris: et quem irreuerenter humiliata est sublimitas immēse maiestatis. Nōne queso humiliatus est nimis dei filius: quando sub omnibus angelis descendēs nostram miseram et fragilem naturam assumpsit? Tunc enim vt dicitur Phil. ij. Habitu inuentus est vt homo. Non autem legitur q habitu inuentus sit vt angelus: quia angelos nusquam apprehendit. Colo. ij. Item nonne humiliatus est nimis: quādo pauper et in paupere loco nasci: et cum pauperibus semper habitare voluit? Cum enim esset diues propter nos egenus fact⁹ est: vt dicitur. ij. Cor. viij. Item nonne humiliatus est nimis in sua passione: adeo vt dicerent Judei. Reputauimus eum tanquam leprosum et percussum adeo et humiliatum. Esaye. liij. Item ibidem. Desiderauim⁹ eū despectū et nouissimū virorū: id est humilimū vilissimū iudeorum opinione. Ecce quam miraliter dei filius afflictus est et humiliatus nimis propter nos miseros peccatores. Nec tamen affligi quantulūcumq volumus humiliari autem minime. Sed querimus delicias nostras contendentes ambulare in magnis et in mirabilibus supra nos.

E ¶ Secundo vere contrit⁹ de suis peccatis merito potest dicere. Afflictus sum. scilicet in corde meo. Nam secundū magistrum. Señ. dist. xv. iiij. Contritio est dolor de peccatis voluntarie assumptus. Propterea cōtritio dicitur a cū quod est simul et tero teris. quasi simul terere sua peccata in mortario lo pectoris sui seu conscientie. Hoc autem non fit sine afflictione spirit⁹ humani. Hec autem afflictio debet esse acerba: quia offendimus deum creatorem omniū. acerbior. quia offēdimus patrem nostrum q nos pascit multipliciter. acerbissima: quia offendim⁹ redemptorem nostrum qui nos liberauit proprio sanguine a tribus. videlicet a vinculis peccatorum a crudelitate demonū: et a periculo tormentorum infernalium. Notanter autem verus pe

nitens dicit. afflictus sum ꝛ humiliatus sum nimis. ad differētiā pctōris incorrigibilis q̄ affligit: sed inde non humiliatur quinimmo deterior efficitur sicut patet in exodo de pharaone. Item de antiocho. ij. Mach. ix. qui acerbissime fuit afflict⁹ a domino ita vt vermes de corpore eius viuo scaturirēt: sed quia nec sic humiliat⁹ est: ideo de affictione temporali transiuit per mortem impiam ad afflictionem sine fine duraturam Qui ergo in presenti affligitur nec tamē inde humiliatur diabolo similis efficitur: qui et si cōtinue patiaꝛ/non tñ emendatur: sed duror efficitur. Talis non fuit Paulus: de quo. ij. Corinth. xij. legitur quod affligebatur per stimulum carnis: ne scilicet magnitudo reuelationum extolleret eum per superbiam. Et ita patet quod affligebatur et sub afflictione humiliabatur. Sed preter talem afflictionem mentalem necesse habet verus penitens in presenti ferre afflictionē corporalem. Nam sicut videm⁹ quod vines in hyeme sustinent multas affictiones: scilicet scissiones: fossiones: et purgationes: vt in estate habeat fructus vberiores. Item sicut videmus ꝙ medicus affligit infirmum vt eū sanet scilicet medicinā asperam ꝛ amarā propinando. Ita et deus in hyeme hui⁹ vite nobis confert tribulationes ꝛ aduersitates varias que amare sunt corpori vt sic fructificemus in merito vt purgemur a delicto vt tandem cū ad extrema venerim⁹ dicere nobis possit illd Naū. i. affliri te: scilicet in presenti non affligam te vltra videlicet in futuro In cui⁹ fig. leg. Exo. i. ꝙ pharao p quē in proposito intelligitur deus pater preposuit filijs israel: p quos intelliguntur iusti ꝛ electi/magistros operū qui affligerent eos oneribus. Sed qui magistri seu prepositi operum nisi officiarij principū qui dure affligūt dei populū per indebitas exactiones. rapinas vsuras et huiusmodi. At vero ipsi iusti ꝛ electi quanto pl⁹ opprimūtur temporaliter tanto pl⁹ crescunt et multiplicantur in merito spiritualiter.

F ¶ Sed forte miraris cur de⁹ cum sit pius et iustus tam seuere affligit illos quos plus diligit. Sed si diligenter animaduertas sequētia luculenter ppendes non esse mirandum. Sed diuine potius dispensationi esse attribuendum. Hoc igitur sapienter ordinat deus propter hec.

¶ Primo quidem vt in presenti purgentur. Nullus enim est tam iustus qui non saltem peccet quandoqꝫ venialiter qꝛ vt dicit Psal. Omnes declinauerūt scilicet rectitudine iustitie nec ē q̄ faciat bonū vsqꝫ ad vnū vcꝫ xpm. q̄ sol⁹ sine pctō vixit de cetera aūt dicit Jacob⁹ seip sū cū eis cōprehēdēs ꝙ in multis offendim⁹ oēs Jaco. iij. Ex quo ergo iusti ꝛ electi quādoqꝫ offendunt venialiter ex magno beneficio dei procedit ꝙ in precedēti puniaꝛ tēporaliter. vt sic euadere possint penas alterius seculi: sed de labore presentis vite transeāt ad requiē

felicitas eterne. Et de hoc hystoriam habem⁹ Luc. xvi. de lazaro qui post mortem delat⁹ est ab angelis in sinū abrahe. De quo dixit idē pater abrahā ad diuitem damnatū q receperat mala in vita sua. Super quo dicit glo. ord. q lazarus aliquid mali habuit quod ignis iopia purgauit sicut ꝛ diues aliquid boni habuit, ex quo bonū transitorium in hac vita recepit. vt enim dicit Aug. in libro. enchyridion Multa hic videnē igno sci et nullis supplicijs vindicari: sed eorum pene reseruantur in postex. Sicut ecōtrario hic vindicāē aliqua q esi remittūtur pfecto in futuro seculo nō nocebunt. hec ille. De afflictione autem iustorum in presenti hystoriam habem⁹. iij. Re. xiij. de abdo propheta qui prohibitus a domio comedit in domo regis hieroboan. cui postea dictum est. Non auferetur cadauer tuum in sepulchrum patrū tuorum. per quod in obedientia prophete puniri potuit ne ad supplicium tartareum eius anima reperiretur vt dicit glo ord. Propterea dicit apostol⁹. j. Corint. xj. Cum iudicamur: id est in presenti punimur a domino corripimur; id est talis punitio mittitur nobis a deo ad nostram vtilitatē, sicut innuitur cum subditur. Ne cum hoc mundo damnemur: id est cum hominibus mundanis et peccatoribus.

¶ Secundo affligit de⁹ bonos et virtuosos homines in presenti vt ab amore huius seculi nequaȝ reuocentur. Et hoc est quod dicit Gre. super Ezech. omel. xvj. pater inquit ille celestis donis suis flagella permiscet vt nobis omne quod nos in hoc seculo delectat amarescat: et illud incendium surgat in aio q nos sp ad celeste desyderium in quiete excitet Da exemplum de nutrice apponente aliquid amaruȝ super mamillam suam vt de eo gustato paruul⁹ vlterius illam suggere renuat. Da etiam exemplum de equo sudore perfuso ex graui labore. qui si transierit per fluuium a sessore freno retrahiē simulq calcaribus pūgitur ne caput inclinans ad bibendum inde deterior efficiatur et moriatur. vnde Psal. Multiplicate sunt infirmitates eorū scilicet iustorum et electorum dei. Postea accelerauerunt videlicet currere ad dominum.

¶ Tertio de⁹ affligit iustos electos in presenti vt ardēti⁹ gaudia celestia ab eis desyderētur vt enim dicit Aug: . ad fratres in heremo sermone. xj. post mūdi gaudia sequentur eterna lamenta: quia nemo potest hic et in futuro gaudere. Nam necesse est vt vnū gaudium amittat q aliud voluerit possidere. hec ille Pijssimus igitur dominus sua summa prouidentia ab electis aufert mundanam prosperitatem simul ꝛ cōfert aduersitatem vt toto studio anhelent ad illam celestem gloriam peruenire vbi erit gaudium sine fine. Ut enim inquit Grego. in suo pastorali. capi°. xxxvj. Nisi correctis et afflictis de⁹ hereditatem celestem dare disponeret, erudire eos per molestias non curaret.

Hinc in Apocal. dicitur. Ego quos amo arguo et castigo. Et alibi flagellat deus omnem filium quem recipit. Et Psalmista. Multe tribulationes iustorum. Et in figura huius legitur quod lapides extra tunsi sunt vt in constructione templi domini absque mallei sonitu ponerentur: quia videlicet nunc foras per flagella tundimur: vt intus in templo dei postmodum sine percussione disciplie disponamur hec Greg. Male ergo loquuntur qui de domino conqueruntur si affliguntur aut aliquid molestie patiantur considerantes prospera arrideri peruersis hominibus. Audiant ergo tales pro sua consolatione. Greg. in dicto pastorali capitulo.l. Ita dicentem. Presentis vite prosperitas aliquando idcirco a domino datur. vt ineternum plenius damnet, dicente psal. Deiecisti eos dum alleuarentur. Et post pauca subdit. Considerare etiam debent qui aduersitatis labore fatigantur quanta super eos creator omnium gratia inuigilat. quos i sua desyderia non relaxat. Egro quippe quem medicus desperat concedit vt cuncta que concupiscit/ accipiat. Sed qui sanari posse creditur a multis que appetit prohibetur. Et pueris nummos subtrahimus quibus tota simul patrimonia heredibus reseruamus. hec ille.

¶ Quarto: deus ideo affligit iustos et sanctos vt mali et obstinati peccatores terreantur/ et a peccato reuocentur animaduertentes quod si deus sit ita durus in presenti suis charis amicis secundum illud psalmiste. Ostendisti populo tuo dura. Intantum vt etiam electos sine peccato affligat quandoque non sua causa: quandoque vero propter nonnulla leuia peccata que ex humana fragilitate commiserunt ita seuere eos flagellat. quam durus et seuerus erit ipsis obstinatis peccatoribus qui tot et tam grandia perpetrauere delicta. Si enim inquit Christus. Luce vigesimotertio. in viridi ligno hoc faciunt. in arido quid fiet? Item prouerbiorum vndecimo. Si iustus in terra recipit quanto magis impius et peccator? supple recipiet: vel in presenti: vel in futuro. Super quo glosa ordinaria. Si martyres tanta patiuntur iniuste quanta tormenta manent eorum tortores. Si Job et Thobias: et alij dei electi tanta in hac vita passi sunt. quid miramur si nos longe inferiores aliqua tangit afflictio Et si enim impij: id est de peioribus non sumus. certe si peccatores nos esse negamus. nos ipsos seducimus et veritas in nobis non est. Hec ibi. Et hoc est quod dicitur primi Petri quarto. Si iustus vix saluabitur. Impius et peccator vbi parebunt? Item Augustinus. Si deus sic affligit quos amat. quid faciet illis quos reprobat?

S ¶ Tertio principaliter criminosus merito dicere potest. Afflictus sum et humiliatus sum nimis. Criminosus nempe peccator grauiter affligitur a peccatis et demonibus secundum spiritum. Quis videatur gaudere et non

sentire secundum corpus. Ita vt merito dicere possit illud prouerb. xxiij. verberauerunt mel supple demones suis tentationibus ⁊ illusionibus que sunt verbera anime / sed non dolui, videlicet secũdum sensum corporis traxerunt me: scilicet de peccato in peccatum / ⁊ de malo in peius: ⁊ ego nõ sensi. Est enim peccator tãquam ebrius vino voluptatis ipsius peccati. Itẽ est spiritualiter mortu⁹ preterea est sicut membrũ mortuum: ⁊ ideo non miruz si non sentit mala: ⁊ afflictiones quibus eũ percutit diabolus. Preter hanc autem spiritualem afflictionem: etiam quandoqꝫ affligit miser peccator in presenti secundum corpus: sicut patet de Pharaõe: Antiocho: Herode consumpto a vermibus ⁊ de multis alijs. Sicut patuit ĩ precedẽtibus super illo verbo. Mlta flagella peccatoris. Unde de vnoquoqꝫ tali potest dici illud. Eccli. ij. afflictionẽ dedit dominus peccatori. Tandem autem affliget dominus vnumquenqꝫ obstinatum peccatorez a deo quod eum expellet de terra viuentiũ: ⁊ detrudet in abyssum secũdum illud Psalmiste. Afflixisti populos supple peccatores ⁊ expulisti eos: videlicet de hoc mundo in infernum detrudendo. Tales nempe in presenti incipiũt quodammodo suum infernum: ⁊ iuxta vulgatum prouerbium transeunt de paruo inferno ad magnum vbi sempiternus horror inhabitat.

h ¶ Quarto damnatus merito potest clamare ⁊ dicere, afflictus sum ⁊ humiliatus sum nimis. Peccator enim ĩ presenti voluit delicate viuere et penuriam nullam pati. Item superbe incedere in magnis et in mirabilibus supra se et nunqꝫ humiliari ideo in inferno existens, cõtra primum clamat dicens: afflictutus sum. Aposto. xviij. quantum glorificauit se / et in delitijs fuit tamen date ei tormentum et luctum, Item cõtra secundum subdit et humiliatus sum nimis / id est valde scilicet tantum descendẽdo in profundum inferni quantũ voluit se extollere in p̄senti. Psalmista. ascendunt vsqꝫ ad celos et descendunt vsqꝫ ad abyssos vbi supple anima eorum in malis tabescebat: hoc patuit ĩ primo angelo peccante: ad quem cum improperio loquitur dominus. Esa. xiiij. dicens. Quomodo cecidisti Lucifer de celo qui mane oriebaris: id est qui ĩ principio tue creationis eras ita pulcher ⁊ lucens, tum per naturalium decorem: tum per gratiarum ⁊ virtutum formositatem: tum per scientiarũ plenitudinem corruisti in terram qui vulnerabas gentes: id est / Adam ⁊ Euaz. Qui dicebas in corde tuo. in celum conscendã super astra celi exaltabo soliuz meum, ascendam super altitudinem nubium. similis ero altissimo. Ecce quomodo extollebatur supra omne qđ est. Sed quãtum humiliatus fuerit audiamus. Ueruntamen / inquit dominus ad infernum detraheris in profundum loci. Ecce quomodo humiliat⁹ est nimis, In eo itaqꝫ sicut ⁊ in ceteris fi-

lijs suis superbis impletur do mini sententia qua dicit Luc. xiiij. et eiusdē. xviij. Itē Matt. x. Omnis qui se exaltat humiliabitur. hoc est etiam qd ait Maria in suo cātico. deposuit potentes de sede. Luc. i. Quid autē aliud est deponere potentes de sede/nisi superbos illos spiritus qui et natura potētes sunt. de celo expellere et i. infernum detrudere/ vbi sine fine rugiūt a gemitu cordis sui. Nūc ergo merito dicere possunt ad dominum tam demones quam reprobi homines / illud psalmiste. Humiliasti nos in loco afflictiōis et cooperuit nos vmbra mortis.

¶ Lectio. xxxiij.

¶ Domine, ante te omne desyderium meū, & gemitus meus a te nō est abscon ditus.

¶ Postquam in precedenti lectione penitēs pie conquestus est ad dominū sup malis et tribulationibus vite presentis dicens. Afflictus sum et humiliatus sum. etc. Hic consequenter petit ab ipso domino liberari; sic inquiens. Domine ante te omne desyderiū meum. quasi dicat. O domie certe adeo me vrgent angustie presentis vite et adeo infestant vndiqz varia tentamenta qbus indefesse affligor quod nihil aliud desydero nisi esse ante te gloriose: scilicet regnātē in celis. animaduertens quod beati serui tui: et hi qui stant corā te semper vt in figura dicitur de Salomone. iij. Regum. v. Tale erat desyderium Pauli dicens. Infelix ego homo. Galli. malleureux. quis me liberabit de corpore mortis huius? Rom. vij. Nam vt dicit Gregorius. Sancti viri quia mundi gloriā contēnentes superne claritatis lumine illustrari solummodo cupiūt diuine maiestatis conspectui semper assistūt. Cum enim sola celestia appetunt. vsqz ad contemplandū deum per mentis desyderium ascendunt. Et quia quā dulcis est dominus interius sentiūt. nunquam ab eo per praue volūtatis studiū recedūt. Despiciam9 ergo terrena: et amemus celestia: vt possimus et nos dicere cū propheta. domine ante te omne desyderium meum. hec Gregorius super hoc passu notanter autē dicit Psalmista. omne desyderium. quia non potest pars desyderij nostri dari deo et pars mūdo aut peccato: sed toto corde desyderandus est: et alia sub eo. vel sic secundum dominum Hugon. Domine ante te omne desyderiū meum: id est tibi est manifestum et patens. Non sic autem est ante homines q̄ tantum vident que patent exterioribus oculis: sed tu vides interiora cordiū. i. Reg. xvj. homo videt que patent deus autem intuetur cor. Sequitur. Et gemitus meus a te non est abscōdit9. i. tu scis causam quare in gemisco ego quia nō pro bono terreno aut temporali: sed pro spirituali et eterno quod desydero necdū assequor: et hoc facit me gemere. Nā vt dicit Gre.

Omne desyderium in penã cõuertitur si nõ cito euenerit qđ optat. Qui ergo de deo in corde desyderium concipit: qr statim quod optat nõ obtinet ingemiscit. Et vtrunqꝫ tam scilicet desyderiũ quod est de deo. quam gemitus de dilatione ad ipsum perueniendi est deo notum per approbationem. Scire enim dei approbare est secũdum quod dictum est Moysi a dño Noui te ex nomine Exodi xxxiij. Sed nescire reprobare est secundum quod ipse dominus in fine dicturus est reprobis. Nescio vos. Matth. xxv. Bene ergo dictum est. et gemitus meus. ꝛc. Ubi notandũ secundum dominum Petrum de Pal. quod gemitus veri penitẽtis debet esse adinstar gemitus turturis q̃ gemit pro amissione comparis. Sic ꝛ penitẽs debet gemere pro eo ꝙ amisit sanctã dei societatem per peccatum suũ. ꝛ hoc quotiens talis amissio occurrit memorie. Itẽ debet gemere pro amissione procedentium bonorũ operum per peccatum. alios autẽ gemitus nõ curat dominus vt dicit glosa ordinaria: cuiusmodi sunt gemitus mortis parentum amissionis temporalium/ et huiusmodi.

A ¶ Notandum est autem circa illud verbum. Domine ante te omne desyderium meum: ꝙ est in generali triplex desyderium.

vcꝫ. Peccatorum. Iustorum. Beatorum.

B ¶ Primũ igitur est desyderium peccatorũ de quo in Ps. Desyderium peccatorum peribit. Pro quo notandum quod desyderium peccatorum est multiplex. Primum est desyderium auarorum qui desyderant diu viuere vt possint frui diuitijs huius seculi. Quale erat desyderium illius diuitis/ de quo Luce. xij. legitur quod dicebat intra se. Quid faciam ꝙ non habeo quo ꝯgregẽ fructus meos. Certe destruã horrea mea ꝛ faciã maiora: ꝛ illuc congregabo oĩa que nata sunt mihi: ꝛ dicam anime mee. Anima habes mł'ta bona posita in annos plurimos requiesce/ comede/ bibe/ ꝛ epulare. Dixit autez illi deus. Stulte hac nocte demones repetent animaz tuã a te: que aũt parasti cui⁹ erũt? Ecce quomodo desyderiũ ei⁹ perijt. Propterea dicebat apostolus. i. Timoth. vi. Qui volũt diuites fieri incidũt in desyderia multa: qr diuitie prestant viam ꝛ fomentum ad omnia vitia. Huiusmodi autẽ desyderia sunt inutilia: vt ibi subditur: etiã tẽporaliter loquendo: quia propter talia desyderia non efficitur homo locupletior. Sunt etiam nociua spiritualiter intelligendo: quod declarat Paulus cũ subdit quod mergũt homines in interitum et perditionẽ. In interitũ quidem culpe ꝛ perditionẽ gehenne. Uel in interitum corporum et perditionem animarũ secũdũ glo. interl'. Ecce quomodo desyderia auarorum nocẽt illis. Propterea ibi ꝯcludit Paulus quod radix omnium malorũ est cupiditas Nam sicut radix prestat fomẽtum omnibus

ramis arboris: ita et diuitie omnibus peccatis. Tale igitur desyderium castigandum est et reprimendum.

¶ Secūdum est desyderiū carnalium virorum qui desiderāt suas concupiscētias adimplere et satiare: de quib9 loquitur Petrus dicens quod ambulant in luxuriis desyderiis et violētiis suis. i. Petri. iiii. Notanter autem dicit violentiis propter raptores virginum et aliarum pudicarum mulierum. Sicut patuit de Sychen qui oppressit Dynā filiā Jacob. Gen. xxxiiii. Sicut etiam patuit de Amon qui inflāmatus desyderio carnis sicut equus et mulus quibus non est intellectus/miserabiliter oppressit Thamar sororem suā. ii. Reg. xiii. Sicut denique patuit de Tarquinio iuniore: qui clam ingressus lectulū Lucretie noctis silētio eam oppressit prout pulchre deducit Aug. lib. i. de ciuitate dei. c. xix. Ecce quomodo viri lubrici ambulant post concupiscentias suas intantum vt non solum cū volentibus mulieribus cōmisceantur: sed et nolentibus illis parere violentiā inferant. Propterea salubre documentum dat sapiēs. Eccli. xviii. dicens. Post concupiscentias tuas non eas: scilicet per opus aut cōsensum. Et sequitur. Si prestes anime tue. i. sensualitati tue cōcupiscentias eius faciet te in gaudiū inimicis tuis supple demonibus qui letātur de ruina hominis: secūdum illud Psalmiste Qui tribulāt me exultabunt si motus fuero. Itez prime Petri secundo: hortatur nos idē apostolus dicēs. Charissimi: obsecro vos tanquam aduenas et peregrinos abstinete vos a carnalib9 desyderiis que militant aduersus animā. Et Paulus Romanorum decimotertio. Carnis curam ne feceritis in desyderiis. Desyderium autem huiusmodi peccatorum lubricorum tandem peribit: scilicet in morte vel in inferno: perit etiam quandoque in presenti vita. Tum quia frequenter tales non possunt peruenire ad optatum: sicut patuit de illis duobus senibus de quib9 Danielis decimotertio. Tum quia etsi perueniant ad opus: non tamen concupiscentia satiatur: sed magis inflammatur secundum hieronymum. Tum quia frequenter grauia scandala sequuntur cū factum aliis declaratur: ita vt maior sit sequēs tristicia quā precedens delectatio iniqua. Unde de Amon dicitur vbi supra quod postquam oppressit sororem suam eiecit eam turpiter et maius secutum est odium quam fuisset amor quo eā prius dilexerat. Propterea bene dicitur. Prouerbiorum quinto: quod nouissima illis amara quasi absynthium.

¶ Tertiū est desyderiū gulosorū qui desyderāt immoderate prosequi cōcupiscētias que consistunt in cibis et potib9 quale erat desyderiū filiorū Israel q̄ fastidiētes māna i deserto dicebāt. Nūe. xi. Quis dabit nobis carnes ad vescēdū recordamur pisciū quos comedebam9 gratis i Egypto. In mētē nostram veniūt cucumeres et po-

pones porri et cepe et allia: anima nostra arida est: ocli nostri nihil aliud respiciunt nisi mã. Ecce quomodo popul⁹ ille, vt ibi premittitur flagrauit desyderio carnium: id est ardenter desyderauit: et carnes et omnia predicta. Tale erat desyderiũ illius qui desyderabat habere collum longum ad instar gruis vt diutius delectaretur i cibis et potibus. Sed profecto desyderium talium gulosorum frequenter perit: quia cũ querunt inordinate delectari in abundantia cibi et potus, etsi instantanee delectentur: tamen postmodum grauiter infirmantur: secundum illud Eccli. xxxvij. In multis escis erit ĩfirmitas. Quinimmo quãdoqꝫ iusto dei iudicio miserabiliter moriuntur. Sicut legitur de filijs Israel i psalmo, quod adhuc esce erant in ore ipsorum et ira dei ascendit sup eos et occidit pingues eoꝝ: id est illos qui erant ceteris potentiores et ditiores. Nonne etiam desyderium diuitis epulonis qui in vita epulabatur quotidie splendide tandem perijt: cum post mortez in tormentis existẽs: nec quidem guttam aque potuerit obtinere. Luce. xvj.

C ¶ Secũdum principale desyderium dicitur desyderiũ iustorum de quo Prouerbiorum vndecimo. Desyderium iustorum omne bonũ est. Et est sensus. Justi non desyderant nisi bonum. vel sic. Desyderium iustorum omne bonum est: id est desyderium eorum non est nisi deus qui est omne bonum eminenter. Justi enim nõ aliud desyderant in presenti nisi quomodo deo placeant: et quomodo ad eum post mortem perueniant. Desyderant autem ipsi iusti principaliter tria.

¶ Primo quidem desyderant scire dei mandata: et illa ex corde adimplere: secundum quod propheta Dauid dicit de seipso ad dominum. Mandata (inquit) tua desyderabam: scilicet scire et facere. vt dicit glosa interl. Non ergo sufficit ad salutem huiusmodi dei mandata scire speculatiue: quia hoc modo illa melius sciunt demones quaz magni doctores: sed oportet illa scire practice opere implendo: quia soli factores legis iustificabuntur: vt habetur Romanorum. ij. Estote ergo factores verbi et non auditores tantum fallentes vosmet ipsos. Jacobi primo: quasi dicat. Habete mandata dei in opere et non in aure siue intellectu tãtum. Propterea dicebat psalmista in persona sua: et cuiuslibet deuoti. Cõcupiuit (inquit) anima mea desyderare iustificationes tuas: id est opera iustitie: vt dicit glo. interl. Et non solum ad tẽpus vt mali: sed in omni tempore: etiam in aduersis.

¶ Notandum ergo quod circa dei mandata, homines vario modo se habent. Nam quidam sunt qui nec ea sciunt nec scire desyderant, quinimmo ea nescire affectant, vt liberi⁹ i oculis suis peccẽt. Sicut patet de illis qui nolunt audire predicatores vt non arguantur. Item de illis qui nolunt audire ea que a curatis ꝓnunciant

in prono die dominico: credẽtes talem ignorantiam affectatam eis suffragari posse: et tales turpiter se decipiunt. Alij sunt qui ea quidez libenter audiunt ꝛ scire desiderant: sed ad effectum non deducunt ꝛ tales adhuc mali sunt. Alij vero toto corde illa scire desiderant ꝛ scita executioni demãdant quales sunt boni ꝛ virtuosi homines. Videat ergo quisq intra semetipsum de quorum sit numero.

¶ Secundo desiderant iusti ꝓximos suos verbo et exemplo edificare atq ad celestem gloriam trahere: vt enim dicitur. Eccli. xvij. Unicuiq mandauit deus de proximo suo Tale autẽ desiderium habuit Paulus qui dicebat. Rom. i. Desidero vos videre vt aliquid impartiar vobis gratie spiritalis ad confirmandos vos: scilicet in fide ꝛ bonis operibus: et vt per ꝑdicationem meam sup. efficiamini deuotiores. Item idem Pau. alijs scribens videlicet Thessalonicensibꝰ dicebat. Festinamus faciem vestrã videre cum magno desiderio. id est. Thessa. ij. Idem autem desiderabat in ipsis. Thessalonicen. quod et in romanis. s. eorum salutem. Tale etiam desiderium habuit beatus pater noster Dominicus: de quo legitur quod intantũ desyderabat hereticorum Albigentium conuersionem et reductionem ad rectam fidem quod ieiunauit vnam totam quadragesimam in pane ꝛ aqua: vt quos non poterat solo verbo predicationis ad rectam semitam reuocare: saltem exemplo sancte vite hoc idem efficeret.

¶ Item de eodem legitur quod cum semel incidisset inter manus hereticorum ꝛ intrepidus extitisset videntes tãtam in eo constantiam illi precentes: dixerunt ei. Quid fecisses si comprehendissemus te? At ille. Rogarem (inquit) vos libenter ne mihi mortem celerem inferretis: sed paululum ꝛ successiue membra singula mutilantes: deinde ostensis corã meis oculis detruncatis membrorum periculis ipsos etiam oculos cruentes ad vltimum semiuiuum laceratumq corporis truncum permitteretis sic cruentum in suo sanguine volutari. Hec igitur audientes ꝛ stupefacti veritatis aduersarij destiterunt vltra insidiari ei. Ecce quale et quantum desiderium habebat vir ille apostolicus Dominicus nedum animarum salutem: verum et ad fidei catholice defensionem: ꝓpter quod de eo canit ecclesia. Sicut sitit ceruus ad aque fluuiũ ita desiderabat seruus christi martyrium.

¶ Tertio desiderant iusti dei visionem ꝛ fruitionem et ad celestem patriam paruenire dicẽtes ad dominum illud Cañ. i. Trahe me post te ne. s. trahar ab hoste: trahe me sursum ne trahar deorsuz: trahe me quia exme in celum nequeo ascendere. Nemo enim venit in celum post te nisi tractus diuinitus: testez te inuoco qui dixisti. Nemo venit ad me nisi pater meꝰ traxerit eum Joh. vi. Ex me ei habeo vnde deorsum descendã

quia vt dr. Sap. ix. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam: et terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. Educ igitur de carcere corporis huius mortalis animam meam vt confiteatur nomini tuo i celis. Taliter autem sursum trahi desiderabat psal. cum inquiebat. Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum ita desiderat anima mea ad te deus. Item sanctus ille Symeon cum dt Nunc dimittis seruum tuum domine. ꝛc. Luce. ij. Tanq̄ diceret. Oro te domine vt dimittas me ire in pace alterius seculi. Similiter ꝛ apostolus ille Paulus cum inquiebat. Cupio dissolui ꝛ esse cum christo. Phil. primo Nec immerito paulus desiderabat esse cum christo qꝛ esse cū christo multo melius est (vt ipse ibidem subdit) quam viuere i carne. Nam viuere in carne multā miseriam habet annexam tā culpe quam pene. Esse autem cum christo plenum gaudium habet et omnimodam puritatem. Ob eam rem tedio afficiebatur sanctus ille Job eo quod tanto tempore cogebatur manere in carne. Unde ꝛ dicebat. Tedet animam meā vite mee. Eiusdem decimo capitulo.

D ¶ Tertium principale desyderium dicitur desyderium beatorum ꝛ comprehensorum: secūdū ꝙ cuilz sācto loquitur scriptura dicens. Replet sup. dominus in bonis desiderium tuum. Et notanter dicit in bonis: quia quicquid boni aptāt beati illis impartitur dominꝰ. Uel ideo dicit in bonis: qꝛ se ipso qui est omne bonū replet deꝰ desideriū beatorum: sine q̄ cetera etiā si infinita essent satiare nequirēt. vnde Aug. Animam dei capacem nichil minꝰ deo implere potest. Propterea dicit psalmista de quolibet beato. Desideriū cordis eius tribuisti ei domine. Solum enim patria imple desyderiū hoīs: scđm illud Augu. Fecisti nos domine ad te inquietuz est cor nostrū donec venerit ad te.

E ¶ Pro quo iterum notandum ꝙ inueniūtur in hoie sex desyderia que nūq̄ possunt repleri in presenti vita: sed tantum in celesti gloria.

¶ Primum est desyderium cognitionis. Oēs ei hoies (vt inquit phūs) natura scire desyderant. Nedum iuuenes ꝛ sani habent hoc desyderium sed et senes scđm ꝙ dn̄s Anthon. refert i prima pte sue cronice ti. iiij. ca. i. §. iiij. de Solone q̄ fuit vnꝰ de septē sapientibꝰ mūdi ꝛ ciuis atheniēsis. De quo etiā meminit Aug. de ci. dei li. i. ij. c. xvi. Hic ergo Solon semp cupidꝰ scie cū laboraret in extremis ꝛ audiret aliquos ei assistentes sermonem adinuicem habere super aliquo dubio caput quo advaluit erexit vt eos audiret ꝛ aliquid noui anteq̄ moreret addisceret. Istud autē desyderium non potest i via perfecte satiari sicut narrata declarat historia. Satiabitur aūt in patria quando quidem ipsi beati videbunt illum qui omnia videt: et qui est speculū sine macula. vn̄ Augu. Quid est quod non vident qui videntem omnia vident.

¶ Scdm est desyderium virtutis. Inserta enim nobis est natura boni ꝛ inclinatio ad illud secūdum Boetium. Inclinatio autem ad vitium contra naturam est. Nam ꝛ si post naturā destitutā plures ferantur ī malum ꝙ in bonū: qꝛ stultoꝝ infinitus est numer⁹: nichilomin⁹ in statu nature cōstitute secus est Istud aūt desyderium non potest in presenti pfecte haberi seu impleri vt scilicet homo semper virtuose operetur sine aliquo defectu et tota intētione in deū feratur: qꝛ vt habetꝛ. iij. Reg. viij. Non est homo qui non peccet: etiā quantūcūqꝫ iustus: scdm illud Prouer. xxiiij. Septies in die cadit iustus. Istud aūt desyderiū imple in patria quia de beatis scribitꝛ Apoca. xiiij. ꝙ sine macula sūt ante thronū dei. id est sine aliquo defectu vitij.

¶ Tertiū desyderiū dicitꝛ honoris ꝛ sublimitatis Multi eī in presenti appetūt honores ꝛ pōpas atqꝫ gl'iam et fastū humanū. Sicut patet de superbis et ambitiosis q̇ multa iniqua faciunt frequenter tam cōtra deū ꝙ proximum vt ad finem perueniant honoris ꝛ glorie. Sed neqꝫ istud desyderium potest in presenti impleri. In cui⁹ rei signū legitꝛ de Alexandro magno: quod cū audisset ab aliquib⁹ philosophis plures esse mundos cepit suspirare: eo quod post tot labores et victorias vix haberet vnum ī potestate sua: quasi desyderās aliis dominari. Unde etiam videm⁹ principes modernos bella frequenter contra seinuicē mouere desyderio dominandi. Et qui magnus est adhuc maior fieri desiderat. Sed istud desiderium implebitur in patria vbi beati ad summum prouehuntur honorem: scdm qd de ipsis scribitur. Apoca. xx. ꝙ regnabunt cum christo.

¶ Quartum est desyderium diuitiarum et bonorum temporalium circa que congreganda ꝛ congregata conseruanda totū versatur desideriū auarorum et mūdanorum Sicut patet de illo de quo loquitur christus. Luce. xij Istud autem desideriū est adeo insatiabile quod de eo dicit scriptura Eccl'es. v. Auarus non implebitur pecunia. Nam ipsa temporalia sūt quasi ligna que quanto plura fuerint non extingunnt ignem sed magis ac magis augent. vnde prouerb. xxx. Ignis nunquam dicit sufficit quia qui est capellanus vellet esse canonicus ꝛ q̇ est canonic⁹ vellet episcopus ꝛ q̇ episcop⁹ vellet esse cardinalis ꝛ q̇ cardinalꝫ vellet esse papa Pape autem etiam non sufficit quod habet. Ecce quomodo ignis auaritie nunquam dicit sufficit. Propterea dicit Sen̄. Si te vis diuitem facere non diuitijs addēdum est sed cupiditati subtrahendum Nam vt dicit. Ambrosius. Mens auari vinculis cupiditatis semel astricta: semper aurum videt: semper argentum cogitat: et gratius aurum quā solem intuetur. Ipsa eius orō ꝛ supplicatio ad deū aurū querit. Hec ille Et recitatꝛ dist. xlvij sicut hi: vel cōpat auaros insanis hoībus di. ꝙ sicut hi q̇ per

insaniam mente translati sunt non iam res ipsas sed fātasias passionis sue vident: ita etiam concludit de auaris. Istud aūt desiderium saciabitur in pria quia in celo est omnium bonorum abundantia. Psal. Gloria et diuitie in domo eius. Proptere a Boetius diffiniens beatitudo est status omnium bonorū aggregatione perfectus. Merito ergo potest quilibet beatus dicere illud. Sap. vij. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa.

¶ Quintum est desiderium deliciarum et delectationum carnalium quod est tam ardens ī aliquibus: q̄ efficiuntur quandoq; amentes: incurrunt infirmitates: postponunt famam: et quandoq; incidunt in mortem Ex tali etiam pene infinita mala sequuntur. vtpote intoxicationes: homicidia: furta. et huiusmodi: nec tamen satiantur: sed quanto plus talibus insudant: tanto magis inardescūt: dicente Salomone. Prouerb. xxx. quod sanguisuge due sunt filie: scilicet auaritia et luxuria prout expo. glosa. ord. que dicūt affer / affer. Sed in celo est delectatio alterius generis que purissima est atq; honestissiā et perfectissima: de qua Psalmista. Delectationes in dextera tua vsq; in finem. id est in sempiternum. Dicit autem delectationes pluraliter: q; beati habent vnam delectationem magnam de beatitudine proximorum: aliam maiorem de beatitudine propria: sed aliam maximam de beatitudine christi et totius trinitatis. Huius autem delectationis magnitudo et perpetuitas prefigurata est Hester. j. per illud insigne conuiuium quod fieri iussit Rex Assuerus tertio anno imperij sui cunctis principibus et suis pueris persarum et medorum inclytis vt ostenderet diuitias glorie regni sui. et hoc multo tempore centum videlicet et octoginta diebus Applicatio est facilis. Unde deuotus Bernardus ad hoc propositum dicit sic. Illud inquit est verum gaudiū: quod non de creatura sed de creatore concipitur: quod cum acceperis nemo tollet a te cuius comparatione omne dulce amarum: omne pulchrum fedum: omne deniq; quod potest delectare molestum.

¶ Sextum est desiderium conseruationis vite proprie. Est autem desiderium istud nedū cōe hominibus sed et brutis animalibus: etiam et rebus insensibilibus. Nā vnaqueq; res intendit conseruationem sui esse et quantum potest sēper se conseruare secundum esse proprium et indiuiduale ideo se cōseruat secundum esse specificū. Unde videmus multos homines: qui vt conseruent se in esse plus iusto indulgēt proprie carni nolētes ieiunare aut carnem macerare: ne aut vitam amittant: aut abbreuient. Sed profecto faciant quecunq; voluerint nunquam tamen suum desiderium totaliter implebitur: quia velint nolint interibunt. Nam vt habetur. Eccl̄i. ix. Nemo est qui semper viuat: sed sicut pisces capiunt̄ hamo et aues Ita et hoēs laqueo.

in tempore malo. scilicet inspe rate mortis.

¶ Ité. ps. Quis est homo qui viuet et non videbit mortem? Illud autem desyderium implebit in patria vbi beati erũt ab omni nocumẽto securi. Nã vt habetur Apoc. xxi. Nõ esu rient neq; sitient amplius neq; cadet super illos sol. neq; vll9 estus: quoniam priora transie runt. Item. Es. lxv. Non audietur in ea vltra vox fletus et vox clamoris. Patet ergo quo modo desyderium humanum nequit in presenti satiari: sed tantũ in futuro Propterea dicit Psalmista. Domine ante te omne desyderium meum. Non autem dicit ante creaturam etiam angelicam (desyderium meum) quia vt dictũ est nichil aliud preter deum potest satiare hominis desyderium.

¶ Lectio. xxxiiij.

¶ Cor meum conturbatum est in me dereliquit me virtus mea & lumen oculorum meorum & ipsum non est mecum.

¶ Postquam in precedenti lectione ostensum est quomodo penitens summopere desiderabat ad deum ire di. Domine ante te omne desiderium meũ quidem peregrinatio nequit perfici absq; cordis contritione simul et humiliatione Ideo in hoc versu ostendit se contritum et humiliatum cum inquit Cor meum conturbatum est in me. Ecce contritio (dereliquit me virtes mea et lumen. etc) ecce cordis humiliatio. Conturbatur igitur cor penitẽtis: nec quidem iniuria: dum scilicet pauor vndiq; et sollicitudo incutitur: vt di. glo. Inter l. Dux enim considerat peccator celũ quod peccando amisit: et inferni suppliciũ quod incurrit non immerito pauet et stupescit. Ideo toto posse solicitari debet pro venia. Item conturbatur et terretur: quia dereliquit eum virtus sua. si enĩ virtus mansisset nihil eũ terreret Adeo enĩ eum dereliquit virt9 sua q; mens ipsius succumbit passioni. Hec autem virtus: virtus bene agendi est: q̃ aut tota per peccatum aufertur: aut saltem diminuitur. Uel virtus bene agendi que dereliquit hominem in statu culpe / est illa quam habuerat in statu gratie / vel potius innocentie. Unde Aug. Quia enim homo noluit cũ potuit: iusto dei iudicio inflictum est ei non posse cum velit

A ¶ In hoc igitur versu secũdum Dominũ Petrum de Palude tanguntur tria que sunt in vero penitente contra tria que sunt in peccatore. Nempe in peccatore primo est delectatio in corde: et eẽ in penitente est dolor in corde Et hoc notatur cum dicitur. Cor meum conturbatum est in me. Secundo in peccatore est fortitudo mala in opere: quia vt habet. Es. v. Peccatores sunt fortes ad miscendum ebrietatem: eẽ autem in penitente est debilitatio ad bonum quod notatur

cum subditur. Dereliquit me virtus mea. Tertio i peccatore est presumptio nequam in peccati sui defensione: ecōtrario autem in penitente est humiliatio et recognitio sue fragilitatis ꝛ miserie: qđ notatur cum subiungitur (ꝛ lumen oculorum meorum) sup. dereliqt me (et ipsum) lumē (n ō est mecū) Hec aūt tria fuerūt in conuersione Pauli. Nam qñ cepit tremere et stupere di. Dñe qd vis me facere? Tūc merito potuit dicere. Cor meum conturbatū est in me. Scđo qñ pron⁹ cecidit in terram ꝛ audiuit vocem de celo dicentem sibi. Saule saule quid me persequeris? potuit dicere. Dereliquit me virtus mea. scilicet prior ꝗ̄ erat ad male agendum. Unde de co cantat ecclesia: ꝙ prostrat⁹ est seuissimus persecutor: sed erectus est fidelissimus predicator Ecce mutatio fortitudinis Tertio qñ apertis oculis nihil videbat vtiqꝫ dicere potuit (et lumē oculorū meorū) sup. dereliqt me (ꝛ ipsū non est mecū) Uel dic ꝙ ad bñ agēdū tria requirunt̄ q̄ sūt velle bonū posse bonū: nosse bonum. Hec autem tria eneruat ꝛ q̄si penitus eradicat mortale pctm̄: prout in hoc versu notat̄. Primo quidem pctm̄ aufert velle bonum: qđ notat̄ cū dr (cor meū cōturbatū est i me) adeo ꝙ nō possū velle bonum. Secundo aufert posse bonū: qꝛ (dereliquit me virtus mea) intantū ꝙ etiā si possē velle bonum: non tamen possem illud agere propter virtutis operatiue debilitatem. Tertio aufert nosse bonum qꝛ (lumen oculorum meorū) sup. dereliquit me intantū ꝙ non est mecū Et tamen sine noticia practica boni nullus potest bene agere: neqꝫ bene velle.

B ¶ Notandum est ergo ꝙ peccatum mortale quatuor mala facit in homine: que in hoc versu notantur.

¶ Primo quidem inquietat. s. interiorē hominē Et hoc notatur cū dr. Cor meū cōturbatū est in me. Istud ꝓbat̄ auctoritate ꝛ fig. Primo quidē auctoritate. Es. lvij. Cor impij quasi mare feruēs: qđ q̄escere non potest. Sequitur. qꝛ nō est pax impijs dt dñs: ꝛ est ibi questio de pace pctōris / quā nō habēt pctōres: sed cōtinuū bellū intestinū: qđ est piculosissi⁹ ꝙ̄ bellum extrinsecū. Nā mali sunt quasi in continuo motu interioꝝ cogitationū et volitionū malarū sibi inuicem succedentiū Nunc em̄ cogitant de vno pctō ꝛ nunc de alio. Insuper ꝛ in somnis fantasia et vis ymaginatiua eorum fertur circa varias materias peccatorum. Ecce quomodo cor impij quiescere non potest. Et nō solum cor: sed et corpus taliū est ferme semper in motu: sicut patet de lubricis personis discurrētibus per varia loca / sacra et non sacra / publica et priuata: vt opere adimpleant nequitiā suā. Item patet de lusoribus. Item de ebrijs Itē de superbis ꝛ vanis mulieribus: que die festo se ornantes discurrunt nūc ꝑ vicos: nunc per eccl'ias vt videantur ꝛ concupiscantur. Ecce qualiter peccatum inquietat hominem interiorem

et, exteriorem. Unde de huiusmodi conturbatione potissime interiori loqtur Aug. di. Jussisti dñe et ita est: vt pena sibi sit omnis inordinat⁹ animus. Secundo hoc idem probatur per figuraz. Legitur eñi Mar. ix. q̄ venit ad xp̄m vir q̄dā habens filiū demoniacū di. q̄ diabolus frequenter eū mittebat in ignē ꝛ aquam vt eum perderet. Per istum demoniacum recte significat̃ peccator: quem diabolus nunc mittit in ignem ire ꝛ discordie: nunc autem in aquam carnalis concupiscentie ꝛ luxurie. Ecce quomodo cor ei⁹ cōturbat̃ in ip̄o ❡ Secundo peccatum mortale debilitat: qḋ significat̃ cū dr̄ Dereliquit me virtus mea.

Jstud autem probatur auctoritate et figura. Primo quidez auctoritate Ef. i. Omne caput languidum ꝛ omne cor merēs a planta pedis vsq̧ ad verticem non est in eo sanitas. Uulnus ꝛ liuor ꝛ plaga tumēs nō est circūligata nec curata medicamīe: neq̧ lita oleo. hec ibi. Jn quib⁹ ṽbis exprimit̃ quō peccatum debilitat omnem statum hominum.

❡ Primo quidē principes ꝛ nobiles qui significantur p̄ caput languidum. Hos enim peccatum vulnerat ꝛ debilitat per auaritiam ꝛ rapinam: quia vt habetur Ef. i. Omnes principes tui infideles socū furum Secundo debilitat ecclesiasticos et religiosos qui significā tur per cor merens: q2 tales dicunt̃ merere seu flere peccata populi. Et de ecclesiasticis quidē scriptū est Joelis. ij. Inter vestibulum et altare plorabūt sacerdotes ministri domini dicentes Parce domine parce populo tuo: et ne des hereditatē tuā. i. pp̄l'm xp̄ianum qui est hereditas domini et sors ipsius in pditionē. Dicit aūt bis: pce q2 sacerdotes dñi merere seu flere ppria pctā et aliena. De religiosis ṽo scribit̃ in Canone. xvi. q. j. Monachus. Et sūt verba Hiero. dicentis. Monachus non docentis sed plāgētis habet officiū: qui vel se vel mundū lugeat. i. pctā sua vel alioꝝ q̄ in mundo sunt lugeat vt di. glo. vbi supra Sed p̄h dolor pctīt tales debilitat per vite demeritum et deuotionis remissionē: adeo vt dicat Hiero ꝛ recitat̃. vīij. q. j. ql'. q̄ nihil magis destruit ecclesiam q̄ laicos meliores esse clericis. Tertio peccatum debilitat rusticos ꝛ inferiores: q̄ significantur per plantam pedis. Hos inquam debilitat per fraudem et iniustitiam quam committunt defraudantes decimas ecclesie. Unde Malach. iij. Jn decimis ꝛ primitijs ꝛ penuria vos maledicti estis: q. d. Et q2 male soluitis decimas ꝛ primitias vestras. ideo maledicti estis i penuria reꝝ tēporaliū: q2 ex quo vultis defraudare dñm in decimis suis iusto iudicio priuabit vos bonis terrenis. Propterea dicit hiero. et ponitur xvj. q. i. Reuertimini. q̄ retinere decimas ecclesie p̄uocat irā dei cōtra populum: ita vt hac de causa immittat famem ꝛ penuriā et oīm rerū egestatē sup terrā. Patet ergo quō peccatum debilitat oēm statū hoīm

Scdo hoc idē ꝓbatur figura. Legitur em̄. iij. Regum vlt. de Athab pessimo rege: q cū esset in bello mutassetq habitū suū. quidam tetendit arcū suū: ⁊ casu sagittans vulnerauit regē inter stomachū et pulmonem et mortuus est.

¶ Ad propositū achab significat peccatorem. sagitta vero peccatū. Cunq hec sagitta tetigerit cor hominis per consēsū statim eū vulnerat ad mortem spiritualem: et tandē eternalem. Alia etiā figura de hoc habetur. Luce. x. de homine descendente ab Hierusalem in Hierico: qui incidit in latrones: qui spoliauerunt eū: ⁊ plagis īpositis abierūt semiuiuo relicto. Applicatio est facilis.

¶ Tertio peccatum execat humanum mētem ⁊ rationis practice iudicium. Et hoc notatur cum subditur Et lumē oculorum meorum. sup. dereliquit me in penam peccati commissi. Ista autem cecitas probatur auctoritate ⁊ figura. Primo quidem auctoritate. psal. dicentis. Super cecidit ignis. videlicet superbie concupiscētie ⁊ ire. vt dicit glo. Interl. et non viderunt solem: q. d. quia cecidit talis ignis ideo nō viderūt solem iustitie vt exponit eadem glo. vnde sap. v. Errauimus a via veritatis ⁊ lumen iustitie non luxit nobis. Sed qd lumen iustitie. nisi rigor ⁊ seueritas diuine iustitie q nō lucet peccatoribus quia de ea non aduertunt nec ds penis inferni. Unde de illis duobus nequissimis presbyteris sollicitantibus pudicam susannam de inhonestate scribitur. Dan. xiij. q declinauerunt oculos suos vt non viderent celum neq recordarentur iustorum iudiciorum dei. vnde dicit. Grego. de luxuria quod cū semel mentem inuaserit. nullū bonum deinceps cogitare permittit. Et breuiter de omnibus peccatoribus talis datur sententia Sapi. ij. Execauit eos malitia eorum ⁊ nescierunt sacramenta dei. id est admodum nescientium se habuerūt: quia non plus de illis curauerunt quam si nulla essent aut nullam virtutem seu dignitatem continerent. Sequit neq mercedem sperauerunt iusticie. Merces etenim iusticie quo ad bonos est illa de qua Mathei. xxv. Uenite benedicti patris mei. ⁊c. Et hanc non sperant peccatores: quia vera spes est certa expectatio future beatitudinis ex gratia et meritis ꝑcedens secundum magistrum sen. di. xxvi. tertū. In peccatoribus autem nullum est meritū ad beatitudinem consequēdam. Merces autem iustitie quo ad malos est illa de qua vbi supra. Ite maledicti in ignem. Et hanc mercedem deberent profecto miseri peccatores sperare. id est firmiter expectare si bene attenderent ad mala que committunt. Sed a deo execati sunt q neq vident oculo mentis bona celestia: q peccādo amittunt: neq supplitia que incurrunt Et in hoc cōsistit maximum eorum periculū. Secundo probatur idem ꝓpositū per figuram de Samsone de quo legitur Iudic. xvi

q Philistijm ipsū tenēteserue rūt sibi oculos:et demum eum molere fecerunt:more asini. Sampson autem quē ceperūt Philistijm medio vroris sue. Dalide recte significat peccatorem quem capiūt demoneo medio delectationis que est i culpa: que quidem delectatio more muliebri beneno uit adulari z applaudere peccatori. Et signanter istud habet verū de delectatiōe venerea: que est tanq̄esca q̄ adiungitur hamo ad capiendos pisces et aues. Intus tamen latet ham⁹ seu periculū. Postquam ergo diabolus ceperit miserum peccatorem per consensum peccati:mox eum execat vtroq3 oculo:ita vt nō videat sursum bona:que amittit : neq3 deorsum mala:que iccurrit. vt enim dicit Gregoriū. z recitatur dist. xlix.c.hinc etenim ille dicitur cecus bui lucem superne contemplationis ignorat. Unde ipse diabolus iactat se dicens illud sophonie.i. Tribulabo homines et ambulabunt vt ceci q3 domino peccauerunt. Et tanta proch dolor est hodie copia horum cecorum q Jeremias lamentando dicit Tren iiij. Errauerūt ceci in plateis. q.d. Non solum illi qui habitant in campestribus ceci sunt sed et qui habitant in plateis ciuitatum. Causam autem huius cecitatis assignat idem propheta cū3 subdit. polluti sunt sanguine .id est peccato vnde in huiusmodi plateis aliqui polluti sunt sanguine vsure. alij sanguine rixe z discordie. alij sanguine adulterij et luxurie. alij sanguine detractionis et inuidie. A quibus sanguinibus petēbat liberari qui dicebat. Libera me de sanguinib⁹ deus deus salutis mee.

¶ Quarto peccatum hominē priuat scilicet speciali dei presentia que est per gratiam qd notatur cum subditur. et ipsū scilicet lumen gratie. non est mecum Istud enim est lumen oculorum mentis humane qd hominem ob demeritum peccati dereliquit : vel istud lumen est christus qui est lumen de lumine et qui inhabitat lucem inaccessibilem vt habetur .i. Thi vj. Istud autem lumen relinquit hominem per peccatum. Que enim inquit paulus. ij. Corint. vj. participatio iusticie cum iniquitate:aut que societas luci ad tenebras? Quid autem significet lux declarat cum subdit. Que autem conuētio xp̄i ad belial? Belial aute3 apostata interpretatur z ideo recte diabolum significat qui semel apostatando a sancta religione beatorum angelorum nunquam deincepsillic rediit Sicut ergo lux z tenebre priuatio z habitus non simul coherent. Ita neq3 christus z diabolus Sed adueniente vno alter cedit . secundum domini sententiam Mathei. xj. vbi ait Qui nō est mecū contra me est zq̄ non estcolligit mecū dispergit. Oq3 mirabiliter debēt lamentari miseri peccatores in quibus non est tale lumen gratie sed potius horribiles tenebre culpe dicentes cum illo s̄cto thobia. Quale gaudiū mihi erit qui in tenebris sedeo:z

lumen celi non video Tho. v. Audite quid dicat beatus ille Joannes. Si inquit dixerim⁹ quoniam societatem habemus cum eo scilicet christo: et in tenebris ambulamus mentimur. j. Jo. j. Patet ergo multis auctoritatibus q̄ peccatum mortale priuat hominem spirituali dei presentia. Et hoc idem ꝓbari potest figuratiue in filio ꝓdigo per quē peccator designatur qui dimissa domo patris et accepta portione substātie sue abijt in regionem longinquam Luc. xv. Ita ꝛ peccator quāto plus peccat tanto magis recedit et se elongat a deo dicente Psalmista longe a peccatorib⁹ salus. Qui tandem in se reuersus merito potest lamentari et dicere. Heu quid feci: et quid michi fecit dominus: aut quid in eo inuenit propter quod de hui recedere ab eo? Ecce em̄ lumen oculorum meorum nō est mecū; sed in tenebris moratur oculus meus. Surgam ergo et ibo ad eum: et dicā ei pater peccaui in celū et corā te, iam non sum ꝛc. Quod si ita fecerit peccator ꝑfecto benigne ꝛ hilariter eum recipiet pater ille misericordiarū et deus totius consolationis.

D ¶ Ceterum huic passui satisfactum esse non putaui nisi adhuc paulisper immoremur super illo verbo. Cor meum conturbatum est in me. Super quo notandum q̄ sunt sex que merito debent conturbare cor peccatoris.

¶ Primum est gratia per culpam turpiter amissa. Et de hac conturbatione loquitur Psalmista ad dominum in persona peccatoris dicēs. Auertisti faciem tuam a me videlicet gratiam tuam a me auferendo ob demeritum culpe mee. Non em̄ aliter auertit deus faciem grē sue a nobis nisi nobis primum peccantibus. Sequitur. Et factus sum conturbatus scilicet post talē auersionē faciei grārū. In cui⁹ figura legit̄ Hest. vij q̄ Aman valde obstupuit ꝛ cōturbat⁹ est cū vidit vultū regis assueri cōmotū contra se ita vt talem aspectum ferre non posset. Propterea sapienter petebat dauid ad dominum dicens Non auertās faciem tuā a me Cum igitur peccator considerat deum contra se iratum. et gratiam spiritussancti turpiter amisisse valde debet conturbari. Quis enim non turbaretur super amissione rei magni valoris? Et quid queso preciosius gratia dei esse potest? Ideo de eius amissione dolendum est secundum q̄ innuit dominus in illa parabola Luc. xv. de muliere habente dragmas decem que si perdiderit dragmam vnam continuo accendit lucernam et euertit domum donec inueniat eam.

Ita et pauper peccator non debet cessare ab oratiōe et bona operatione donec gratiā semel amissam de nouo inueniat propter ipsius preciositatem ꝛ vtilitatem.

¶ Secundum quod debet conturbare cor peccatoris est culpa commissa secundum quod Psalmista in persona peccatoris aiebat. Torrentes iniquitatis conturbauerunt me. Sed q̄

sunt torrentes iniquitatis. Certe illi de quibus Osee.iiii. Maledictum et mendacium et homicidium et furtum et adulterium inundauerũt super terram. Et bene dicunt vitia torrentes quia sicut torrentes impetuose currunt. Sic et vitia vnde. Sene. Uirtus lenta. vitium impetuosũ. Huiusmodi autem torrẽtes iniquitatis merito debent conturbare cor peccatoris cum sentit se a talibus et in talibus immergi et inuolui. Quis enim tam secur⁹ qui non conturbaretur si videret in lecto suo buffonem aut serpentem secum iacere? afortiori cum homo sentit intra conscientiam suam peccatum stare conturbari et terreri debet. Nan. iii. omnisqui viderit te resiliet a te.

¶ Tertiũ quod debet conturbare cor peccatoris est pena debita Esaye.xiiii. Infernus subtus conturbatus est in occursum aduentus tui quasi dicat. quod cum peccator considerat inferni supplicia sibi iam parata et os illius putei infernalis iam esse apertum ad ipsum deuorandum tunc merito valde timere debet et conturbari. Dicendo cum Psalmista. Terrores tui conturbauerunt me. Et alibi. Dolores inferni circũdederunt me preoccupauerũt me laquei mortis. Quis enim fur aut latro in facto deprehẽsus non timeret supplicium sibi paratum? Sed quale remedium restat pauperi peccatori. Certe optimum dat Psalmista vbi supra ita subdens. In tribulatione mea inuocaui dominum et ad deũ meum clamaui. Nec quidem frustra. quia exaudiuit de templo sancto suo vocem meam et cetera. Et clamor meus in conspectu eius introiuit in aures eius.

¶ Quartum conturbans cor peccatoris est diaboli nequitia Hic enim non cessat die ac nocte circuire et circundare hominem peccatorem diuersis iaculis terribilium et aliquando horribilium tẽtationum quas facit apparere in fantasia hominis. nunc in vigilia nunc in somnis. nunc tentando de presumptione. nunc de desperatione et differentia diuine misericordie et huiusmodi. Ita vt merito possit dicere miser peccator illud Psalmista. Conturbatus sum a voce inimici et a tribulatiõe peccatoris: id est diaboli qui anthono. peccator dicitur. Quis eniz homicida aut latro non conturbaretur si cõspiceret se vallatum ex omni parte clientibus seu inimicis capitalibus? Causa autem inquit peccator ad dominũ. quare conturbatus sum a voce inimici et a tribulatione peccatoris est: quia declinauerunt in te mala supple demones. forte dicentes quod non possis aut non vis mihi remittere peccata mea vt sic me pertrahant ad desperandũ de tua infinita misericordia et gratia.

¶ Quintum quod debet cõturbare cor peccatoris est mortis incertitudo et ineuitabilitas. vt enim dicit Ber. Nichil certius morte: sed nichil incertius hora mortis. De hac conturbatione loquitur Psal. in perso-

na peccatoris vi. Cor meũ conturbatum est in me: et formido mortis cecidit super me Bene autem dicitur formido mortis propter ipsius mortis incertitudinem Nihilominus quando considero eiusdem mortis ineuitabilitatem. certe tunc timor et tremor venerunt super me et contexerunt me tenebre supple ipsiusmet mortis.

Et dixi Quis dabit mihi pennas sicut columbe. Nam ex timore et tremore mortis et diei iudicij atque suppliciorum inferni incipit peccator habere propositum emendandi vitam suam et agendi penitentiam in presenti inde optatiue loquitur dicens. Quis dabit michi penas. supple spirituales gratiarum et virtutum. sicut columbe. supple date sunt a natura: et tunc volabo: scilicet in desertum penitentie et requiescam per conscientie tranquillitatem qui nunc sum in continuo timore z tremore. Ecce elõgaui: id est elongabo me a strepitu mundi fugiens. supple occasiones peccatorum: et mansi. i. manebo in solitudine non redeũdo ad occasiones peccatorum. In cuius figura dictum est loth. Gen: xix. Nec stes i omni circa regione. Et hoc est qđ dicitur Apoc. xij. ꝙ date sunt mulieri due ale aqle magne vt auolaret in desertũ Mulier igitur est anima peccatis prius subiecta: desertum est penitentia. due ale quibus illic volatur sunt timor diuine iustitie z spes diuine misericordie. assumamus itaque has duas alas et fugiamus in desertum penitentie. ibique abscondamur ne nos apprehendat calidus tantator.

¶ Sextum quod debet conturbare cor peccatoris est seueritas diei iudicij Tonitruũ em̃ solo auditu terret homines. at ꝙ incussione sui mot⁹ vina in dolijs et oua in testis. Sic et illud terreficium tonitruum: id est terror futuri iudicij turbat cor peccatoris nisi fuerit insensibilius rebus insensibilibus. Unde z dicebat abacuc ꝓpheta. iij. c. Audiui et conturbatus est venter meus a voce contremuerunt labia mea. i. quasi supra modũ territus sum et obstupui Itẽ Hieronym⁹. Quotiens deum illum cogito toto corde et corpore contremisco. O si sola cogitatio seu imaginaria apprehensio illius terribilis et stupendi iudicij sic terret sctõs dei prophetas et electos viros ꝙ̃tomagis illi⁹ realis presentia terrebit malos et reprobos.

¶ Lectio. xxxv.

¶ Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerũt & steteterunt.

¶ Postꝙ̃ in precedenti lectione penitens deplanxit impedimenta interiora eum retrahentia a sue salutis cõsideratione et presertim eo in extremis laborante vi. Cor meum conterbatum est zc. Hic consequẽtur deplangit exteriora impedimẽta cum subdit. Amici mei zc.

Uel allego.

¶ Postquam psl'.in precedēti versu locutus est in persona membrorum dī. Cor meum conturbatum est in me dereliquit. &c. Hic incipit loqui in persona capitis scilicet christi ꝑ tēpore passionis sue dicens.

Amici mei &c. Et iste modus loquendi. se scilicet transeundo de vna persona in aliam satis vsitatus est in sacra scriptura et presertim in libris prophetarum. Ad ostendendum itaqꝫ vnionem membrorum cum capite & ediuerso vt dicit Grego. Psamista in hoc versu loquitur de christo tanquam de seipso dī. Amici mei glo. Interl'. ficti et proximi mei: id est cognati iudei vt exponit eadem glo. Multi enim inquit Grego. Judei amicos se christi dicebant t.multi eum miracula facientem sequebantur. Multi eum dominum, multi vocabāt et magistrum; Sed ficte Sicut patet de illo legisdoctore de quo Matthei.xij.legitur quod cum vellet eum capere in sermone dicit ei. Magister scim⁹ quia verax es et viam dei in veritate doces et non est tibi cura de aliquo. Hic enim et si vera diceret sinistra tamen et corrupta intentione loquebatur. Similiter et sacrum euangelium Jo.vij. eosdem iudeos vocat christi propinquos secūdum carnis cognationē. dicente euangelista. Nec enim credebant in eum fratres sui. Hi ergo omnes hora christi passionis, aduersum eum appropinquauerunt, non mente sed corpore, non passibus fidei: sed ꝓcessu nequitie. Non voluntate sequendi sed intentionē nocendi. Hoc autem totum factum est, quando cōgregati in atrio principis sacerdotum qui dicebatur cayphas. consilium fecerunt vt eum dolo tenerent et occiderent. Item aduersum eū steterunt. quando constanter accusabant eū et similiter quādo clamantes dicebant pylato Crucifige crucifige eum. Ecce quales amicos et propinquos habuit christus inter iudeos.

¶ Notandum est ergo ꝙ ista verba. Amici mei &c. possunt dicere multa genera personaruꝫ et hominum. videlicet.

Seculum deserentes.
Penitere volentes
Morti appropinquantes
Beneficia posidentes.
Detractiones patientes.
Xp̄s & sancti pie conquerentes

A ¶ primo igitur illi qui volunt seculū deserere vt animas suas lucrifaciant per sancte religionis ingressum merito dicere possunt sigillatim. Amici mei &c. Nam sepe contingit vt amici carnis & non spiritus retrahere studeant quos christ⁹ ad se vocat. Dicentes. Quid vis facere. nūquid poteris ita bene saluare animam tuam viuendo honeste in seculo sicut in religione. Tuū propositum non est nisi vna fantasia que cito transibit. Plerique tui similes ingressi sunt regionem: quos postea grauiter penituit & forte in eadem condemnatione eris. Ecce quomodo amici & ꝓximi: id est consanguinei stāt aduersum iuuenem seculum deserere volentem. Et tales figu=

rantur per patrem et matrem. Thobie iunioris qui eum gra uiter deflebant absentem quã uis cũ angelo Raphaele ãbu- lantem Thobie. x. Precipue au tem flebat anna mater eius ir- remediabilibus lachrymis: at- que dicebat. Heu me fili mi: vt quid te misimus peregrinari: lumen oculorum nostrorũ: ba culum senectutis nostre: sola- tium vite nostre: spes posterita tis nostre. Oia simul in te vno habentes: te non debuimus di mittere ire a nobis. Hec vbi s. Sic et parẽtes carnales preser tim matres deflent filios suos peregrinantes ad christum du ce angelo: adeo vt eos quan- doq͡ a suo sancto proposito et itinere reuocent etiam vbi iam religionis habitum nouiciorũ deferunt. Sed omnibus talib⁹ amicis et proximis debet bon⁹ et sancte indolis iuuenis respõ dere et dicere illud Job. xvi. Verbosi amici mei ad deũ stil- lat oculus meus: id est intẽtio mea in dei amorem fertur: pro cuius amore volo seculum de- serere. Et post pauca. Ecce bre- ues anni trãseunt: quasi dicat. Labor religionis cito transit: sed fructus in eternum stat.

Ideo subditur. Et ideo semit- tam per quã non reuertar am bulo. Uel dic quod breues anni transeuntes significant quam breuis sit vita presens ꝓ cui⁹ amore non est deserẽdum reli- gionis ꝓpositũ. Sicut legitur de filio cuiusdam magni prin- cipis qui cum instigante spiri tu sancto fuisset religionem in gresus/ summopere a patre ce- pit sollicitari de reditu ad secu lum: eo potissimũ quod ipsum solum haberet superstitem he- redem. Ad quem iuuenis pru- denter ait. Pater ex nunc an- nuo votis vestris dummodo vnam pessimam consuetudinẽ auferatis a patria vestra.

At pater. Hoc libenter faciam fili dummodo illam michi ape- rias. Et ille. Profecto illa per- uersa consuetudo patrie vestre est quod tam cito mors rapit ⁊ inuadit strangulãdo electos iuuenes sicut decrepitos senes. At que verba flens pater reli- quit eum in suo sancto propo- sito ⁊ abijt: quia vt habetur xx q. ij. Puella. Si adolescens in sancta religione deo seruire vo luerit: dummodo annos puber tatis attigerit/ nõ est potestas parentibus prohibendi. Sec⁹ si infra ãnos pubertatis vt ha betur extra de regularibus. ca. Si quis ante. Sed forte dicet aliquis. Oĩnis scriptura at- que doctrina tam diuina quã alia clamat obediendum esse parentibus: ergo ipsis inuitis nullus etiam adultus debet re ligionem intrare. Sed certe ad hec dicimus potius esse paren dum patri celesti tale proposi- tum inspiranti quam carnali ab hoc reuocanti. Ita dicit Pe trus apostolus iudeis Act. v. Obedire (inquit) magis opor tet deo quam hominibus.

Item Hieronymus: et recitat xi. q. iij. Si dñs. Si (inquit) do minus ea iubet que nõ sunt ad uersa sanctis scripturis subij- ciatur domino seruus. Si vero contraria precipit: magis obe- diat domino spiritus quã cor- poris. Si (inquit) bonum est

quod precipit imperator: iubē tis exequere voluntatē. Si malum: respōde. Oportet deo magis obedire quaz hominibus. Hoc ipsum & de seruis apō dominos: & de vxoribus apud viros: & de filijs apud patres: ꝙ in illis tantum debeant dominis & viris parentibusque esse subiecti que contra dei mandata non sunt. hec ibi. Item idem Hieronymus. Licet sperso crine & scissis vestibus vbera quibus te lactauit mater ostēdat: licet in limine pater iaceat: per calcatum perge patrē: per calcatam perge matrē: siccis oculis ad vexillum crucis euola: solū pietatis genus est in hac re te esse crudelem. hec ille. Et hoc est qō ait saluator. Matthei decimo. Qui (inquit) amat patrem aut matrem plusquam me non est me dignus.

B ¶ Secundo illi ꝗ volūt ferre crucem penitētie post Christuz possunt merito dicere cuilibet pro sua causa. Amici mei et proximi mei appropinquauerunt. &c. Nam vt inquit Augustinus. Unusquisqꝫ deo seruiens et bene cōuersatus inter homies patitur. Et hoc est qō ait apostolus. ij. Timothe. iij. Omnes (inquit) qui pie volūt viuere in Christo Jesu: id est ad similitudinem Christi ꝗ venit pati (vt exponit gl. interl.) persecutionem patientur: scilicet in corpore vel in corde: intus vel foris: vt dicit eadē glosa. Et communiter tales plus patiūtur a propinquis quam ab extraneis. Ita vt merito iustus possit dicere illud psal. lxviij. Extraneus factus sum fratribus meis: id est cognatis & cōsanguineis: vt dicit glosa interl. Nam mundus nō diligit nisi mundanos: et eos qui sapiunt terrena: persequitur autem eos qui celestia sapiunt: secundum quod ait saluator. Job septimo. Non potest vos odisse mundus: me autem odit quia ego testimonium perhibeo de ipso: quia opera eiꝰ mala sunt. De hac autem aduersitate & persecutione amicorū et proximorum loquitur propheta Micheas septimo capitulo dicens. Inimici hominis domestici eius. Sup quo Hieronymus. Hic (inquit) exempla non querimus: quia plura sunt quam testimonijs indigeamus. Non tamē desunt exempla. Hoc enim patuit in Caym: qui adeo inimicatꝰ est fratri suo domestico Abel: quod eū proditorie occidit in agro. Genesis. iiij. Hoc etiam patuit in Ismaele persequente fratrē suum ysaac. Genesis. xxi. Item in Esau persequente fratrem suum Jacob. Eiusdem. xxvij. Unde & dicebat. Uenient dies luctꝰ: id est mortis patris mei: et interficiam fratrē meum Jacob. hoc idē patuit in Joseph quem vendiderunt fratres sui. Genesis. xxxvij. Et similiter in Juda domestico Christi familiarissimo. Quemadmodum ergo (inquit Paulus Gala. iiij.) is qui secundū carnem natus est: scilicet Ismael: persequebatur eū ꝗ secundū spiritū: videlicꝫ ysaac. Ita & nūc sup. hoies carnales & mundani persequūtur viros spirituales etiā amicos suos et proximos seu con-

sanguineos: volētes eos retrahere a via salutis/ et secum trahere ad mille demones in infernū. Sed tales non sunt audiendi quantumcunqȝ sint nobis amicitia aut sanguinis propinquitate iuncti: dicente saluatore nostro. Matthei.x. Qui (inquit) amat patrem aut matrem plusquam me non est me dignus. Super quo glosa ordinaria dicit quod post deum parentes amandi sunt: sed si vtrūqȝ nō potest seruari odiuȝ in suos pietas est in deum.

¶ Tertio illi qui appropinquāt morti possunt merito dicere quilibet pro seipso. Amici mei et proxi. etc. Nam in morte solent accurrere amici et cōsanguinei: vxor et nati qui quādoque plus nocent morientibus et aduersantur saluti spiritualiorum quam prosint. Non enim audent eis loqui de sacramentorū susceptione: de testamenti ordinatione: de alienorum restitutione et similium ne eos terreant et timoreȝ mortis incutiāt. Nec etiam tales amici permittunt viros spirituales et deuotos ad eos accedere vt illos admoneant de sua salute: nisi postquā vident quod non possunt quasi amplius loqui: sed iam incipiunt alterari corpore et mente: euidentibus indicijs tendētes ad occasum. Nunquid ergo verum est predictum prophete verbū. Quoniā inimici hominis domestici eius? Tales enim plus diligunt carnem et sanguinem parentum quam animam aut spiritū: et plus sollicitantur de curā carnis quam mentis. Non parcunt nummis dandis medicis: et parcunt elemosynis dādis clericis et religiosis/ seu ecclesijs. Precinde itaqȝ cautū est extra de pe. et re. Cum infirmitas. Per concilium generale presidente Innocētio tertio vt primo ad egrotos mediciad uocentur animarum quā corporum. Et hoc rationabiliter quidem statutum est: quia vbi est maius periculū cautius est prouidēdū: vt habetur di. xlij. Quiescamus. et. vij. q. ij. c. Nuper. Unde quantum aduersentur parentes et amici saluti morientiuȝ notat Augustinus in libro de penitētia. Et similiter recitatur de penitenti distinctione. vij. Nullus. vbi sic ait. Quē morbus vrget et pena terret/ ad veram vix venit satisfactionē: maxime cum filij quos illicite dilexit sunt presentes/ vxor et mūdus ad se vocet. hec ille. Nōne queso illi sancti dei martyres/ Marcus et Marcellianus dū torquerent ad mortem poterant sigillatim dicere Amici mei et proximi mei aduersum me appropinquauerūt et steterunt. De his nempe refert Uincentius in speculo historiali libro. xiij. quod cum sacrificare nollent iussi sunt capitali sententia feriri. Pater tamen eorū Tarquilinius et mater Marcia impetrauerunt a Cromacio prefecto vrbis Mediolanensis/ vbi hec agebantur. xxx. dieruȝ inducias: vt eo interuallo ad immolandū eis persuadere valerent. Accesserunt itaqȝ in primis chari eorum amici et proximi dicentes. Unde vobis o amici tam dura

mens ꝛ tam ferreum pectus ꝙ caniciem patris contemnitis/ et ad inferos ꝑducitis? Et ma tri iam decrepite videmini no= uos partus dolores afferre? Adhuc illis loquentibus ma= ter miseram se clamitans adue nit: que soluto crine coram eis vestez qua tegebatur in frusta scidit: mām̄illas quas sugerāt ostendit: vt saltem sic eorū ani= mos emolliri posset clamans ꝛ dicēs. Heu me miseram: luctus et miseria me vndiqꝫ circūual= lat. Ecce amitto filios charis= simos ad mortem vltro prope= rātes: quos si hostes mihi au= ferrent / per medias sequerer acies bellatoꝝ. Si iudicia vio lenta concluderent carcerē ir= rumperem moritura. Sed hoc nouum pereūdi genus in quo qui moriūtur rogant lictorem vt perimat: ꝛ mors optatur / vt veniat. Adhuc illa loquente ec ce pater senio confectus ꝛ in= firmus manibꝰ ꝛ brachijs ser= uorum sustentatus adducitur et caput cinere ꝛ puluere asp= gens voces in celum ꝛ suspiria dabat dicēs. O filij baculus se nectutis mee ꝛ lumen oculorū meorum: cur sic leti flente me patre ꝛ eiulante pia vestra ma tre ad mortem vltro propera= tis. O vos iuuenes venite huc ꝛ mecū flete super iuuenes spō te pereuntes. Cumqꝫ adhuc il le loqueretur ecce amboꝝ con= iuges cum proprijs natis ad= huc ad vbera pendentibus af= fuerunt clamantes ꝛ dicentes. O amātissimi sponsi quos tan tum diligimus quid facitis? Heu quaz miseras nos ꝛ filios vestros relinquitis. Tunc in= ter vxorum lachrymas ꝛ filio= rum suspiria ceperunt Christi milites mollescere: et animos ad dolorem ꝛ compassionē fle= ctere. Huic autē spectaculo as sistens beatus Sebastianus q̄ sub militari habitu christiani tatis cultum occultabat quam primum vidit dictos dei athle tas animo deficere et blandis sermonibus allici in medium astantiū se obijciens ait: O for tissimi milites Christi q̄d nam facere disponitis. Nunq̄d vul= tis per blandimenta parentuz coronam deponere sempiter= nam. Et vt paucis multa con= cludam: post multam exhorta= tionem tam de seculi contem= ptu quam de vitandis inferni cruciatibus ꝛ assequendis pa= radisi delitijs eos in fide cor= roborauit firmauit / stabiliuit: atqꝫ pro Christi amore mortē pati paratos effecit. Sicqꝫ ne= que amici neqꝫ proximi appro pinquantes eos superare po= tuerunt.

D ¶ Quarto beneficia possi= dentes optimo iure dicere pos sunt quisqꝫ pro se. Amici mei ꝛ proximi mei aduersum me ap propinquauerunt ꝛ steterunt. Nempe si contingat aliquē ec= clesiasticum: siue curatum / ca= nonicum / archidiaconum / epi scopū ve senio deficere aut in= firmitate grauari / mox nepotu li heredes ꝛ consanguinei ve= lut fere ꝛ aues predales vndi= que accurrunt vt quilibet par tem suam rapiat bonorū illius de anima nō curantes si deus vel diabolus eā rapiat. Et de hoc potest intelligi illud Chri sti verbum. Matthei vigesimo

quarto capitulo. Ubi fuerit corpus supple moriturum illuc congregabunt et aquile: id est amici carnales et consanguinei qui veloci motu et cursu se conferunt ad eos per quorum morte credunt et sperant se commoditates temporales reportaturos. Item in vita eos insequuntur non propter Jesum tantum: sed vt de beneficijs et prebendis in eorum consolatione constitutis ditentur et prouideantur pre ceteris. Et quia tales collationes facte talibus consanguineis et amicis cedunt in damnationem et perniciem animarum tam conferentium quam recipientium: presertim nisi fuerint persone idonee: ideo dicit Psalm. Aduersum me appropinquauerunt et steterunt. Tria ergo dicit: videlicet quod appropinquauerunt: scilz ad eum a quo sperauerunt aliquam temporalem commoditatem: siue ecclesiasticum beneficium: siue quodcunque aliud. Item quod steterunt quia quod iusta ratione impetrare nequeunt improbis et importunis precibus obtinere satagunt. Item notanter dicit (aduersum me) quia ad damnationem anime conferentis talibus talia conferuntur qui non vite merito capaces inueniuntur. Et tales figurantur per duos filios Zebedei de quibus legitur Matt. xx. quod mater eorum: scilicet Maria Salome venit ad Christum petens ab eo vt vnus eorum sederet ad eius dexteram: alter vero ad sinistram in regno suo. Talibus itaque respondere debet discretus prelatus quod Christus respondisse fertur ipsis filijs Zebedei. Nescitis (inquit) quid petatis. Etenim qui animarum curam querit: quid petat nescit. i. ad quid et ad quantum animam suam obligat et illaqueat non aduertit. Et presertim qui in ecclesia preesse affectat iure consanguinitatis et parentele / nescit quid petit: quia non iure carnis et sanguinis illic introeundum est quin potius iure sanctimonie et virtutis: dicente Psal. Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus. Christus ergo non congregat in ecclesia conuenticula de sanguinibus: sed istam congregationem que hodie pro dolor magna est et multa facit hominum ambitio et carnalis affectio. Olim enim Christus ecclesiam fundauit in suo sanguine: sed moderni prelati illum ritum euertentes eam fundare volunt in suo proprio. Et ideo non iam vicarij Christi sunt: sed aduersarij: quibus ob vite demeritum dominus comminatur maledictionem dicens illud Abacuc. ij. Ue qui edificat Syon in sanguinibus. Tempore siquidem diui apostoli Pauli caro et sanguis regnum dei: id est ecclesiastica beneficia possidere non poterant. Sed tempore isto miserabili ad hanc deuenimus calamitatem: vt vix possidere possit dictum regnum ecclesie nisi fuerit caro et sanguis prelatorum: aut saltem de regio: comitum: baronumve: aut nobilium sanguine. Attendant ergo diligenter ecclesie prelati quod beneficia ecclesiastica non sunt distribuenda secundum propinquitatis gradum: sed potius secundum virtutis meritum. Unde

hierony. reprehendit illos episcopos q̃ instituebant sibi successores cõsanguineos vel amicos suos secundum q̄ recitat. viij.q.i. Moyses. Ita dicens. Moyses amic⁹ dei potuit vtique successores principatus filios suos facere: quia vt dicit glosa. hoc non erat adhuc prohibitum: et posteris propriã relinquens dignitatẽ: sed extraneus de aliena tribu eligit Jesus.i. Josue qui supple erat de tribu Effraim. Moyses autem de tribu Leui. Sequit. Ut sciremus principatum in populo non sanguini deferendum esse sed vite. Similiter et Christus non cõmisit curam ecclesie. Joanni aut Jacobo ↄsanguineis suis: sed Petro in nullo sibi attinente secũdũ sanguinis proximitatem. Sed pauci ista attendũt: sed ve illis. Olim siquidem nõ legitur q̄ in tẽplo Salomõis essent plures porte: seu porticus: sed hodie volẽtibus ingredi ecclesiã plures patent porte: quarum prima vocatur Cesaris seu porta reg̃ aut p̃ncipis: secunda vocatur aurea: tertia sanguinis: quarta Christi/de qua Joan.x. Ego sum ostium omniũ: per me si quis introierit saluabitur. Per primã igitur portã ingrediuntur nobiles curialiste: per secundã diuites et symoniaci: per tertiam parentes et amici: per quartam vero pauci aut ferme nulli. Videat ergo quisq̧ per quã portam ingreditur. etc.

E ¶ Quinto detractiones audientes et patienter suscipientes iuste dicere possunt. Amici etc. Ipsi enim detractores more vulpino fingunt se esse amicos et ꝓpinquos charitate seu compassione eorũ quibus volunt detrahere secundũ illud Ouidij. Pelliculam veterem retiens si fronte politus. Astutam vapido seruas sub pectore vulpem. Hoc patuit in proditore Juda q̃ sub specie amicitie aduersus Christũ dominum suum appropinquauit et stetit eũ tradendo Judeis. Uidemus enim quod canis blanditur hospiti q̃diu est in mensa sperãs recipere ab eo os aliquod seu morsellũ panis. Sed mensa leuata/mox illi ꝟtit dorsum: quinimmo plerũq̧ latrat contra ipsum. Ita et in proposito multi loquentes viri veniunt ad mensas diuitum et potentum eduntq̧ de bonis eoꝝ: illis applaudentes: et dicta factaque eorum approbantes: et dicẽtes ita debere fieri sicut ab eis audiũt. At vero postquam inde recesserint illos mordent et eis detrahunt non solũ audita fideliter narrantes: sed et multa falsa immiscentes/ et de suo proprio addentes de quibus Psalmista. Etenim homo pacis mee in quo speraui qui edebat panes meos magnificauit super me supplantationem. In quibus siquidẽ verbis aggrauatur peccatum detractoris quantum ad quatuor.

Primo quidem quantum ad simulationem: quia (homo pacis mee) id est qui mecum simulabat se habere pacem et amicitiam: quamuis non essent ita in re.

Secũdo quantũ ad familiaritatẽ et fiduciam: q2 (in quo spe=

rani)id est sperare potui & debui secundum cōmunem vsum eorū: qui in suis familiaribus confidunt. Tertio quātum ad beneficia recepta: quia (edebat panes meos) ad literam secundū quod Christus dicit de Juda. Luce. xxij. Ecce man⁹ tradentis me mecum est in mensa Quarto quantum ad malignitatem. quia (magnificauit super me supplantationez) id est proditionem vel diffamationē occultam detrahendo: seu deceptionem in rebus aut corpore nocendo.

F ¶ Sexto Christus pie conquerēdo potest dicere de christianis & signanter de ecclesiasticis mal'. Amici mei: id est mali populi christiani quos ego veraciter diligo: sed illi me ficte & in exteriori cultu tantum qui labijs me honorāt: cor autem eorum lōge est a me vt habetur Esay. xxix. (Et proximi mei) id est ecclesiastici peruersi: qui sunt mihi proximi ordine officio & dignitate: ita vt me contrectēt suis manibus in altari: & qui succedunt in patrimonio meo tanquam iure propinquitatis. Tales (aduersuz me appropinquauerūt) ad peccata currendo & properando / vt me offenderent & ad iracundiam prouocarent (& steterūt) quia non tantum semel & ad tēpus me offenderūt: sed frequēter & quod grauius est pertinaciter i malis suis pseuerauerūt Unde deuotus Bernardus. O domine videtur cōiurasse contra te populus: & illi in persecutione tua sunt primi qui in ecclesia videntur gerere principatum. Et hi sunt de quibus specialius conqueritur dominus Esa. lxv. dicit. Populus q̄ ad iracundiā prouocat me ante faciem meam est semper: id est coram me & in templo meo incedens. Nam peccata ecclesiasticoꝝ ceteris paribus plus prouocant dei iram quam peccata laycorum. Propterea ipse dominus de vnoquoqꝫ tali pie conqueritur per os Dauid ita dicens. Si inimicus meus maledixisset mihi: supple aperte peccando (sustinuissem vtique) quasi dicat magis tolerabile esset. Sed quod ecclesiasticus qui fingit se amicum & proximum meum maledicat mihi: videlicet occulte peccādo / hoc intolerabile est. (Et si is q̄ oderat me) scilicet apertus peccator seu Judeus aut paganus. (super me magna locutus fuisset) forte nomē meum blasphemando (abscondissem me forsitan ab eo) & loquitur hic dominus more hominum. (Tu vero homo vnanimis) id est tu sacerdos qui exterius mihi iunctus videris: & quasi vnus mecū corde et opere (dux meus) id est quem constitui ducē populi mei loco mei (& not⁹ me⁹) id est quem nosco interius et exterius (qui simul mecum dulces capiebas cibos) id est corpus meum in sacramento altaris: ita vt ibi ponatur plurale pro singulari. De quo quidem cibo habetur Joanni. vi. Caro mea vere est cibus. Hunc itaque dulcem cibum gratiarum: et omniuz charismatum capit cum Christo: qui ad altare accedit. Sequitur. in domo dei /

id est in ecclesia militante (ambulauimus) id est ambulare visi sumus (cum cōsensu) hoc est sine contradictione: sed cū omni ꝯcordia. Et vere ipse Christus vult nobiscū ambulare et habitare cum consensu: sed miser peccator: ꝛ si videatur pacem facere cum eo exterius: tamē ad intra habet cum eo bellum. Ideo omnibus talibꝰ grauis instat pena: quod notatur cum subditur. Ueniat mors super illos ꝛ descendant in infernum viuētes. Cuius pene causa subditur cum dicitur. Quoniā nequitie in habitaculis eorum: id est in domibus deputatis ecclesiasticꝫ viris ꝛ religiosis intuitu diuini cultus: que quantum ad malos plene sunt omni spurcitia secūdum illud Psalmiste. Deus venerunt gētes in hereditatem tuam polluerunt templum sanctum tuum. Ecce ergo quā iuste Christus pōt dicere de malis Christianis. Amici mei et proximi mei aduersū me appropinquauerunt ꝛc. Item eadem verba potest dicere beatus Benedictus quo ad monachos sui ordinis male viuentes: q̄ ꝛ si ore eum patronū suum vocent: factis tamen eum negant. Et idē iudicium est de ceteris religiosis male viuentibus. Sunt igitur tales amici sanctorum patrum ꝛ proximi exteriori habitu: sed non regulari obseruantia: quinimmo factis ꝛ operibꝰ eos oppugnant quos patres seu patronos appellant: quod optime notatur cū dicitur (aduersum me appropinquauerūt et steterunt) Non enim ex humana fragilitate illis aduersātur: sed potiꝰ pertinaci animo suam professionem oppugnantes ꝛ obseruantie regulari contradicentes: quod notatur cuꝫ dicitur. Steterunt. Attendant igitur tales ad id quod scriptuꝫ est extra de regularibus. c. porrectū: ꝙ habitus non facit monachum: sed regularis professio. Itē di. xl. Non est facile dicit Hiero. ꝙ non sunt filij sanctorum qui tenent loca sanctorum: sed qui exercent opera eorum. Item eadem dicit. Nō loca. dicitur ꝙ non loca vel ordines creatori nostro nos proximos faciunt: sed nos aut merita bona coniungunt: aut mala disiungunt.

¶ Lectio. xxxvi.

¶ Et qui iuxta me erant de longe steterunt: & vim faciebant qui querebant animam meam.

¶ Postq̄ in precedenti lectione ostensum est quomodo penitens deplāgit impedimēta exteriora eū reuocantia a via salutis ꝛ celi: q̄ certe multa sunt vt dictum est. Hic consequēter deplangit falsorum amicorum ingratitudinē: qui non permanēt in tempore necessitatis: sed longe abeunt etiam corpore: et quod deterius est ad inimicitias quandoqꝫ conuertuntur: et violentiam inferunt: quibus merito deberēt esse auxilio. Et hoc est quod hic dicitur (Et q̄ iuxta me erant. ꝛc.) Allegorice autē istud exponitur de Chri-

sto. Pro quo notandum quod postquam in precedenti versu descripta est dolositas Judeorum erga Christum qui sub velamine amicitie ei aduersabantur: et potissime proximus eius Judas: proximus dixerim: eo quod eius apostolus. Hic consequenter notatur aliorum coapostolorum infirmitas et instabilitas: qui videntes eum captum a Judeis de longe steterunt timore mortis. Nam vt habetur Matth. xxvi. Discipuli eo relicto omnes fugerunt. Et iterum ibidem. Stabant autem noti eius a longe. Et vim faciebant crucifigendo: qui querebant animam eius. s. diabolus cum ministris. Uel istud refertur ad milites Romanorum: qui vim intulerunt Christo: tum capiendo: tum trahendo: tum flagellando et coronando: tum crucifigendo. Item vim inferre voluerunt eius apostolis: sicut patuit de Johanne qui relicta sindone nudus aufugit. Nanne vim faciebant Christo iudei quandoquidem Pilato volente eum dimittere clamabant dicentes. Si hunc dimittis nõ es amicus cesaris. Jo. xix. Uim itaque faciebãt qui Judicem pilatum iniuste iudicare minis et clamoribus vrgebãt. Uel vt dicit Grego. vim faciebãt: quia sua vi et potestate Christo mortem inferre putabant. At vero econtra ipse eis dicebat. Nemo tollit a me animam meam: sed ego pono eam et iterum sumo eam. Joh. x.

¶ Notandum est ergo iuxta primam clausulam huius versus quod multi possunt dicere. Qui iuxta me erant. de longe steterunt. videlicet.

Deus de angelis ruentibus.
Christus de iudeis preuaricantibus
Afflictus de amicis mundialibus
Subditi de falsis pastoribus
Ecclesia de penitentibus recidiuantibus. Christus de indigne communicantibus.

A ¶ Primo itaque deus trinitas potest dicere de malis angelis ruentibus. Qui iuxta me erant. sup. in celo ante lapsum. (de longe steterunt) post lapsũ quia in inferno. Psal. Non habitabit iuxta te malignus: id est diabolus plenus malitia. Unde Lucifer primus et supremus inter omnes angelos simpliciter et deo similior atque propinquior: prout prolixe deducit Gratianus de pen. di. ii. §. Principium. Ut enim scribitur Job. xl. Ipse est principiũ viarum dei: id est dignissimũ operum dei: etiam Gabrieli Michaeli et ceteris angelis eminentior. Unde Ezechiel. xxxi. dicitur quod cedri: id est ceteri angeli non fuerunt altiores eo in paradiso dei: omne lignũ paradysi non est assimulatum illi et pulchritudini eius. De hoc etiam scribit idem Ezech. xxviii. c. Quanuis ergo Lucifer sic sublimatus fuerit in celo vt esset deo propinquior: nihilo minus nunc est ab eo distantior de longe stans ab eo: quia in profundo infernalis abyssi secundum illud Esa. xiiii. Ueruntamen ad inferna detraheris in profundum laci. O quantum istud debet terrere homines superbos. Si enim vt habetur. ii. Petri. ii. deus angelis

peccantibus non pepercit: sed rudentibus: id est funibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos in iudicium reseruari: quanto minus sup.parcet homini peccanti et superbienti: ipse enim est qui deposuit potentes de sede/ id est angelos superbientes de celo. Luc. primo Item ipse est qui teste Psalm. humilia respicit et alta a longe cognoscit. alta: id est superbos secundum glo. Sicut enim sol sua virtute ad se attrahit vapores de terra. Uapores autem sursum existentes in terram deiicit: sicut patet de grandine: pluuia. &c. Ita et deus humiles sursum leuat: superbos vero in infernum deiicit. Unde Psal. Hunc humiliat scilicet superbum: et hunc videlicet humilem exaltat. Consideret igitur elatus homo inquit Gregor. in moralibus quid in terra mereatur: si angelus prelatus in celo prosternitur: Et recitatur de penuitētia distinctione secunda. paragrapho principium.

B ¶ Secundo Christus i suo aduentu in mundum potuit dicere de perfidis iudeis. Qui iuxta me erant: id est qui michi oli p fidē et charitatē atq legis obseruantiam adherebāt secundum quod de abrahā loquitur paulus Gal. iij. dicens Abraham credidit deo et reputatum est ei ad iustitiā. Item Hebre. xi. exemplificat de multis patribus qui per fidē placuerunt deo. Nihilominus quando viderunt me in terris. de longe steterunt supple a me nolentes michi appropinquare sicut neq corpore ita neq mente. Ecce quomodo preuaricati sunt iudei a fide et charitate patrum suorum. O magna Christi clementia et iudeorum pertinacia ipse enim vocabat eos ad celestes nuptias et ipsi nolebant venire vt habetur Luc. xiiij. quin immo quantum poterant eius misericordiam et vocationem fugiebant. Et de tanta eorum ingratitudine ipse conqueritur prouerbio .i. di. Uocaui vos supple iudeos ad fidem et ad ecclesie sponse mee vnitatem. Item vocaui ad celestem gloriam. et renuistis. supple penitentiam vel gratiam aut vocationem meam. extendi manum meam. videlicet in cruce pro vobis. et non fuit qui aspiceret me in cruce michi compatiendo Psalm. Considerabam ad dexteram et videbam et non erat qui cognosceret me. Sequitur despexistis omne consilium meum: id est exhortationes ad bonum et increpationes meas de malis amouendis et corrigendis. neglexistis. Ego quoque in interitu vestro ridebo: id est risibiles demonstrabo in die iudicij: et subsannabo cum vobis quod timebatis: id est timere debebatis (aduenerit) scilicet mors eterna. Propterea ipse pientissimus Jesus conqueritur iterum de eisdem iudeis Esaye primo ita dicens. Filios: id est Judeos quos spiritualiter adoptaui in filios (enutriui) supple. manna in de

ferto annis. xl. (et exaltaui) dã do eis legem in monte Sinay. Exod. xx. Item cũ de ipsis carnem assumpsi. Psal. Non fecit taliter omni nationi: quantum ad manna datum de nubibus: et iudicia sua nõ manifestauit eis: quantum ad decalogũ datum: et digito suo in tabulis lapideis scriptum. Exod. xxxij. et tamẽ his beneficijs non obstãtibus (ipsi spreuerunt me) quã do descendi de altitudine celi: in hanc vallem miserie vt liberarem eos. Nunquid queso ipsi maledicti Iudei spreuerunt benedictum Christuz quando vocabant eum modo Samaritanum: modo incantatorẽ: modo demoniacum: modo peccatorem. Item nunquid spreuerunt eum quando velauerunt faciem eius: et colaphis percusserunt dicẽtes. Prophetiza nobis Christe quis est qui te percussit? Item quando eo gerentes coronã de spinis salutabant eum dicentes. Aue rex Iudeorum? Item quãdo improperabant ei in cruce dicẽtes. Alios saluos fecit seipsum nõ potest saluuz facere. Et multa similia dixerunt contra eũ. Ecce quomodo spreuerunt eum.

C ¶ Tertio afflictus et tribulat⁹ potest iuste dicere. Qui iuxta me erãt. supple tẽpore prosperitatis. de longe steterũt aduenientе aduersitate. Nã tempore prosperitatis multi comparãtur amici. et omnes faciũt se amicos diuitum et potentuz. Sed adueniẽte aduersitate. cũcti vertũt terga quibus prius applaudebant. Hoc patuit in tribus amicis Iob. de quibus legitur eiusdem. ij. quod cũ audissent omne malũ quod ei acciderat tam de perditione bonorum quam de morte filiorũz suorum cũ dixerunt: vt pariter venientes visitarent eũ et consolarẽtur. Sed cum eleuassent procul oculos suos. nõ cognouerunt euz. Sic et amici huius mundi aspiciunt suos pauperes amicos a lõge et vix eos recognoscuut sed dicunt. Nõ noui vos. Quos vero vident prosperos illis applaudũt munuscula offerũt vt eos alliciant ad sui amorem: et de bonis eorum ditentur. Unde amici Iob non legũtur ei aliquid obtulisse cũ esset in Sterquilinio sedens et testa radens vlcera sua. quanuis et ipsi multis abundarent. Sed postquã fortuna deo propicio redijt et addidit domin⁹ ei cuncta duplicia. mox hoc cognito venerunt ad euz omnes fratres sui et vniuerse sorores et cuncti qui nouerant eum cõsolãti sunt eum et attulerunt ei munera: videlicet vnusquisqꝫ ouem vnam et inaurem aureã vnam Iob. xlij. Similiter thobia cecitate sanato venerunt consobrini eius et consolabantur eum. Thob. xi. Non autem leguntur hoc fecisse quandiu cecus fuerat. Item christo cenam facienti affuerunt apostoli omnes: quem nõ multo post in horto captum singuli reliquerunt. Tales ergo sunt amici fortune et mundi. qui cum fortuna recedente recedunt: et cum redeunte redeunt. De quibus prouerb. xix. Diuitie addunt amicos plurimos a paupere autem et quos habuit se-

parantur. vnde Cato. Cum felix. multos numerabis amicos Tempora si fuerint nebula, solus eris. Et tales vocat scriptura amicos mense: quia quā diu credunt & sperant lucrum reportare ab eis illos visitāt. consolantur & patientibus cōpati se simulant. De quibus Ecclesia. vj. Est amicus socius mense: et non permanet in die necessitatis. i. paupertatis vel aduersitatis. Ubi tamen summopere permanere deberet: qr in necessitate probatur amicus. Nam vt habetur prouerb. xvij. Omni tempore diligit tā supple prosperitatis quam aduersitatis: & magis aduersitatis. qui amicus est: scilicet fidelis: et frater in angustijs cōprobatur: quia teste Sene. hoc habet boni aduersitas quod amicos probat. Talis autem verus et fidelis amicus erat beatus Ber. qui ad eugenium papam taliter scripsit. Olim michi inuisceratus es. non michi tam facile a medullis extraheris. ascende in celū, descende in abyssum. non recedes a me sequar te quocunqꝫ ieris Qui vero diligunt propter tēporalia sunt similes lupo vel cani. qui tandiu diligit cadauer quandiu carnes habet et non plus. Nam quando deuentum est ad ossa nuda recedit. Sic in proposito. vnde Sene. Vel musce sequuntur cadauera lupi turba ista sequitur predam non hominem. Unde in aduersitate constitutus merito potest dicere illud Job. xix. Fratres meos: id est amicos etiam consanguineos. longe fecit a me supple aduersitas. Et noti mei: id est qui me recognoscebant tempore prosperitatis et me sequebantur propter predam quasi alieni recesserant a me. dereliquerunt me propinqui mei: et qui me nouerunt obliti sunt mei. Nota fabulam de quodam paupere Sene. qui videns se derelictū a cognatis & amicis & multam se penuriam ob eam rem pati cogitauit aliqua arte eos illudere. Congregauit ergo in archa parua frustra vitrorum que ad motum possent sonum quasi argenteum reddere. quo facto archam firmiter clausit. clauem sub ceruicali suo reposuit & tandem amicos conuocari fecit. Quibus dixit quod archam illam modicum leuarent et voluerent. quod cum fecissent credentes inibi esse thesaurum multum curam illius non segniter egerunt vsqꝫ ad obitum eius. Quo mortuo archam aperientes & se fraudatos a desiderio suo perpendentes versis vultibus mutuo se conspicientes tristitiam magnam incurrerunt inhibentes ne quis de hac fraude aliquid diceret ne ab alijs deriderentur. Patet ergo quales sint amici huius mundi.

D ¶ Quarto subditus animaduertens absentiam sui pastoris et prelati merito dicere potest. Qui iuxta me erant: id est esse debebant propter curā et commissionem susceptam. de longe steterūt videlicet mente seu affectu proficiendi & etiā corpore frequenter sicut patet de illis qui se absentent a suis

beneficijs sine causa rationabili de quibus Joannis decimo. Mercenarius & qui non est pastor licet videatur esse videt lupum venientē & dimittit oues et fugit: quia mercenarius est: id est quia querit que sua sunt et nō que Jesu Christi. Sequitur et lupus rapit: & dispergit oues. hoc autem tangit illos prelatos qui videntes subditos in aduersitate cōstitutos: vtpote tēpore belli. seu regnāte peste. Fugiunt dimittentes oues in medio luporum: id est inter aduersa pro quibus tamen animas suas ponere debent esse parati. Nam vt habetur de regulis iuris. libro sexto. Rationi congruit vt succedat in onere qui substituitur in honore. Si enī vt dicit alia regula i eodē qui sentit onus sentire debeat et commodum. Ita econtrario qui sentit commodum sentire debet et onus. Non ergo debent p̄lati aut pastores passim se elongare a subditis: sed iuxta eos stare. Ita enim precipitur extra de clericis non residentibus. c. quia nonnulli. vbi dicitur quod talis persona ad curam animarum queratur que residere in loco: & curam per seipsam valeat exercere. Idem habetur. c. sequenti quod incipit relatū. Ubi excipitur nisi forte de licētia suorum prelatorum in fauorem studij / vel propter causam rationabilem et honestam contingat eos esse absentes. Sed profecto hac nostra tempestate magnus inoleuit abusus. Sunt enim nōnulli qui in intuitu: et sub velamine studij moram trahunt in vniuersitatibus non quidē vt proficiant quin potius vt deficiant: et vt suas voluptates pro voto impleant dicentes se titulo studij dispensatos de non residendo super suis beneficijs. Sed profecto mentita est iniquitas sibi ideo dispensatio nulla. Ut enim dicit Gelasius papa distinctiōe quinquagesimaquinta. priscis. dispensatio fieri nō debet sine magna & vrgente necessitate. Non ergo de lōge debent stare domini prelati a suo grege: sed iuxta seu cū illo stare in propria ita enim precipitur extra de prebendis et dignitatibus. c. extirpande vbi dicitur: quod qui parrochialem habet ecclesiam non per vicarium: sed per seipsum deseruire debet eidem in ordine.

Ad idem est illud quod habetur de electione & ele. potestate. c. licet canon libro sexto vbi precipitur illi qui ad curā animarum assumitur vt personaliter resideat in bn̄ficio suo. poterit tamē vt ibi dicitur episcopus dispensare cum eo ad tempus de non residendo prout causa ratiōabilis exposcet. Et nota quod dicit ad tēpus. Nam vt ibi dicit glosa Joannis Andre: papa non dispensat super perpetua residentia. Sed forte dicet aliquis istos canones habere veritatem in diebus illis: id est tempore primitiue ecclesie secundū quod figuraliter legitur. Luce secūdo: quod pastores hora natiuitatis dominice erant in regione eadem vigilantes et custodientes vigilias noctis su-

pragre gem suum. Sed non in diebus istis im quibus videtur huiusmodi canones abrogati per non usum. Sed ad hoc est breuis responsio quod videlicet in diebus illis ecclesie dei prelati fulgebant morum claritate: et coruscabant miraculorum operatione. Nõ autem in diebus istis in quibus tantum distant moderni prelati tam maiores quam mediocres: et minores ab illis: quantum distat ortus ab occidente.

E ¶ Quinto ecclesia rationabiliter potest dicere de penitentibus relabantibus et recidiuãtibus. Qui iuxta me erãt. per spiritualẽ seu sacramẽtalẽ in corporationem. de longe steterunt. Ad pristina facinora redeuntes secundum quod in figura dictum est de filio prodigo quod relicta domo patris abijt in regionem longinquã Luce. xv. Sed audiant tales quia scriptum est in psalmista Qui elongant se a te peribũt. Et possunt esse verba psalmiste de peccatoribus recedentibus & se elongantibus ab ecclesia motre sua. Nonne de longe stetit ab ecclesia qui prius iuxta eam erat ille dux paganus de quo refert dominus Anthoninus i cronica sua. parte prima. titulo decimo quarto capitulo secundo paragrapho secundo.

F ¶ Quod cum beatus vulfrannus senonensis episcop⁹ apud frisiam predicaret quam adhuc gentilitas detinebat. dux frisonum rathbodus nomine audita ipsius predicatione baptisari petijt. Cumq; vnũ pedem in lauachro intinxisset alterum pedem retrahens interrogauit sanctum dei viruz vbi nam plures maiorum suorum essent in paradiso an in inferno. Et audiens plures esse in inferno intinctum pedem retrahens. Tutius inquit est vt plures sequar ad infernum descendens quam pauciores in celum conscendens.

Qui post hec tertia die mortuus est multitudinem damnatorum secutus. Specialiter autem ecclesia conqueritur de peruersis christianis hereticantibus. Tales nempe fidẽ suscipiendo in baptismo iuxta ecclesiam positi fuerant, immo verius intra vterum ipsi⁹: sed heretica ndo se ab ea multum elongauerunt quales fuerunt. arrius. sabellius. nestorius. manicheus. et similes de quibus et eorũ pestiferis dogmatibus diffuse habes in decretis. vigesimo quarto. q. tertio. Quidam autem heretici. vbi enumerantur heresiarche cum suis erroribu fuisse numero, octuagesimo octauo. preter eos qui sunt sine auctoritate et sine nominibus vt ibidẽ subditur. Propterea hereticus proprie dicitur qui ab vnitate ecclesie prescinditur et separatur vt habetur. quarto questione prima quod autem.

G ¶ Sexto idem christus iuste potest conqueri de sacerdotibus et christianis indigne ad altare accendentes

tibus ⁊ communicantibus et dicere. Qui iuxta me erant. supple in altari iuxta quidem corporaliter: sed longe mentaliter ideo subditur, de longe steterunt. per vite immunditiam ⁊ diuini cultus irreuerentiam Nonne queso iudas iuxta christum in cena corporaliter presens erat quando quidem cum eo manum in paropside ponebat et tamen quā longe esset spiritu ⁊ mente palam ostendit quando relicto christi consortio ad iudeos abijt vt illis traderet dominuz suum vnde Psalmista. in persona christi. Qui edebat panes meos magnificauit super me supplantationem. id est traditionem seu proditionem tradendo me iudeis.

h ¶ Nonne de longe stabat spiritu ⁊ mente ad hoc venerabili sacramento quanuis esset iuxta corpore ille miles de quo audiui narrari quod cum anno domini M.cccc. circiter nonagesimo eccl'ia cathedralis sagiens̄ Dioces̄ in normania esset orbata pastore. quidā bn̄ficio ⁊ auxilio cuiusdam principis potitus dictam ecclesiaz vi armata immaniter inuasit. Ita vt iocalia ipsius ⁊ queqꝫ preciosa raperentur Cūqꝫ vnꝰ militum venisset ad sacrariuz ⁊ in ibi inuenisset pixidem argenteam decem hostias continentem, dixit per corpus xp̄i hoc bene ventum est Sunt em̄ decē ānni ex quo nō suscepi sacramentum altaris. Nūc ergo sumā istas decē hostias in supplementū priorū defectuū: et pixidem mihi reseruabo. Cum ꝙ istud nephariun et sacrilegum opus attentasset subito strangulatꝰ ⁊ suffocatus a diabolo in felicem spiritum exalauit. Ecce quomodo de eo verificatum fuit. qđ de indigne sumentibus scriptum est in p̄o. Adhuc esse erant in ore ipsoꝝ ⁊ ira dei ascendit super eos Potest etiam hoc qđ dr̄. Qui iuxta me erāt. ⁊c. exponit in bonā partē de digne ⁊ humiliter accedētibus ad ipsum altaris sacramentū Dicat ergo xp̄s Deuoti ⁊ sinceri christiani qui iuxta me erant in mensa altaris de longe steterūt ꝑ cordis humilitatē ⁊ sui reputationē Sicut in suo simili legitur de publicano Luce. xviij. ꝙ a longe stabat videlicet per hnmilitatem ⁊ tamē prope erat per gratiam.

I ¶ Deinde iuxta alterā ꝑtem huiꝰ versus in qua dr̄. Et vim faciebāt q̊ querebāt aīam meā. Est notandū ꝙ tria gn̄a personaꝝ possunt clamare ad dn̄m ⁊ dicere. Uim faciunt qui querūt aīam meam. hi ergo sunt.

Uez
- Tētati hoies.
- Oppresse virgines.
- Afflicti pauperes.

K ¶ Primo igit̄ illi q̄ tentant̄ a demonibus debent clamare ad dn̄m ⁊ dicere. Exurge dn̄e saluū me fac. qm̄ alieni isurrexerūt aduersū me ⁊ fortes. supple demones quesierunt aīam meā. Ecce quomodo vim faciunt qui querunt aīam meam. vn̄. Job. xxiiij. Uim fecerūt scilicet demones depredantes pupillos. id est tentantes imperfectos ⁊ vulgum pauperē spoliauerunt. id est. a pctōre pau=

perrimo ⁊ qđ videbat habere
boni gratui abstulerūt secūdū
ꝙ in figura dictū est Luc. xv.
de hoīe descendente ab hieru-
salē in Jerico q̄ incidens in la
trones spoliauerūt eū. Dicat
itaqꝫ tertius ad dñm illđ Esa.
xxxviij. Domine vim patior
supple a demonibus et vitijs
vndiqꝫ me pellentibus ⁊ tenta
tibus Nec possum tot ⁊ tātis
insultantibus inimicis per me
resistere. ideo responde ꝓ me.
eos conuincendo et a mē pro-
cul pellendo.

L ¶ Sed circa hoc potest que
ri vtrū homo possit ex aliqua
parte necessitatem peccādi in-
currere Et videtur ꝙ sic: saltē
a demone. Debilis enim virt⁹
potest necessitari a fortiori.
Modo sic est ꝙ homo est debi
lis ad resistendum: scđm illud
Lu. xxij. Caro infirma sup est:
diabol⁹ aūt est fortissim⁹: scđ
illud Job. ix. Si fortitudo que
rit robustissim⁹ est. Et eiusdē.
xli. Non est patestas sup terrā
que cōparetur ei qui fact⁹ est
vt nullū timeret Item videtur
ꝙ possit necessitari a carne si-
ue a complexione. Paul⁹ enim
ꝗuis valde ꝑfect⁹ tñ de seipso
dicebat Rom. vij. Non qđ vo-
lo hoc ago: sed qđ odio illud
facio. Silr ⁊ tertio videtur ꝙ
possit necessitari a syderibus
seu corporib⁹ celestib⁹ Astrolo
gi eñ frequenter vera predi-
cunt de euentibus bellorum ⁊
alijs humanis actibus quorū
principium est voluntas. Hoc
autē non possent ita veraciter
predicere nisi huiusmodi cor-
pora celestia imponerent vim
⁊ necessitatem homini. Igitur
tam diabolus ꝙ appetitus sē
situus ꝙ etiam sydera pñt ho
mini vim inferre. Sed contra
hec omnia est veritas fidei
prout pulchre deducit doctor
sctūs. id est pte. q. lxxxij. vbi a-
git de humana voluntate. Itē
questione sequenti vbi agit de
libero arbitrio. Item q. c. xv.
art. iiij. Ubi querit vtrū corpo
ra celestia sint causa humano
rum actuum Et resoluit quod
non saltem directe ⁊ de per se
⁊ ex necessitate.

¶ Primo igitur ꝓbatur ꝙ de-
mon possit homini necessitatē
absolutā inferre ad peccādum
sed ꝗtūcūqꝫ tētet hoiem semꝑ
potest illi ipse homo resistere.
Hoc igitur ꝓbatur tripliciter
¶ Primo quidem auctoritate
Pauli. i. Cor. x. dicentis. Fi-
delis est deus qui non patiet
vos tentari supra id quod po-
testis sed faciet cum tentatio-
ne prouentum vt positis susti
nere. i. dabit augmentum vir-
tutis ne deficiatis in lucta sed
vincatis vt dicit glo. interlin.
Propterea đt Grego. quod de
bilis est hostis qui non vincit
nisi volentem. Item. xv. q. i.
Non est. dicit Ambro. Non est
(inquit) ꝙ cuiquam nostram a
scribamus erumnam. i. culpā
nisi nostre voluntati. Nemo
enim nostrum tenetur ad cul-
pam nisi voluntate propria de.
flexerit. Non habent crimen q̄
inferuntur reluctantibus Et
post pauca. Uoluntarium eñ
sibi militem eligit christus: vo
luntarium seruum sibi diabo-
lus auctionatur. id est emit et
acquirit suo iuri Neminem iu
go seruitutis astrictū possidet

nisi se ei priuspeccatorum ere vendiderit. hec ibi. Item de pe di. ij. Si enim inquit. dicit Hieronymusq liberi arbitrij nos cōdidit de⁹: nec ad virtutes nec ad vitia necessitate trahimur. Preterea vltra liberū arbitriū habet hō contra nequitiā di a boli angelicum presidium. Nā vt dicit magister sententiarum di. vij. secūdi. Mali angeli ar centur et cohibētur a bonis vt nō tātū noceāt q̄tū vellent.

¶ Secundo idem probatur ratione sic. Dicere deum impossibile aliqd̄ precepisse hereticū est: q2 vt habet .i. Joh. v. Mādata ei⁹ grauia non sunt. Modo sic est. quod deus precepit plusquā millesies in sacra scriptura esse resistēdum diabolo igitur non est impossibile illi resistere.

¶ Tertio probatur idem figura. Legitur enim Josue. vi. q' cum Josue obsideret ciuitatē Hierico optime muratam p̄cepit suis buccinatoribus vt tubis canerent. Cunq hoc fecissent: mox muri ciuitatis corruerunt: et sic Josue preualuit Ad propositum hierico est exercitus diaboli: Josue cū suis tubis est q̄lz militans contra diabolū: qui per vocem feruentis orationis psternit oēm potestatem inimici: scd̄m illd̄ Esa xxx. A voce dn̄i pauebit assur. id est diabol⁹ virga percussus Virga hois est lingua ipsius. Et tali virga percutitur diabolus cum deuota oratio ad deum funditur pro impetranda victoria contra inimicum. Patet ergo intentum. et c.

M ¶ Secundo probatur hoc idem de cōplexione: videlicet quod non possit homini necessitatem sine vim ad peccandū inferre.

¶ Primo quidem istud probatur auctoritate. Scribitur ei. Geñ. iiij. quod dominus dixerit ad Cayn Subter te erit appetitus tuus: et tu dominaberis illius. Item Señ. ad Lucilliū. Erras (inquit) si existimas vitia nobiscum nasci superuenerunt ingesta sunt: nulli nos vitio natura consiliat: illa nos integros ac liberos genuit. Hec ille.

¶ Secundo illud probatur ratione tali. Ubi interuenit coactio seu violentia ibi non inuenitur meritum neq demeritū: ergo si cōplexio auferret libertatem ab homine et induceret violentiam seu necessitatem / non posset homo mereri neq demereri: quod falsum est: igit

¶ Tertio probatur exemplo illius adolescētis de quo refert Ualerius maximus lib. vi. qui dicebatur temides. Hic enim tempore sue iuuentutis tanta fuit polutus infamia q pater eum a se abdicauit. Mater vero propter illius turpitudinē laqueo se suspendit. Et tamen postmodū euasit philosophus maximus: et athenarum princeps extitit gloriosus. Patet ergo quod homo potest omnē malā inclinationē superare quāt uncūq in consuetudinē vsā.

N ¶ Tertio istud idem probatur de influentia syderum: scilicet quod non possint vim inferre ad peccādum. Hoc igitur probatur tripliciter.

¶Primo quidem auctoritate. Deut.iiij. Ubi dr ꝙ dñs solem et lunã ⁊ omnia astra celi creauit in ministerium cunctis gẽtibus que sub celo sunt. Non ergo propter astra est homo: sed propter hominem astra fecit deus in celo.

¶Secundo idem probatur ratione Nichil est ponendum ꝙ inducat hoĩem ad ydolatriã. Sed si astra vim inferrẽt hoĩ merito deberet illa adorare ꝙ pertinet ad idolatriã: igitur.

¶Tertio hoc ꝓbatur exẽplo. Uidemus enim ꝙ aliqñ ex eadẽ matre nascuntur duo filij eadem hora: quoꝝ vnꝰ erit bonus alter vero malus. Sicut legimus de Jacob et Esau Genes.xxv. qui eadẽ hora fuerũt cõcepti ⁊ eadẽ hora nati: et tamen Jacob fuit optimꝰ Esau vero pessimus: ita vt de ipsis dicat dñs. Jacob dilexi Esau autẽ odio habui. Malachie. i. Item videmus ad oculũ ꝙ sub eadẽ cõstellatione nascitur filius regis ⁊ filiꝰ rustici. Item nascit masculus et femella ex eodẽ partu habẽtes mores dispares. Et ideo Grego. in quadã homelia reprehendit eos q̃ dicebant ꝙ qui nascitur sub signo aquarij futurum esse piscatorẽ: sub marte futuꝝ esse bellatorẽ ⁊ huiusmodi. Ideo dicit dñs Hiere.x. A signis celi. i. a planetis ⁊ constellationibꝰ diuersis nolite metuere: scilicet metu supstitioso Timenda quidẽ sunt hec signa ꝗ̃tum ad hoc ꝙ sunt signa tempestatis: frigoris: serenitatis ⁊ caloris: sicut dicit glosa super illud. Geñ.i. Et erũt in signa.⁊c. Nõ autem sunt timanda tanquã habentia in se aliquid diuinitatis aut numinis. Propterea Augu. de ci. dei li.v.c.x disputat contra stoicos ponẽtes nostras volũtates subiacere necessitati. Si enim (inquit) subdantur necessitati: ergo libere non sunt. Itẽ si necessitari possunt: ergo frustra adhibentur leges/obiurgationes: exhortationes laudes et vituperationes: vt ibidẽ arguit idẽ Aug. Item idẽ Aug. eod lib.c.i. dicit ꝙ illi q̃ dicunt sydera esse causã necessariã actuũ humanoꝝ/faciũt deo maximã iniuriam: qꝛ per talẽ modũ tollũt ab eo prouidentiam rerum inferioꝝ et humanoꝝ actuũ. In super (inquit) attribuũt creature qđ non potest competere creatori: videlicet posse necessitari humanã voluntatem. Relinquitur ergo ex his oĩbꝰ ꝙ nichil simpliciter potest humanam volũtatem necessitare neqꝫ ad bonum neqꝫ ad malum. Sed quisqꝫ volũtate ꝓpria malus est: vt đt idẽ Au. de ci. dei lib.ij.ca.iiij. Item lib.xij.c.vi. disputat de causa male volũtatis: vbi tandem resoluit ꝙ male volũtatis nulla est causa efficiẽs. Nullus ergo volẽs malitiã suã palliare: et excusatiões in pctis adducere dicat. Uim faciebant. i. ad pctm̃ necessario ⁊ inuite seu coacte me trahebãt quiquerebãt aĩam meã. vez demones qui querũt aĩas perdere mactare ⁊ occidere: qꝛ neqꝫ demones neqꝫ cõplexio: neqꝫ sydera possunt hoĩem ꝗ̃ tũcũqꝫ peccatis prius inuolutũ iterũ ad peccãdũ cogere. Ubi notã

dum quod humana voluntas potest quidē ad aliquid volendum induci seu persuaderi sicut ouis inducitur ad sequendum pastorem per ostensionez rami viridis. Item potest benē immutari a deo sicut factū est de Paulo: cuius voluntas subito adeo est immutata et de lupo factus est ouis. Sed a nullo potest cogi seu violētari neque a creatura quacunqꝫ neqꝫ etiam a creatore: sed vt habet. xv. q. i. Quod autem. Ex voluntate peccata procedūt que libero mentis arbitrio et delinquendi proposito committuntur. Et vt dicit August. et recitatur. xiiij. q. iiij. Nobugodonosor. Uasis ire nunquam de9 redderet interitum si non spōtaneum inueniretur homo habere peccatum. Restat igitur nunc respondere ad argumenta in oppositū. Ad primū igitur dicitur ꝙ maior est vera loquēdo in agendib9 naturalib9: sed non in liberis. Ad scḋm dicitur ꝙ Paulus loquitur de motib9 sensualitatis qui non subsunt plene domini orationis. Uel vt dicit glosa ordi. sup hoc passu/ Paulus vult insinuare ꝙ subiectus peccato facit quod non vult: vel ꝙ ipse sicut et quilibet iustus luctabatur cū carne sed nō subiugabatur. Ad tertium de syderibus et astrologis respōdetur ꝙ sydera bene possūt influere in partem sensitiuam etiam directe et per eam indirecte in partem intellectiuam ꝑpter affinitatem et mutuam cōiunctionem in eodem. Et quia homines vt in pluribus sequūtur suas concupiscentias ꝛ passiones: hinc est ꝙ astrologi frequenter predicunt futura contingentia hominis dispositionem. Nō tamē semper neqꝫ necessario: quia vir sapiens dominabitur astris.

¶ Secūdo principaliter oppresse virgines possunt sigillatim dicere. Uim faciūt qui querunt animam meam: id est perditionem anime mee siue scandalum et confusionem meam. Et de his qui talem vim faciūt loquitur Paulus. i. Corinth. iij. dicens. Si quis templū dei violauerit disperdet illum de9 Sed quod est templum dei? Certe illud de quo idem apostolus ibidem. Templum dei sanctum est quod estis vos. Nōne optimo iure dicere poterat Dyna filia Jacob quando vidit se opprimi a Sychen? Geñ. xxxiiij. Uim facit qui querit animam meam. Similiter ꝛ Thamar filia dauid hoc ipsuz dicere potuit quando sensit se opprimi a fratre suo Amon. ij. Reg. xiij. Item hoc idem iustissime dicere potuit vxor illius leuite de quo legitur Judic. xix. quod cum reuerteretur de Betlehem iuda in terram suaz habens in comitatu suo vxorem suam declinauit in ciuitatē Gabaa vt ibi hospitari posset. Cunqꝫ non inueniret qui ei hospitium dare vellet / maneretque sedens in platea ciuitatis: venit ad eum homo quidā senex et agricola qui eū ad hospitium inuitauit. Cumqꝫ ibi quiesceret homines illius ciuitatis qui pessimi erant circundederunt nocte dictum hospitium: et tandem vxorem illius

leuite rapientes incredibili fu rore libidinis eam vexauerunt tota nocte. Et post tantum abu sum ꝛ nephas mane facto eam dimiserũt. Que veniens ad ho stium domus in qua vir eius quiescebat corruit in terram mortua. O quam grãde piacu lum: o quam nephãdum ꝛ hor rendum scelus. Sed profecto vltio grauissima diuinit9 secu ta est. Nam propter hoc facin9 execrabile multa milia homi num occisa sunt vt habetur. Eiusdem. xx. c. Quid deniq; re feram de Lucretia: quam tam violenter oppressit Tarquini9 iunior: adeo vt cum ad eã clam ingressus esset cunctis dormi entibus et ferrũ teneret in ma nu eiq; diceret. Tace Lucretia filius Tarquinij sum ferrũ ha bens in manu quo morieris si vocem emiseris. Simul quoq; vnum e famulis tuis occidam cuius corpus iuxta tuum repo nam: vt ab omnibus indubie credatur quia tuus leno fuit q̃ tecum concubuit. Hec et multa alia August. primo de ciuitate dei. cap. xix. Nonne etiam illa pudica. Susanna vim pati vi debatur cum a duobus senib9 sacerdotibus de inhonestate sollicitabatur: sin alias de ea dẽ accusari criminabat. Dañ. xiij. Sed profecto vis proprie dicenda non est que mẽtem re linquit liberam. Ceterum vt re spondisse fertur Lucia ad Pa schasium. Corpus non conqui natur nisi de consensu mẽtis. Nempe si me (inquit) inuitam violari feceris: castitas michi duplicabitur ad coronam.

P ¶ Tertio quilibet afflictus ꝛ iniuriatus pauper merito di cere potest. Uim faciebant qui querebãt animam meam: id est substantiam meam temporalẽ ex qua viuo. Ipsa enim substã tia pauperis vita eius: est secũ dum illud Ecclesiastici. xxxiiij Panis egentium vita paupeꝝ est: qui defraudat illum vir san guinis est. Nam diuites vsura rij ꝛ similes qui per vim ꝛ rapi nas rapiunt bona pauperum sunt similes lupis leonibus et vulpibus qui violenter sibi ra piunt predam. Unde de talib9 scribitur Michee. iij. violenter tollitis pelles eorum desuper eos: ꝛ carnes eorum desup ossi bus eorum: id est spoliatis pau peres et interficitis: et carnes eorum et ossa eorum conteritis. Item ibidem. Comederũt car nem populi mei: et pellem eorũ desuper excoriauerunt: et ossa eorum confregerunt. Tunc eñ diuites et potentes comedunt carnem populi domini: id est pauperum quando auferũt ab eis oues et boues et vniuersa peccora campi: ex quorum la cte lana et fructu sustentantur Pellem vero excoriant quãdo eorum similiter et suarum vxo rum vestes rapiunt pro indebi tis debitis. Item ossa eorũ con fringũt quando eos percutiũt aut per suos famulos percuti faciũt. Et similiter quãdo eos diu in carceribus detineri pro curant: dicentes illud Mat. v. Non exies inde donec reddas nouissimum quadrantem. Ecce quomodo vim faciunt qui que runt animam meam: id est sub stantiam pauperis. De quibus etiam et eorum exactionibus

atq violentijs et rapinis loquitur Job.xxiiij.c.dicēs. Agrum suum demetunt: et vineam eius quem vi oppresserunt vindemiant. Nam tales vsurarij et raptores quando vident tempus messis aut vindemiarum aduenisse: faciunt arrestare messes pauperum in defectum solutionis. Et si quandoq ipsi pauperes coguntur eis totum relinquere: et panem suum ostiatim mendicare. Neq proph dolor sufficit talibus vsurarijs et maledictis auarijs tollere substātiam agrorum pauperum: sed et quandoq auferunt vel auferri per clientes faciunt vestes et indumenta eorum. Ideo subditur i predicto textu Job: q nudos dimittunt homines indumenta tollentes: quibus non est operimentum in frigore. Et post pauca. Vim fecerūt deprędantes pupillos: et vulgū pauperem spoliauerunt. Nudis et incedētibus absq vestitu et esurientibus tulerūt spicas: id est pauperibus non habentibus messem sed tantum aliquas spicas post messores collectas: illas etiam ab eis abstulerunt: quod est satis vile et crudele. Et quia frequenter illi qui habitant in ciuitatibus audientes quātas oppresiones et violentias patiunt pauperes agricole et qui habitant in locis cāpestribus illis campatiētes gemunt. Ideo sequitur. De ciuitatibus fecerunt viros gemere scilicet ex compassione ad eos. Sed audiant tales vim inferētes pauperibus quod sequitur Anima vulneratorū clamabit sup. in celū querens vltionē de tot et tātis angustijs: rapinis: vsuris: et huiusmodi, et de9 inultum abire non patiatur. Unde oppressio pauperū est vnum de pctis clamantib9 in celū vindictam secundū q dn̄s de filijs israel oppressis ab Egyptijs loqtur. Exo.iij. dic. Clamor filiorum israel venit ad me: vidiq afflictionem eorum: qua ab Egyptijs opprimuntur. Unde de hac oppresione cōqueritur Apostol9 Jacob9.ij.c.v. Nōne diuites p potentiam opprimūt vos: scilicet auferendo vestra: vel corporaliter verberando: vt di. glo. interl. Deus autē et si tales oppressiones et violentias videat a simplicibus ignorare: nihilominus in die iudicij palam faciet q talia non ignorat. Ipse nempe est qui loquitur p psal. di. Nonne cognoscent omnesq operant iniquitatē. Sed qualem iniquitatē? Certe. q deuorant plebē meā. i. pauperes sicut escā panis. Profecto tales cognoscent in futuro iudicio: vel cum fuerint in inferno magnitudituditudinē sui delicti: quam in presenti cognoscere noluerunt. Et enim vt dicit. Grego. Oculos quos culpa claudit: pena aperit. Item Origenes sup illud Numeri.xxiiij. Dixit homo cuius est obturatus ocul9: qui cadens apertos habet oculos. Impius inquit post casum oculos aperis: quia quam male gesserit cognoscit.

Lectio.xxxvij.

Et qui inquirebant mala mihi locuti sunt vanitates & do.t. die meditabātur.

¶ Postquam in precedenti lectione ostensū est quomodo penitens deplangit ingratitudinem eorū et immanitatē q̄ pre ceteris deberēt merito sibi opē ferre. Hic consequēter coq̄rit de subdolis ꝛ fallacibus hoib⁹ quales sūt adulatores ꝛ detractores: q̄ habēt pulchra verba sed in cordibus suis meditant̄ inania: et dolos parāt q̄bus invident. Et hoc est quod hic dr. Et qui inquirebant. ꝛc.

¶ Allegorice autem istud potest exponi de christo.

¶ Pro quo notandū ꝙ postq̄ in precedēti lectione descripta est violentia q̄ multiplicit̄ Judei exercuerunt adversus xp̄m querentes aiam suā hoc est vitam ipsius pdere. Hic cōsequēter ostēdit̄ quō voluerūt eū capere i sermone quē nō poterāt capere ī malo opere. Et ad hoc cauti⁹ faciēdū locuti sunt ei vanitates dolose tn̄ agebāt ei insidiantes. Sed ꝓsequēdo hāc expositionē simulꝫ alias ptinētes iuxta materie qualitatē notandū est ꝙ tria hoīm gn̄a pn̄t dicere. Et qui iniquirebāt. ꝛc.

Pius redemptor.
vcꝫ Detractorū tolerator.
Malignātiū auditor.

A ¶ Primo igitur pi⁹ redemptor nr̄ Jes⁹ xp̄s merito dicere pōt de iudeis sibi insidiantib⁹ Et qui inq̄rebāt mala mihi lo. sūt va. Et hoc multiplicit̄. Primo quidē qn̄ ei adulatorie dixerunt. Magister scimus q̄a verax es: et viā dei in veritate doces: et non est tibi cura de aliquo. Non enim respicis personam hominū. Mat. xxij. Nam reprobi iudei simul loquebant̄ ipsi christo vanitates ei adulatorie loquentes et eū voce et si non corde laudantes: ꝛ cū hoc inquirebant ei mala: quia talem sermonem loquebantur: vt eum caperēt in sermone: vt ibi premittitur. Vel dic quod illō verbum et eum caperent in sermone refertur ad id quod hic di. Psal. Et dolos tota die meditabantur. Non sic autem inquirebat christo mala Nicodemus: nec dolos meditabatur q̄ simplici corde locut⁹ est non vanitates: sed veritates dicens eidem Jo. iij. Rabbi scimus q̄a a deo venisti magister: nemo em̄ potest hec figura facere que tu facis: nisi fuerit de⁹ cum eo. At vero Judei perversi quia non inveniebant ī christo vera crimina ideo locuti sunt vanitates: id est falsa finxerunt: vt dicit glosa. Interlin̄. Secundo Judei inquirebant christo mala quando adduxerunt ad eū mulierē deprehensam in adulterio. Joan. viij. Unde et dixerunt Magister. Ecce vana locutio. Adulatorie etenim loquebantur: vt minus caveret sibi ab eis.

Mulier hoc modo deprehensa est in adulterio. In lege autem Moses precepit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis. Ecce quomodo inquirebant ei mala loquentes vanitates: et dolos meditantes.

Ideo subditur. Hec autem dicebant tentantes eum vt possent accusare eum: forte coram pylato: vel coraꝫ Caypha aut populo. Et de hoc de ī misericordia si iuberet eā lapidari. Vel de iniustitia et violatione legis

si iuberet eam dimitti. Tertio ipsi iudei inquirebant christo mala simul loquentes vanitates: quando circundantes eũ more canum secundum illud Psalmiste. Circundederũt me canes multi consiliũ malignãtium obsedit me dixerunt ei. Quousque animam nostram tollis: dũ scilicet incertos de tua diuinitate nos relinquis. Si tu es christus dic nobis palã. Joan. x. Ecce quomodo dolos tota die meditabantur et sibi parebant. Non enim veritate scire desyderabant inquit glo. ord. sed calumniam parebant vt si dixisset se regem potestati Pilati ipsum traderent: vt puta contra Augustum facientez et ei aduersantem. Unde quam malitiosa et dolosa esset eorum inquisitio: atque subdala meditatio palam fecerunt: quando quidem eo dicente et respondẽte. Ego et pater vnum sumus: mox sustulerunt lapides vt eũ lapidarent: quasi blasphemum eo quod dixisset se equalem deo sicut a parte rei erat.

¶ Quarto Judei inquirebant christo mala/mortem eius procurrantes; quando specialiter principes sacerdotum falsum testimonium querebant aduersus eum: sicut euangelica testatur historia. Et in omnibus in quibus eũ accusabãt ipsi Judei siue coram Caypha: siue corã Pilato locuti sunt vanitates. Nonne queso illi duo falsi testes (de quibus Matth. xxv.) locuti sunt vanitates quando cõtra eum dixerunt. Hic di. Possum destruere templum dei: et post triduum reedificare illud Item nonne omnis multitudo iudeorum locuta est vanitates coram Pilato quando ad ipsum christum ducentes accusabant eum dicentes. Hunc inuenimus subuertentem gentẽ nostram: et prohibentem tributa dari Cesari: et dicentem se christum regem esse. Lu. xxiij. Itez quando dixerunt. Commouit: id est seduxit populum docens per vniuersam Judeam incipiens a Galilea vsque huc: vt habetur vbi supra. Item nonne queso locuti sunt vanitates: quando eum pendentem in cruce derisorie salutabãt mouentes capita sua et dicentes. Vah qui destruis templum dei: et in triduo illud reedificas: salua temetipsum. Math. xxvij. Item cum dixerunt ei. Si rex israel est descendat nunc de cruce et credemus ei: vbi supra. In his ergo omnibus locuti sunt iudei contra christũ vanitates recte agẽtes contra illud prouer. xxiiij. Ne insidieris et queras impietatem in domo iusti. Quis que queso iustior christo? Et quod preterea maior impietas quã Judeorum multiplex nequitia aduersum christum? Tunc autem ijdem iudei (dolos tota die meditabantur) secundum D. Petrum de Palude quando audita christi resurrectione moliti sunt corrumpere custodes cum multa pecunia. Cũ enim vt habetur. Mat. xxviij. quidam de custodibus sepulchri venissent in ciuitatem et nunciassent principibus sacerdotum que facta fuerãt circa dominicam resurrectionem: mox congregati ipsi principes cum senioribus po=

puli: consilio accepto pecuniā copiosam dederunt militibus dicentes: dicite quia discipuli eius nocte venerunt et furati sunt ipsum vobis dormientib⁹ Illi ergo accepta pecunia sic fecerunt. Et diuulgatū est verbum istud apud iudeos vsq; in hodiernum diem. Hec ibi. Nūquid ergo ipsi sepulchri custodes locuti sunt vanitatem quādo interrogati dixerunt. Cum dormiremus venerunt discipuli eius et ipsum abstulerunt. Hoc enim est loqui vanitatem: immo verius manifestā falsitatem. Nam si dormiebant nil scire poterant.

B ¶ Secundo principaliter ille qui ab aliis detrahitur & false infamatur merito potest dicere. Qui inquirebāt mala mihi: id est qui me apud alios infamam reddere volebant. Locuti sunt vanitates: id est mendacia contra me. Uel .i. locuti sūt vanitates: et postea falsitates: quia ex vani loquio venit ad turpiloquium: et ad verba detractoria. (Sequitur) et dolos tota die meditabātur (quo modo sc; me diffamarent.

Nonne inquirebat Eglon regi Moab: ipse Aioth israelita loquens vanitates: dum scilicet accedens ad eum causa offerendorum munerum dixit ei. Uerbum secretum habeo ad te o rex. Cunq; ad imperium regis cūcti foras egressi essent ipse Aioth fingens eum salutare: extraxit gladium quem sub pallio occultauerat: & ventrem regis perforauit: sicq; mortu⁹ est. Judic. iii. Huic historie alludit alia que habetur. ii. Re. xx. de Joab seruo Dauid: qui dixit ad amazan Salue mi frater. Et tenens manu dextera mentum ipsius Amaze quasi osculans eum: percussit eum in latere: et effudit intestina eius in terram: et mortuus est. Nam eum tam atrociter percussit q; secundum vulnus apponere opus non fuit. Nonne illa etiam impudica vxor Phutipharis inquirebat mala Joseph adolescēti castissimo: quādo laborauit eum allicere ad opus nepharium dicens ei. Dormi mecum: ita vt molesta esset adulescenti loquens ad eum verba hec: per singulos dies. Quam tamen audire noluit stuprum recusans.

Tandem autem locuta est vanitates: id est falsitates: quando quidem apprehendens orā vestimenti eius vt eum secum dormiendum quasi compelleret: et ille relicto in manu eius pallio aufugisset: videns se esse ab eo contemptam: vocauit homines domus sue dicit eis. Ingressus est Joseph ad me vt coiret mecū. Cunq; clamassē, reliqt palliū quod tenebam et frigit foras. Unde in argumentum fidei retentum pallium ostendit marito suo reuertenti domum narrando ei singula. Phutifar vero nimis credul⁹ verbis sue vxoris sue reclusit eum in carcerem. Gen. xxxix. Nec sic quidem cessauit improba mulier a concepta iniquitate: sed dolos tota die meditabatur aduersus Joseph castum adolescentē. Nam vt aiūt quidam Historiographi. Dicta mulier (vt dixi vxor Phu=

tiphari) frequenter ad eum puta Joseph iuuenem castissimum / secrete mittebat nunc nuncios: nunc epistolas affirmans quod si vellet illi condescendere / instaret apud virum suum pro eius liberatione.
Nec sic tamen potuit inter tot aduersa cum suis blandimentis emollire animum adolescētis. O quam pauci sunt tales in mundo. Nescio certe si secūdum habeat in hoc seculo nequam. Nonne preterea illa speciosa inter electas virgines.
Eufemia dicere potuit. Qui inquirebāt mala mihi locuti sūt vanitates.
¶ De ea nempe refert Dominus Anthonius in prima parte cronice sue. t. vij. ca. vi. §. xij. quod cum de Roma gressus direxisse in Alexandriam cū patre suo Philippo: quem illuc destinauerit Comodus imperator: vt prefecture officio inibi fungeretur mutato habitu muliebri in virilem recepta est in quodam monasterio religiosorum virorum: in quo adeo profecit. quod non multo post in Abbatem dicti monasterij est electa.
Erat autē in Alexandria quedam nequissima matrona: que ardens in cōcupiscentiam tam elegantis iuuenis: finxit se infirmari: et pro Abbate Eufemio misit rogans: vt eam visitare dignaretur: quod cum fecisset illa fingens velle loqui cum eo super facto conscientie sue: expulsis primum seruis / desyderium aperit: sed ille vehementer redarguens eam statim recessit. Cumqȝ vidisset se spretam et confusam cucurrit ad prefectum ciuitatis et Eufemium infamare cepit. Resonat in publicum. Et tādem pro Eufemio mittitur ignisque preparatur vt comburatur. Cūqȝ suis exueretur vestibus apparuit mulier quo viso omēs stupent ꝛ sic liberatur. Misera autem mulier dei iudicium non euasit. Nam ipsa hora cunctis videntibus ignis cecidit de celo qui eā cum omni domo sua in minutissimos pulueres redegit. hec vbi supra.
Simile in parte legitur in vitis patrum de sancta marina que in habitu iuuenis scholaris medio patris sui qui ī quodam monasterio deseruiebat recepta est ad habitum fratrum. Tandē instigāte diabolo quedam puella que ex stupro conceperat. dixisse esse inpregnātam a fratre marino.
Ob quam causam grauissimis penis etiam multo tempore est afflicta. Nec tamē vnquam voluit iudicare quod mulier esset sed patienter vsque ad obitum perseuerauit. Et tunc veritas abbati monasterij et cunctis fratribus apparuit non sine magno stupore ac tremore. Ecce quomodo dicta impudica puella inquirebat fratri marino mala. loquens vanitates: id est manifesta mendacia.
Et de talibus obloquutoribus loquitur Psalmista in persona illius qui iniuste infamatur dicens. Locuti sunt aduersum me lingua dolosa et sermonibus odij circundederunt me / dum scilicet inquirebant mihi mala. Sed quale remedium cō

tra tales malignas lacutiones Certe orandus est deus dicendo cum Psalmista domine libera animam meam a labijs iniquis et a lingua dolosa. Labia autem iniqua sunt que loquũtur vanitates: lingua vero dolosa; que dolos tota die meditatur.

D ¶ Tertio ille qui ab alijs sollicitatur ad malum nec tamen illis condescendit timens dei offensam iuste potest dicere. Qui inquirebant mala mihi locuti. &c. Non enim sufficit malis sua malitia et futura dãnatio: nisi ad idem ceteros trahant quantum in eis est/dicentes illud Sap. ij. Uenite fruamur bonis que sunt: et vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter: vino precioso et vnguentis nos impleamus et non pretereat nos flos temporis. Coronemus nos rosis anteq̃ marcescant. Nullum sit pratum quod non pertranseat luxuria nostra. Nemo vestrũ exors sit luxurie nostre. Ubiq; relinquamus signa letitie: quoniã hec est ps nostra: et hec est sors nostra. Hec ibi Ecce quomodo mali inquirunt bonis et iustis mala culpe/loquentes eis vanitates: id est de rebus vanis: caducis et transitorijs: cuiusmodi sunt ingluuies: luxuria mũdana letitia: et similia.

Et de talibus loquitur Psal. dicens. Uana locuti sunt vnusquisq; ad proximum suum. Et nota q̃ dicit (vana locuti sũt) id est de vanis: scilicet de tẽporalibus congregandis.

Uel vana: id est superflua verba et inutilia: que non prosunt. Uel vana: id est nociua. Uel vana: id est placentia et allectiua ad malum. Sed quam periculosi sint tales sollicitatores et prouocatores ad malum insinuat idem Psalmista cum subiũgit disperdat dominus vniuersa labia dolosa. Quia enim sunt perniciosi nedum sibi sed etiã alijs ideo valde vtile est vt illos dominus disperdat seu de medio tollat.

E ¶ Ceterum specialiter notãdum est sup illo verbo. loquuti sunt vanitates q̃ tria genera hominũ loquuntur vanitates quorum.

¶ Primi sunt qui alios laudãt de corporis elegãtia et formositate cuiusmodi sunt qui dicũt O quam pulcher gallandus est talis vel talis. Uel q̃ pulchra est talis filia vel mulier. Nam loqui de talibus non est nisi loqui de vanis et vento qr vt dicitur in psalmo. Uniuersa vanitas omnis homo viuẽs. Ueruntamen in ymagine pertransit homo: id est homo viuens cito moritur et se habet ad modum ymaginis que videtur in speculo et statim dispa ret. Quid est inquit Jacobus vita nostra nisi vapor ad modicum parens. eiusdem. iiij. cap. Et Ecclesiastic. j. dicit salomõ Uidi inquit cuncta que fiunt sub sole et ecce vniuersa vanitas Propterea ibi concludit dicẽs Uanitas vanitatum et omnia vanitas. Item Apoc. xxviij. dicit q̃ vanitati subiecta est omnis creatura. i. omnis homo. Nam homo est quodammodo omnis creatura secundũ illud Marc. vlti. p̃dicate euangeliũ

omni creature. super quo glo. ordi. id est omni generi humano quod habet aliquid cōmune omni creature. videlicet angelis pecoribus lignis. lapidibus. igni ꝛ aque calido et frigido. humido et arido: quia minor mūdus homo dicitur hec ibi. Addit autem paulus ꝙ huiusmodi omnis creatura est subiectā vanitati non volens. Ita vt ly non capiatur non negatiue: sed contrarie. Multe enim vtriusqꝫ sexus persone cū sunt in flore sue iuuentutis benevellent ꝙ semper illis sic esset ꝛ ꝙ nunquam declinarent ad occasum: sed velint nolint oportet ꝙ veterascant vel quod moriantur iuuenes: qꝛ vanitati: id est motui ꝛ mutationi subiecta est omnis creatura etiā non volens. Uana igitur est pulchritudo hominis vt habet̄ p̄ver. xxxi. que ita cito marcescit. ad instar herbe virentis secundū ꝙ dr̄. Esai. xx. Omnis caro fenum: id est omnis homo similis est feno: et omnis gloria ei⁹ quasi flos agri. exsiccatū est fenum supple per mortē ꝛ cecidit flos: id est pulchritudo iuuentutis. Propterea Aug. ad fratres in heremo Esai. xlviij. facit talem exclamationem. Euntes vos o iuuenes et potentes ad sepulchra patrum vestroꝝ. considerate quid sunt q̄d fuerunt. Monumenta eorū aperiamus et videamus quis dn̄s et quis seruus. quis pulcher q̄s turpis. q̄s rectus. quis curuus inter eos fuerit. Deinde sequitur verum et indubitanter verum michi experto credite ꝙ in capitibus eorum inuenietis buffones generatos ex cerebro In renibus serpentes generatos in lumbis ambulantes. In ventre vermes scaturiētes ex visceribus generatos. Ecce quid sumus et quid erimus. Quid ergo inflaris o diues. cur nō attendis que audis cur non conuerteris. cum hoc cotidie ex periris. Memento te ergo inquit fratres hec omnia ꝛ agite penitentiam infletu antequꝫ veniant dies illi amari pleni miserie et tristitie. hec ille. Unde adducit ibi postea exemplum tale. Precibus inquit cōpulsus conduct⁹ sū a p̄otiano p̄fecto romā ad intuēdum diligentius magna edificia paganorum. Et tandem conductus sum cum ceteris ad intuendum cadauer cesaris in sepulchro. Et ecce vidi quod esset omnino liuido calore ornatum putredine circundatum. Uentrez insuper ipsius prospexi diruptum ꝛ vermium cateruas per ipsum transeuntes. Duo quoqꝫ famelici buffones in foueis oculorum suorum pascebantur crines eius non adherebant capiti. dentes eius apparebant labijs consumptis: et reuelatum erat narium fundamentum. Et intuens matrem meam christianissimam dixi. Ubi nam est cesaris corpus preciosum. vbi magnitudo diuitiarū vbi multitudo dominorum. vbi caterua baronum. vbi acies militū. vbi canes venaces. vbi equi veloces. vbi aues cantantes. vbi thalamus pictus. vbi lectus eburneus. Ubi thorus regalis. vbi thronus imperialis. vbi matoria ve

stimentorum. vbi capilli sola res vbi facies decora vbi omnia que sub celo sunt. Te nanque verebantur homines te timebant principes. te colebant vrbes te timebant omnes. vbi nam queso sũt hec omnia. quo iuit tua magnificentia. a quo recessit tua iactantia. Et respõdit mater pietate plena.

Fili omnia sibi pariter defecerunt quando defecit spiritus eius: et reliquerunt eum captiuatum in sepulchro trium brachiorum plenum fetore et putredine hec ille vbi supra. Patet ergo q̃ vana sit mortalium vita.

¶ Secundi qui loquuntur vanitates sũt illi qui se ipsos aut alios laudant et magnificant de rerum temporalium abundantia siue de seculari scientia Sunt enim huiusmodi temporalia bona res vane eo q men tem saciare nequeunt: sed magis desyderium et cupiditatem inflammant et augent quia vt habetur Eccli. v. Auarus non implebitur pecunia et q̃ amat diuitias fructum non capiet ab eis. Et hoc ergo vanitas quia vt ibi dicit glosa. Interl. auarus semper eget prouerbiorum. xxx. ignis nunquam dicit sufficit? Sunt enim diuitie temporales sicut vesica plena vento que plena ad modicum foramen cito euacuatur et restringitur. Sic et temporalia modica occasione et fortuna terga vertente cito deperduntur. Propterea bene dicebat sapiens Ecclesiastici primo. Vidi cuncta que fiunt sub sole et ecce vniuersa vanitas et afflictio spiritus. Item illi loquuntur vanitates inter predicandum allegant dicta poetarum / seu philosophorum siue nescio quas fabulas omissa sacra scriptura. Et hoc quam graue sit peccatum patet per illud quod habetur dic. trigesimoseptimo si quis artem vbi dicitur q postponere in predicationem auctoritatem prophetarum et adducere auctoritatem philosophorum. vanitas est et curiositas sacrilega.

¶ Tertij qui loquuntur vanitates sunt illi mundani homines qui non cessant loqui de officiis et beneficijs. de honoribus et dignitatibus. cuiusmodi sunt illi qui dicunt talis cura valet tantum et talis abbatia tantũ. talis prebenda tantum et talis archidyaconatus tantum. Et de talibus loquitur. Psal. dicit. Quorum os locutum est vanitatem: id est de vanis vt pote quando exit sermo inter fratres ecclesiasticos de valore beneficiorum siue permutatione eorum. Sequitur dextera eorum dextera iniquitatis. vbi per dexterã intelligitur principalis intentio et affectio hominis. Bene ergo nominatur dextera eorum dextera iniquitatis: quia precipua eorum intentio et affectio non est vt in pluribus dei honor aut animarum salus: sed et affectio lucri temporalis. De hac aũt vanitate honorum et beneficiorũ figuram habemus Dan. ij. vbi legitur q rex Nabugo. in somnis vidit statuam cuius caput erat ex auro purissimo pectus et brachia de argento venter et femo

ra ex ere. tibie vero ex ferro. Cecidit autem lapis de mōte qui percussit predictam statuā ꝛ redegit eā quasi in puluerē. Per istā itaqꝫ statuā recte significātur mundani honores. q̄ generantur ex diuersis materijs. i. ex diuersis causis / et sunt illa omnia tanꝙ somnia: qꝛ paruꝫ durant. habentqꝫ magis de apparentia ꝙ de existentia. lapis aūt desursum descendens ꝛ talem statuā conterens mortē recte significat que ad imperium oīpotentis dei descendit nunc super caput: id est super papā. nunc super pectus et brachia: id est super dominos cardinales. qui sunt quasi brachiū dextrum summi pōtificis. nū c etiā cadit dictus lapis sup ventrem et femora: id est super impinguatos et incrassatos episcopos archidyaconos decanos abbates priores et huiusmodi nunc aūt super tibias ꝛ pedes per quos significantur curati vicarij ꝛ ceteri inferiores ecclesiastici. Et frequenter euenit ꝙ postꝙ tales diu laborauerunt siue litigando contra partem aduersam siue alias et ad optatum peruenerūt, breuē requiē dat illis inuida mors tanquā eorum felicitate aduersa. Patet ergo ꝙta sit vanitas et instabilitas in mundo isto misero.

Lectio. xxxviij.

Ego autem tāquam surdus non audiebam et sicut mutus non aperiens os suū

Postquam in precedenti lectione ostensum est quomodo penitens insinuat qualiter se habeant hi q̄ aduersant sue salu ti erga ipsum. Hic consequēter ostendit qualiter se habeat vel habuerit in resistendo malitie et verbis fallacibus eorū dicit. Ego autem tanquam surdus nō. ꝛc. Alleg. aūt istud potest exponi de christo.

Pro quo notandum ꝙ postquam in precedenti versu ostēsum est quomodo ꝛ qualiter se habuerunt impij iudei aduersus pijssimum christum. multa mendacia contra eum proponentes. Nunc consequenter ostendit Psalmista quomodo ipse idem christus patientissime se habuit contra tales vanas et falsas allegationes eorumdem. ita dicens in persona eiusdem. Ego autem tanꝙ surdus ꝛc. q. d. Cum impij iudei multa opprobria et conuitia contra me dicerent potissime cum penderem in cruce. ego tanquā surdus nō audiebam: id est me habui tanquam surdus nō audiens que dicebant. Similiter inquit christꝰ in ipsa hora passionis mee factus sum supple. sicut mutus non aperiens os suum. secundum quod longe ante prophetatum fuerat. Esaye. liij. Sicut ouis ad occisionem ducetur: ꝛ quasi agnus coram tondente se obmutescet et nō aperiet os suum. Et huic prophetie alludit illud apostolicum dictum. j. Pet. ij. Cum malediceretur non maledicebat. cum pateretur non comminabatur.

A Est ergo notandum iuxta illam primam clausulam. Ego

autē tanq̄ surdus non audiebam. q̄ ista verba possunt dicere tria genera personarum.

Deus
vez Iustus
Criminosus.

¶ Primo igit̄ deus potest dicere. Ego tanq̄ surd⁹ non audiebam. i. me nō audire et nescire peccata hominū simulabā. Et ideo notanter dicit. Ego tanquam surdus. Et non surdus. Et de hoc potest intelligi illud psal. Qui plantauit aurē non audiet. i. est ad instar non audiētis se habebit. Uñ ꝓpter hanc causam nōnulli philosophi dixerunt deū nō habere ꝓuidentiam de istis inferiorib⁹ nec ipsa considerare dicentes illud Iob. xxij. Quid nouit deus. quasi dicāt Ex tam longīquo videre non potest. Sequitur Nubes latibulū ei⁹. i. eius cognitio non transit vltra nubes versus hec inferiora vt ea cōsiderare ꝛ videre possit. ideo sequit̄. Nec nr̄a cōsiderat. ꝛ circa cardines celi perambulat: ꝛ ita non attendit q̄ faciūt hoīes super terrā propter quod bene possunt facere voluntatem suā Eccl'i. xxiij. Quis inquit peccator me videt. tenebre circundāt me parietes cooperiunt me. nemo circunspicit me. quem vereor delictorum meorum non memorabitur altissimus ꝛ non intellexit quoniā omnia videt oculus illi⁹ nec cognouit quoniam oculi domini multo plus lucidiores sunt super solē. circunspicientes omnes vias hominum: et profundum abyssi: ꝛ hominum corda intuentes in absconditas partes. Item contra tales inuehit propheta. Esaye. xxix. ca. dicens. Ue qui profundi estis corde vt a domino abscondatis consilium quorum in tenebris sunt opera: et dicunt. quis videt nos et quis nouit nos? Attendant ergo tales quod neque dominus surdus est neque cec⁹: quia ꝛ si excelsus tamen humilia respicit et alta a longe cognoscit. Prospicit enim iugiter super filios hominum vt videat siue intelligens aut requirens deum. Cum his tamen omnibus ad modum surdi ꝛ ceci pro presenti frequenter se habet idem dominus Aut cum non ad nutum exaudit deprecantes. vel cum differt dare que ab eo petuntur. Clamandum igitur est ad aures ipsius fortiter ꝛ iugiter vt cum affectu nos audiat dicentes cum psalmista. Inclina domine aurem tuam et exaudi me. quoniam inops ꝛ pauper sum ego.

B ¶ Secundo iustus potest dicere contra detractores et linguosos homines. Ego autem tanquam surdus non audiebam: id est dissimulabam me non audire qui mihi falso improperabantur vel irrisorie dicebantur et talis dissimulatio est valde virtuosa ne scilicet homo cadat in peius. reddendo conuicium pro conuicio ꝛ maledictum pro maledicto vnde glosa interlinearis super hoc passu. Magna inquit virtus est audire noxia et nō reddere contraria. Et de talibus potest intelligi illud Psalmiste.

Aures habent et non audient. vñ Grego. super hoc passu ita inquit Disce q̄ maledicta et irrisiones pateris. in oibus servare patientiā et obtrectantiū linguas audire. dissimula ne si tu contumelijs conuitia retuleris a doctrina christi extorris inueniaris. Et ad hoc dat exemplū de xp̄o. ita subiūgēs Mediator inquit dei et hoim homo xp̄s Jesus q̄ ad hoc venerat vt humilitatis et patientie preberet exemplum. non solum iniurias sustulit: sed nec conuiciantibus respōdit nos in hoc instruēs vt cum perfidorū iniurijs impetimur etiam si vera dicere possumus ad contumelias reddendas nō erumpamus, ne ministerium correptionis in arma vertamus furoris. hec ille. Unde de talib9 surdis potest intelligi illud. Michee. vij. Ponent manus super os et aures eorum surde erunt Unde legitur in vita patrum quod abbas Cassianus narrabat de quodā sene: in heremo sedente qui instanter rogauerat deuz vt ei donaret ne aliquādo dormiret cum de spiritualibus loqui audiret Ubi autem haberetur sermo detractorius aut diffamatori9 mox in somnū corrueret: quatenus huiusmodi venenū aures sue non caperent. Exaudiuit itaq̄ illum dominus Nam quotiens de diuinis et spiritualibus loqui audiebat / aures diligenter erigebat: nec satiabatur pre dulcedine mirabili. Si vero detractio incidisset stati caput inclinando stertebat ga lice il ronfloit.

Uel dic quod iustus debet tāquā surdus non audire tentationes diaboli: secundū illud Job. xxxix. Clamorem exactoris non audit. Quod exponēs Greg. libro. xxx. moraliū c. xxv dicit sic. Quis alius exactor intelligi potest nisi diabulus: q̄ semel en paradiso homini male persuasionis nummum contulit: et quotidie ab eo huius debiti exigere reatum querit. Huius autem exactoris sermo est male suggestionis inchoatio Sed huius clamor est iam nō leuis: sed violenta tentatio. Hic igitur exactor loquit̄ cū leuiter suggerit. Hic exactor clamat cum fortiter tentat Clamorem igitur exactoris nō audire est violentis motibus tētationum minime consentire. Audiret autem eum homo si ea que suggerit faceret. Sed cum peruersa agere despicit : recte dicitur / clamorem exactoris non audit. hec Gregor. Et nota quod exactor proprie dicitur qui iniusta petit et exigit Dicat ergo verus penitēs seu iustus ad dominum. Ego autem tanquam surdus non audiebam scilicet demonis tenta menta et blandimenta illis cōsentiendo.

C ¶ Tertio criminosus peccator qui facit aurem surdam diuinis inspirationibus et cōminationibus siue sanctis predicoribus iuste dicere potest. Ego autem tanquam surdus non audiebam.

D ¶ Pro quo notādum quod sicut tribus modis efficitur homo surdus corporaliter: ita et suo modo spiritualiter.

¶ Primo igitur efficitur homo surdus corporaliter propter obstaculum carnosum quod obturat arterias aurium: ita et spiritualiter efficitur quis surdus ad diuina et celestia propter abundantiam temporalium. Unde hominis auari auditus est sicut aspidis surde et obturantis aures suas; que non exaudiet vocem incantantium. Aspis enim secundum Isidorum cum audit incantatorem coniungit vnam aurem terre: alteram vero cauda obturat. Et sic euadit illas voces magicas. Sic et auarus aurem affectus claudit terrena affectione: sed aurem intellectus obturat cum cauda longe vite quam sibi proponit seu promittit. Sic fecerat ille diues qui reposuit multa bona annos plurimos: sed deceptus fuit: vt habetur Luce. xij. Et tales sunt adhuc plures. Hiere. xxij. Locutus sum ad te in abundantia tua: et dixisti / non audiam Et nota quod dicit / in abundantia tua. i. in multitudine diuitiarum tuarum. Et ad tales surdos loquitur dominus vbi supra di. Terra: terra: terra audi verbum domini. Item tales auari sunt surdi ad pauperes. Esa. xlij. Quis surdus nisi seruus meus ad quem misi nuncios meos, id est pauperes. Audiat ergo auarus quid comminatur ei scriptura prouerb. xxi. Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis clamabit et ipse: et non exaudietur Et zac vij. Cor suum posuerunt vt adamantem sup. diuites auari ne audirent scilicet voces pauperum

¶ Secundo efficitur quis surdus corporaliter propter continuum sonum: sicut patet de illis qui habitant in molendinis, Item de fabris Item de illis qui morantur iuxta fluuios impetuose currentes. Unde refert Orosius quod cum paradisus terrestris sit eleuatus vsque ad temperatam regionem aeris quattuor fluuij inde procedentes et decendentes (de quibus Gen. ij.) tantam commotionem causatur quod homines illis partibus propinquiores communiter sunt surdi. Ita et spiritualiter efficiuntur multi surdi propter continuum sonitum diuinarum comminationum quas continet sacra scriptura: et quas diuini verbi predicatores in auribus eorum insonant. Propterea conqueritur dominus per psalmistam dicentem. Non audiuit populus meus sup. christianus vocem meam. i. vocem predicatorum: quia scriptum est Luc. x. Qui vos audit me audit et qui vos spernit me spernit. Sequitur. Et israel non intendit michi. Israel enim qui interpretatur vides recte significat ecclesiasticos et litteratos viros Et hi minus intendunt domino loquenti per suos predicatores. Nam plerunque tales contemnunt predicationes et exhortationes et vacant rebus vanis aut scientijs mundanis. Ideo subditur. Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum ibunt in adinuentionibus suis.

¶ Tertio surdus quis efficitur ex longa egritudine: vtpote quando humores collecti ascendunt ad

cerebrū ꝛ deinde descēdere vo lentes intercludunt meat⁹ au ditus propter sui spissitudinē. Sic et spiritualiter quis sur- dus efficitur ex longa perseue rantia in malo. Nam mali hu- mores sunt mali mores q̄ im- pediunt spiritualem auditum inter quos luxuria est preci- pua. Ut enim dr̄.i. Corum.ij. Animalis homo non percipit ea que sunt spiritus dei. Dici- tur aūt ille homo animalis q̄ animaliter seu brutaliter vi- uit:et talis successu temporis efficitur surdus ad diuina Ita vt neq̄ correctionem neq̄ in- crepationē audiat. ps. Noluit intelligere scilicet homo in fe- cibus luxurie inueteratus vt bene ageret. Et quod peius est Iniquitatem meditatus est in cubili suo.i.in corde suo: cogi tando scilicet quomodo posset virginem aliquam deflorare: quod est grauis iniquitas. Et preterea astitit omni vie nō bo ne.i.consensum prebuit malis et discolis viris sortem mittēs cum eis:et in hoc malitiam nō odiuit.i.non ostendit se mali- tiam odire:sed potius diligere ꝛ prosequi toto corde. Nonne surdus erat ex longa egritudi ne peccati ille miser ꝛ miserabi lis Udo eps̄ Magdeburgen- sis de quo refert venerabilis discipulus quod post longa ꝛ grauia flagitia monitus fuit a domino dicente Fac finē lu- do quia satis lusisti vdo. Cun- q̄ nec sic audire vellet domi- num eum ter vocantem tandē crudeli et inaudita a seculis morte interijt. O igitur pau- peres peccatores:hodie si vo- cem ei⁹ audieritis nolite obdu rare corda vestra: sed audite dn̄m dicentē Esa.xlvi. Audite me duro corde qui longe estis a iustitia.i.ab operib⁹ sanctis Ut em̄ inquit deuotus Bern̄. Xp̄s ascendit ad arborē crucis vt ab oib⁹ videref:clamauit vt ab oib⁹ audiref:fleuit vt quili bet compateretur. O quot sūt hodie surdi hoies qui non au diunt vocē quā insensibilia ele mēta audierūt. Nam vocē dn̄i audiuit sol ꝛ obscurat⁹ est: la- pides et diuisi sunt:terra ꝛ tre muit:audiuit pctōr ꝛ compun ctus non est. Dicat ergo litar gici flagellis excitātur qui cla moribus ꝛ vocibus excitati ne queunt ita. ꝛ et surdi pctōres qui verba dulcia et gratiosas monitiones audire nolunt a- speritate cōminationum ꝛ fla- gellorū excitādi sunt.

¶ Post q̄ ostensum est quō mi ser pctōr ad dei mādata et q̄ꝫ diuina eloquia surdus est cō- sequenter restat ostendere quō idem mutus multipliciter dr̄.

E ¶ Pro quo notādum q̄ si- cut quis efficitur mut⁹ corpo- ralit̄ trib⁹ modis ita ꝛ spūalr̄.

¶ Primo igitur efficitur quis mutus corporaliter ex lingue indispositiōe:scꝫ qn̄ lingua pa lato adheret et soluta non est sicut patet in illis q̄ iuxta vul- gare puerbiū habēt filū in lin gua. Ita spiritualiter ille mu- tus dicitur cui⁹ lingua adeo heret palato obstinati cordis q̄ nō potest recte loqui in con fessione. vn̄ ps. Muta fiāt la- bia dolosa Sicut em̄ certis tē porib⁹ anni lupi ex abūdātia humoris corrupti inficiunt ac

rem sibi propinquum:et eo me diāte inficiūt hoiem eos aspiciētem adeo vt reddant eū mutū nec clamare valentem. Ita et diabol⁹ postq̄ suo fetido anhelitu praue tentationis aliquem infecit:consequenter eū raucum et mutū facit ita vt nō possit clare et nude sua pctā cōfiteri. Ipse eīm est q̄ dicit Ezec. iij. Fili hominis linguam tuā adherere faciam palato tuo et eris mutus. hoc aūt facit ipse diabolus aut verecundiam offerendo et pctōri restituendo quam abstulerat ad pctm̄ pertrahēdo:aut timorē dure penitentie a sacerdote imponende incutiēdo. Uñ in figura hui⁹ notāter dr. Lu.xi.q erat Jes⁹ eyciēs demoniū et illd erat mutū hoiem reddēs muta Sed vt di. Au. et recitatur de pe.di.v. Consideret. Caueat pctōr ne verecūdia ductus diuidat apd se confessionem Iste igitur mutus incipit recte loqui et a dño sanatur:qñ incipit plene et integre confiteri. In cuius figura dr de predicto egroto q cū eiecisset ab eo xp̄s demonium locutus est mutus:et admirate sunt turbe. Nam dñs eycit demoniū in cōtritione: loquitur mutus in confessione: et admirantur turbe in satisfactione. ¶Scdo aliquis efficitur mutus corporaliter ex calidi humoris effusione. Nam apostema quoddā calidū nascit sub lingua qd rana vocatur:et illd impedit debitum vsum lingue Sic spūaliter aliquis efficitur mutus in his que dei sunt propter apostema calidū superueniēs:quod est auaritia que est ignis ardens. Huiusmodi sūt multi moderni predicatores: et plus seculares quam regulares. Quia enim tales frequēter aspirant ad dignitates et beneficia ideo multi sunt in reprohendēdo maiorū vicia: ne scilicet fraudentur a desiderio suo. De quibus Esaie.lvi. dicitur q tales sūt canes muti nō valentes latrare:scilicet propter questū Judich.xi. Non latrabit vel vn⁹ canis contra te. Nam proph dolor moderni predicatores pro maiori parte: aut tacent peccata maiorum:aut ad maius ea cito pertranseūt: et magis ea videntur linire q̄ mordere. Et tales querit mundus. Esaie.xxx. Dicūt videntibus.id est doctis predicatoribus nolite videre.id est nolite nobis predicare grauia: vtpote q sit ieiunandum: alienum restituendum:inimico parcendū:caste viuendū et huiusmodi Sed loquimi nobis placentia videlicet q licet habere plures prebendas:eo q multi excellentes et docti viri ita faciūt Sequitur. Uidete nobis errores:vtpote q simplex fornicatio non sit mortale peccatum: et quod dare ad vsuram non sit illicitum:et libenter supple audiemus vos potius quam illos bigotos qui non cessant mordere nos:et qui faciūt viam celi nimis strictam. Sepe etiam in hoc peccant domini prelati qui volētes poti⁹ fauere malis et discolis q̄ deo placere non audēt eos redarguere. De quib⁹ loquit Grego. in suo pastorali.c.xv. Et ponit i dec.di.xliij. Sic rector. Sepe

(inquit) rectores improuidi humanam amittere gratiam formidantes loqui libere recta pertimescunt.

¶ Tertio homo efficitur mutus corporaliter ex oris impletione. Qui enim habet os plenum cibo aut potu mutus est eo quod loqui non potest. Nam et si potentiam habeat loquendi non tamen vsum. Ita et spiritualiter munera que offerun tur aduocatis et iudicibus frequenter obturant eis os et linguam contra veritatem. Unde Eccli. xx. Exenia et dona excecant oculos iudicum: et quasi mutus in ore auertit correctiones eorum: id est sicut panis in ore canis proiectus obmutescere eum facit: sic exenia et dona obmutescere faciunt iudices ne iudicent veritatem: et aduocatos ne defendant eam. Est autem mutus secundum strabum super Exodum, viij. c: quoddam genus ranarum in nemoribus habitantium: quod dicitur calamitum: quod proiectum in ore canis latrantis eum obmutescere facit. Sic etiam exenia: id est dona obmutescere faciunt iudices et aduocatos/predicatores et prelatos. Item sicut os proiectum in os canis reddit eum mutum et latrare cessat: ita et dona mutos faciunt homines potestatem habentes. Propterea mutus dicitur a mutando: quia propter pecuniam et munera sepe quis iustitiam et veritatem mutat. Ob eam rem dominus mandat vnicuique iudici dicens. Non accipies personam neque munera: quia munera excecant oculos sapientum: et mutant verba iustorum. Deutero. xvi. vnde dicit Isidorus. et recitatur. xi. q. iij. Pauper. Pauper (inquit) dum non habet quid offerat in iudicio non solum audiri contemnitur/sed etiam contra veritatem opprimitur: cito violatur homo iusticia: nullaque reus pertimescit culpam quam redimere nummis existimat. Rogare igitur debemus illum de quo dicitur quod omnia bene fecit. Surdos enim fecit audire et mutos loqui. Marc. vij. Quatenus sua gratia aures surdorum pateant et lingue mutorum aperiantur.

¶ Lectio. xxxix.

¶ Et factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones.

¶ Postquam in precedenti lectione ostensum fuit quomodo penitens se habuerit erga sollicitatores ad malum dicens. Ego autem tanquam surdus etc. hic consequenter idem penitens insinuat qualiter se habuerit circa conuitiantes sibi et improperia dicentes: cum subdit. Et factus sum sicut homo. etc. Allegorice autem secundum dominum Petrum de Palude: similiter et magistrum Nicolaum de Lyra/iste versus exponitur de Christo sicut et precedens. Quamuis ergo eadem sententia vtrobique contineatur: tamen ad maiorem expressionem repetitur sicut plerumque fit in sacra scriptura. In hoc igitur versu lo-

quitur ipse Christus dicens. Et factus sum sicut homo non audiēs: scilicet in hora passionis mee. Nunquid (ait Gregorius) tanq̄ non audiens erat Christus quādoquidem nihil ad obiecta Judeorum respondenti? Pilatus eidem dicebat. Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? Mirū negocium. Qui enim cogitationes iniquorum nouerat: blasphemantium ⁊ improperantiū voces non audiebat. Nulla em̄ Judeorum blasphemia eū mouere poterat qui penitus omnem mutabilitatē nescit ⁊ ignorat. Tanquam ergo non audiens tunc se habebat vt de eo ⁊ in eo implerentur due figure ⁊ due prophetie. Prima nanque figura de hoc legitur. Genesis xxxix. vbi habet̄ quomodo illa impudica mulierū vxor Phutipharis falso accusauit Joseph virum vtiq̄ castissimū dicens quod voluisset eam opprimere. Ad quam tamen falsam accusationem non legitur Joseph respondisse vllum verbū: sed tanquā non audiens se habuit. Secunda figura legitur. ij. Regum. xvi. de Dauid quem cum persequeretur filius suus Absalō habitaretq̄ profugus in montanis Judee semey qui fauebat Absalon maledicebat ei dicens. Egredere egredere vir sanguinum ⁊ vir belial reddidit tibi dominus vniuersum sanguinem domus Saul quoniam inuasisti regnū eius. Sed ecce nunc dedit dominus regnum in manu Absalō filij tui. Et ecce nunc premunt te mala quoniam vir sanguinū tu es. Quanuis ergo hec opprobria grauia essent: nihilominus Dauid in omnibus tanquam non audiens se habuit. Hec autem i figura Christi facta sunt: qui tanquā surdus: ⁊ non audiēs Judeorum improperia in hora sue pijssime passionis se habuit. Secundo hec taciturnitas Christi dupliciter prophetata fuit. Primo quidē p illud. Esa. liij. Oblatus est quia ipse voluit: ⁊ non aperuit os suum. Sicut ouis ad occisionem ducetur: ⁊ quasi agnus corā tondente se obmutescet: ⁊ non aperiet os suum. Secundo autem prophetata fuit per illud. Hiere. xi. Ego inquit Hiere. in persona Christi: quasi agnus mā suetus qui portatur ad victimam: ⁊ non cognoui: quia cogitauerunt super me cōsilia dicētes. Uenite mittamus lignū in panem eius. ⁊c. Dicit ergo Christus. Et factus sum sicut homo non audiens. Et est sensus. Illos: inquit Christ⁹ qui me arguebant non redarguebam: sed patienter sustinebam: quāuis eos ⁊ redarguere ⁊ cōdemnare potuissem: quia voluntati ⁊ potestati mee nullus resistere potest. Sequitur (factus sum) supple (inquit Christus (sicut homo non habēs in ore suo redargutiones) siue actiue siue passiue intelligatur. Actiue quidē nō habuit Christus in ore suo redargutiones quia vt habetur. i. Petri. ij. Cū malediceretur nō maledicebat: cum pateretur non comminabatur. Similiter neq̄ passiue habuit in ore suo innocentissimus omnium saluator redar-

gutiones: hoc est nunquã dixit verbum: ex quo posset merito a quoquam redargui. Non enim inquit Petrus inuentus est dolus in ore eius. Unde seruo pontificis eum percutienti ad maxillam ait. Si male locutus sum: testimonium perhibe de malo. Si autez bene: cur me cedis? Luce. xxij.

¶ Notandum est autem iuxta primam partem huius versus in qua dicitur. Et factus sum sicut homo non audiẽs. quod ille qui est in peccato mortali merito dicere potest. Factus sum sicut homo non audiens. A ¶ Pro quo notãdum quod sex sunt cause. Quare aliquis non audit corporaliter: que si spiritualiter intelligantur etiã faciunt vt quis non audiat spiritualiter.

¶ Primo igitur quis impeditur ne audiat propter nimiam distantiam. Non enim vox aut sonus diffunditur per mediuz nisi ad certam distãtiam: vltra quã percipi nõ potest. Et propter hanc causam impedit pec cator spiritualiter ne audiat dominum vocantẽ eum ad penitentiam et gratiam. Item ne eum audiat eternã damnationem comminantem et dicentem Nisi penitentiam habueritis omnes peribitis. Luc. xiij. Et Psal. Nisi conuersi fueri. gladium vibra. ar. suum te. et parauit illũ. etc. Nã vt inquit Psal. Lõge a peccatoribus salus tã gratie: quam glorie. Longe siquidem est a peccatoribus vlatoribus salus / siue gratie siue glorie: longius autem ab obstinatis: sed longissime a damnatis. Caueat ergo homo ne peccando se elonget a dei gratia et gloria: qz scriptum est in Psal. Qui elõgãt se a te: supple deus peribunt.

¶ Secũdo quis impeditur ne audiat propter mediũ indispositionem vtpote si inter audiẽtem et loquentem seu vocantem mediet paries spissus et durus Sic spiritualiter peccatum qđ est quasi murus quidã mediãs inter deum et peccatorẽ impedit ne ipse miser peccator audiat dñm vocantem Et de hoc muro scriptũ est. Esa. lix. Iniquitates vestre diuiserunt inter vos et deũ vestrum: et peccata vestra absconderunt faciem eius a vobis ne exaudiret. Sz quale remediũ. Certe aliud nõ video nisi illud qđ psal. dat cũ ait. In deo meo transgrediar murum. Et est sensus. In deo meo. i. per virtutẽ vel ad inuocationẽ nominis dei mei: trãsgrediar murũ. i. congeriẽ et duritiam peccatorum. Murus quippe peccatũ recte significat: qz sicut murus separat nos ne videamus: vel intremus ad id qđ est vltra murum: ita et peccatuz separat nos a deo ne videamus eum vel ne intremus ad eũ per apertam visionem.

¶ Et istud possumus declarare a similitudine. Dicunt enim naturales philosophi et perspectiui: qz ad hoc qz visibile videatur ab aliquo sensu visus reqritur qz ipsum producat quasdam qualitates vsqz ad sensuz visus: que quidẽ qualitates vocantur species sensibiles: seu ymagines rerum. Per corpus autem opacum sicut est murus

non possunt multiplicari spe- cies tales alicuius visibilis: et ideo per murum impedimur a visione visibilis: inter quod et nos est tale corpus opacũ. Sic consimiliter peccatuȝ impedit nos a visione dei: eo ꝙ impedit ne species ipsius dei maneant in anima. Hoc enim ex eo ar- guitur: q2 si species ipsius dei manerent in anima peccatoris ipse peccator quandoqꝫ recor- daretur dei: cuius tamẽ oppo- situm experientia demonstrat. Componitur ⁊ construit̃ autẽ istemurus ex luto luxurie et la tere auaritie: ⁊ palea ianis glo rie: ⁊ cemento dilectionis ter- rene: atqꝫ lapidib9 obstinatio- nis diabolice. Fundamentum autem huius muri est timor sa tisfaciendi: qui sustinet totum pondus siue totum murum.

¶ Nam sicut fundamento mu ri destructo statim corruit mu rus / sic semoto timore satisfa- ciendi et abiecto statim dissol- uitur murus ex latere auaritie constructus. Qui enim aliena bona iniuste acquisiuit ⁊ deti- net sepius ad dominum se con uerteret: nisi obstaret timor il- le satisfaciendi. Sed quia con siderat: ꝙ si debitam restitutio nem ⁊ completã faceret in pau pertate vitã duceret. ideo ma- gis diligens vitam corporalẽ ꝙ spiritualẽ minus est de hac ꝙ illa sollicitus ⁊ potius vult cum diuitijs in profundum in ferni demergi cum exulone di uite quam cum paupere Laza ro in sinuȝ Abrahe ab angelis deduci. Latitudo est perseue- rantia in peccato. Altitudo ve ro damnatissima presumptio venie siue diuine misericordie Laboremus igitur ad destru- endũ ⁊ penitus subuertendum huiusmodi murum seu parie- tem: vt possimus tandem domi num audire dicentem. Uenite benedicti patris mei percipite regnum. ⁊c.

¶ Tertio quis impeditur cor poraliter ne audiat ꝓpter sen sus ligationem: sicut patet de dormiente. Nam quia sensus ⁊ maxime exteriores sunt in eo ligati: ideo non de facili audit nisi clamor alte insonuerit: in- tantum quod sensus reddan- tur non ligati. Hinc etiam per- fecte temulenti dormiẽtes ma- gis impediuntur ne corporalit̃ ter audiant quam dormientes sobrij: nam isti cum minori cla more excitãtur: quã illi: quãto eñi sensus magis ligant̃: tanto magis quis impeditur ne cor- poraliter audiat. In perfecte autem ebrio dormiente dupli- ci de causa ligantur sensus: nõ autem sic in alio Unde et. iij. Regum. xviij. legitur quod cũ prophete Baal ad preceptum regis Achab ꝯgregassent mul titudinem victimarum: inuo- cassentque nomen magni dei sui Baal: neqꝫ responderet eis. Helias verus propheta irri- dens eos: dixit. Clamate voce maiore: deus enim vester forsi tam cum alio loquitur: aut in diuersorio vel itinere est: aut certe dormit: ⁊ ideo clamate al tius vt excitetur. Et loquitur hic Helias de falso deo more humano vbi quis impedit̃ ne audiat loquentẽ propter sen-

suum obturationem. Ideo tri sorte dixit aut i diversorio est: ac si dixisset. In diversorio est temulentus & ebrius: ideo sensus eius multũ ligati sunt: nec vox clamãtis audire valet: nisi voce maiore clamaueritis: et sic ipsum excitetis. Videmus enim per experientiã temulentos non solum nõ clamoribus excitari: verum etiam nec ipsorummet corporum agitatione adeo sunt sensus eorum ligati propter nimiam vini ingurgitationẽ: ex qua quidem ingurgitatione ĩfinita procedũt mala & corporis incommoda. Aliquis etiã impeditur: ne audiat loquẽtem propter corporalem dormitionem. Sic & spiritualiter aliquis non audit diuinaz vocem: seu interiorem inspirationem: aut etiam exteriorem predicationem: et hoc est propterea: quia dormit in fecibus peccatorum suorũ: & ideo si ad eum clamauerit deus interius vocando: aut predicator exterius mouendo vtiq; nõ audit: quia dormit. Unde de talibus loquitur Psalmista. cũ inquit. Aures habent & non audient. Audiat igitur peccator Salomonem eum sic admonentem. Prouerb. v. Caue ne gemas in nouissimis: & dicas. Cur detestatus sum disciplinam & increpationibus non acquieuit cor meum: nec audiui vocẽ docentium me/id est exhortantiũ me ad bonum: & magistris non inclinaui aurem meam: videlicet acquiescendo consiliis eorum. ❡ Quarto quis impeditur ab auditiõe corporali propter loci conditionem. sicut patet de habitantibus in locis subterraneis. Solent enim mulieres et signanter pregnantes tempore belli se recludere i caueis et locis subterraneis: ne a sonitu machinarum terreantur/et fructus earuz periclitetur. Cũ enim dictus sonitus non possit ita faciliter dicta loca subintrare: sicut alia que exterius patent/minus ibi audit & percipitur. Sic & miseri peccatores cum habitent/saltẽ aliqui ex eis in profundo & in abysso peccatorum: hinc minus audiunt domini vocem: seu etiã exteriorem monitionem: quod si audierint nihilominus eã contemnunt: & venire ad dominuz per penitentiam recusant. Ita enim dicitur Prouerbio. xviij. Non recipit stultus verba prudentie: nisi ea dixeris que versantur in corde eius. Impius cum in profundũ venerit peccatorum contemnit: videlicet quicquid ei dicitur ad suam salutem pertinens. Uel contemnit: supple deum: quia a peccatis absorptus ipsum deum nec veretur nec timet. Sed quod est profundum peccatorũ. Certe profundum peccatorum dicitur cõtumacia: pertinacia in suo sensu: defensio sui peccati: iactantia de malis commissis: presumptio de nimia dei misericordia: desperatio de venia: excecatio intellect⁹: corruptio affectus. Ecce quid significat profunditas peccatorum. Ad hanc profunditatem peccatorum peruenit Caym qui desperãs de dei misericordia: & eius omnipotentia aiebat. Maior est iniquitas mea: quam vt ve-

niam merear. Sen. iiij. Item ad hanc profunditatem peruenit ipse Pharao Rex immanissim⁹ cuius coꝛ emolliri non potuit vt parceret filijs israel Exodi in pluribus capl'is. Similiter ad eandem profunditatem peruenit Judas et pene infiniti alij.

¶ Quinto impeditur quis vt non audiat propter auriū opilationem: sicut solet facere serpens, quidam dictus aspis: qui vt prius dictum est quādo sentit se incantari: figit vnam aurem versus terram: alteram autem cauda obturat. Unde psal. Sicut aspidis surde: ꝛ obturātis aures suas: que non exaudiet vocem incantantiū seu carminatoꝛum. Ita spiritualiter peccatoꝛ obturat aures anime sue cum cauda longe vite: quam sibi falso foꝛte pollicetur vt non audiat dominum eū ad penitentiā vocantē. Propterea ipse conqueritur dicens. Prouer. j. Uocaui: supple vos obstinatos peccatoꝛes: ad penitentiam: et renuistis videlicet ipsā penitentiam et meam gratiam. Itē Esaye. l. Uocaui inquit dominus: et non fuit qui audiret Et tales obstinati et surdi peccatoꝛes prefigurati sunt p duos filios Hely sacerdotis. de q̄bus legitur. j. Reg. ij. ꝙ cum increparet eos pater super insolentijs et abominationib⁹ suis pessimis non audierunt tamen vocem patris sui. Tales fuerūt filij israel de quibus legitur. iiij. Reg. xvij. ꝙ cum eos increparāt sancti dei prophete dicētes eis ex parte domini. Reuertimini a vijs vestris pessimis: et custodire precepta mea: et cerimonias meas: iuxta omnem legem quam precipit patribus vestris. Non audierūt eos sed indurauerunt ceruicem suam iuxta ceruicem patrum suoꝛū: qui noluerūt obedire domino deo suo. Multum igitur se decipiunt: qui sibi pollicentes vitā longam emendare vitam suam differunt tanquam non audiētes dominum contra quos loquitur Augu. in quodam Sermone: ita dicens. O homo quid lascescis: q̄d doꝛmis breuis vita: moꝛs incerta. Festinem⁹ igitur charissimi nostra colligere merita: quia breuiter aduenire noscitur quo quis aut perpetue letabit: aut eternaliter cruciabitur Nam vt inquit Crisostomus super Mat. Tātam inesse huic vite breuitatē cognoscimus vt quis in hac tota vita vir condigne ad moꝛtem se possit disponere celeriter aduolantem scilicet moꝛtem.

¶ Sexto impeditur aliquis a coꝛpoꝛali auditu propter venti impetuositatem. Pellit enim ventus vocem loquentis hinc inde eam diffundens; quo fit vt minus percipiatur ab audiente. Ita et spiritualiter impeditur quis ne audiat interius propter impetuosum ventum superbie. vel inanis gloꝛie. Hic est em̄ ventus de quo scribitur Ecc'l. j. Uentus turbinis veniebat ab aq̄lone quasi dicat. Superbia pacis perturbatiua ꝓcedit a diabolo Iste itaqꝫ vēt⁹ superbie per maxime impedit frequēter principes ꝛ alios viros ne audiant vocē dn̄i loquētis. Sicut specialiter patuit i pha:

raone de q̃ legit̃ Exo. v. q cũ ei diceret verbis pasificis moyses famulus dñi vt ex parte dñi di mitteret populũ israheliticum vt sibi sacrificaret. dicit ei pharao vẽto supbie inflat⁹. Quis est dñs vt audiam vocẽ ipsius q. d. nullomodo audiã eum nec israel dimittã. Ecce q̃uo super bia impedit ne quis audiat dominũ voci illi⁹ obediẽdo. Silr legit̃. ij. Mach. ix. de antiocho rege superbissimo q adeo vento superbie intumuit vt sibi videretur: q fluctibus maris imperaret: et montium altitudines in statera appenderet.
Unde ex tali vento adeo surd⁹ factus est: q nec deum nec homines audire voluit. Sed templum quod erat in hierusalem ipsamq3 ciuitatem spoliare studuit. Sed cum accelerearet gressus suos dirus dolor viscerum apprehẽdit eum: ꝛ de curru cadens grauissime corpus suum collisit. Unde sic humiliatus in gestatorio portabatur: et de corpore eius vermes abhominabiles scaturiebant ꝛ odores illius atq3 fetores exercitũ grauabant: adeo vt nemo eum tollere posset. In hac igitur percussione positus/ad agnitionẽ sui peruenit/maxime eo q ꝛ ipse suum fetorem ferre non posset: et dixit Justum est esse subiectum deo: et mortalem nõ paria deo sentire. Tamen ibi dicitur q orabat dñm scelestus: sed non fuit exaudit⁹. Sic forte accedet vna dierũ illis magnatibus et principib⁹ q̃ nolsit audire dñm per ora predicatorũ loquentem: sed aut eos cõtennũt aut certe persequuntur: in hoc imitatores Judeorũ persequẽtium dominum improperantẽ eis peccata sua. Et breuiter de omnibus predictis nolentibus audire dominũ loquitur increpatiue ipse idem Esaye. lxv. di. Uocaui ꝛ nõ respondistis: sup. obediendo voci mee: locut⁹ sum s. mala comminando: ꝛ non audistis a peccatis cessando. Deprecemur itaq3 dominũ vt aperiat nobis aures ad audiẽdu3 mãdata sua ꝛ vt perficere possimus quecũq3 ipse iusserit corde perfecto ꝛ optimo.

¶ Ceterum notandũ super secunda clausula seu sentẽtia huius versus in qua dr. Et nõ habens in ore suo redargutiones q ista verba possunt itelligi de quolibet iusto ꝛ sctõ viro q̃ ita refrenat et moderatur lingua3 suam q non potest redargui a quoq3 neq3 de periurio neq3 de simplici mẽdacio, seu detractione et huiusmodi.

B ¶ Pro quo notandum q viri sancti non habẽt redargutiones in tribus locis in quibus eas habent mali.

vez | In corde
 | In ore
 | In opere.

¶ Primo q̃dem maligni hoies habẽt redargutiones in corde Nã eo ꝝ ꝯsciẽtia eos freq̃ẽter redarguit q nõ redarguit bñ viuunt ꝛ q in continuo periculo eterne dãnationis subsũt. Ro. ij. Testimoniũ reddẽte illis cõsciẽtia eo ꝝ. Nã quãdo q̃s operatur malũ q̃uis etiã in occulto. tunc conscientia si ad eã attendere velit iudicat et dicat illud non debere fieri ipsa eni3 cõscientia ex naturali dictami

ne rationis recalcitrat malos ꝛ arguit operantem malum dicens cur ita facis. ipsa enim est que dicit omni peccati. Arguam te et statuam contra faciem tuam. Nec quidem ad tēpus redarguit hominem peccatorē: sed assidue tā in p̄senti q̄ in futuro qꝛ vt habet Es.lxvi. vermis eorum non morietur q̄d exponitur secundum glo.ord. et Interl. de verme conscientie que semp remordet et remordebit. Nā sicut tinea continue comedit vestimentum: et ignis deuorat ligna. sic vermis cor rodat lignū ꝛ scientia remorsus cruciat miseros peccatores. vñ Sap̄.xvij. frequenter preoccupant pessima redarguente eos conscientia. Ecce quales ꝛ quātas redargutiones habēt mali in corde suo. At vero boni a talib⁹ redargutionib⁹ sunt immunes quinimmo habēt quādā vt ita dicā securitatē de immunitate a pctō secundū q̄ patientissim⁹ ille Job de seipso loquēs aiebat iustificationē quā cepi tenere nō deserā. neq; em̄ reprehendit me cor meū. i. tota vita mea. Eiusdē.xxvij. Sꝫ profecto paucissimi sunt tam iusti quos non reprehendere possit cor suū. i. conscientia. Quis inquit sapiēs puer.xx. dicere potest mundū est cor meū. purus sum a pctō. Et .i. Jo.i. Si dixerim⁹ qm̄ pctm̄ non habem⁹ ipsi nos seducimus ꝛ veritas in nobis non est. Est tamē circa hoc notādū q̄ nō est idē dicere. cōscientiā aliquē nō remordere ꝛ eū sine pctō esse. Nā multi sunt quos non remordet cōscientia qui tamē propterea non habēt securitatem de plena iustificatione sua secundū q̄ apostol⁹ paul⁹ de seipso loquēs. j. Cor. iiij. ait. Nihil mihi consci⁹ sum sed non in hoc iustificat⁹ sum. Quod expones glo. Interl. dt. Non ideo me iustū puto: qꝛ potest in mea conscientia esse q̄d nescio. dicēte psal. Delicta q̄s nō intelligit ab occultis meis. i. a peccatis que meā memoriam subterfugiūt munda me dn̄e.

¶ Scd̄o pctōres habent redargutiones in ore. i. verba offensiua ꝛ vitiosa de quib⁹ possūt merito redargui a domino ꝛ de facto ab eo de talibus arguētur valde aspicere in finali iudicio Que enim ait saluator Math. xv. procedunt de ore. de corde exeunt et ea coinquinant hominem. i. reprehensibilē coram deo faciūt. De corde em̄ exeunt cogitationes male homicidia. adulteria. fornicationes furta falsa testimonia. blasphemie. Et hec sunt q̄ coinquinant hominem et dignū redargutione faciūt. De hac etiam redargutione scribitur Matth.xij. vbi dn̄s loquitur dicēs. Omne verbum ociosum quod locuti fuerint homines reddant de eo rationē in die iudicij Ex verbis inquit tuis iustificaberis et ex verbis tuis condēnaberis supple si mala sunt. Ecce qūo mali habēt redargutiones in ore. i. materiam redargutionis. Justus autē non habet in ore suo redargutiones. Nō em̄ potest redargui de blasphemia aut falso testimonio. nō deniq; detractione aut mendacio. alias iustus non esset. Propterea de eo dici potest illud Judich.

Non est in sermonibus tuis ulla reprehensio. Sed profecto pauci sunt tales non habētes in ore suo redargutiōes: quia ut habetur in psalmo. Omnis homo mendax. ut enim dicitur Jaco. iij. in multis offendimus omnes: videlicet in verbo et in ceteris ut dicit glosa interl. Et ita non sumus perfecti: ut dicit eadem glosa: quia ille tantū perfectus est qui in verbo non offendit. ut subdit ibi apostolus. Unde de peccato lingue ibidem loquens idem apostolus ait. Omnis natura bestiarum et volucrum: et serpentium: et ceterorum domātur: et domita sunt a natura humana. linguam autem nullus hominum domare potest: quia ut dicit glo. interl. nullus est qui non delinquat in lingua. hoc tamen intelligitur venialiter. unde Eccle. xix. Est qui labitur in lingua sua: sed nō ex animo: id est ex deliberatiōe. Quis est enim q̄ non delinquat i lingua sua: hec ibi. Nō est ergo homo qui non delinquat in lingua sua. sive tacendo quando loquendū est. sive loquendo quando tacendum est. sive adulando. sive peccata palpando. detrahēdo falsum testimonium dicendo: mentiendo: turpia: vana: ociosa: pernitiosa: loquendo: tacendo: increpando: cantando: legendo: et huiusmodi. Unde propter ista et his similia dicit Jacobus: ubi supra quod lingua est inquietum malum et plena veneno mortifero. Ecce quam pauci sunt non habētes in ore suo redargutiones.

¶ Tertio peccatores et malitiosi homines habēt redargutiones in opere. Merito enim possunt a domino redargui de operibus suis malis: quod et si non cito fiat talis redargutio saltem et ad tardius fiet in die iudicij iuxta quod scriptū est. Ecclesiastici. xij. Cuncta que fiunt adducet deus in iudiciū pro omni errato sive bonū: sive malum. adducet quidē bonū deus ad iudicium ut remuneretur malum vero ut puniatur. Sed quid intelligit Salomon per omne erratū. Responsio intelligit per hoc omnē offensam quantumcunque minimam etiam usque ad verbū ociosum quod est ignoranter prolatum. Otiosum autem verbum est secundum Gregorium quod caret ratione iuste necessitatis et intentione pie utilitatis. Nā secundum Hieronymum super Leuit. xxi. Quicquid non edificat audiētes in periculū vertitur eloquentium. Nec quidē solus deus in illo districto iudicio et examine. arguet malos de malis operibus eorum vel et ipsa propria peccata eos redarguent secundum illud Jere. ij. arguet te malicia tua: et aversio tua increpabit te: id est increpabilē ostendet. Ecce quomodo mali habent redargutiones in opere. E diverso autem boni et iusti non possunt redargui de operibus malis quinimmo de quolibet iusto potest dici illud. Joā. iij. Opera eius in deo sunt facta. Et nota in deo: id est in charitate et dilectione quia deus charitas est ut habetur. j. Joan. iiij. Vel ideo dicūtur esse in deo facta: quia ad

eius honorem secundum illud apostoli consilium.j.Corinth.x.Siue manducatis:siue bibitis:siue aliud quid facitis omnia in gloriam dei facite. Sed in rei veritate paucissimi sunt tales in quorum operibus non sint redargutiões. Unde & sanctus ille Job.ix.ca.dicebat.Uerebar omnia opera mea.timēs supple ne esset ibi aliquid iniustum.Quid enim sibi vult illud Dauiticum vaticiniū.Cum accepero tepus ego iustitias iudicabo:nisi quod ferme in omnibus operib⁹ nostris aliquid iudicandum & redarguendum inuenitur.Terribile itaqꝫ verbum quia non tantum peccata iudicabit dominus:sed & iustitias nostras:idest bona nostra opera examinabit. Unde Gregorius.ix.moralium exponēs predictum verbum. Job dicit quod sancti omne quod agūt: metuunt dum consyderant ante quem iudicem stabunt.consyderant praua quam districte iudicet & bona opera quā subtiliter penset.

¶Lectio.xl.

¶Quoniam in te domine speraui,tu exaudies me domine deus meus.

¶ Postquam in precedenti lectione ostensum est quomodo penitens virtuose se habuerit circa conuiciantes sibi: qꝫ scilicet simulando se non audire: et tacendo. Hic consequenter recurrit ad diuinum auxilium dicēs,Quoniam in te domine. &c.Allegorice autem exponitur de Christo.

¶Pro quo notandum ꝙ postquā in precedentibus facta est mentio de Christi passione,signanter ab illo passu. Amici mei & proximi mei. Hic consequenter fit mentio de eiusdem ratione pro qua hic orat Christus patrem dicens.Quoniam in te domine speraui. &c. Uult ergo dicere Christus ad patrē secundum beatum Gregorium quia omnia que circa me acta sunt in vita:& in morte patienter sustinui.ideo ad Judeorum contumelias non respōdi,quoniam in te domine speraui.Tibi eñ & non alteri reuelaui causam meam domine deus meus quia tu solus spes mea a iuuētute mea & singulare refugium meum. Secundo idem Grego. hunc versum exponit de membris dicens quod quotienscūque membrum Christi persecutionibus affligitur: aut flagellis atteritur:siue conuicijs prouocatur illum qui propositus est nobis forma iustitie in omnibus imitetur dicēs.In te domine speraui.non ergo in presidio amicorū non in tutamento principium: nō in sapientia seculi. non in diuitijs mundi. non in viribus corporis: non in nobilitate carnis:non in flore iuuentutis speraui. Uerus itaqꝫ penitens consyderare debet ꝙ si in presenti patiatur, tāto copiosius in celo premiabitur. Non enim/inquit idem Greg.retributiōis eterne gaudiū in celo colligitur nisi pri⁹ in terra cū fletu & gemitu & amaritudine seminetur. Sicut scri

ptū est. Euntes ibant ꝛ flebāt:
mittendo semina sua. veniētes
autem veniēt cum exultatione
portātes manipulos suos. Nā
sicut carne quiescente spiritus
deficit. Ita ea laborāte conua
lescit. Et quemadmodū carnē
mollia nutriunt. Ita animam
dura ad alta sustollūt. Illa nā
que delectationibus pascitur
hec amaritudinibus vegetat.
deniq; illā leuia refouent. Istā
autē aspera exercēt. Et rursuz
sicut carnē dura conuulnerāt.
Ita spiritū mollia necāt. Nos
ergo quāto grauiora tentamē
ta in hoc mundo perferimus,
tanto spei nostre anchoram in
deo immobilius figimus. Ita
vt veraciter cum capite nostro
dicere possimus. Quoniam in
te domine speraui: tu. ꝛc. Velvt
dicit dominus Hugo cardina
lis. postq̄ enumerata sunt ma
la que patitur iust⁹ tā ab ami-
cis q̄ ab extraneis: siue quan-
tum ad corpus vim inferēdo,
siue quantum ad famam. vana
loquendo ꝛ dolos meditando.
ideo ne i talibus aduersis suc-
cumbat. cor suū sursum in deū
eleuat dicens. Quoniā in te do
mine speraui. ꝛc, Nempe de te
scriptum est. Jeremi. xvij. Spes
mea tu in die afflictionis mee.
Non autem pono spē meam in
homine aut in pompa seculi:
quia audiui prophetam tuum
Jeremiam terribiliter commi-
nantem ꝛ dicentē. Maledictus
homo qui confidit in homine:
et qui ponit carnem brachium
suum. econtrario autem bene-
dictus homo qui cōfidit in do
mino: ꝛ erit dominus fiducia
eius. Jere. xvij. In te ergo spe-
raui. nec frustra quidem: quia
tu exaudies me dn̄e de⁹ meus.
hoc enim ipsum tu potes. scis
et vis. quod notatur cum dici-
tur. domine deus meus. Domi
nus enim nomen potentie est.
deus nomen scientie. meus p-
nomen possessionis ꝛ bonitat;
quia ergo tu es domin⁹. ideo
potest me exaudire: quia tu es
deus: ideo scis modū me exau-
diēdi ꝛ quid mihi expediat qꝛ
tu es deus meus. ideo verisimi
le est quod tu hoc ipsum velis.
A ¶ Est ergo notandum iux-
ta id quod dicitur. Quoniā in
te domine speraui. quod debe-
mus sperare in domino sex ra-
tionibus.

Vez ratiōe
- Liberalitatis.
- Potestatis.
- Pietatis.
- Inuitationis.
- Propinquitatis.
- Penalitatis.

¶ Primo quidem debemus in
domino sperare ratione libera
litatis: ipse enim est adeo libe-
ralis quod dat omnibus afflu
enter vt habetur Jacobi. i. vbi
tria dicuntur ꝛ notātur primū
dei largitas quia dat. Nō eniz
vendit bona sua: quia non ha-
bet homo precium cū quo pos-
set illa emere. Omnes enim iu-
stitie nostre quasi pannus mē
struate vt habetur Esa. lxiiij.
Valde autem fatuus esset qui
cum vili panno mulieris men-
struate vellet sibi cōparare ma
gnum regnum. Secundum est
largitatis generalitas. qꝛ om-
nibus. Non enim solum aliqui
b⁹ benefacit: sed vniuersaliter
omnibus. Vñ psal. Oculi om-
nium in te sperant domine: ꝛ tu

das escam illorum in tempore oportuno. Aperis tu manum tuam videlicet manum largitatis q̄ aperta. Imples omne animal benedictione videlicet quilibet prouidendo iuxta conditionem sue nature. Nam adeo est generalis dei largitas ꝛ magnificantia ꝙ etiam dat iumentis escam ipsorum ꝛ pullis coruorum inuocantibus eum.

Tertium est generalitatis magnificentia quia effluenter. Ephe.iij. Ei autem qui potens est omnia facere superabundāter quam petimus aut intelligimus secundū virtutē que operatur in nobis ipsi gloria. Est enim tam magnificus deus ꝙ semper plus dat quātum ab eo petatur secundum ꝙ Grego. in quadā collecta ait. Dimittas inquit que conscientia metuit: ꝛ adijcias quod oratio nō presumit. hoc patet. iij. Re.iij. vbi legitur quod dominus dicit ad salomonē. Ecce dedi tibi Secūdum sermones tuos: et dedi tibi cor sapiens et intelligens ꝛ cetera. Sed et hec que non postulasti dedi tibi diuitias scilicet et gloriam. vt nemo fuerit similis tui in regibus cunctis retro diebus. Quamuis ergo deus det omnibus affluenter: dat tamen differenter. Nempe sicut rex terrenus dat stipēdia suis militibus iuxta suum beneplacitum aliquibus plus aliquibus minus aliquibus ad tempus: alijs ad vitam: alijs autem pro se et suis posteris. Ita et deus tanquam rex liberalissimus dat multa bona suis famulis. Aliquibus quidem ad tempus tantum; sicut sanitatem vel prosperitatem: que quia non semper expediunt saluti anime: ideo ea aufert et cō mutat in melius. Alijs autem dat bona ad vitam: sed hoc est pro omni salario et stipendio: sicut dedit diuiti epuloni diuitias et delitias in presenti. Ideo dicit ei pater Abraham. Fili recepisti bona in vita tua. Luce.xvi. Alijs autem per modum hereditatis perpetue dat bona: sicut dedit celum et perpetuam requiem lazaro post mortē: de quo dicit pater abraham. hic nunc consolatur. Ecce igitur quam liberalis et magnificans est deus: et ideo in eo sperare debemus dicentes. Quoniam in te domine speraui. ꝛc. Cuius quidem magnificentia figurata est. hester secūdo vbi dicitur quod rex Assuerus largitus dona iuxta magnificentiam principalem cunctis principibus et seruis suis qui venerant ad ipsius grande conuiuium quod parari iusserat pro coniūctione ꝛ nuptijs hester.

¶ Secundo debemus sperare in domino ratione potestatis. Sunt enim multi qui sunt magnifici in corde: sed non in opere: quia non habent vnde. Deus autem potentissimꝰ est atꝗ ditissimus. Diues (inquit Paulꝰ Ro.x.) est in omnes qui inuocant eum. Item Ephe.ij. Deus est in misericordia. Non enī habet thesaurum auri ꝛ argenti aut gēmarum ꝗuis ipsius sit terra et plenitudo eius: sed habet thesaurū infinitum gratiarum ꝛ misericordiarū. ps. Gloria et diuitie in domo eius. Quō

queso non diues: in quo sunt omnes thesauri sapientie et scientie dei absconditi? vt habetur Collos. ij. An non diues qui solus soluit precium inestimabile nostre redemptionis? An non diues qui suo precioso sanguine nobis comparauit indicibiles diuitias eterne hereditatis? An non diues qui pauperem facit et ditat/humiliat et subleuat? Hic est igitur verus Salomon rex pacificus qui magnificatus est super omnes reges terre sapientia et diuitijs: cuius vniuersa terra desiderat videre vultum. iij. Reg. x. Si igitur velimus vendere labores nostros et bona opera nostra/illi vendamus et non alteri: quia ipse solus ditissimus est ad persoluendum. quod si gratis dare velimus illi demus: quia liberalissimus est ad recompensandum vltra centuplum. quod si mutuare velimus illi mutuemus: quia fidelissimus est ad retribuendum. Ecce quomodo et quare in ipsum sperare debemus.

B ¶ Sed ex quo deus ab eterno tam diues fuit: quare ergo ex tempore voluit pauper apparere in mundo. Ad hanc questionem respondet beatus Thomas in summa contra gentiles: ad hoc assignans duas rationes. Prima est. Ipse etenim in sua incarnatione voluit attrahere homines mundanos/et abundantes huius seculi vt relinquerent mundanas diuitias saltem quantum ad affectum: eo quod sunt impedimenta supernorum et celestium bonorum. Hoc autem melius facere non potuit quam per assumptionem status paupertatis. Nam si fuisset diues temporaliter nichil aut parum profuisset sua predicatio in attrahendo diuites ad contemptum mundi et temporalium. Secunda ratio est vt palam faceret quod non attraxit homines ad se diuitijs aut muneribus/potentia aut impulsibus. Sed sola diuinitatis/potentia/sapientia et clementia. Propterea elegit inscios: id est rudes apostolos: vt etiam per illos confunderet potentiores et sapientiores mundi. et hoc est quod ait apostolus. i. Corinth. i. Infirma mundi elegit vt fortia queque confunderet. Et secundi Corinth. viij. Factus est egenus cum esset diues vt ipsius inopia diuites essemus.

Tertio debemus sperare in domino ratione paterne pietatis Ipse enim qui pater noster est paterno affectu afficitur ad nos secundum illud psal. Quomodo miseretur pater filiorum misertus est dominus timentibus se: quoniam ipse cognouit figmentum nostrum: id est fragilitatem nostram. Figmentum enim secundum dominum Hugonem cardi. vocatur opus figuli: quod multum est fragile. Ita et homo est multum fragilis: etiam plusquam vas vitreum: quod in centum mille annis non frangeretur nisi eidem violentia inferretur. Homo autem breui viuens tempore repletur multis miserijs: qui etiam quasi flos egreditur et conteritur et fugit velut vmbra et nunquam in eodem statu permanet: vt habetur Job. xiiij. Ecce quam fra-

gilis est homo. Unde deus cõsyderans eius fragilitatẽ misericordia motus dicit Geñ. vj Non permanebit spiritus me⁹ in homine in eternum: quia caro est. Spiritus autem domini in proposito est eius indignatio que non sic permanebit in homine: id est contra hominez vt velit eũ semper punire eternaliter vel absqͣ misericordia: quin potius tẽporaliter: quia caro est: id est fragilis ꝛ de facili labilis in peccatum. Unde de Lyra super dicto verbo/ qm̃ ipse cognouit figmentum nostrum: dicit quod per figmentũ intelligitur fomes inclinãs ꝛ quasi trahens nos ad peccatum: secundũ quod dicit̃ Geñ. viij: ꝙ sensus et cogitatio humani cordis ꝓna sunt ad malũ ab adolescentia sua. Ex quo ergo habemus tam pium ꝛ misericordem patrem studeamus ei ex corde seruire: ꝛ super omnia ab ei⁹ offensa cauere. si velimus eius celestem hereditatem obtinere. Filius em̃ timẽs et reuerens patrem merito sperat eius hereditatez: sed filius illegitimus vel ingratus hereditate priuat̃: vt habetur. xv. q. viij. Cuz multe. Filius ergo legitimus est qui reueretur patrem celestem: illi seruiẽs amore filiali ꝛ propter se. Illegitimus autem dicitur omnis qui in peccato manet. psalm̃. Filij alieni mẽtiti sunt mihi. Et Joannis. viij. Uos ex patre diabolo estis. Uel dic quod filij illegitimi dicũtur qui in presenti a patre celesti non puniunt̃: secundum illud. Hebr. xij. Si extra disciplinã estis: ergo adulteri ꝛ nõ filij estis. Hoc est: estis filij adulterini ꝛ non legitimi si in presenti non patimini: quia vt habetur in eodẽ capitulo. Flagellat deus omnem filium quem recipit: id est quẽ recepturus est in futuro in celestem hereditatem. Chrysostomus. Si deus omnez filiũ quẽ recipit flagellat: ergo quẽ non flagellat non recipit nec filius eius est. Unde glosa ordinaria super hoc passu dicit sic. Flagellat deus omnem filiũ/ etiam vnicum qui sine peccato fuit. Si ergo exceptus es a passione flagellorũ: exceptus es a numero filiorum. Filius vero ingratus est qui dei beneficia minime recognoscit: secundum illud Deuterono. trigesimosecũdo. Deum qui te genuit ꝛ per consequens qui est pater tuus dereliquisti: ꝛ oblitus es domini creatoris tui. Nõ simus igitur tales: sed tanto patri sincero corde studeamus seruire dicentes. Quoniaz in te domine speraui: videlicet ratione pietatis paternalis.

¶ Quarto debemus in domino sperare ratione inuitationis. Ipse enim est qui inuitat nos: immo quodammodo rogat vt ab ipso petamus dicẽs. Joannis. xvi. Usqͣ modo non petistis quicquam in nomine meo: petite ꝛ accipietis. Item Matthei septimo. Petite ꝛ dabit̃ vobis. Unde in figura huius legitur. iij. Regum. ij. quod Salomon dicit matri sue. Pete a me quod vis: neque enim fas est vt auertam faciem tuã. Item expressior figura legitur Hester. v. Ubi dicit̃ quod rex

Assuer⁹ inuitabat Hester spõ- sam suam reginã, ad petendũ dicens. Quid vis Hester regina? Que est petitio tua? Etiam si dimidiam partẽ regni petieritis dabitur tibi. Tantundez autem promisit puelle saltatrici Herodes rex dicens ei quasi eam ad petendũ inuitans. Pete a me quod vis ⁊ dabo tibi. Et iurauit illi quia quicquid petieris dabo tibi: licet dimidiũ regni mei petieris. Mar. vi. Sed quia veritas est plusq̃ figura ideo non solum domin⁹ promittit petentibus se dimidium regni tui: sicut assuerus regine Hester: aut Herodes saltatrici puelle: sed offert ipsum totum regnuz dicens. Matth. xxv. Venite benedicti patris mei percipite regnum. ⁊c. Ergo in eo sperare debemus dicẽtes Adueniat regnũ tuũ. Matth. vi. vt ab ipso tãdem mereamur audire illud. Matthei. xxv. Venite benedicti patris mei possidete regnum quod vobis paratũ est ab origine mundi. Regnum vtiq̧ opulentissimum regnum paccatissimum: regnum nobilissimum: regnum indeficiens ⁊ immortale: regnum in quo regnat rex regum / et dominus dominantium.

¶ Quinto in domino sperare debemus ratione propinquitatis. Ipse enim adeo nobis propinqu⁹ est quod (Paulo teste) vocat nos fratres suos. Unde Hebreorum. ij. Non confunditur vocare nos fratres. O magna Christi humilitas: q̃ non confunditur: id est non erubescit. O magna ipsius charitas q̃ vocare nos fratres. De hac etiam propinquitate loquitur Psalmista ĩ persona domini dicentis ad patrem. Narrabo nomen tuum fratrib⁹ meis: id est apostolis. Nunquid narrauit nomen patris fratribus suis apostolis quando pluries locutus est eis de patre? Similiter de hac propinquitate locutus est cum post suam resurrectionem dixit Magdalene. Uade ad fratres meos ⁊ dic eis: ascendo ad patrem meum ⁊ patrem vestrum: deũ meum ⁊ deũ vestrum. Joã. xx. Similiter ad instar Christi homo ditatus siue ad honores sublimatus nõ debet contemnere neq̧ negare pauperes amicos vel consanguineos. Cuius tamen contrarium multi faciunt. Sed mirũ est quod Christus non cõfunditur nos vocare fratres suos et se deum nostrũ dicere: ⁊ nos erubescimus esse serui illius et fratres Christi filij sui: fugientes ⁊ quasi abhorrentes fraternitatem atq̧ societatem ipsi⁹. Unde ipse conqueritur de talibus loquens per os Dauid et dicens. Qui videbãt me foras: id est in paupertate: fugerunt a me in hoc seculo: sed ego supple fugiam ab eis in alio seculo. Audiant igitur qui Christum pauperẽ siue in se siue in suis membris abhorrent. Qui (inquit) me erubuerit hunc filius hominis erubescet cũ venerit in maiestate sua ⁊ patris et sanctorum angelorum. Luce. ix. Et nota. hunc filius hominis erubescet: id est confusibiliter abijciet ⁊ expellet a consortio suo et sanctorum angelorum. In eum igitur firmiter

sperare debemus: quia caro et frater noster est: secundum qd in figura dictum est de Joseph Genesis.xxxvij. Unde Bernardus. Puto quod me spernere non poterit Christus os de ossib⁹ meis: et caro de carne mea. Propterea legitur in vita patrum de quodam sancto patre: qui cum appropinquaret morti et ab assistentibus fratribus pie defleretur vehemẽter ridere cepit. Cumque interrogaretur cur ceteris flentibus ipse sol⁹ rideret. Respondit quia video dominum meum Jesum Christum hominem sicut et ego sum. Et propterea spero de ei⁹ maxima misericordia. Et ex tanta spe non possum non hilarescere.

¶ Sexto debemus in domino sperare ratiõe penalitatis. Ipse enim vt habetur Esaye. liij. Vulneratus est propter iniquitates nostras et attritus est propter scelera nostra. Et breuiter tanta passus est pro nobis: qd a planta pedis vsque ad verticẽ capitis non fuit in eo sanitas: prout prophetatum fuerat. Esaye.i. Ex quo ergo tot et tanta pro nobis iam passus est/in ipsum sperare debemus presumẽtes quod non velit nos perdere qui non recusauit tanta pro nobis sustinere. Propterea dicit deuotus Bernardus quod tanti nos emit vt amittere non velit. Item idem. Putas quod non dabit tibi bona sua: q̃ non dedignatus est suscipere mala tua? Hinc Paulus cum premisisset/proprio filio suo non pepercit deus: sed pro nobis omnibus tradidit illum. Romanorum octauo. mox subiunxit. Quomodo etiam non cum illo omnia nobis dõauit: id est donabit quasi arguendo a maiori ad minus affirmatiue. Sed dicet mihi forte aliquis. Certe pater ego sum vobiscum quod scilicet sperare debemus in domino propter predictas et similes rationes: et quod ipse Christus satis passus est pro nobis nec amodo habem⁹ necesse pati: sed sufficit ad nostram salutem quod ipse solus passus sit pro nobis. Sed audiat talis quid dicat apostolus secunde Timotheum secundo. Si (inquit) sustinemus et conregnabimus: ergo non conregnabimus si primum non sustinuerimus in presenti. Valet autem ista consequentia arguendo ex opposito consequentis inferendo oppositum antecedentis. Ad hoc propositum facit historia de duobus latronibus qui adinuicem inierãt fedus mutue societatis in lucro et damno. Cumque vnus multam predam rapuisset confossus multis vulneribus noluit alteri dare partem lucri nisi primum reciperet partẽ vulnerum. Ita et in proposito est de Christo: et de nobis applicatur.

C ¶ Preterea iuxta secũdam partẽ hui⁹ ꝟsus vbi d̃r. Tu exaudies me. etc. Notandũ valde est q tribus cõditionibus orationis obseruatis ꝯfidẽter et secure poterimus dicere ad dñm Tu exaudies me dñe de⁹ me⁹ He igitur ꝯditiões sunt q oremus his trib⁹ modis: vlꝫ pie fideliter: perseueranter.

¶ Primo igitur debemus orare pie. Ille autem orat pie qui petit spiritualia et que expediunt ad salutem anime. Item que cedunt ad honorem diuine maiestatis. Uel etiam ad vtilitatem proximi. De quibus omnibus summarie loquitur christ⁹ Joh. decimosexto. dicens. Si quid petieritis patrē in nomine meo dabit vobis. Sequitur. Petite ⁊ accipietis. Notanter autem dicit si quid ⁊ non si aliquale. Etenim ea q̄ dei honorem respiciunt proximiq; aut suiipsius salutem: predicantur in quid: quia vera et existentia bona sunt. Que' autem temporalium dispositionem concernunt in quale predicantur: quoniam talia non nisi secundum quid bona denominantur. Sed dicis. Frequenter deum oro nec tamen me exaudiat: sed videtur non me audire aut de me non curare. Sed audi apostolum Jacobū. iiij. ca. dicentem. Petitis et non accipitis eo quod male petatis: vt in concupiscentiis vestris insinuatis. Ille autem male petit qui contra dei voluntatem aut honorem proximiq; spiritualē vtilitatem aliquid petit. Et nota quod non tantum dicit eo quod malum petatis: sed eo quod male petatis. Inter enim nomen ⁊ aduerbium lata est differentia. Ille itaq; non solum indignis est petita accipere qui mala petit: sed ⁊ qui bona indebito ordine petit. Mater enim filioꝝ zebedei non ideo repudiata est a petitione: quia mala pro filiis petierit. Nam sedere cum christo in regno celesti bonum est: immo optimum. Sed ideo exaudita non est iuxta votum quia indebito ordine petiuit: videlicet requiem ⁊ delitias filiis qui nondum laborauerāt. Propter quod dicit eis saluator. Nescitis quid petatis Matthei. xx. Quemadmodum enim de extremo ad extremum non fit transitus nisi per media: ita neq; de mundo ad celum nisi per laborem secundum illud. Act. decimo quarto. Per multas tribulationes oportet nos introire in regnū dei.

¶ Secundo debemus orare fideliter. Unde beatus Jacob⁹ dans modum orandi dicit in primo capitulo sue canonice. Postulet in fide nihil hesitās: scilicet de diuina potestate aut voluntate. Nam accendentem ad deum per orationis suffragium oportet credere quia est sup. potentissimus ad largiendum petita si modo expediāt. Propterea saluator Mat. xvij. dicebat Si habueritis (inquit) fidem sicut granum sinapis. id est humilem: et dicitis supple orando monti huic: transibit. Uel dicetis huic arbori moro eradicare et transplantare in mare obediet vobis: vt habetur Luc. xvij. Et quamuis per montem apud Mattheum: ⁊ p morum apud Lucam diabolus designetur: secundum glo. interlin. Nihilominus etiam ad literam potest istud intelligi de ipsis rebus corporeis. Nam fides consummata elementis imperare potest: vt dicit eadem glosa.

D ¶ Unde de aliquibus san ctis specialiter legitur: quod ista vel his similia fecerint Nam et Grego de Nazareno refert D. Hugo Cardina. super Lucã. quod cum vellet edificare basilicam in angulo maris erat ei mõs impedimento. Cunque pernoctasset in orõne: ecce mane inuentus est mons ille intãtum separatus a loco priori: vt sanctus pater libera haberet spacia ad basilicam construendam. Quasi huic simile legitur i vitis patrum de quodam heremita: qui cum haberet in medio horti sui lapidẽ grandem suis oleribus nocentem fusa oratione ad dominũ ipsum amouit. Simile legitur hoc ipsũ fecisse beatus Bernardus ad cuius preces lapis ingens qui impediebat eius hortum translatus est. Ecce quomodo omnia sunt possibilia orantibus cum fide sincera: ita vt possint saxa transferre i cor maris. Nec mirum si tanta operatur fidelis oratio sanctorum virorum: maxime cum legamus his similia dominum fecisse ad preces infidelium paganorum. Refert enim. Diuus Anthonius in prima parte sue cronice. t. iiij. capitu. ij. §. decimo. Et accepit a Petro Comestore in histori. scolastica de Alexãdro magno: qui cum venisset ad montes Caspios decem tribus filiorum israel, qui ibi captiui tenebantur: miserunt ad eum legationem postulantes ab eo licentiam egrediẽdi. Qui cum quesiuisset de causa captiuitatis responsumque sibi esset; eo quod recessissent a deo suo israel: immolando vitulis aureis et per prophetas esse predictum eos inde non egressuros Respondit illis. Alexander quod erant digni arctius includi. Cunque multo tempore laborasset angustiarum suarum mollibus bitumi natis obstruere humanũ: quoque laborem videret ad tantum opus faciendum non sufficere orauit dominum deum israel: vt illud opus compleret. Et ecce subito accesserunt ad seinuicem prerupta montium eos in ibi recludentium: ex quo non credũtur recessuri: nisi versus finem mundi: quorum caterua stipatus antechristus secundũ nonnullos historiographos magnam stragem faciet in populos christianos. Si ergo tãtum operatus est dominus ad preces hominis infidelis: quid facturus est pro fideli fideliter eum deprecanti.

¶ Tertio debemus orare perseueranter. Differt namque dominus quandoque exaudire: vt discamus perseuerare secundum Grego. Et hoc insinuauit ipse dominus Luce. xi. sub parabola de illo qui vadit ad amicum suum media nocte dic. Amice commoda mihi tres panes: quoniam amicus meus venit de via ad me: et non habebo quod ponam ante illum. Deinde subditur quod et si ille de intus non statim surgat: tamen victus importunitate pulsantis surget et dabit illi quotquot habet necessarios panes. Per hanc itaque parabolam dominus nos instruit ad perseuerantiam habendam in

oratione. Nedum autem verbo: sed et facto hoc docuit. Nempe de eo legitur Luce. vi. quod exiit in montem orare: et erat pernoctans in oratione. Similiter istud docuit: quando ter orauit patrem in horto. Cumque factus esset in agonia: tunc prolixius orauit Luce. vigesimo secundo. Unde eius exemplo legitur Act. i. de apostolis quod omnes erant vnanimiter perseuerantes in oratione cum mulieribus et maria matre sua et fratribus eius. Hinc Hieroni. et recita. de pe. dic. i. Importuna. di. quod importuna in euang. mulier: sup. chananea tandem meruit audiri. id est audiri. Nam vt habetur Jaco. v. Multū valet oratio iusti assidua. Et nota quod dt assidua. ¶ Et hoc est contra dominos canonicos: quorum oratio parum quandoque videlicet tū quia forte grauiores pecca tores sunt quam hi pro quibus orant. Nō vt di. Greg. et recita. iii. q. vii. in grauibus. Cum is qui displicet ad intercedendum. etc. Tū quia raro assidue orant debitam assistentiam faciendo diuinis officiis: sed sufficit eis facere comparentiam in principio et fine. In hoc defraudantes pias intentiones fundatorum suorum.

Uideant ergo diligenter decretalem de cle. non residentibus in ecclesia vel prebenda. c. consuetudinem. lib. vi. et ibi inuenient quod cotidiane distributiones solum dnt dari illis qui intersunt diuinis officiis consuetudine non obstante. Et quod aliter illas recipiunt eas non faciunt veraciter suas. Idem iudiciū est de distributionibus quae dantur pro anniuersariis de functorum vt di. textus ibidem. Sed forte dicent dñi canonici Nos sumus supra locū: nū quid hoc sufficit? Certe nō. Nam vt dic. Joh. andree super dicto capitulo. Presentia personalis in loco non prodest talibus. ex quo non assistūt diuinis propter quod distributiones sūt assignate. Et ideo si aliquid inde percipiāt ad restitutionem tenentur: vt di. tex. Secus autem de corpore seu grosso prebende quia huiusmodi corpus prebende potest dari absentibus: quibus non intersint diuinis. sicut expresse cauetur extra de constitutis c. cum oēs. Sed iterum forte dicent dñi canonici pro sua iustificatione quod sūt in longa possessione de opposito: et quod talis consuetudo de exeūdo chorum post initiū horarū inoleuit in ecclesia sua: et nihilominus quod percipiant cū hoc plenas distributiones. Sed illorū errorem refellit decretalis cū inquit. Contraria consuetudine non obstāte. Iterū forte dicent Ad minus sufficit nobis quod simus in ecclesia presentes sicut solēt plerique facere qui post primū gl'ia seu primam collectā misse a choro recedentes deābulāt ecclesiā gyrātes ecclesiam et cō fabulātes nūc cū isto: nunc cū illo. Certe nō sufficit talis presentia: quia non intersūt diuinis officiis: quibus tamen dicūt interesse: vt dr ibidē: saltem pro maiori parte. Preterea minus malum esset si essent in suis domibus silenter orantes vel studentes

q̄ sic vagari per ecclesiā ꝛ tamen in illo casu non facerēt tales distributiones veraciter suas: nisi aliud poneret: ergo nec in proposito. Uideāt igitur q̄sto discrimini exponūt suas aīas illi q̄ non faciūt nisi ponere dorsum ad cathedram et deinde mox recedunt. Ad hoc idem propositum confirmādū facit. c. licet extra de prebēdis ꝛ dignitatibꝰ: vbi ferme eadē sētentia habetur: saltē ꝑ parte Quantū autē prosit et q̄ grata sit deo perseuerantia in orōne patet tali exēplo. Legit̄ em̄ i dialogo Greg. c. xiiij. q̄ cū q̄dam vir deuotꝰ dictus ysaac iter faceret p ciuitatē Spoletanā ingressus ecclesiā quandā rogauit custodes illius quatenꝰ sibi concederēt spacium vt posset in ea orare quantū vellet. Qui annuerūt eius petitioni. Cunq̄ tribus diebus ꝛ totidem noctibus assiduus in oratione fuisset cepit eos fastidire tāta prolixitas propter q̄d ad eū accedens vnus de custodibꝰ eū ypocritā: ꝛ delyrū vocās ipsū alapa percutiens ab ecclesia expellere conatꝰ est Quo facto subito malignꝰ spiritꝰ cum inuasit: et ad viri dei vestigia strauit clamans per os ipsius et dicens Jsaac me eijcit: Jsaac me eijcit. Mox ergo vir dei possessum a demone tetigit: et malignū spiritum ab eo fugauit. Ecce quantū valet oratio assidua presertim viri iusti iuxta sententiam Jacobi apostoli.
Patent ergo tres bone conditiones sancte orationis quas si quis orando secum habuerit merito ad dominum dicere poterit. Tu exaudies me dn̄e deus meus.

F ¶ Sed forte dices. Multi interdum orant pro alijs pie: quia ad eorum conuersionem et morum emendationem. Jtem fideliter ꝛ perseueranter q̄r per dies / menses / et annos plurimos: sicut patet de grossis vsurarijs et obstinatis peccatoribus: qui quandoq̄ commendant se orationibus deuotarū personarū: per quas faciunt ad eorū intentionem fieri suffragia ꝛ missas plures celebrari: nec tamen propterea saluantur: non obstantibꝰ precibus sanctorum illorum virorum: igitur ille tres conditiones non sufficiūt ad hoc quod aliquis dicere possit ad dominū: Tu exaudies me domine deꝰ meꝰ. Responsio. Jlle tres conditiones enumerate intelliguntur cū quis pro se orat: tūc enim illis concurrentibꝰ semper exauditur: nō aūt cū orat pro alio ꝛ maxime pro obstinato peccatore et ponente obicē gr̄e dei. Ut em̄ di. beatꝰ Tho. xiij. q. vi. art. vi. nullꝰ aliꝰ a christo potest alteri mereri primā gratiam: neq̄ per consequens gloriam nisi de cōgruo nō aūt de condigno Predicta aūt cōgruitas potest impediri maxime propter duriciam cordis illius pro quo iustꝰ orat fideliter ꝛ perseueranter scd̄m q̄ dominus dic. cuilibet iusto Jere. vij. Tu noli orare ꝑ pp̄lo hoc nec assumas ꝑ eis laudē ꝛ orōnē et non obsistas mihi: q̄r nō exaudiā te: q̄d verbū expo. gl. ord. de pp̄lo obstinato et nullā pn̄iam agente: ideo sequtur i

textu. Nõne vides quid isti faciunt in ciuitatibus iuda: et in plateis hierl. quasi dicit. Peccata eorum horrenda sunt et publica: ideo adeo me prouocant ad vindictam quod neminem pro eis orantem exaudiam: iuxta quod scriptum est eiusdẽ Hieremie decimoquinto. Si steterint Moyses et Samuel contra me: non est anima mea ad populum istum: quia consummata sunt scelera eorum: vt dicit. glo. interl. Dic exemplum crucifixo obturante aures suas cum oraretur pro impio quodam vsurario. Si ergo velimus orationibus iustorum in presenti iuuari caueam⁹ ab obstinatione.

¶ Lectio. xli.

¶ Quia dixi nequando super gaudeant mihi inimici mei & dum commouētur pedes mei super me magna locuti sunt.

¶ Postquam in precedenti lectione habitum est quomodo penitens allegauit causã quare a domino debeat exaudiri: quia scilicet propter spem quã in eo posuit. Hic consequenter orat ipsum dominum: vt non superetur a suis inimicis: ne de tali victoria inaniter gloriẽtur. Quia nequando dixi. ꝛc. Allegorice autem iste versus potest exponi de christo. Pro quo notandum. Postquam in precedenti lectione ostensum est quomodo christus homo spem in alium nunquã habuit preterquam in deum patrem suum accepto tamen nomine spei pro firma: et indubitata fiducia de diuino adiutorio et assistentia. Hic consequenter ponit Psalmista. vnam petitionem quam fecit idem christus ad ipsum patrem contra Judeos. Quia dixi nequando. ꝛc. q. d. O deus pater spero quod (exaudies me) tu qui es (deus meus: et dixi). id est petiui a te (nequando). id est aliquando (supergaudeant michi inimeci mei) scilicet Judei. Et reuera fuit exauditus pro reuerentia sua. Nam ꝛ si ipsi Judei in eius morte sint gauisi tanquã aliquid magnum et laude dignum se fecisse arbitrantes in procuratione mortis sue non tamẽ sũt supergauisi ei: sed maximo merore affecti: quando q̃dem audierũt referentibus custodibus sepulchri dominici eum resurrexisse a mortuis ita vt esset in eorum cordibus amplior tristitia de audita ipsi⁹ gloriosa resurrectione quam fuisset leticia inepta de eiusdẽ necessi. Qui enim inquit Gregorius. legibus mortis subiacuit: vt a morte hominẽ redimeret victoriosissime tertia die a mortuis resurrexit. Et hoc est: qđ multo ante tempore Propheta predixerat. Non dabis inq̃t sanctum tuum videre corruptionem. Hoc deniq̃ est pro q̃ idem christus patrem rogauerat di. Pater clarifica filium tuum. Joh. xvij. Quod autem subditur. Et dum commouentur pedes mei super me. ꝛc. de

apostolis aparte intelligitur Nã teste Greg. quemadmoduz pedes corpus deferunt: ita et apostoli christum in omniũ gẽtium noticiam detulerũt. Juxta quod scriptum est in psal. In omnem terram exiuit sonꝰ eorum. Sed hi pedes nimirum commoti sunt: quando eũ quẽ pati viderunt esse dei filiũ dubitauerũt. Sicut ille christi discipulus Cleophas: de quo legitur Luc. xxiiij. ꝙ dixerit. Nos sperabamus ꝙ ipse redẽpturꝰ esset israel. Sed ecce hodie tertia dies es: ꝙ hec facta sunt: scilicet ꝙ christus passus est. q. d. Non vltra speramus. Nonne pes christi fuit Thomas qui detulit ipsũ in India qui quidẽ pes vehementer collisus est et commotus quando audita magistri sui resurrectione dicit. Nisi videro in manibꝰ eius fixuram clauorum. ⁊c. nõ credam. Jo. xx. Huiusmodi ergo pedibus super benedictum christum commotis: inimici eiꝰ super eũ magna locuti sunt qꝛ apostolis conturbatis et fugiẽtibus iudei illum reũ esse mortis iudicauerũt. Magna vtiꝗ locuti sunt qñ pylato respõderunt de xpo Crucifigat̃ Jtẽ qñ dixerunt. Nisi esset hic malefactor nõ tibi tradidissemꝰ eũ. Similiter qñ dixerũt. Nos legem habemus ⁊ secundũ legẽ debet mori quia filium dei se fecit.

¶ Notandũ est autẽ iuxta illã primã clausulã. Qꝛ dixi neqñ supgaudeant mihi inimici mei ꝙ exponendo istud moraliter de penitente inuenio ꝙ ipse penitens siue quilibet iustus habent tria genera inimicoꝝ qui supergaudẽt illi si ruat in peccatum. Et si sunt.

Maligni demones.
Inuidi homines
Pctã ⁊ iniquitates.

A ¶ Primo igitur demones supergaudent quotiens possunt aliquem iustũ trahere ad peccatum seu verum penitentem inducere cum effectu ad recidiuum secundũ illud Psal. Qui tribulant me exultabunt si motus fuero. Hoc enim ad literaz exponit glosa. Interl. de diabolo et angelis eius qui non cessant die ac nocte tribulare suis variis tentamentis hominẽ iustum. vnde Grego. Quotidie nos inimicus impugnat vt saltem tedio deiiciat et superet. Notanter autem dicit Exultabunt si iustus fuero quia sicut gaudium est angelis dei super vno peccatore penitentiã agẽte vt habetur Luc. xv. Jta gaudium est demonibus super vna anima peccatũ ꝑpetrante. Juxta illud poeticũ. Nunꝗ risus adest nisi quem fecere dolores Nam de ipsis ad literaz potest recte intelligi illud prouerb. ij. Letantur cum malefecerint et exultant in rebus pessimis: id est i peccatis execrabilibꝰ: que quanto enormiora fuerint tanto maiorem exultationem efferũt ipsis malignis spiritibus. Et de hoc fig. le. ij. Reg. i. vbi dicitur ꝙ Dauid audita morte saulis dicit. Nolite annunciare in Geth: ne forte letentur filie Philiſtim: id est demones: quia non solum ille demon qui suggerit peccatum alicui gaudet si ille cadat: sed esset omnis caterua demonũ: de hoc gau-

det. In cuius etiam figura legitur. i. Reg. vlti. q Philistei victo. Saule caput eius miserũt per circuitum terre sue ad iactantiam. Nempe sicut venatores capta preda faciũt magnũ gaudium tubicinantes. Ita et demones permaxime gaudent et tripudiant quando possunt capere in suis laqueis vnũ magnũ prelatũ: regem doctũ virũ vel religiosum. Nõ tñ sic q in eis possit esse verũ gaudiũ sicut nec in btis angelis vera tristitia: sed q̃a ad modũ gaudentiũ se habẽt. Ostendũt q̃ppe cachinis et exterioribꝰ signis se aliquando gaudere: nec credant t in tormentis esse: et vt sic facilius decipiant miseros hoies.

B ¶ Unde legitur in dyalogo beati Gre. li. iij. c. vij. q fuit q̃dã eps. Fundane ciuitatis dictus andreas plenus virtutibꝰ habens intra septa sue domus pastoralis quãdam sanctimonialem commorantem: cuius speciem tandem cepit curiose intueri de nephando actu cogitando Interea autem iudeꝰ q̃dam iter faciens versus dictam ciuitatem cũ nox eũ premeret coactus est hospitari iuxta appollinis tẽplũ. qui et si in christum non crederet nihilominꝰ a christianis edoctꝰ signo crucis se muniuit. Et ecce media nocte vidit multitudinem demonum illic aduentare. Inter quos vnus q̃ maior inter eos esse videbatur stetit in sede alios interrogans quid nam illa die egissent. Cumq; singuli darent responsa vno dicẽte se tale q̃d egisse alio aliud. tandem vnus dt q diu laborauerat prouocare incendia libidinũ inter dictum episcopum et sanctimonialem: sed in propinquo erat finem et intantũ habiturus. Nam inquit demon ille principi suo dictus eps in terga eius dẽ sanctimonialis femine blandiens alapam dedit. Et hoc audito surgit e cathedra dictꝰ sedens et eum amplectitur hortans vt quod inceperat diligẽter perficeret hec itaq; audiẽs et videns dictus iudeus cepit tremere quem perpendens is q̃ preerat iussit eum ad se educi. Cumq; vnus demonum ad eum venisset et signum crucis super eum positum vidisset ad dñm suum rediẽs ait. ve ve. vacuum sed cruce signatũ. Et ecce mox tota illa multitudo et caterua demonũ disparuit iudeꝰ aũt ad episcopũ omni cum festinatione perrexit rem per ordinem narras qui dictam sanctimonialem ex toto a se abiecit et penitentiam egit.

C ¶ huic hystorie quasi ex integro alludit alia in vitas patrum narrãs quod fuit quidã monachus filiꝰ sacerdotis ydolorum. qui cum paruulus esset et vna dierum pater eius templum intraret ydolis sacrificaturus intrauit et ipse paruulꝰ occulte tamen. Et ecce vidit sathanam in solio sedẽtem et omnem militiam eius astantem cũ eo. Moxq; vnus ex demonibus veniẽs adorauit eum. Ad quẽ princeps ille. Unde venis? At ille. Fuit i illa prouincia et suscitaui bella et effusiones sãguinum plurimas. Et iterum interrogauit eum dicens. In quanto tempore hoc fecis

sti? Cui ille in triginta dieb9. Et statim iussit eum flagellari dicens. Solum tanto tempore hoc modicum fecisti?
Et ecce alius venit et adorauit eum. A quo interrogat9 vnde veniret respondit dicens. Fui in mari et suscitaui ventos et commotiones: et naues plurimas cum hominibus submersi Ad quem princeps. In quãto tempore hoc fecisti? Et ille. In xx. diebus hunc similiter iussit flagellari Deinde terti9 venit dicens quod in nuptijs fecisset dissensiones tantas qđ multi ibi corruissent. etiam sponsus. Et eum similiter iussit flagellari Tandem alius venit dicens Ecce. xliiij. annis quandã monachum impugnaui et vix ista nocte preualui et eum fornicari feci. Quod princeps demonum audiens surrexit et osculatus est eum. Et tollans coronam quam habebat, posuit in caput eius: et fecit eum cum eo sedere. Ecce quomodo inimici hominis demones supergaudent de ruina et peccato illius caueamus ergo ne eos peccando letificemus ne scilicet nos tandem tristes / et mestos efficiant.
D ¶ Secundo inuidi homines supergaudent de incommodo seu infortunio proximorũ suorum et presertim eorum quos habent odio de quib9 potest intelligi illud Job. iij. gaudẽt vehemẽter cum inuenerint sepulchrum. Tunc autem maligni et inuidi homines inueniunt sepulchrum. cum inueniunt aliquẽ defectũ siue verũ siue apparentẽ in proximo vel etiam cum vidẽt realiter et in effectu eum deferri ad sepulchrum: tunc ex maxima inuidia gaudent. quasi alienam calamitatem suam felicitatem reputantes. Hec autem exultatio i ruina proximi assignatur a beato Greg. xxij. lib. moralium vni de filiabus superbie quam prohibet salomon prouer. xvij. dicẽs Qui in ruina letatur alterius non erit impunitus In cuius rei signum legitur Hester. vij. q aman qui letabatur in ruina mardochei ceterorũq iudeorum quos omnino delere volebat non euasit impunitus.
Nam suspens9 fuit in patibulo qđ ipsi mardacheo parauerat. Item legitur in destructorio vitiorũ q cũ quidã rex trãsiret per quandam viam publicam vidit quendam puerũ supra modum formosum et elegãtem. ludentem cũ socijs suis et dicẽtem qui bonum fecerit bonum sibi eueniet. Et qui malũ fecerit malum sibi eueniet. hũc ergo rex cepit adamare et in filium adoptare. sedebatq cum eo ad mensam quod videns.
Senascal9 regis puulo inuidere cepit: dixitque regi. Dñe iste paruul9 dixit mihi q adeo abhorret vrã ãhelitũ vt nõ possit vos recta facie aspicere. Deinde veniens ad paruulũ đt ei. Fili certe rex valde abhorret tuũ anhelitũ. ideo consulo vt cũ fueris ad mensam semp vertas faciẽ tuã ad latus vt nõ offendas amplius regem. Cunq dictus iuuenis de facili crederet illi Senescalo sequenti die dum sederet ad mensam regis cepit auertere faciẽ suã a rege

quod perpendens rex iudicauit esse veruz quod illi dixerat ipse senesculus propter quod iussit paruulum ipsum duci in clibanum carbonariorum qui erant in proxima sylua vt ibi combureretur. Cumque ipse senescalus talem expeditionem libenter suscepisset mox dictum iuuenem ducere cepit versus locum predictum: sed nutu dei ipsi carbonarij senescalum intro miserunt: et videntes tam elegantem iuuenem illi pepercerunt. Sicque in eo et alio impletum est quod prius dixerat Quod bonum fecerit bonum sibi eueniet. Et qui malum. &c. Propter quod merito dicitur. Ecclesiastici. xxv. Qui laqueum alio ponit in illo peribit. Similiter legitur in legenda beati ambrosij quod cum incederet per ciuitatem mediolanensam quidam casu lapsus in terram iacebat prostratus. Quem alter ex socijs videns ridere cepit. Cui Ambrosius. Et tu qui stas. videas ne cadas. Quo dicto statim lapsum doluit suum qui riserat alienum. Ecce quomodo iusto dei iudicio ponitur qui in ruina letatur alterius. siue in ruina peccati vel mortis aut cuiscumque infortunij. hanc etenim letitiã damnatissimam reprobat salomon prouerb. xxiiij. dicens. Cum ceciderit inimicus tuus ne gaudeas: & in ruina eius ne exultet cor tuum ne forte videat dominus et displiceat ei. Simus ergo tales qualis erat ille sanctus qui dicebat Si gauisus sum ad ruinam eius qui me oderat. & exultaui quod inuenisset eum malum. Et nota quod ly si debet exponi per non. i. Non sum gauisus &c.

E ¶ Tertio peccata & iniquitates supergaudeant suo modo de ruina et damnatione miseri peccatoris & de ruina virtutum quas eijciunt turpiter de regno anime: et ibi ponunt sedem suam. Unde sancte virtutes dei filie / possunt merito hodie lamenlari et conqueri apud patrem celestem dicentes illud Hester trigesimo. Inimici nostri volunt perdere nos. Nam superbia vult perdere et fugare humilitatẽ a corde humano. Similiter auaricia liberalitatem luxuria castitatẽ. ira pacem. gula sobrietatẽ. inuidia charitatem. pigritia diligẽtiã. Ecce inquiũt virtutes quomodo inimici nostri volunt perdere nos. Et de hoc gaudio figurata legitur Judic. xv. vbi dicitur quod philistijm per quos in proposito peccata significãtur capto sampsone. i. spiritu rationali letati sunt. Nam postquã ipsum ceperint statim eruunt sibi oculos ne videat periculum cui subiacet et tandem eum in carcerem recludunt ita vt non inde exire nisi ex speciali dei beneficio. Et de hoc potest intelligi illud. Eccli. xviij. Si prestiteris anime tue concupiscentias eius faciet te in gaudium inimicis tuis. i. peccatis quod gaudent quando preualent contra virtutes prestare autez anime sue concupiscẽtias suas est appetiui animali indulgere suas voluptates quod est damnatissimum et ideo nulla via prestandum.

¶ Notandum deniq; iuxta secundam partem huius versus vbi dicitur Et dum commouētur pedes mei. &c. q per pedes intelliguntur bone affectiones Huius mūdi ergo pedes possunt se habere tripliciter.

Quādoq; stant firmiter
Nā Qñq; cōmouent leuiter
Qñq; cadunt turpiter.

F ¶ Primo igitur quandoq; huiusmodi pedes. id est affectiones bone aie deuote stant firmiter sicut patet in perseuerantibus Unde de anima iusti dr in psal. q deus i medio ei⁹ nō commouebitur quenuis ob sideratur & impetetur ad peccatum tum a carne. tum a demonibus tum a mundo. Et huius perseuerantie seu stabilitatis i bono causa assignatur cū subditur Adiuuabit eam scilicet animam deuotam. deus mane diluculo. i. valde cito auxilium prestando ne succumbat. Non sic autem adiuuat deus homines carnales superbos & auaros de quibus subdit. Cōturbate sunt gētes. i. homines carnales quos conturbant et deijciunt insultus concupiscētiarū carnalium Itē inclinata sunt regna. i. homines superbi de facili inclinantur ad peccatum. Item mota est terra. i. motuz est cor hominis terreni ad auaritiam. Ecce quantis periculis et discriminibus subiacent miseri peccatores. de iustis autem per oppositum scribitur in Psalmista. q deus nō derelinquet sctōs suos in eternum conseruabuntur scilicet ab ipso deo ita vt non possint illis nocere demones neq; de hoc se iactare magna loquentes. Sic conseruata fuit a deo beata virgo Maria in eternuz per confirmationem in bono & quam deus nunq; dereliquit etiam ad horā quia que placita erant illi ipsa fecit semper.

¶ Secundo huiusmodi pedes affectionum humanarū quandoq; commouentur leuiter qd fit venialiter peccādo. Est em veniale peccatum quidam casus non quidē a charitate: sed in charitate. vñ psal. loquens de peccante venialiter ait. Cū ceciderit non collidetur. i. non totaliter destruetur: licet aliqualiter ledatur. Et ratio quare nō collidetur assignatur cū subditur quia domin⁹ supponit manuz suam. scilicet manū misericordie sue qua erexit Petrum ne mergeretur in fluctib⁹ maris. Matth. xiiij. Facit eniz deus erga iustum sicut pia mater erga filium: quem cū videt aliquantulum titubare & casui proximum. mox eum suis brachijs amplectitur ne cadat. vnde psal. In persona peccantis venialiter ait. Nisi quia dominus adiuuit me paulomin⁹ habitasset in inferno. i. in peccato mortali quod est quasi vn⁹ paruus infernus anima mea. Et hoc est contra illos qui parum aut nullo modo videtur curare de peccatis venialibus qui vtinam bene notarent sententiam Greg. in suo pastorali c. lviij. vbi sic inquit. Admonēdi sunt qui in minimis frequēter excedūt, vt considerēt sollicite quia nōnunq; in parua deterius: quam in maiore culpa peccatur. Maior enim quo ci-

tius quia si culpa agnoscitur eo etiam scelerius emendatur Minor viro dum quasi nulla creditur. eo pcius. quo et secu-rius in usu retinetur. Unde fit plerunque ut mens assueta ma-lis leuib9 nec grauiora pho-rescat. atque ad quandam aucto-ritatem nequitie p culpas nu-trita perueniat et tanto in ma-ioribus contemnat pertimesce-re quanto in minimis didicit non timendo peccare. hec ille. Qui ergo assuescunt veniali-ter peccare de facili trahent ad mortale. Sicut enim balaam non est parterritus ad vocem asine sue loquentis Numeri. xxii. eo q ut dicit. Aug. esset as-suetus monstris Sepe enim vi-derat demones in spem anima-lium sibi apparentes et secum loquentes propter quod non expauit nec admiratus fuit qn eam loqui vidit Ita in propo-sito assueti ad venialia nō mul-tum adhorrent mortalia. Pro-pter quod penitens ait. Dum commouentur pedes mei. id est dum pecco venialiter. sup me magna locuti sunt. supple de-mones forte dicentes. Ex quo semel traximus eum ad mini-ma pctā. tandē trahem9 eū ad maior qr scriptum est q q mi-ma spernit. statim defluit scili-cet ad maiora et grauiora pec-cata. Sūmū itaque remediū est abstinere sibi etiā a venialib9 qntū patit humana fragilitas ¶ Tertio pedes humanarum affectionum quandoque elidun-tur et turpiter cadunt quod fit per mortale peccatū, vn. Psal. Ibi ceciderūt scilicet in foueā et abyssum malorum, qui ope-rantur iniquitatem. expulsi sunt scilicet a statu gratie ad miseriam culpe. nec potuerūt stare. supple in peccato cōmis-so solo: quia ut dicit Grc. sup Ezech. omel. xi. peccatum qd per penitentiā non diluit mox suo pondere ad aliud trahit. Item Apoc. xxii. Qui in sordi-bus est sordescat adhuc. Ecce quomodo peccatores semel ex-pulsi a statu gratie nō pñt diu stare absque noua transgressio-ne. Facit enim diabolus cū eis luctando le ganbeth Gallice. p citando eos de peccato in pec-catū scdm q in figura legitur Geñ. xxxii. q angelus luctaba-tur cuz Jacob. Qui videns q eum superare non posset teti-git neruum femoris eius et sta-tim emarcuit. Et quamuis ad literam istud intelligatur de angelo bono pt nihilominus etiam exponi de lucta quā ha-bet malus angel9 cum homine eū tentādo quā sepe deuincit et superat faciēdo ei le ganbeth Et ex tūc facit hominem clau-dū ita ut recte incedere nō pos-sit in via mandatorum dei. vn-de Psal. Fiat via illorum tenebre et lubricū et angelus dñi perse-quēs eos. Est enim via pctōrū te-nebrosa p ignorātiā scdm illd Psal. Nescierunt neque intelle-xerūt in tenebris ambulāt. Itē est lubrico sa. i. labilis Lubricū enim proprie dicitur illud quod quanto magis tenetur tanto magis labitur ut anguilla. Itē lubricum dicitur illud in quo quis labitur ut est via lutosa et aquosa et glacies. Sic autē est de via damnatissima impiorū. sunt enim adeo labiles qd nō

possūt teneri neqꝫ coarctari ad obseruantiam mandatorū dei Et hoc procedit ex magna dei ira qui videtur eos quasi iam ex toto dereliquisse. vnde ipse de talibꝰ loquitur Deut. xxxij dicens. Mea est vltio ⁊ ego retribuam eis ĩ tempore vt labatur pes eorū. q.d. Ego taliter vlciscar de malis quod permittam pedem eorum. i. affectū labi de peccato in peccatum: sed hoc cedet ad malum eorꝫ: ideo sequitur. Iuxta est dies perditionis ⁊ adesse festinant tempora in quibus sup. labentur de hoc mundo in infernū. Fit autem iste lapsꝰ a deo permissiue ⁊ a demone procuratiue: ideo sequitur in ps̄. Et angelus domini persequens eos. Nam angelus domini. i. diabolꝰ vt exponit glo. interl. psequitur tales in triplici statu: videlicet ĩ vita in morte post mortem; In vita quidem trahendo eos de pctō ĩ pctm̄. In morte aūt deducendo eos in desperationē/ aut in obliuionem sue salutis. Post mortem vero pertrahendo eos in infernum Iste igitur est angelꝰ ille de quo prouerb. xvij. Angelus crudelis mittet cōtra eū scilicet miserum ⁊ obstinatū pctōrem Dicit ergo ps̄ in persona pctōris Dū cōmouentur pedes mei. i. dū affectꝰ mei ⁊ desideria commouentur p consensum in pctm̄ tunc sup me magna locuti sunt: sup. illi maligni spūs. Dicunt enim iā factū est: iā noster est: iā nō poterit manus nostras euadere. Et profecto ita fiet nisi miser pctōr phibeat pedē suū amalo

Lectio. xliij.

Quoniam ego in flagella paratus sū & dolor meꝰ in conspectu meo semper,

Postquam enim in precedēti lectione rogauerat penitēs dominum vt non supergauderent sibi inimici eius: nec eum irriderent: ideo hic assignat rationem quare debeat exaudiri dicens. Qm̄ ego in flagella paratus sum. sciens sup. me deliquisse in conspectu tuo Impiꝰ em̄ vt dicit glo. ordi. semper se excusat ⁊ defendit: pati quoqꝫ recusat: sed iustus flagella libēter patitur ⁊ persecutiones ex corde amplectitur ⁊ visitationes desiderat: correptiones cōcupiscit: vt scilicet euadat eternas. Dicit ergo Quoniam ego in flagella paratus sum. tanquam si aperte diceret. Scio quia ad hoc natus sum vt flagella feram: et ideo faciēdo de necessitate virtutē/ ecce me totum offero ad flagella patienter sustinenda: ⁊ ad q̄tanlibet pniam ferendam. Et hoc nō dico ficte sed ex vero et contrito corde: iō addit Et dolor meus scilicet de peccatis meis commissis et quo doleo te dominū meum tam grauiter et tandiu offendisse. In conspectu meo semper supple est. Et ita nō tā tum ad horā dolendum est de peccato sed semper: scꝫ totiēs quotiēs venit ⁊ se offert in cōspectu nr̄o per reminiscētiam Uerus ergo penitens gaudere debet de pena: sed semper dolere de culpa. Dicit aūt dn̄s Hugs cardi. q̄ in hoc versu notāntur due ptes pnie. Primo qui

dem notatur satisfactio: cum dicitur. Ego in flagella paratus sum. Secundo contritio cum subditur. Et dolor meus in conspectu meo semper. Confessio autem notatur in sequenti versu ubi dicitur. Quoniam iniquitatem meam. &c.

A ¶ Notandum est ergo quod tria genera personarum merito possunt dicere quilibet pro se. Quoniam ego in flagella.

Christus in patibulo.
scz Aia fidelis i purgatorio
Penitēs sub dei flagello

¶ Primo itaq christus pendēs in crucis patibulo utiq dicere poterat. Ego in flagella paratus sum In cuius rei testimonium ipse i cruce pendens dixit Sitio. scilicet plura pati quam patior: si maior cruciatus inferri posset. Oblatus est enim quia ipse voluit Esaye. liij. Item eiusdē. l. Corpus (inquit) meum dedi percutientibus: et genas meas vellentibus faciem meam non auerti ab increpantibus & conspuentibus in me Ecce quomodo in flagella paratus erat. Item hie. xi. Ego quasi agnus mansuetissimus qui portatur ad victimā Tunc ergo utiq dicere poterat ad patrem illud psal. Paratum cor meum deus sup. pater paratum cor meum. Sciat autē ly paratum: quia habuit cor paratum & voluntatem ad duo aduersa patienter sufferēda: videlicet ad opprobria & flagella: scdm q fuerat prophetatum de ipsis iudeis Sapi. ij. Contumelia & tormento interrogemus eum. Et bene dicit patum cor meum potius q para tum corpus meum: quia spiritus promptus est caro aūt infirma: vt habetur Math. xxvi Ista autem volūtaria paratio xpi ad flagella pro nostra redēptione sustinēda fuit prefigurata. ij. Regū vlti. Ubi legitur q cū Dauid videret angelū cedētem pplm crudeliter: ait ad dnm. Uertatur obsecro manus tua contra me. Taliter vtiq dicebat christus in corde suo ad patrem dum penderet i cruce. Et tunc versa est manus ipsius patris contra eum: quandoquidem in tot et tantis angustijs reliquit eum Et hoc est quod dicit Paulus Roma. viij. Proprio filio suo non pepercit deus: sed pro nobis omnibus tradidit illum. O maxima christi charitas: O immensa pietas: O profunda humilitas: qz dicit Ego in flagella paratus sum Et non solū hora passionis: sed et quotidie dicit benignus christus. Ego i flagella paratus sum. i. mortē amarissimā paratus sum adhuc pro miseris peccatoribus saluādis sustinere si expediret & si necesse esset. Hoc aūt ostenditur in historia passionis beati Petri apostoli: vbi legitur q cum ipse petrus victus precibus fratrum fugeret extra Romē a facie Neronis eum querētis ad mortem. Cū venisset ad portā vidit xpm sibi occurrentem et crucem baiulantem. Ad quem petrus. Domine quo vadis. Cui xps Uenio romam iterum crucifigi. q. d. Paratus sum secūdo mori pro te si natura corporis gloriosi hoc pateretur. Et tu refugis semel mori pro

me? Hoc igitur xpi responsum audiens petrus rediit cũ omni festinatione et stetit ante faciem Neronis cõstãter di. Quoniam ego i flagella paratus sum.
B ¶ Secũdo quilibet existẽs in purgatorio potest dicere. Quoniam ego in flagella paratus sum. Nam quilibet ibi afflictus potest merito dicere illud Mich. vij. Iram dñi portabo quoniam peccaui ei: donec causam meam iudicet et faciat iudiciũ meũ.i.donec me sufficienter et condigne punierit. Sequitur Educet me in lucẽ sup. paradisi postq̃.scilicet me flagellauerit in tenebris purgatorij: scdm illd Job xvij. Post tenebras spero lucẽ.
C ¶ Sed circa hoc potest queri vtrũ pena purgatorij sit voluntaria? Istam questionẽ format beat⁹ Thomas.iiij.sentẽ. dist.xxi.q.i.ar.i.q:v. Quã etiã pulchre et prolixe post eum deducit Raynerius in sũma sua titu. de penis ca.xxvi. Pro solutione. igit notandũ q aliqd potest dici voluntarium dupliciter. Uno modo absolute alio modo sub conditione. Loquẽdo de primo modo voluntarij tunc dico quod predicta pena purgatorij non est voluntaria Nullus em̃ eligit penam absolute et propter se. Item quicũq petit cum omni instantia liberari a pena quã sustinet nõ vult ipsam penam absolute.
Sic autem est de illis qui sunt in purgatorio. Nam et propter hanc causam petunt suffragia viuorum. Sed loquendo de secundo modo voluntarij tunc dicendum quod predicta pena est voluntaria. Hoc autem possumus ostendere tripli exemplo. Primo quidem exẽplo adustionis. Uidemus enĩ de illis qui habent sacrũ ignẽ alias ignem sancti Anthonij i tybia q consentiunt vt ab eis abscindatur vnum membrum ne totum corpus pereat quanuis absolute hoc illis non placeat. Et simile est de medicina amara. Secũdo probatur exẽplo satisfactionis. Ille eni cui iniungitur pro satisfactione peccatorum aliquod ieiuniũ vel plura libenter vellet nõ ieiunare: sed cum considerat fructum et vtilitatem satisfactionis tunc illud acceptat. Tertio idem probatur exẽplo martyrij. Qui enim patitur martyrium vtpote excoriationem: ignem: gladium et huiusmodi: absolute vellet esse liber a penis: sed quando considerat q est questio desustinẽda fide potı⁹ vult omne genus tormentorum pati quam nomen christi abnegare. Ita suo modo illi q̃ sũt in purgatorio absolute vellent esse extra penas et in loco quietis: scilicet in celo: sed tamen aliqua suppõne data voluntarie et patienter tollerant illos diros cruciatus: vtpote quando attendunt ad dei ordinationem et voluntatem que iustissima est Item quando attendunt ad offensam commissam de qua non plene satisfecerunt. Quidã tamen (inquit beat⁹ Thomas vbi s.) dixerũt q pena purgatorij nullomodo est voluntaria: eo q ille paupe res aie sunt adeo penis absorpte q nesciunt per se huiusmodi penas purgari: sed putant

se esse dānatas potius ꝙ aliqñ saluādas. Sed hoc (inquit doc. sā.) est manifeste falsum: qꝛ nisi scirēt se esse aliqñ liberandas suffragia non peterēt viuoꝝ: qḋ tñ frequente euenis se cōprobatū est: sicut pene infinite narrant historie.

D ¶ Tertio qlꝫ verus penitens potest clamare ad dñm ꝛ dicere cuꝫ Augustino. Hic vre hic seca: qm̄ ego in flagella paratus sum: sup. in preseti sustinenda: potius ꝙ vsqꝫ ad aliud seculū differenda. Qꝛ em̄ considero peccando penas demeruisse: quas in pñti vel in futuro opꝫ perferre: a aduertēs ꝙ graues ꝛ diutine sint ille q̄ post hāc vitā restant secūduꝫ illud Heb. x. Horrendū est incidere ī man⁹ dei viuētis: sūmo desiderio opto in presenti puniri dicens. Qm̄ ego in flagella paratus sum. Scriptum est enim Eccl'i. xxx. ꝙ qui diligit filium assiduat ei flagella vt leteť in nouissimo .i. in mortis articulo vel in alio seculo. Ut igitur letari valeam ī nouissimo meo rogo hic me flagella vt in eternum parcas: qꝛ ego in flagella parat⁹ sum Fac igitur mecum miam vt in exitu ab hoc seculo neqꝫ nichil purgabile deferā: sed merito dicere possim cum regio ꝑpheta. Fuit flagellatus tota die. id est. toto tempore vite mee ꝛ castigatio mea in matutinis .i. in dieb⁹ adolescentie mee: qñ scilicet ebulire ceperunt fomenta vitiorum. Rationabiliter ergo penitens se submittit domini flagellis vt sit consors xp̄i in glia qui fuit consors ī pena. Quia vt dicit Grego. sup Ezech. Si xp̄s sine flagello hinc non exiuit qui tamen venit sine pctō: proculdubio flagellis digni erunt q̄ huc cū pctō venerūt. Item idem in pastorali. Illi de⁹ irascit quez peccātē non flagellat. Si ergo (inq̄t) except⁹ es a passione flagelloꝝ except⁹ es a numero filioꝝ. Item huiusmodi flagella patiēter tollerata sūt signū eterne electionis: quia vt dicit idem Greg. in suo pastorali ca xxxvi. Nisi correptis deus hereditatem celestem dare disponeret: erudire eos per molestias non curaret. Et per oppositum carere huiusmodi flagellis signum est eterne reprobationis: teste eod Grego. super Eze. omel'. xij. Necesse (inquit) est vt peccātes tūc amplius cōsiderem⁹ miseros: qñ eos conspicimus sine flagello in culpa sua derelictos. Quantum aūt ad flagella parati esse debem⁹ commissa culpa: sequens declarat stupenda historia.

E ¶ Legitur enim in cronica dñi Anthonini pte. ij. tit. xvi. c. i. §. xviij. ꝙ anno dñi millesimo minus terno: fuit quidam monachus in monasterio. Floriacensis. Aurelianensis diocesis: dict⁹ Gulbertus: qui apostatās petiuit hyspanis: incoluitqꝫ ciuitatem hispalēsem. in qua tunc tpis moram gerebāt saraceni magicis artibus vacantes. A quib⁹ dictus Gilbertus artem illā didicit Et ꝙ plus est furatus est librum magistri sui plenum incantationibus ꝛ adiurationib⁹ Successu quoqꝫ tp̄is ꝑ obl'quas ꝛ indebitas vias factus est archieps

Remensis: et deinde Rauennensis. Et tādem assumptus est in summum pontificem. Quo viso petiuit a demone suo familiari quanto tempore esset victurꝰ. Ad quem ille. Tādiu (inquit) viues quousqꝫ missam celebres apud capellam de Hierusalem Quo audito gauisus est firmiter proponens nunqꝫ ire Hierusalem. Sed a demone deceptus qui mēdax est et pater mēdacij quadam die quadragesime ex officio celebrauit missam in capella sancte crucis de Hierusalem infra muros: vbi nunc sunt Carthusienses. Tunc ergo affuerūt demones maximū et inauditum strepitum facientes. Audito igitur tanto terre motu: mox decidit in grauē infirmitatē inquirens in quo loco esset. Quo cognito cum maximis singultibus cordis sui et suspirijs reuocauit se quod se dedisset diabolo: ordinās qꝫ corpus suum post integrā peccatorum confessionem mēbratim scinderetur: et solus truncus relinqueretur: qui tandem poneretur in curru: et ibi sepeliri mandauit vbi equi illū currum trahentes per seipsos deferrent. Qui diuino nutu in signū perfecte contritionis eius ipsum ad lateranēsem ecclesiā detulerunt. Ibiqꝫ sepulture cōmendatur. Ecce quomodo iste in flagella paratus misericordiā a domino obtinere meruit vt pie creditur.

¶ Ceterū iuxta illā secūdā partē huiꝰ ꝟsus. Et dolor meꝰ in cōspectu meo semp. Notandū quod ista verba possunt dicere tria genera personarum, vcȝ.

Christus.
Damnatus.
Contritus.

¶ Primo quidem Christus dicere poterat cum ambularet in terris. Dolor meus in conspectu. etc. Nam ab instanti conceptionis sue cognouit omnia q̄ super eum ventura erant toto decursu vite sue: vtpote quot iniurias et opprobria ab ingratis Judeis passurus erat: tam in vita quā in morte. Itē quot ictus flagellorum in domo Pilati. Item vulnera in cruce: et huiusmodi. Propter quod ab ipso instanti sue conceptionis vtiqꝫ dicere poterat illō quod imminente iam passione dixisse fert. Tristis est anima mea vsqꝫ ad mortem. Matth. xxvi. Quale enim gaudium et cordis leticia ei qui scit se morti adiudicatum: non quidem morti cōmuni et leui: sed turpissime et crudeli: cuiusmodi fuit mors ipsius Christi. Sap. ij. Morte turpissima condemnemus eū. Unde propter continuam mortis apprehensionem ipse Christus nunquam risisse fertur: bene autē fleuisse frequēter. Ecce quomodo fuit ab ineunte etate tactus dolore cordis intrinsecus: vt habetur Gen. vi. Propter qō poterat dicere illō ps. Circūdederūt me dolores mortis. In cuiꝰ rei signū a nōnullis modernis pictoribꝰ depingitur pijssimꝰ Jesus adhuc ad vbera matris pendēs cū cruce quā brachijs amplectit. Unde si fuisset interrogatus a pijssima matre sua in diebꝰ sue iuuētutis. O mi nate quare non ridetis et letamini more aliorum

hominum. Utiq; illi responde-re potuisset. Quia dolor meus in conspectu meo semper. Item si eum interrogassent discipuli quando cum eo ambulabant p Judeam & Galileam quare mo re aliorum hominum itineran tium aliquando non recrearetur ad refocillandos viarū labores. Utiq; respōdere potuisset. Quia dolor meus in conspectu meo semper. Aduertendum tamen quod hic non capitur dolor ꝓprie prout est de malo presente secundū sensum sed generaliter: videlicet ꝓ apprehensione mali siue presentis siue absentis. Nō enim sensibiliter doluit Christus: nisi tempore & loco.

¶ Secundo dānatus iuste potest dicere. Dolor meus in conspectu. &c. Psal. Dolores inferni circundederūt me. Nā quocunq; se vertat miser damnat⁹ semper ante se inuenit materiā doloris & tristitie: letitie autē nunquam. Eum siquidem circundant infiniti demones: peccata & ignes: nullam requiem etiam quantulācunq; dantes. Hieremie. xvi. Seruietis diis alienis: qui non dabunt vobis requiem die ac nocte. In cuius figura legitur Danie. iii. quod ministri regis Nabugo. nō cessabant succēdere fornacem. De ista autem materia doloris miserorum damnatorū loquitur Psalmista ad vnumquenq; eorum dicens. Oculis tuis considerabis & retributionem peccatorum supple tuorum videbis. Retributio autem peccatorum est multitudo tormentorum q̄ non solū sustinebunt ipsi damnati: sed & videbunt ad maiorē eorum cruciatum. Sapiētie. v. Uidentes turbabuntur timore horribili. Nec solum quidē habebunt ipsi damnati dolorē exteriorem & per modum obiecti sed etiam interiorem per modū subiecti. In cuius figura legitur. ii. Macha. ix. de illo reprobatissimo viro Antiocho: quod apprehendit eum dolor dirus viscerum & amara internorum tormenta. Et breuiter sicut dicit Gregorius. iiii. dialogorum quēadmodū non est finis gaudio bonorum: ita finis nō erit tormento malorum. Propterea Psalmista in persona damnati loquens non solū dicit dolor meus in conspectu meo: sed addidit semper.

G ¶ Tertio verus contritus merito pōt dicere. Dolor meus in cōspectu meo semper. In cuius rei signum penitere idē est quod semper penam tenere: vt dicitur de penultima distinct. iii. Penitentia. Ille enim penā semper tenet: vt dicitur ibidem qui semper vindicat quod cōmisisse dolet. Hoc intelligitur secundum habitū & non secundum actum: vt dicitur in glosa. Hunc autem dolorem de peccatis semper habēdum docuit Solomō. prouerbiorū. xxviii. dicens. Beatus homo qui semper est pauidus. Et Ecclesiastici. v. dicitur. De ꝓpiciatu peccatorū noli esse sine metu: quia nescis: vt dicit de Lyra: si penitentia tua fuerit sufficiēs. Nā dato quod fuerit sufficiens ad remotionem culpe: non tamen ad remissionem pene: & hoc regulariter. Iō noli esse sine me-

tū In cuius figura legitur.iij. Regum.ij.quod Salomon dixit Semey quod iret in Jerusalem habitaretq; ibi toto tempore vite sue sub pena mortis. Quamuis ergo illi pepercisset offensam in Dauid patrez suū prius commissam cum eum insequeretur filius suus Absalō: non tamē omnem penam:quia voluit quod haberet ciuitatez Hierusalez pro carcere. Sic in proposito dicēdum est. Illi ergo se decipiunt qui facta confessione ꝛ completa penitentia a sacerdote iniuncta/credūt se omnino in foro dei liberatos a pena propter quod non curāt vlterius de peccatis suis dolere:neq; bona opera supererogare. Sed audiant tales quod scriptum est. Deuteronom̄.ix. Memento ne obliuiscaris quomodo ad iracundiam prouocasti dominum deum tuum: et ex eo die quo egressus es de Egypto:id est de vtero matris vsq; ad locum istum:id est vsque ad tempus illud: semper aduersū dominnm cōtendisti. Itē Hieremie.ij. Uide vias tuas/quod si supple te excusare volueris scito quid feceris:ꝛ ideo penitentiam age semper/dicens cū regio propheta. Dolor me.in con.m.s. Nonne queso Dauid post commissum adulteriū dicere videbatur. Dolor me.i cō.m.s.cum scilicet dicebat. Iniquitatem meam ego cognosco: et peccatum meum contra me est semper.vbi alia litera habet secundum glosam ordinariam coraz me est semper. Similiter nunquid idem dicere poterat Christi vicarius Petrus qui tantū doluit de negatione magistri sui Christi:quod toto tēpore vite sue quotiens gallum cantantem audiebat abundanter flebat: ad memoriam reuocans.ꝛ coram oculis mētis sue constituens eternam negationem eiusdē magistri sui Christi. Quid deniq; referā de Maria Magdalena.similit ꝛ Maria Egyptiaca. Item de Thaide meretrice solennissima: que post tot ꝛ tanta flagitia annos plurimos consumpserūt in penitentia:peccata sua corā oculis suis iugiter statuentes: vt inde magis ac magis dolerēt. Quicunq; ergo tales imitatus est in culpa preuaricando:studeat ꝛ eos imitari penitendo ꝛ dicendo. Dolor meus in conspectu meo semper. Et nota q̄ non dicit Psal. (Dolor meus) est/aut fuit/seu erit(in conspectu meo semper)quia si alterū posuisset:alterum forte negasse aut exclusisse videretur. Ne ergo ita crederetur esse faciendum:sed semper esse dolenduz: nullum apposuit verbum.

¶ Lectio.xliij.

¶ Quoniam iniquitatem meam annunciabo,& cogitabo pro peccato meo.

¶ Postquam in precedenti lectione ostensum est quomodo penitens declarat se paratum ad satisfactionem dicens. Quoniam ego in flagella paratus sum. Et ideo ex hac causa querit ꝛ sperat dominuz propiciū inuenire. Hic consequenter as=

signat huius propiciationis aliam causam cum subdit. Quoniam iniquitatē meā annunciabo: scilicet in confessione (et cogitabo pro peccato meo) scilicet in satisfactione. Pro quo notandum: quod quia cordis contritio: et operis satisfactio non sufficiunt ad salutem sine oris confessione: saltem vbi haberi potest. Ideo postquam in precedenti versu Psalmista fecit mentionem de satisfactione sub illis verbis. Quoniam ego in flagella paratus sum. Similiter et de cōtritione ibi. Et dolor meus in cōspectu meo semper. Consequēter hic loquitur de oris confessione subdens. Quoniam iniquitatem meam annunciabo. etc. Uel dic secundum Gregorium: quod quia peccator interius semper dolet remordētē cōscientiā donec perfecte confessus fuerit. Ideo plus quam huiusmodi dolorem insinuauit: cum inquit. Dolor meus in conspectu meo semper. Nūc ad confessionis remediū et medicamentum recurrit dicens. Quoniam iniquitatem meā annunciabo. Sed quia ipsa oris confessio debet premeditari ideo subiungit. Et cogitabo pro peccato meo. Uel dic secundū glosam ordinariā: quod sunt duo modi prrfecte penitentie: scilicet oris confessio: et morū emendatio: vtpote ieiunando: flēdo peregrinādo et huiusmodi. Et hi duo modi hic tanguntur/ cōfessio: quidem: cū dicitur. Quoniam iniquitatem. etc. morū vero emēdatio cum subditur. Et cogitabo pro peccato meo: scilicet per penas expiando. Et istud est cōtra multos qui post oris confessionem nō amplius curāt de facto conscientie sue: vt dictum est in precedenti versu. Item est contra nonullos: qui plus laborant pro expiādis peccatis alienis quā proprijs: nō attendentes olim secundum quod legitur in Leuitic. sacerdotem legis duo debere offerre sacrificiorum genera: vnum quidem pro peccato proprio: et demum aliud pro populi peccato. Primo itaque cogitēt domini sacerdotes et religiosi pro peccato proprio expiando: et demū pro peccato alieno.

¶ Est autem notandum iuxta illam primam sententiam. Quoniam iniquitatem meam annunciabo. quod ista verba possunt dicere tria genera hominum:

scilicet.
- Christus redemptor.
- Penitens lamentator.
- Criminosus iactator.

A ¶ Primo itaque Christus redemptor noster recte potest dicere ad patrem (quoniā iniquitatem meā an.) supple tibi deo patri: pro ea inquam iniquitate apud te misericordiā implorando. Unde ipse Christus in cruce pendens orans ad deum patrem dixisse fertur totum illud Psal. Deus deus meus respice in me. vsque ad illū versum. In manus tuas. etc. vbi continētur psalmi numero. viij. qui quidem psalmi ad literam exponuntur de ipso Christo. In primi autem psalmi exordio dicit longe a salute mea verba delictorum meorū. Sed dices blasphemum esse dicere Christum dei filium peccatorem esse. Utique verum dicis: sed in predictis verbis loquitur

de delictis membrorum suoꝝ: et non de ꝓpriis que nulla fuerunt. Nam teste August. ⁊ recitatur in glosa interl. super illo predicto verbo. Verba delictorum meorum. Christus delicta nostra fecit sua: vt suam iustitiam faceret nostram. Delicta itaqꝫ populi sui dicit sua: tum propter membrorum ⁊ capitis affinitatem: tum quia fecit illa quodam modo sua pro eis scilicet penam sustinendo. Quia enim humanum genus peccatum mutum fecerat ideo loqui nō poterat. Sed Christꝰ quasi personam gerens conductoris seu aduocati muti loquitur ad patrem dicens. Quoniā iniquitatem meam annunciabo. Iste autem modus inoleuit in sacra scriptura: vt scilicet caput quandoqꝫ loquatur ī persona membrorum: vt est illud Actuū. ix. Saule saule quid me persequeris? Non enim saulus persecutus est Christū in propria persona satis cōstat: preterea iam resurrexit ad statum impassibilitatis: sed persecutus est eū in membris suis: vt dicit interl. Item Zacha. ij. Qui tāgit vos: tangit pupillam oculi mei. Itē Mat. xxv. dicit saluator. Quādiu non fecistis vni de minoribus his: nec mihi fecistis. Item in illo psalmo. Saluum me fac deus. qui secundū de Lyra exponitur ad literam de Christo ipse Dauid in persona Christi loquitur ad patrem dicēs. Delicta mea a te non sunt abscondita: ꝙ quidem verbum intelligitur secundū glo. interl. nō de delictis: que admiserit aut cōmiserit Christus: sed que delē da suscepit videlicet pro nobis miseris peccatoribus. Ex abūdāti itaqꝫ charitate dicit Christꝰ sua esse nostra delicta: que ipse portauit secūdum illud. i. petri. ij. Peccata nostra ipse ꝑtulit ī corpore suo super lignū. Loquitur ergo apostolus non de peccatis secundum essentiā quia illa in corpore non sunt: sed ī anima: sed de pena peccatꝫ nostrꝫ debita. Ecce ergo quomodo Christus dicere poterat deo patri. Quoniam iniquitatem meā: id est membrorū meorum ⁊ eorum qui predestinati sunt membra mea per fidem et charitatem (annunciabo) supple tibi deo patri. Hec autē annunciatio facta est quando ꝙdem orauit patrem dicēs. Pater ignosce eis. Luc. xxiij. Non ergo illam annunciat vt illam deus pater puniat: sed potius vt remittat. Et hoc est ꝙ ait Ioā. in sua prima canonica. ij. cap. Si quis peccauerit aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum: ⁊ ipse est propiciatio pro peccatis nostris. Ecce quomodo annunciat iniquitatem nostram.

B ¶ Secundo penitēs lamentator recte dicere potest. Quoniam iniqtatē meā annunciabo. scꝫ in cōfessione. Recte enim ⁊ plane debet verus penitēs peccatum suū cōfiteri: quia alias nō posset illi remediū adhiberi. vnde Boetius. Si operā medicātis expectas necesse est vt vulnꝰ detegas. In cuiꝰ fig. di. dn̄s lepro so. Uade ostende te sacerdoti. Matth. viij. Sꝫ dicis. Peccatū meū in confessione detego. Nūquid hoc ad salutem sufficit.

Certe non: nisi aliud ponatur. Et hoc persuadet domin⁹ Petrus de Palude tali similitudine. Vulnus/ inquit/ discoopertum ꝛ tactui manus expositū: nisi diligenter lauetur ꝛ aliud remedium vltra ostensionē adhibeatur non curatur: sed magis putrescit et corrumpitur. Ita neq̧ sufficit peccatum in confessione detegere nisi lauetur ꝛ tergatur in corde. Lauatur vtiq̧ peccatum cū lachrymę funduntur: tergitur vero cum plane remittitur. Ergo illud annunciemus in confessione: si velimus remissionem obtinere. Notat ergo hic psalmista tria pernecessaria ad veraꝫ confessionem. Primū est: quod ipsa debet esse de malo: et non de bono: qualis fuit confessio illi⁹ pharisei qui dicebat se iactando. Nō sum sicut ceteri hominuꝫ ieiuno bis in sabbatho: decimas do omnium que possideo. Luce. xviij. Ideo dicit psalmista. Quoniam iniquitatem. non autem dicit quoniam bonitatem. Nam bonitatē suā in confessione annunciare potius pertinet ad iactantiam q̄ ad confessionem: ꝛ magis coinquinat: quam purget. Secundum est quod confessio debet esse non de quocunq̧ malo: sed de proprio: ideo addit meam. Nam in confessione peccatum alterius celandum est. ne incurrat dei maledictio: sicut Cham a patre est maledictus: cui⁹ verenda non texerat: sed fratribus reuelauerat. Genesis. ix. Tertium est quod confessio debet esse vocalis. Non enim sufficit deo confiteri mētaliter: sicut in veteri lege: quia ex quo deus est homo factus confitendum est deo ꝛ homini vice dei. In cuius rei signum dicit saluator decem leprosis petentibus misericordiā. Ite/ inquit/ ostēdite vos sacerdotibus. Luce. xvij. Et hoc notatur cum dicitur (annunciabo) Est em̄ annunciatio siue enunciatio secundum logicos oratio vocalis verū vel falsum significans indicādo. Qui ergo vult recte confiteri dicat cum psalmista. ad dominū. Quoniam iniquitatem meam annunciabo.

C ¶ Tertio criminosus iactator dicit ꝛ si non voce: tamē re et opere. Quoniam iniquitatē meam annunciabo. Sunt enim nonnulli adeo peruersi quod non satis est eis perperā agere nisi ꝛ de malo suo: vnde merito deberent erubescere/ se iactent gloriantes. De quibus Prouerbioꝝ. ij. Letantur cū malefecerint: ꝛ exultant in rebus pessimis. De quibus conqueritur dominus Esa. iij. dicens. Peccatum suum quasi sodoma predicauerunt: nec absconderunt: quasi dicat inuerecunde ꝛ publice corā omnibus peccauerunt. Peccatum suum: inq̄t glosa ordinaria: sicut sodoma predicat: nec abscondit: qui peccati sui exemplo tanq̄ fetore corrumpit alios. Et quā periculosuꝫ sit se iactare de impietate sua ostendit Gregori⁹. lib. iiij. moral. ca. xxviij. ita dicens. Cum peccator iam de iniquitate sua nō confunditur in eadem iniquitate etiam adminiculis pessime consuetudinis roboratur. Quid etiam/ inquit

Bernardus: magis peruersius quam de culpis gloriari siue letari, de quibus debemus merito tristari. Et vnumquenque talem reprehendit Psalmista dicens. Quid gloriaris in malitia cum supple potius deberes inde erubescere et confundi more cati q̄ stercora sua operit cinere aut puluere ne feteāt. Huius autem iactantie grauitatē ostēdit beatus Augustinus in enchiridion. cap. lxxxix. Ita dicens. Peccata quamuis magna et horrenda cum in consuetudinem venerint. aut parua: aut nulla esse credūtur vsqueadeo non solum non occultanda verumetiam predicanda ac diffamanda videantur. Talis quoque iniquitas i diuinis libris clamor vocatur sicut habes apud Esayam prophetam: videlicet. v. c. de vinea mala expectaui/inquit/ vt faceret iudicium. fecit autem iniquitatem. expectaui iustitiam. et ecce clamor. Item illud. Genesis. xviij. clamor Sodomorū et Gomorreorum multiplicatus est corā me non ideo dictū est quia illa flagitia apud eos non puniebantur: sed potius quia publice et velut lege frequētabantur. hec ille. Deinde capitulo sequenti sic dicit. Ita nostris temporibus multa mala etsi non talia in apertam et effrenatam cōsuetudinem venerunt adeo vt pro his non solum excommunicare aliquem laicum non audeamus: sed nec clericum degradare. Ve igitur peccatis hominū que solum inusitata exhorrescimus: vsitata vero pro quib9 abluendis sanguis filij dei effusus est: quamuis tam magna sint: vt omnino claudi contra se faciant regnum dei: sepe vidēdo omnia tollerare sepe tollerando nonnulla etiam facere cogimur. Hec Augustinus libro predicto. Sermo. xc.

D ¶ Preterea notandum iuxta illam secundam partem. Et cogitabo ꝑ peccato meo: quod ista verba possunt dicere tria genera hominum.

Contritus peccator.
vez. Iniquus preuaricator.
Ingratus recidiuator.

¶ Primo itaque peccator cōtritus merito potest dicere. Cogitabo pro peccato meo: quasi dicat solicitus ero de examinanda propria cōsciētia: vt ad memoriam redeant commissa peccata: quatenus integre valeam illa confiteri. Taliter autē cogitabat de peccato suo ille rex Ezechias cum dicebat. Recogitabo tibi omnes ānos meos in amaritudine anime mee. Esaye. xxxviij. Sed forte dicis. Cogitare de peccato suo expiando seu confitendo donū dei est: nec a me illud habere possum. Responsio. Fateor que dicis: sed tamen nō longe est a te huiusmodi donū. Etenim si dominū deprecatus fueris infallibiliter tibi illud dabit. Dic ergo ad eum cū sancto illo Job. Quantas habeo iniquitates et peccata scelera mea: et delicta ostēde mihi. eiusdem. xiij. Ista itaque cogitatio pro peccato est necessario preambula et preuia ad confessionem secundum illud Psalmiste. Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi.

E ¶ Sed fortasse queris quenam sunt illa que sunt cogitãda siu premeditẽda homini cõfiteri volẽti. Respõsio illa multa sunt. Primũ est cogitare q̃d feceris. hieremie.ij. vide vias tuas in conualle: id est in hac ꝓfunda valle miserie scito q̃d feceris. cursor leuis explicans vias suas: quasi dicat cogita locum ꝛ tempus quibus peccasti. Secundum est cogitare vbi sis ꝛ quam longe a deo distes. Genesis.iij. Adam vbi es: quasi dicat. Non es amplius in illo statu in quo te posueraꝫ nec prope me per gratiam: sed longe per culpam: quia vt inquit Psalmista, longe a peccatoribus salus. Tertium est cogitare oppressionem quam pateris a demone ꝛ periculum cui subiaces omni momẽto. Deuteronomie.xv. momento quid fecerit tibi Amalech: id est diabolus. Sed quid fecit. Certe omnem preciosam substantiã tuã abstulit et abijt. Treñ.j. Manum suam misit hostis ad omnia desyderabilia eius. Unde demones cum tẽtant homines dicunt alter ad alterum: illud prouerb.j. Ueni nobiscum omnem preciosam substantiam reperiemꝰ. Implebimus domos nostras spolijs. sortẽ mitte nobiscum. Marsupium vnum sit omnium nostrum. Quartũ est cogitare quid amiseris: qꝛ dominum deũ tuum qui est fons omnium bonorum. Hieremĩ.ij. scito ꝛ vide quia malum ꝛ amarum est reliquisse te dominum deum tuum. Item amisisti peccando quicquid boni prius feceras secũdum quod dominus insinuat sub parabola de homine descendente ab Hierusalem in Hierico quẽ ex toto spoliauerũt latrones. Lu.x. Quintum est cogitare districtũ dei iudicium cõtra malos. Et per hanc cogitationem seu considerationem Dauid post adulterium suum est ad deum per penitentiam conuersus dicẽs. Judicia tua non sum oblitus. que supple exercuisti olim contra adulteros ꝛ fornicatores sicut patet i multis historijs sacre scripture. Sextum est cogitare dei infinitaꝫ misericordiã paratã redire volentibus quã ideo cogitare debes ne cadas in desperationem dicens cum Psalmi. Misericordia tua ante oculos meos est. Ecce igitur q̃d cogitare habet pauper peccator ꝓ peccato suo si ad deuꝫ per penitentiam redire velit.

¶ Secundo iniquus preuaricator diuine legis intra se cogitat de peccato suo cõmittendo quomodo scilicet aut qualiter ipsuꝫ perpetrare possit dicẽs. Cogitabo ꝓ peccato meo. vnde de malis loquitur Psalmista dicens. Cogitauerũt iniquitates in corde tota die constituebant prelia. supple in cordibus suis cogitando quomodo possent se vindicare de inimicis suis: ꝛ illis nocere. Notanter autem dicit quod cogitauerunt iniquitates in corde: quia radix omnis peccati: siue oris siue operis oritur a corde nequam. Et hoc pro parte insinuat idem Psalm. in alio passu: cum inquit. Cogitauerunt et loquuti sunt nequitiam. Loqui enim nequitiam malũ non

est nisi quia procedit a cogitatione mala. alias paruulus / et similiter pica qui frequēter nescientes proferūt multa que in vtentibus ratione mala essent. vtiq3 peccarent quod non tam falsum est quam absurdū. Cogitant ergo superbi pro peccato suo quādo cogitāt de adipiscendis honoribus: officijs: pompis: & exquisitis vestibus. Et omnes tales reprehēdit saluator. Matth. ix. dicens. Ut q̄d cogitatis mala in cordibus vestris? Cogitant auari pro peccato suo quando die ac nocte non cessant cogitare de ampliandis suis diuitijs & conseruādis. Propterea de cogitationibus taliū potest intelligi illud Psalmiste. In iracundia terre loquentes dolos cogitabant. Illi enim loquuntur in iracundia terre qui loquuntur multū de temporalibus ratione quorum sepe oriuntur ire et rixe in terra sicut videre est tam in curia ciuili quam ecclesiastica Que quidem locutiōes sepe fiunt cogitando dolos seu fraudes & fallacias q̄s ferme quisq3 querit circumuenire proximū suum in negocio. Ecce cogitare dolos. Nonne etiam ille diues auarus cogitabat ꝑ peccato suo. de quo legitur Luc. xij. quod cogitabat intra se dicēs. Quid faciam cum non habeā quo congregē fructus meos? Et dicit. Hoc faciam. destruā horrea mea & maiora faciam & illuc congregabo omnia q̄ nata sunt mihi. Et dicam anime mee. Anima multa habes bona posita in annos plurimos. Requiesce / bibe / comede / epulare. Ecce quomodo iste auarꝰ cogitabat pro peccato suo. Similiter lubricus homo sepe cogitat pro peccato suo dum scilicet intra se meditatur inania quomodo scilicet possit talem puellam decipere. Talem probam mulierem ad sui amorem allicere: & huiusmodi. Hoc nēpe modo cogitabat pro peccato suo complendo ille nequam Amon de quo legitur. ij. Regū decimotertio. quod finxit se infirmum rogans patrem suum Dauid vt ad eum visitandum et sibi ministrandum mitteret sororem suam Thamar quam impudico amore diligebat. Cumque fuisset ad eum ingressa. nequiter eam oppressit. Similiter nunquid cogitabant ꝑ peccato suo illi duo inueterati dierum malorum de quibus legitur Danielis decimotertio. quod obseruabāt quotidie sollicitus videre illam pudicam & pulcherrimam mulierum Susannam. cogitantes quomodo possent cum ea dormire? Item nunquid cogitabat pro peccato suo ille rex Assuerꝰ de quo legitur Hester secundo. quod adeo lubricus erat vt oporteret eū per singulas noctes habere nouam puellam ad dormiendum cum eo. Et que intrauerat vespere egrediebatur mane. Nec habebat potestatē ad regem vltra redeundi: nisi eam iussisset venire ex nomine. Propterea scribunt de eo hystoriographi quod ex diuersis mulieribus genuerit centum quindecim filios non connumeratis filiabus vt expresse narrat dominus Anthoninus

Florentinus prima parte cro. sue. tit. iiij. c. i. §. xxvij. Itē non- ne gulosi sepe cogitant de pec- cato suo: cum scilicet eorum mēs totaliter versatur circa exqui- sita fercula et delicata pocula. Sicut narratur de illo qui de- syderabat habere collum lon- gū ad instar gruis: vt diutius posset ad delectationē sentire. Ecce quomodo miseri peccato res cogitant pro peccato suo cōmittendo etiam diligentius quā veri penitentes de illo de- lendo et dimittendo.

¶ Tertio igratus recidiuator intra se loquitur dicens. Cogi tabo pro peccato meo. supple reiterando et renouando. Quē admodum enim hortulani ap- propinquate estate cogitāt de renouandis hortulis et plantu lis que in hyeme mortificate et extyrpate fuerant. Ita et diabo lus post pascha facit peniten- tem cogitare de prioribus pec catis quamuis per penitentiā quadragesimalem mortificata. vt sic iterum renouentur et pul lulare incipiāt. Unde de multis penitētibus et confessis in qua dragesima potest post pascha dici illud quod saluator noster dixisse legitur suis apostolis post suam resurrectionem eis apparendo. Ut quid cogitatio nes ascendunt in corda vestra. Luc. xxiiij. Tunc enim cogita tiones ascendere dicunt in cor da hominum cum incipiūt cum delectatione reminisci iam di- missorū peccatorum. Et tales figurātur per filios Israel qui manna de celo missum abomi- nantes ad memoriam reduce- bant escas quibus vescebātur in Egypto. Unde et dicebāt cō- tra Moysen: immo verius con tra dominum murmurantes. In mentem nobis veniunt cu- cumeres et pepones. porriq; et cepe et allia. Anima nostra ari- da est nihil aliud respiciūt ocu li nostri nisi Man. Numeri. xi. Et quemadmodum ipsi filij Is rael voluerunt redire in Egy- ptum vt iterū pascerētur prio- ribus escis fetidis et immūdis respectu manne quod mundis- simum erat et suauissimum: pro pter quam causam nec illic re- dierunt. nec terram promissio- nis intrauerūt: sed in desertis mortui sunt. sicut patet intuen ti librum Exodi et Numerorū. Ita et multi christiani cum p[...] pascha statim volunt ad prio ra peccata redire iusto dei iu- dicio non illis conceditur illic redire. nec ad celum ascendere sed frequenter moriūtur sicut morte spirituali ita et naturali et tandem eternali ad inferna descendendo: vnde frequenter videmus pestes, febres: et huius- modi. corporeas egritudines post pascha plus solito insole- scere et mundum infestare. Et hoc est quod dicit Psalmista. Adhuc inquit esce erant in ore ipsorum et ira dei ascendit su- per eos. scilicet ingratos chri- stianos qui non religiose et san cte se custodierunt postquā ip sas sanctas escas sacramenta- les in die sancto pasce suscepe- runt: sed ipso die canentes glo ria patri. et feria secunda. et fi- lio. feria autē. iij. et spirituisan- cto. tandem feria. iiij. et sequen- tibus canūt. sicut erat in prin. etc. Et tales vocat Isidorus li-

bro de summo bono irrisores diuine gratie & misericordie secundum quod recitatur de penultima distinctione. iij. irrisor. Irrisor inquit est & nō penitēs qui adhuc agit quod penitet. Canis/ inquit/ reuersus ad suum vomitum est penitēs ad peccatum. Animaduertant ergo tales priorem penitentiā et confessionem eis non valere in conspectu domini secunduz quod testatur Augustinus in eadē distinctione. c. inanis. Inanis/ inquit/ est penitētia quā sequens coinquinat culpa vulnus iteratum sanatur tardius frequenter peccans & lugēs venia vix meretur nihil prosunt lamenta si replicātur peccata. nihil valet veniam a malis poscere: et mala denuo iterare. Hec ibidē. Quale igitur remediū. Certe aliud non video remediuz posse dari preter id qđ in predicto capitulo subditur. Persiste ergo: inquit Augustinus in confessione esto in penitentia fortiter confirmatus vitam bonam quam accepisti tenere non desinans. propositū bone vite conserua iugiter. hec ille. Studeat ergo quisqꝫ cogitare pro peccato suo non quidem committendo aut reiterādo: sed deflendo.

¶ Lectio. xliiij

¶ Inimici autem mei viuunt, & confirmati sunt super me & multiplicati sunt qui oderunt me inique.

¶ Postquam in precedenti lectione ostendit suum sanctum propositum verus penitens tā circa confessionē faciendam qꝫ circa contritionem habendaz. hic consequenter huius ppositi assignat rationē dicēs inimici aūt mei viuunt. q. d. ideo iniquitatez meam annunciare volo in confessione & cogitare pro peccato meo remittēdo eo qꝫ video oculo mentis mee inimicos meos demones non dormire sed paratos esse animam meam rapere: & ad inferna secū trahere.

A ¶ Notandum est iuxta primam huius versus partem qꝫ ista verba inimici autē mei viuunt. &c. possunt dicere isti.

Deus omnipotens.
Uez. Uerus penitens.
Aduersa patiens.

¶ Primo igitur deus omnipotens potest conqueri de malis et ingratis peccatoribꝰ dicens inimici autem mei viuunt. i. prosperantur in bonis nature fortune & corporis valitudine. Et hec psperitas que deberet eis cedere ad salutem: & ad gratiarum actionem si boni essent cedit eis ad culpā: & ad maximā ingratitudinem: quia ex tali psperitate efficiūtur occasionaliter inimici mei per culpam et mandatorum meoꝝ transgressionem. vnde Eccli. xxix. Pascet & potabit igratos & adhuc amara audiet. Illa autem amara sunt blasphemie verba turpia & huiusmodi que solent pferre impia ora inimicoꝝ dei. Propterea tantā malitiā & ingratitudinem talium considerans sanctus ille Iob. admiratur quomodo dominꝰ dat eis

tantam prosperitatem dicens. xxi. cap. Quare impij viuunt. subleuati sunt. confortatiq; diuitijs semen eorum permanet coram eis propinquorum turba et nepotum in conspectu eorũ domus eorum secure sunt & pacate & nõ est virga dei super illos. bos illorum cõcepit & non abortiuit. vaca peperit & nõ est priuata fetu suo. Egrediuntur quasi greges paruuli eorum: & infantes illorum exultant lusibus. Tenent tympanum et cytharam & gaudent ad sonitum organi. hec ibi. In quibus verbis describitur multiplex felicitas & prosperitas malorum. tam in bonis fortune quam in naturalibus. Similiter & de hoc admiratur hiere. xij. c. dicens. Quare via impiorum prosperatur bene est omnibus q̃ preuaricantur & inique agunt plantasti eos & radicẽ miserũt proficiunt & faciunt fructum. Prope es tu ori eorum / videlicet ad concedendum eis petita quantum ad mundanam prosperitatem et longe a renibus eorum quantum ad aduersitatem corporalem. Item Psalm. de hoc sic inquit. Usquequo peccatores domine vsquequo peccatores gloriabuntur: videlicet in prosperis suis. Iusti autẽ humiliabuntur in aduersis que superuenient eis. Similiter super hoc admirans Boetius libr. i. de cõso. phi. v. dicit sic. Omnia certo fine gubernas hominum solos respuis actus. Merito rector cohibere modo. Nam cur tantas lubrica versat. Fortuna vices premit insontes. debita sceleri noxia pena. At peruersi resident celso. mores solio sanctaq; calcant iniusta vice colla nocentes. latet obscuris condita virtus. Clara tenebris / iustusq; tulit crimen inique. Nil periuria: nil nocet ipsis fraus mendacij. compta colori. &c. Idem etiã Boetius ad philosophiam loquens. lib. iiij. prosa. v. sic inquit. Cur ergo hec vicissim ceuersa mutentur scelerosorum supplicia bonos premant. Premia virtutum mali rapiant vehementer admiror. que tam iniuste confusionis ratio videatur ex te scire desydero. Minus etenim mirarer si misceri omnia fortuitis casibus crederẽ. Nũc stuporem meũ deus rector exaggerat. qui cũ sepe bonis iocunda. malis aspera. contraq; bonis dura tribuat. malis optata concedat. nisi causa deprehendatur. quid est quod a fortuitis casibus differre videatur. Consequẽter tante admirationi respõdet philosophia dicẽs Nec mirum (inquit) si quid ordinis ignorata ratione temerarium confusumq; credatur. Sed tu quanuis causam tante dispositiones ignores: tamẽ quoniam bonus mundum rector temperat recte fieri cũcta ne dubites. hec ille.

B ¶ Notãdum est ergo quod deus ex altissimis suis cõsilijs dat prosperitatẽ malis in presenti & hoc rationibus multis.

¶ Primo quidem vt per talem modum eos a peccato reuocet et potissime murmurẽt contra ipsum. Nam de malis loquens Psalmista dicit q; si nõ fuerint saturati murmurabũt: sicut legitur Nũe. xi. de filijs israel q̃ murmur

murantes dixerunt. Quis dabit nobis carnes ad vescendũ. Sicut ergo solet proijci os vel lapis contra canem latrantem vt sic cesset a latratu ꝛ clamore cũ illud in ore receperit. Ita et de⁹ ꝓijcit quasi despectiue malis bona vt nõ habeãt occasionem contra eũ murmurandi.

¶ Secundo dat deus prosperitatẽ malis et per talẽ mod̃ eos ad se trahat vt pote per sanitatẽ corporis per diuitias quas largitur: per honores: per abũdantiam vini frumenti et olei. Itẽ dat ipsis malis aues i aere: pisces in aquis animalia in syluis in cibũ vt sic eos ad sui amorẽ alliciat. Ostẽdis (inquit Sre. i quadã omel.) ramũ viridẽ oui ꝛ trahis eã. Ita de⁹ multitudine prosperitatis ꝛ abundãtie temporaliũ nitit̃ nos miseros pctõres ad se trahere: vt scꝫ cogitem⁹ si iam in presenti benefacit nobiscũ adhuc sum⁹ peccatores ꝛ inimici ei⁹ q̃d faciet nobis in futuro cũ erimus amici ipsius. Unde olim ꝓmittebat prosperitatem et rerũ secundarum multam copiã filijs israel vt sic eos alliceret ad sui amorem et mandatorũ suorum obseruãtiã dicens illud Leuit. xxvi. Si in preceptis meis ambulaueritis et mãdata mea custodieritis et feceritis ea; dabo vobis pluuiam temporib⁹ suis: et terra gignet germen suum: ꝛ pomis arbores replebuntur. ꝛc. Studeat ergo miser peccator opere implere illud p̃s. Cõfitebitur tibi cum benefeceris ei. De isto etiam tractu ad deum per largitionem temporaliũ loquitur Job. xiiij. dicit. Uocabis me et ego respondebo tibi. Deinde ostendit quomodo sit ita vocatio cum subdit. Operi manuũ tuaꝝ porriges dexterã. Ubi notandum ꝙ singulare et precipuũ opus dei est homo c̃ꝫtum ad hec inferiora. Huic ergo operi porrigit deus dexterã cum presentat tẽporalia: sicut solet nutrix presentare pomũ puulo vt eũ ad se trahat. Sed profecto multi sunt sicut falco qui se semel euolauerit ꝛ past⁹ fuerit/ vix redibit ad magistrũ suum nisi fames iterum eũ cõpulerit. Sic et multi postquam ditati sunt ad deũ ire differũt: secundũ illud Deutero. xxxij. Incrassatus est dilect⁹ ꝛ recalcitrauit: sup. ad deum reddire. Sed sicut falconarius videns falconẽ suum sup arborem musitantẽ/ nec ad ipsius inuitationem redire volentem eo ꝙ plenus sit: baculum vel lapidem contra ipsum proijcit et quandoque ipsum occidit. Ita ꝛ deus frequenter operatur erga ditatos homines ad eum benigne vocantem redire nolentes.

¶ Tertio d e⁹ dat malis prosperitatem vt eos remuneret: videlicet pro paruis bonis que in presenti operantur. Nullus em̃ est adeo malus qui non faciat quandoqꝫ aliquod opus de genere bonorũ: siue orando: siue ieiunando: siue eleemosynã largiẽdo ꝛ hmõi. Etiã iude⁹ talia potest operari. Cũ aũt deus sit sũme liberalis ꝛ misericors nõ permitit huiusmodi bona etsĩ parue estimationis coram eo ire incassũ ꝛ irremunerata manere: quia vt dicit Boetius li=

bro.iiij.prosa,iij. Nūquam bonis premia: nunquam sceleribus deesse supplicia. Non est enim (inquit Hiero. et recitatur de pe. dist.iij. Si quando) deus tā iniustus vt propter mala multa obliuiscatur paucorum bonorum: quia vt vulgari et vsitato sermone dicitur/nullum bonum irremuneratum: nullum malum impunitum. Propterea August.lib.v.de ci.dei.c.xv. postquam quesiuit cur deus remunerauit opera romanorum virtuosa tanta gloria temporali. Tandem respondetque hoc fecit ad declarandum suam iustitiam que nullum bonum opus irremuneratum dimittit. Unde dicit sic. Quibus non erat deus daturus vitam eternam cū sanctis angelis: hanc eis terrenam gloriam excellentissimi imperij concessit. Cauendum igitur nobis est (inquit Greg. i homelia de diuite et lazaro) vt si forte aliquid boni agimus in presenti seculo remunerationē accipiamus. Ne forte dicatur nobis. Receperunt mercedem suā Nam vt inquit Chrysost. cum prosperitatē habet malus/malo capitis sui est: cum enim pro illis paucis bonis que in presenti operatur retributionem hic accipit/illic scilicet in inferno iam plenius punietur.

In cuius rei testimonium dixit pater Abraham diuiti epuloni cum esset in tormentis. Fili recordare quia recepisti bona in vita tua: scilicet prosperitatem temporalem et delitias carnis tue. Et hoc supple tanquā premium paucorum bonorū que fecera. Nunc autem nullum tibi restat premium sed eternum supplicium et cruciatus.

Timeant igitur diuites qui quanto plus hic prosperantur/et longius sunt ab omni tribulatione et aduersitate exemplo huius diuitis: tanto magis si sapientes fuerint terreri debent: ne scilicet eos preuiderit deus finaliter dānandos: quamobrē velit eos remunerare in p̄senti Nam vt inquit Greg. xxi. lib. moral. ca.iiij. exponens illud Job. xxxi. Nunquid nō est perditio iniquo iniustus ad debitū mortis currēs effrenatis voluptatibus vtitur: quia vt vituli qui mactandi sunt in vberioribus pascuis relinquuntur.

At inquit contra iustus a delectationis transitorie iocunditate restringitur: quia et nimirum vitulus ad laboris vsum vite deputatus sub iugo detinetur. Et cōsequenter ibidem ponit exemplum de egro desperato cui medicus concedit quecū que petit. Et similiter de egro de quo est spes quod debeat conualescere: cui non concedit medicus quecunque appetit.

¶ Quarto deus dat talibus malis prosperitatem in hac vita: vt nulla occasione possint plāgere se de eo in die iudicij quā do sentient se damnandos.

Si enim tūc christo eis improperanti quod non impleuerūt opera misericordie: nec eum dilexerūt seu mandata custodierunt dicerēt. Domine vera sunt que dicitis: sed per vos stetit. Non enim dedistis nobis bona temporalia ad sufficientiam vt potuissemus alijs facere misericordiam: sed semper fuistis nobis

durus et austerus: nec vnquam aliquod signum amicitie osten ditis nobis: et ideo non mirum si non dileximus vos nec man data vestra custodiuimus.

Tunc ipse posset eis responde re et dicere. Iniquitas vestra certe mentita est sibi. Talesem inuoco hodie contra vos celũ et terram quod dederim vocis plu uiam temporibus suis: et simi liter rerum temporalium infini tam pene abundantiam: ita vt quandoque nõ haberetis vbi re condere possetis vina vestra et segetes: oues quoque et boues. Item dedi vobis prolium mul titudinem: atque seruorum et an cillarum similiter corporis cõ [illegible]uam valitudinem: et pene in [illegible]nita talia bona in signũ amo ris et dilectionis estimãs quod deberetis esse inde promptio res ad opera misericordie: et si militer ad me diligẽdum: et lau dandum: quia scriptum est in psalmo de grato homine. Con fitebitur tibi cum benefeceris ei Sed (quod deterius est) vnde merito debuistis esse apud me gratiores: inde effecti estis de teriores et ingratiores: secun dum illud prouerb. i. Prosperi tas stultorum perdet illos: id est erit occasio perditionis illo rum. Unde de vobis bene imple tum est illud. Ecclesiastici xxix Pascet et potabit magnatos et audiet amara ab eis. Sed pro fecto vt inquit Chrysost. super Matth. Quanto dantur bene ficia potiora tanto dabuntur ingratis supplicia grauiora.

¶ Quinto dat deus malis pro speritatem temporalem vt ope re ostendat quam vilia et mo dica reputet ista temporalia quæ etiam frequẽtius denegat suis caris amicis et concedit inimi cis. Ecce enim Iudas inter ele ctos reprobus cohabitans tẽ poralium curam dispensatio nem solus a domino suscepit: cui loculos cõmisit. Petro au tem quem sincere diligebat: et a quo se diligi audiuit cum ip se Petrus interroganti respon dit. Tu scis domine quia amo te: animarum curam commisit inquiens. Pasce oues meas: pa sce agnos meos. Ioh. xxi. Si e nim temporalis prosperitas in gens bonum fuisset, non vtique illã malo impartitus fuisset chri stus discipulo neque denegasset suo vicario. Que enim perfecte bona sunt non nisi bonis lar gitur diuina dispensatio.

Que vero vilia frequentius ma lis quam bonis impartiri solet Ecce inquit ps. In quorũ ma nibus iniquitates sunt dexte ra eorum repleta est muneribus quasi dicat secundum glo. Inter lin. Illi quorũ opera sunt ini qua abundant terrena substan tia. In cuius figura legitur Gen. xxv. quod Abraham dedit Isaac filio suo possessionem heredita tis: sed filijs concubinarum lar gitus est munera. Caueant igi tur sibi temporalium possesso res ne inter filios concubina rum connumerari hereditate celesti priuentur.

¶ Sexto deus dat prosperita tem malis vt nos ad benefaciẽ dum inimicis prouocet. Si enim tanta maiestas que nullis bo nis indiget et que in momento inimicos suos peccatores in ni hilum redigere posset nedũ eos

tollerat: sed et thesauros diuitiarum suarum illis aperit et abundanter distribuit: quanto magis nos tantilli et vilissimi vermiculi inimicis nostris debemꝰ benefacere / et a vindicta prorsus abstinere. Unde ad taliter benefaciēdū illis ipse christus nos admonet Matth. v. dicens diligite inimicos vestros benefacite his qui oderūt vos et orate prosequentibus ⁊ calumniantibus vos et sitis filijs patris vestri qui in celis est: q̇ solem suuz oriri facit super bonos et malos: et pluit super iustos ⁊ iniustos. Item ipse christus potest nobis dicere illud apostolicum verbū. i. Cor. iiij. Imitatores mei estote sicut et filij charissimi. Tunc autē tantum patrem imitamur cū inimicis nostris ob illius amorez subuenire satagimus. Sicut enim dicit Chrysost. Filij carnales frequenter sunt similes patribus in facie vel loquela seu risu aut aliquo corporis signo filij autem spirituales sūt similes patri celesti in sanctitate Et primi quidē si similes fuerit nullā laudē merētur: si vero dissimiles similiter nullū vituperium: qꝛ nō est in hois potestate quā corporis qualitatē accipiat. Filij aūt dei si similes fuerint laudandi sunt si vero dissimiles nimis vituperandi: qꝛ in potestate cuiuslibet est mensura iustitie faciende. Hec ille.

C ¶ Secundo principaliter verus penitēs recte dicere potest Inimici autem mei viuunt.

Per inimicos autem penitentis demones significantur qui semper viuunt seu vigilāt nec quandoqꝫ dormiunt: et hoc ex ardenti atqꝫ damnato desiderio quod habent in procuranda damnatione veri penitētis. Nam sicut saraceni tenētes captiuū christianū diligenter eū insequuntur si aufugerit: ita ⁊ demones videntes peccatores a laqueis suis ⁊ carcere peccati per penitētiam recedere multo fortius et copiosius eos fugientes insequuntur quam cū eos captiuos haberent. In cuius figura legitur Exodi. xiiij. ꝙ Pharao cum maximo exercitu insecutus est israelem fugiētem intendens eum occidere: aut saltem ad priorem captiuitatem reducere. Ita et diabolus erga peccatores per penitētiam ab eiꝰ dñio recedētes studet laborare. Et de hoc cōqueritur psal. in persona penitentis dicens ad dominū. Dñe q̄d multiplicati sunt qui tribulāt me: multi insurgūt aduersū me scilicet ad te redire volētē. Nō autē dicit dñs omnes insurgūt aduersum me: qꝛ eodē momēto cōtingit multos hoies a demonibus tentari. Cum ergo nullꝰ eorū possit simul varios hoies tentare restat ꝙ nō oēs sed multi de omnibꝰ eundem hominem simul tentare possunt. Propter ea dicit. Multi insurgūt aduersum me. Nec etiam dicit pauci insurgunt sed multi: quia adeo multi sunt qui aduersum penitentem simul insurgūt ꝙ pene infinitus est numerꝰ: secunduz illud ps. Multiplicati sunt super capillos capitis mei q̇ oderūt me gratis. Sed de hoc plenius dicetur in explanatiōe sequētis partis. Sed vnde est ꝙ

penitens sentit inimicos suos demones viuere: quos reputabat mortuos dum et ipse mortuus erat pctōr. Ad hoc respōdet beat⁹ Greg. xxiiij. moral. c. xiij. dicēs q̄ conuersus ad deū per penitentiam talibus sti-mulis tentationū agitatur qualibus ante conuersionis gratiaʒ nunquam pulsatuʒ se esse reminiscitur: non q: tunc hec eadeʒ radix tētationis deerat sed q: non apparebat. hec ille.

¶ Tertio quicunq̄ aduersa patitur merito dicere potest. Inimici autem mei viuunt. Inimici autem eius sunt mali ꝛ mundani hoīes qui dicuntur viuere per hoc aūt fruūtur tēporalibus: secundum illud Job. xxij Quare impij viuunt sublimati sunt cōfortati ꝫ diuitijs. Pauperes autē magis dicunt̄ mortui quam viuētes quo ad seculum: q: nulla fit de ipsis mētio tanq̄ si non essent. Unde quilibet eorum merito dicere potest illud p̄s. Obliuioni datus sum tanq̄ mortuus a corde. Uiuūt ergo mali diuites ꝛ vsurarij de preda bonorū ꝛ pauperū quos suis fraudibus rapinis ꝛ altutijs interficiūt: sed in morte morientur secundum q̄ dictū est de diuite epulone Luce. xvi. Mortuus est diues. Pauperes autem ꝛ tribulati econuerso incipient tūc viuere cum deo: q: (teste psal.) nō infinem obliuio erit pauperis: patientia pauperum nō peribit in finem. Et nota q̄ non dicit paupertas pauperum nō peribit in finem: sed patientia: quia reuera paupertas eorum cum corpore moritur; secundum quod dictū est de lazaro q̄ mortuus est mendicus. Nō autem dicit mortu⁹ est lazarus sed mendicus: quia mendicitas tunc mortua est / quando lazarus incepit viuere. De talibus igitur tribulatis loquitur Apostolus Collo. iij. dicens. Mortui estis sup. mundo. ꝛ vita vestra abscondita est cum christo in deo. Quod si q̄s conqueratur de aduersitate bonorū in presenti. Audiat Boetium libro. ij. prosa. viij. sibi respondentem et dicentem.

Et enim plus reor hominibus aduersam quam prosperā prodesse fortunam. Illa enim semper specie felicitatis cum videtur blanda mentitur. Hec sempervera cum in se instabilē mutatione demonstrat: illa fallit: hec instruit: illa mendaciū spē bonorum mentes fruentium ligat: hec cognitiōe fragilitatis absoluit: itaq̄ illam videas ventosam fluentem suique semper ignaram. Hanc sobriam succinctamque et ipsius aduersitatis exercitatione prudentem. Postremo felix a vero bono deuios blanditijs trahit: aduersa plerunque ad vera bona reducens velut vnco retrahit. Hec ille.

¶ Est preterea notandum iuxta secundam huius versus partem vbi dicitur. Et multiplicati sunt qui oderunt me inique. q: ista verba possunt dicere tria genera personarum.

vcʒ — Christus. / Ecclesia. / Tentatus.

D ¶ Primo igitur xp̄s hora passiōis sue cū vidit iudeos ad eū veniētes in orto cū laternis

et facibus: cum gladijs et fustibus vtique dicere potuit. Multiplicati sunt qui oderũt me iniqne. Similiter eadem verba dicere potuit cũ in domo cayphe stans a multis acusatus extitit Ut enim dicitur Matthei.xxv Principes sacerdotum et omne consilium querebant falsum testimonium contra eum: vt illum morti traderent. Et nõ invenerunt: cum tamen multi falsi testes accessissent. Novissime autem venerũt duo falsi testes qui dixerunt: hic dicit. Possum destruere templum dei: et post triduum reedificare illud.

Similiter eadem verba dicere potuit qñ pharisei querentes eum capere in sermone miserũt ad ipsum discipulos suos dicẽtes. Magister scimus quia verax es et viã dei in veritate doces et non est tibi cura de aliquo. Dic ergo nobis quid tibi videtur: licet censum dari Cesari: an non? Matthei.xij. Itẽ eadem verba eidem christus ibique dicere potuit: quando Judei eum circundantes in porticu Salomonis dicebãt ei. Quousque animam nostram tollis.

Si tu es christus dic nobis palã. Joa.x. Unde et de hac multiplicatione odientium christũ longe ante prophetatum fuerat per Psalmistam in persona eius dicentem. Circundederũt me vituli multi: id est Judei lascivi: et sine iugo dei: tauri pingues: qui idem quod vituli obsederunt me. Uel dic. quod vituli christum circundantes cohortẽ iudeorũ designãt: tauri vero pingues eorum pontifices sunt: et vtrique persecuti sunt christum Sed dic nobis o bone Jesu qd huiusmodi vituli et tauri tibi fecerunt. Certe inquit. Aperuerunt super me os suum: sicut leo rapiens et rugiens.

Vituli quidem: id est minores iudeorum tunc super christum aperuerunt os suum: quando dixerũt pylato. Si nõ esset hic malefactor nõ tibi tradidissemus eum. Item quando petierunt ab eo Barrabam dimitti christum vero crucifigi: et huiusmodi. Tauri vero: id est maiores tunc super christum os suũ maledictum aperuerunt quando collegerunt pontifices et pharisei consilium dicentes.

Quid facimus: quia hic hõ multa signa facit. Si dimittimus sic: omnes credent in eum.

Specialiter autem Cayphas super eũ os suum aperuit quãdo dicit. Expedit vobis vt vnus homo moriatur pro populo et non tota gens pereat. Utrique ergo perverse aperuerunt super christum os suum: qui non aperuit os suum: sed sicut ovis ad occisionem pro eis ductus est: et coram tondente se obmutuit Esaye.liij. Et quos hic Psal. vocat vitulos et tauros: cõsequẽter in eodem psalmo. vocat canes rabidos subiungens.

Circundederũt me canes multi: id est iudei oblatrãtes et mordentes per detractionem ipsum piissimum iesum. Nam sicut canis latrat contra ignotos: sic Judei novam christi doctrinã minime recipientes contra eũ latrabant. Sequitur consilium malignantium: id est iudeorum obsedit me. Malignantes etem dicũtur quasi malo igne ardẽ-

tes. Iudei ergo malignati sūt contra christum aduersꝰ quē malo igne ire ⁊ inuidie ardebant. Sed quid vobis fecerūt huiusmodi rabidi canes iudei o bone Iesu. Certe inquit. Foderunt manus meas et pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea. Diuiserunt sibi vestimenta mea. ⁊c. Ecce quomodo multiplicati sunt qui oderunt christum inique.

E ¶ Secundo ecclesia militans pie lamentando potest dicere ad dominum. Respice domine de excelso solio glorie tue et vide inimicos meos (quoniam multiplicati sunt qui oderunt me inique) Isti autem sunt Heretici et scismatici: Iudei et pagani: qui adeo more malarum herbarum multiplicati sunt: quod pene sine numero excedunt cetum fidelium. Nec quidem de nouo incepit ecclesia habere tales emulos summo odio eam persequentes: sed ab exordio eiusdem. Unde. psalmista. in persona ipsius ecclesie. sic ait. Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea. Et quod deterius est. Supra dorsum meum fabricauerūt peccatores. Dorsum autem ecclesie fuerunt apostoli ⁊ sancti dei martyres qui portauerunt pondus diei ⁊ estus. Peccatores ergo supra dorsū ecclesie fabricauerunt: quādo quidam principes: tyranni: siue etiam heretici: qui anthonomatice peccatores dicūtur maiores de ecclesia persecuti sunt, Nam qui tunc erant primi in ecclesia: erant etiam primi ad martyrium. Nec quidē fuit breuis hec persecutio: qui nimmo in huiusmodi multa cētena annorum consumpta sūt. Propterea subditur. Prolongauerunt iniquitatem suam. Nusquam enim data est pax ecclesie ante tempora Constantini: qui regnauit post christū anno ferme trecenteno. Merito ergo potest dicere ecclesia cum Psalmista. Circundederunt me mala: quorum non est numerus: ita vt qui viderētur in ecclesia columne: vi tormentorum quando christum abnegarent: secundum illud psal. Multiplicata est eius ruina. Tunc ergo veraciter potuit ipsa pia mater ecclesia dicere cū regio propheta. Multiplicata est super me iniquitas superborum. id est regum et principum ecclesiam ipsam persequētium. Ecce quam bene potest Ecclesia dicere. Multiplicati sunt qui oderunt me inique.

F ¶ Tertio hec verba potest dicere iustus tentatus. Nam vt dictum est: multo plures demones insequuntur peccatorem per penitentiam ab eis recedere volentem: quam sint q̄ in malis aliquem perseuerare faciant, Et enim Leo sub clausura constitutus ab vno solo homine custoditur: qui si casu recesserit / vix a multis retineri poterit Omnes ergo post eū currunt: sed tamen a longe ne ledantur ab eo: qui etiam faciliter subterfugit manus et laqueos eorum. Ita in proposito. Quid enim profuit Pharaoni tantus excercitus directus contra Israelem fugientem? Nonne in momento perie

runt in aquis currus et equites eius? Israel antē pede sicco mare pertransiuit. Hanc autem malignorum spirituū multitudinem insequentium penitentem pulchro sermone describit saluator Luce vndecimo. ita dicens. Cum immundus spiritus exierit ab homine ambulat per loca inaquosa querens requiem et non inueniens dicit. Reuertar in domum. &c. vsqꝫ ibi. Tunc vadit et abstulit septem spiritus nequiores se: ꝛ ingressi habitant ibi: sed tamen non nisi homine volente: quia totus exercitus demonum non posset contra hominem preualere: nisi cōsenserit spontanea voluntate. Debilis inquit Gregorius. est hostis qui non vincit nisi volentem. Et de his omnibus figuram habemus Judich secūdi et pluribus sequentibus capitulis: vbi legitur: quomodo Nabugodonosor. rex assiriorū per quem significatur Lucifer qui est rex super omnes filios superbie misit holofernem principem militie sue aduersus omne regnum occidentis: et precipue eos qui contempserant imperium suum: per quos significantur deuoti christiani: imponens ei vt nemini perceret: quia tam crudelis est diabolus vt nemini velit misericordiam facere. Assumpsit itaqꝫ Holofernes cētum viginti milia peditum equitum vero duodecim milia in expeditione sua: et profectus est ipse ꝛ omnis exercitus cū quadrigis ꝛ equitibus et sagittariis: qui cooperuerunt faciem terre sicut locuste: per quos significatur multitudo demonum qui mittuntur ad tentandum hominem iustum. Et breuiter dicit historia quod ipse Holofernes deuictis multis regionibus: tandem veniens contra Bethuliam paruam ciuitatem Jude eam superare nō potuit Cuius ratio in eodem libro assignatur: eo scilicet quod ad monitionem: et consilium Judich populus cōuersus est ad dominum auxilium ab eo implorans. Nec eis defuit diuina gratia. Nam ꝛ ipse Holofernes ab ipsa Judich turpiter occisus est: et exercitus eius hoc viso aufugit. Judic itaqꝫ animam deuotam designat: non in propriis viribus confidens sed de dei munere faciliter preualere potest contra Holofernem et exercitum ipsius. id est contra omnes aereas potestates. Uel exercitus Holofernis significat infinitā multitudinem peccatorum: de quibus tentat diabolus. Sed qui dei auxilium implorauerit: omnem talem multitudinem: et adhuc maiorem vtiqꝫ superare poterit. Non ergo diffidat tentatus: si multiplicentur qui oderunt eum inique quia potentior est cum dei gratia et adiutorio ad resistēdum quam sit tota illa multitudo malignorum spirituum ad tentandum.

¶ Lectio. xlv.

¶ Qui retribuunt mala p bonis detrahebant michi, quoniam sequebar bonitatem,

¶ Postquam in precedenti lectione ostensum est quomodo inimici viri iusti seu penitentes qui multiplicati sunt odiūt eum inique. hic consequenter ostenditur quomodo in particulari eum inique odiunt: cū dicit. Qui retribuunt mala p bonis.rc. Ubi notandū scdm btm Greg. in pnti passu: q qui reddit mala pro bonis: bonus non est. Qui non reddit bona pro bonis: ingratus est Qui au[tem] reddit mala pro bonis ini[quus] est. Solent nanq inquit perditi homines bene viuentibus inuidiose detrahere: aut notam eis excogitati criminis infigere: aut pure vite innocētiam stimulationem vocare.

Sed cur hoc faciant ostendit cum subdit. Quoniam sequebar bonitatem. Bonitatem inquit Grego. sequitur qui xpm imitatur. Cuius imitatores tāto in hac vita grauiora tentamenta perferunt quanto longius corde a mundo discedūt Dicit enim Apostolus.i. Thi. iij. Omnes qui pie volunt viuere in xpo persecutionem patiūtur. Et in Psal. Multe tribulationes iustorū Et profecto maxime peruersitatis est detrahere homini: quia bonus esse desiderat: vel quia bonos sequēs bonitatem sequitur: vt eam amplecti valeat.

A ¶ D. aūt Hugo Card. sup hoc passu dicit: q est quadruplex lex tā bona q mala. Prima igitur est lex dei: et ista precipit ex charitate retribuere bona pro mal: scdm illud Math. v. Diligite inimicos vestros: bn facite his qui oderūt vos. Secunda est lex naturalis: et ista iubet ex iniqtate rationis reddere bona pro bonis: secundu illud Matthei. vij. Quecunque vultis vt faciant vobis homines et vos facite illis. Hec em est lex et prophetie De hac lege scribitur Prouer. viij. Ego diligentes me diligo. Tertia est lex carnis: que iubet ex iniqua effectione mala pro malis reddi: vt pote dentem pro dente: oculum pro oculo et huiusmodi: non tamē eo fine quo lex vetus istud ordinauerat faciēdum. Et ideo istam legem interdicit et prohibet ea non vti Apfus. Ro. xij. dicit. Nulli malum pro malo reddētes. Quarta est lex diaboli: hec iubet mala pro bonis reddi: et hec lex p cedit ex maxima peruersitate. De qua Hiere. xviij. Nunquid redditur pro bono malū: quia foderunt foueam anime mee. Et possunt esse verba christi cō querentis de Impijs Judeis apud deū patrem. Unde et sequitur. Recordare tu sup. pater: q steterim in conspectu tuo: vt loqret p eis bonū et auerterē indignationē tuā ab eis. Et ista lege retributiōis diabolice vtūtur detractores q male loquūt de his qui desiderant eorū bonum. Notanter aūt dt penitēs siue iust⁹ (detrahebāt mihi) i. de bono meo aliqd trahebant siue extrahebant qtū poterāt pdictū bonum siue famā occul

eis morsibus offuscantes. Et iō hoc fecerunt michi (quoniā sequebar bonitatem) id est. qz volebam fieri bonus. Nam vt dicitur Prouerb. xiiij. Ambulans recto itinere et timēs deū despicitur ab eo q̄ infami graditur via. In cuius figura Goliath impius et superbissimus despexit Dauid humilem et iustum vt habetur. i. Reg. xvij. Dominus Petrus de Pal. expo. hunc passum allegorice de christo: qui de se ipso loquēs ait. (qui retribuunt mala pro bonis) scilicet Judei qui retribuerunt christo mala bene pro bonis multis: que illis contulit: secundum illud Johannis. x. Multa bona opera ostendi vobis: propter quod eorum opus me lapidatis. Et de hoc lōge ante prophetauerat Psalmista in persona christi ita loquens de ingratis et detractoribus Judeis. Locuti sunt in quit aduersum me lingua dolosa: vt est illud Matthei vigesimo secundo. Magister scimꝰ quia verax es: et viam dei ī veritate doces. &c. et sermonibus odijs circundederunt me. quādo sup. dixerūt In Beelzebuth p̄cipe demoniorū eijcit demonia. Luce vndecimo. Uel dic quod tunc iudei sermonibus odijs circundederūt christum quando ei dixerunt. Nonne bene diximus nos quia samaritanus es tu et demonium habens. Sequitur. Et expugnauerunt me gratis. id est absq̄ causa et demerito. Et q̄ deterius est. Pro eo vt me diligerent detrahebant michi: q. d. vnde ipsi Judei materiam debuissent sumere sūme dilectionis: sumpserunt sibi occasionez nequissime detractionis vt est illud. Jo. ix. Nos scimus qz hic homo peccator est Nam visio miraculo de illuminatione illius ceci nati iudei si fuissēt rationabiles debuissent christum diligere qui tanta signa operabatur in terra eorum: et in filios eorum: sed profecto fecerunt totum oppositum quia non obstāte eorum malitia adhuc nihilominus pius christꝰ illis benefacere non cessabat etiam pro eis orando patrem, ideo sequitur ego autem inq̄t ipse christus orabam Nunq̄d pro eis orabat feruenter quādo cum lachrymis et clam[ore] valido in cruce pendens dic[it] ad patrem. dimitte eis quia nesciunt quid faciunt. Luc. xxiij Et nedum illi impijssimi iudei detrahebant mihi inquit christus. Sed quod supra omnem malitiam est posuerunt aduersum me mala pro bonis. q. d. Ipsi iudei adeo peruersi erant q̄ dixerunt me mala intentione pro eis orasse patrem: & alia opera mea in eis fecisse. Item posuerunt supple odiū pro dilectione mea. id est dixerunt q̄ vbi eis ostendebam signum dilectionis exteriꝰ. aperte rei audiebam eos interius Ecce quā bene christus dicere potuit de impijs iudeis. Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi. qui sum sine reprehensione. cuius quidem detractionis ratio subditur quoniam sequebar bonitatem. id est quoniam prosequebar bona opera que illis displicebant. Nā

Nam vt inquit Augu. Oculis egris odiosa est lux que puris est amabilis. Unde et ipsi iudei de christo dicebant illud Sap. ij. Circonueniamus iustum: quoniam inutilis est nobis. Nam per eorum malitiam reddiderunt eum qui est omnibus vtilis sibi inutilem: sicut infirmus inobediens medico reddit sibi medicinam inutilē. Sequitur. Et cōtrarius est operibus nostris et improperat nobis peccata legis, id est pctā prohibita in lege. Unde Joh. vij. dicebat eis. Nonne Moyses dedit vobis legem: et nemo ex vobis facit legem. Et post pauca. Grauis est nobis etiam ad videndum: quoniam dissimilis est alijs vita illius: et in veritate sunt vie eius, id est opera eius vera sunt: non vana aut falsa: sicut opera hypocritarum. Nō solum aūt impij Judei christo detraxerunt ī vita sed quod nequius est: etiā post mortem Unde et dixerunt Pilato iam christo mortuo et in sepulchro posito. Domine recordati sumus: quia seductor ille dicit adhuc viuens. Post tres dies resurgam Jube ergo custodiri sepulchrum Math. xxvij. Detractorie ergo eum seductorē appellabāt. Uel iō sic locuti sunt: quia inuidia non patitur proprium nomen dicere.

B ¶ Pro maiori ergo edificatione nostra hic sermo hn̄dus est de detractione que scd̄m sacros Docto. nihil aliud est ꝙ aliene fame per occulta verba denigratio et diminutio Est ita ꝙ detractio idem ꝙ oblocutio: diffamatio: susurratio, murmuratio simulatio duplicitas. inuidentia fraterni honoris et huiusmodi. Se habet autem ipsa detractio ad adulationem opposito modo.

C ¶ Nam adulatio fit in presentia. detractio vero in absentia. Preterea adulatio fit de eo quod bonum est saltem apparenter ipsi adulato sed detractio semper fit de eo quod simpliciter est malū ipsi detracto. Et de vtroqꝫ facillime possunt dari exempla. Preterea adulatio vngit sed detractio pungit Adulatio commendat. detractio vero vituperat. Hec autē duo vitia plerunqꝫ regnant in curijs principum et magnatuꝫ Et de adulatione quidem scriptum est Math. xi. Ecce q̄ mollibus vestiuntur in domib⁹ regū sunt. De dectractione vero ifigura scriptū est in p̄o. Et dedit velvt alia litera habet Edidit terra eorū ranas in penetralibus regū ipsorū. Quid em̄ rana in penetralibus seu secretis regum. nisi detractio interiecta in curijs principū et magnatum? Summopere igitur sibi cauere debent curiales ab istis ranis siue a locustis et brutis quorum non est numerus. Sicut enim rane tacent in presentia hominum loquentium crocitant autem in absentia eorum. Jta et detractores siue in curijs principum. siue alibi tacent in presentia eorum quibus detrahere volunt. q̄nimmo eis aplaudunt dicentes Ecce homo ad vestra vota paratissimus: q̄ tamen in absētia illas aperto ore mordent. Ecce duplicitas detractorum.

D ¶ Est ergo notandum circa materiam subiectam quod contingit aliquem de alio detrahere sex modis videlicet.
Falsum alteri imponendo
Pctm̄ occultum manifestādo
Reatum alterius ampliando
Libellū diffamatoriū cōponē.
Virtutes pximi denegādo
Bonum alterius tacendo.
¶ Primo igitur contingit aliquem detrahere de alio falsū ei imponendo ꝛ dicendo se eū commisisse tale vł tale crimen cum tamen aperte rei sciat nō ita esse. Verbi gratia Est aliquis ciuis in hac ciuitate qui habet magnum processum seu mortales discordias aduersꝰ aliquem. Et breuiter vt se vindicet de eo imponit sibi multa que ille nunquā fecit neqꝫ qđ minus est cogitauit. Dicimus ergo de tali detractore ꝙ mortaliter peccauit ꝛ cum hoc famam alteriusabstulitEt iō ad restitutionem tenetur vtpote dicendo coram eis in quorum presentia eum diffamauit se falsum dixisse. Quod si nō possit illi famam restituere. aut quia illi coram quibꝰ eum diffamauit nō comparent. aut qꝛ ipse detractor eos commode adire non potest tunc tenetur facere recompensationem qualis est sibi possibilis. vel in pecunia vel qualitercunqꝫ ꝛ hoc ad arbitrium boni viri. Circa hanc tamen restitutionem attendenda est cunditio ꝛ qualitas personne detrahentis ꝛ illius de quo trahitur. Qđ vero talis diffamans proximum falsum imponēdo teneatur ad restitutionem ptꝫ ꝑ regulā iuris lib. vi. q̄ dicit ꝙ nō dimmittit peccatū nisi restituatur ablatum. siue huiusmodi ablatum sit rescorporea. siue fama siue quodcunqꝫ aliud qđ restitui possit. Idem habetur. xiiij. q. vi. si res aliena Isto autem modo videlicet falsum imponendo detraxit vxor phutifarissanctissimo ꝛ castissimo Joseph. asserens ꝙ voluisset eam opprimere Gen. xxxix. Simili modo detraxerūt illi nequissimi senes pudicissime susanne dicentes ꝙ inuenissent eam turpiter agētem cum quodam iuuene in viridario suo Dan. xiij. Item siłiter detraxit pharao moysi ꝛ filijs israel dicens Cui dubiū est ꝙ pessime c[...] tetis Exodi. x. Nota etiā h[...] storiam in vitas patrū de sa[n]cta marina et qūo latitās sub habitu virili ꝛ monachali fuit criminata ꝙ impregnasset q̄sdam iuuenculā. Isto etiā modo voluerunt romani infamare beata Hiero. de quo beatus Aug. ad fratres i heremo: ser. xxiiij. dt sic legimus inq̄t sctm̄ patrē. Hier. cardinalē fuisse i ecclesia scti Laurētij martyris Et qꝛ romanos fortiter arguebat de auaritia ꝛ feda luxuria ideo per vestem muliebrem eū in populo acclamare voluerūt Sed deo propicio fama eius diminuta non est. Et propter hanc causam cardinalatū reliquit ꝛ romam exiuit.
¶ Secundo contingit aliquē de proximo suo detrahere peccatum eius verum sed occultū manifestando ꝛ detegendo. Quanuisenim talis verum dicat quia tamen pretermisso or

dine charitatis loquitur ideo
mortualiter peccat: ⁊ ad resti
tutionē tenetur eo modo quo
potest. Non quidem dicendo
se falsam dixisse sed male ⁊ in-
iuste proximum infamasse.
Verbi gratia Est aliquis in
hac ciuitate qui tibi detegit
casum suum tanquam fido a-
mico. Postmodum orta lite in
ter te ⁊ eum. tu improperas si
bi crimen illud coram astanti-
bus. In illo casu etsi verum di
cas: quia tamen iniuste eum ī
famas ideo teneris ad restituē
dum sibi famam suam melius
quo potes. Non tamen eo mo
do quo vsa est maliciose que-
dam matrona Cū eīn orta esset
[fuit] duas matronas vicinas
sicut plerūq3 euenire solet Vna
nō audens alteri īproperiū a
perte dicere ne altera contra
eam ageret in iudicio tandem
dicit ei. Nisi tacueris dicam ti
bi quod non es. Qua respon-
dente. Dic dic. ego diffido te.
tandem vocauit eam probam
mulierem quod cum audissent
qui astabant ceperunt ridere.
notantes alteram de inhone-
state. Quod autem manifestās
peccatum alterius secretum
peccet mortaliter. patet ex eo
quod agit contra illum ordi-
nem correctionis fraterne quē
cunctis induxit saluator Mat
thei. xviij. dicens. Si peccaue
rit in te frater tuus vade ⁊ cor
ripe eum inter te ⁊ ipsum solū.
Hoc autem modo scilicet pec
catum occultum improperan-
do detraxit quidam hebreus
moysi. Nam cum eum reprehē
disset ipse moyses eo quod iur
garetur cum quodam de fra-
tribus suis hebreis impatien-
ter ferens eius correctionem.
mox respondit illi. Quis te cō
stituit iudicem super nos.
Nunquid tu me vis occidere
sicut heri occidisti virum egy
ptium quem occisum abscon-
disti sabulo? Exod. ij. Nam et
si talis verum diceret moysi ⁊
quia tñ indebite eum diffama
uit. ideo mortaliter peccauet.
¶ Tercio committitur detra-
ctio peccatum alterius augen
do et ampliando. Verbi gra-
tia. Est aliquis diues auarus
qui conqueritur de seruo suo
dicens quod eum depredatus
est in magna summa qui tamē
tantum quedam minuta ab eo
abstulit. Sed ita loquitur di-
ues vt sic eum a se repellat sa
lario eius seu mercede retenta
Taliter etiam de aliȷs detra-
hunt qui eorum audita mala.
aliȷs referunt. aliquid de suo
addendo: quo fit vt qui forte
in modico offenderat: maledi
ctis linguis detrahētium. gra
uissimus peccator predicetur
⁊ credatur Et hoc modo detra
hebat de patiētissimo rege Da
uid ille nec3 se mei. De quo le
git. ij. Re. xvi. ꝯloquebatur cō
tra regē in hunc modū. Egre-
dere egredere vir sāguinum ⁊
vir belial. Reddidit tibi domi
nus vniuersum sanguinem do
mus saul qm̄ inuasisti regnu3
pro eo. Et dedit dn̄s regnum
in manu absalon filij tui Ec ec
ce nunc premunt te mala tua.
qm̄ vir sanguinū tu es Ecce et
eīn quō iste semel detrahebat
de rege dauid pctm̄ suū augē
do. Nam etsi prius peccasset
ipse Dauid adulterando ⁊ ho

micidiũ perpetrãdo hec tñ ma-
la longe minus sunt ꝙ̄ essent q̄
illi improperabat ipse semel.
¶Quarto detractio committi
tur bona et virtutes alterius
negãdo Uerbi grã Aliq̄s lau
datur de pietate ad pauperes
alius de humilitate aliꝰ de do
ctrina ⁊ huiusmodi. Cum ergo
inuidus tantas laudes ⁊ titu
los honoris audit de aliis effe
ri Jaculo inuidie percussus di
cit. hec non ita se habere sed di
cit homines de talibus loqui
ex speciali affectione. Et hoc
mõ detraxit de xp̃o ille symon
phariseus de quo legitur Luc
vii. quod cum christum inuitas
set vt manducaret cum illo. vi
dissetq; magdalenam prostra-
tam ad pedes Jesu eos lauãs
lachrymis suis ⁊ tergens ca-
pillis dixit intra se. hic si esset
propheta sciret vtiq; que ⁊ qua
lis est hec mulier que tangit
eum quia peccatrix est. Ecce
quomodo in corde suo iste de-
trahebat de christo virtutes ⁊
gratias que in eo erant aper-
te negando. Propterea detra-
here idem valet ꝙ de alio tra-
here scz de bono ꝟtuti ꝑpe ptē
vnã vel etiam totum si possit
detractor. Sicut de eodē chri-
sto legit̃. Jo. vii. ꝙ quidam de
iudeis dicebant quia bonꝰ est.
alii autem nequaquam sed se-
ducit turbas. hoc etiam modo
detrahebant inuide de illo san
ctissimo episcopo cui nomen
narcissus erat. hunc itaq; nar
cissum prout narrat dominus
anthoninus florentinus pri-
ma parte sue cro. t. vii. c. vi §.
xv. quidam emuli constanter
accusabãt falso super facto val
de graui et enormi: quorũ p̃ri-
mus dicit ignis me comburat
si non vera dico. Et secundus
volo inquit morbo regio cor-
rumpi si non ita sit. Tertius
vero ait volo perdere ambos
oculos si mentior. Sed non
multo post diuina iustitia que
nescit patrocinari criminibus
dedit illis quod imprecati fue
rant sibi malum.
¶Quinto detractio committi
tur tacendo malitiose et ex in-
dustria. verbi gratia Est ali-
quis bonus iuuenis cupiens
habere aliquam honestã puel-
lam in sponsam. Uenit ergo ad
aliquem de vicinis ipsius puel
le querens ab eo informari de
conditionibus ⁊ moribꝰ puel
le Ille autem sic interrogatus
facit aurem surdam ⁊ tacet qua
si vlterius interrogatus fue-
rit. Forte dicet. De hoc nolite
me multum interrogare. Non
enim libēter loquor de vicinis
meis. Sic autem loquitur vt
palliato sermone ponat macu
lam in gloriam ipsius puelle:
⁊ ita interpretatiue illi detra-
hit. Uel forte est aliquis epi-
scopus qui vult conferre ali-
quam prebendam vel curam
animarum alicui clerico ⁊ ideo
prius inquirit apud aliquem
virum quem credit grauem et
timorate conscientie de regi-
mine illius beneficiandi Alter
ergo interrogatꝰ aut tacet ma-
liciose. aut dicit se non libēter
loqui de factis aliorum vt sic
impediat talem clericũ ab hu-
iusmodi beneficio optinendo.
Nam in talibus casibus ⁊ simi
libus veritas non est tacenda.
nec pro toto mundo mentien-

dum est. Hoc autem modo detrahendi tacendo vsus est ipse herodes aduersus christum Nam vt habetur. Luce vigesimo tertio. cum ad eum misisset pylatus christum. ille vice versa remisit ipsum ad eundem indutum veste alba. Nam et si nihil aperte diceret aduersus ipsum benedictum christum. nihilominus signo protestabatur eum fatuum ꝛ omnino inutilem in quo opere satis implicite illi detrahebat. Ut enim dicit regula iuris lib. sancto. Qui tacet consentire videtur. ¶ Sexto committitur impia detractio libellum diffamatorium scribendo seu cantilenas balladas ꝛ huiusmodi contra aliquam personam statum vel cōmunitatem componendo etiam dato quod hec omnia confecta sint conformiter ad veritatē seu decrimine vero quod commissum est ab aliqua singulari ꝛ priuata persona. vel etiam ab aliquibus de aliqua comitate. Simile iudicium est de illo qui affigit libellum diffamatorium in locis patentibus seu qui ipsum cadere permittit et procurat in via publica vt sic crimen alterius etiam verum ad aures multorū deueniat et diuulgetur vbique etiam dato quod ipsum libellum famosum non composuerit. Tales nempe grauiter reprehendunt ꝛ puniunt iura tā ciuilia q̄ etiā ecclesiastica. Mādat enim papa adrianus tales grauiter flagellari vt expresse habetur. v. q. i. c. i. vbi ita dicit Qui in alterius famam publice scripturam aut verba contumeliosa confixerit ꝛ repertus scripturam non probauerit flagelletur. Et q̄ eā prius inuenerit rumpat si non vult auctoris facti causam incurrere Itē in capitulo sequenti quod incipit. Quidam maligni spiritus dicitur ꝙ tales debet cōmunione altaris priuari. Deinde excommunicari. Secundum autem leges ciuiles tales debent capite puniri scd̄m ꝙ habetur Capitulo librono no titulo. de famosis libellis. l. vnica q̄ incipit. Si quis vbi dicitur quod si quis famosum libellum siue domi siue in publico siue ī quocunque loco ignarus repperit aut corrumpat priusquam alter inueniat. aut nulli confiteatur inuentum. Si vero non statim easdem chartulas vel corruperit vel igne combusserit ꝛ sed vim earum aliis dolose manifestauerit sciat se quasi auctorem huius delicti capitali sententie subiugādum. hec ibidem. Quod autem is qui talē famosum libellum composuerit vel inuentum non corrupe rit seu combusserit debeat capitali sententia puniri. intelligitur scd̄m glo. quādo crimen in eo conscriptum est capitale alias non. Hoc autem mō scilicet libellum famosum componendo seu cantilenas decantādo detraxerūt impii iudei christo dicentes vach qui destruis templum dei. ꝛc. Unde magister nicolaus de lyra super illo passu psal. In me psallebantque bibebam vinum dicit ꝙ ad literaꝫ istud intelligitur de christo de cuius morte et passione fuerunt facte cantilene. deriso

rie in fauoré pontificũ ⁊ sacerdotũ qui eius mortẽ ꝓcurauerant tanq̄ de falso ꝓpheta volẽte regnare ⁊ nõ potẽte quasquidẽ cantilenas lenones ⁊ infames garciunculi p tabernas decãtabant in iniuriã saluatoris patet ergo septuplex modus detrahendi proximo.

¶ Lectio. xlvi.

¶ Ne derelinquas me domine deus meus ne discesseris a me.

¶ Postquam in precedenti lectione verus penitens pie conquestus est ad dominũ de illis qui de eo obloquũtur ⁊ detrahunt eo q̄ sequitur bonitatẽ. i. rectam viam que ducit ad celũ hic consequenter tangitur piũ desiderium eiusdem penitẽtis refugientis ad dñm in tot aduersis ⁊ dicentis. Ne derelinquas. ⁊c. Uel vt dicit de Lyra penitens hic orat deũ vt preseruet eũ a recidiuo in preterita mala. q. d. Dñe de⁹ si dimiseris me etiã quãtũcunq̄ modicum proprie fragilitati: profecto nõ potero resistere tentationibus neq̄ magis neq̄ paruis et leuibus: ideo oro. Ne derelinquas me ⁊c. Similiter dominus hugo cardinalis exponit hũc passum de penitente dicẽte ad dominũ. Ne derelinquas me supple in tentatione et tribulatione expositũ: sed dic anime mee salus tua ego sum. Item dic. Cum ipso sum in tribulatione nec quidem inaniter: quia eripiam eum, Sequitur, Domine quem timeo: deus quem colo: meus quem diligo. Ad hãc autem fiduciam habendam hortatur nos scriptura dicens, Deutero. iiij. Deus misericors dominus deus tuus est non dimittet te scilicet penitus: quamuis ad horam videatur te derelinquere. Sequitur ne discesseris a me scilicet totaliter. Aliquando enim derelinquit mater puerum vt probet si p se stare ⁊ incedere possit: non tamen discedit ab eo: sed iuxta eũ semper stat: vt si forte titubare ceperit apponat manũ ne cadat. Ita et dominus facit et operatur circa penitentem tantatum et tribulatum. Hoc autem [illegible] nuit psalmista in persona [illegible] mini ita dicens. Uisitabo in virga iniquitates eorum: et in verberibus peccata eorum: misericordiam autem meam non dispergam ab eo neq̄ nocebo ei in veritate mea. q. d. Licet modo videar nocere: attamen non noceo in veritate: sed prosum. Sicut medicus non nocet egro licet vrat vel in aliquo eum ledat. Uel dic quod penitens hic petit a domino duplex auxiliũ ad salutem necessarium. Unum quidem ad bonum agendum cum dicit. Ne derelinquas me domine deus meus. Reliquum vero ad malum vitandum cum subdit. Ne discesseris a me. Et profecto tam bonus est dominus vt neminem dimittat nisi primo fuerit dimissus. Qui ergo ab eo derelinqui non vult neq̄ in presenti neq̄ in futuro caueat ne peccando prius eum damnabiliter derelinquat ⁊ ab eo discedat: quia vt habet Ec-

clesiiastici. ii. Nullus sperauit in domino et confususest: quis permansit in mandatis eius et derelictus est. Item ps. Non repellet dominus plebem suam et hereditatem suam non derelinquet. Hereditas autem domini est quilibet iustus: huiusmodi ergo hereditatem non derelinquet siue reprobando siue gratiam subtrahēdo: nisi quia homo derelinquit eū peccādo.

A ¶ Est autem circa hunc textum notandum ꝙ tria sunt hominum genera quos videtur dominus dereliquisse: et quasi de illis nullo modo curare.

Et hi sunt.

Aduersa patientes.
In malis perseuerantes.
In inferno habitantes.

B ¶ Primo igitur videtur dominus dereliquisse aduersa patientes vt sunt infirmi diu languentes pauperes et indigentes. Constat enim quod deus frequenter permittit bonos tribulari et tentari: ita ꝙ quasi videtur eos derelinquere et quasi de eis non curare. Sicut legitur Matthei. xxvij. de christo qui in tribulatione crucis positus pie conquerebatur de deo patre dicens Hely hely lamazabathani, hoc est. Deus meus deus meus vt quid me dereliquisti? Hoc tamen facit deus ex magna prouidentia sua vt scilicet tales sibi dimissi compellantur experiri propriā fragilitatem et recurrere ad diuini auxilij pietatem. Exemplo Petri qui in tentatione fuit ad tempus expositus et derelict⁹ inde tamen post melior effect⁹. Dicat ergo qui aduersa patitur ad dominum illud psalmi: Cum defecerit virtus mea ne derelinquas me. Cuius ratio subditur. Quia dixerunt inimici mei: videlicet demones mihi et qui custodiebant animā meā consilium fecerunt in vnum dicentes. Deus dereliquit eum persequimini et comprehendite eum: quia non est qui eripiat. Sed tu supple deus ne elongeris a me: deus meus in auxilium meum respice. Nam optimum remedium contra queqȝ aduersa est recursus ad deum per orationis suffragium: secū dum illud. ij. Parali. xx. Cum ignoremus quid agere debeamus: hoc solum habemus residui vt ad te oculos nostros dirigamus. Taliter autem se derelictum a domino pie conquerebatur sanctus pater Anthonius: cui cum post grauia demonum tentamenta et flagella apparuisset dominus cum ingenti lumine dixit ei.

O bone iesu vbi eras? At ille. Hic eram expectans videre certamen tuum. Quasi autē huic simile legitur de beata Katherina seneñ. Nam cum eidem apparuissent demones in varijs speciebus quasi commisceri ad inuicem valentes: vt sic eius mentalem puritatem saltem in aliquo macularent. Ipsa conuersa ad dominum per deuotā orationem mox reiecta demonum spurcitia apparuit illi christus cōfortans eam. Cūqȝ pie conqueritur de eo ꝙ eā tam turpiter permisisset illudi. dixit ei. O charissima sponsa: nō te dereliqui: sed eram in corde tuo faciens te tot et tantas il-

lusiones superare. Hec eñ maculantur oculi aut corpus nisi de consensu mentis. Non ergo derelinquit dominus iustos et bonos in aduersis constitutos dicente psal. Non derelinquet dominus sanctos suos: quinimmo ineternum conseruabuntur. Immo maiorem curam habet de talibus quam de diuitibus. Sicut pius pater habens multas proles plus sollicitatur de filio egro et impotente ad lucrãdum vitam suam: quã de multis sanis ⁊ robustis ad laborandũ. Ita et in proposito Roget ergo quisq̃ aduersitati seu tribulationi expositꝰ dñm ⁊ dicat. Ne derelinquas me domine deus meus. ⁊c.

C ¶ Secundo dominus videtur ex toto dereliquisse pctõres obstinatos ⁊ in malis suis perseuerantes. Neemie. ix. Dereliq̃sti eos supple obstinatos peccatores in manibus inimicorũ suorum: scilicet demonum et possidebunt eos. Deus enim videñs hominem in peccatis suis obstinatum derelinquit eũ proprie voluntati. Sicut medicus desperans de aliquo egroto ipsum derelinquit: et quicquid appetit illi concedit: sed nõ forte ad suam vtilitatem. Unde p̃s in persona domini. Dimisi eos secũdum desideria cordis eorum: ibunt adinuentionibus suis. In quibꝰ verbis p̃a tãgit duo mala que iusto dei iudicio aduenient obstinatis peccatoribus. Primum est substractio correctionis: quia dimisi eos secundum desideria cordis eorum quasi dicat dominus. Nõ flagellaui eos cum filijs: sed vt seruos reprobos dimisi eos libere ire post concupiscentias suas. Ezech. xvi. Auferetur zelus meus a te: nec irascar amplius. Item Osee. iiij. Non visitabo super filias vestras cum fuerint fornicate: et super sponsas vestras cũ adulterauerint. Et in hoc consistit maxima dei ira quando scilicet non punit peccatorem in presenti: quia vt dicit Amb. Nihil infelicius felicitate peccantium. E diuerso autem ex magna dei misericordia procedit q̃ homo peccator in presenti puniatur. Unde. ij. Macha. vi. dicit sic. Multo tẽpore non sinere peccatoribus ex sententia agere: sed statim vltiones adhibere: magni ben[...] cũ est iudicium. Deinde de reprobis subiungit dicens.

In alijs nationibus deus patienter expectat vt eas cum iudicij dies aduenerit in plenitudine peccatorum puniat.

Et hoc est quod dicitur Job. xxi. In diem perditionis seruatur malus: scilicet reprobus / et ad diez furoris ducetur. Unde Greg. super Ezech. homel. xij. dicit sic. Necesse est vt peccantes consideremus tunc ampliꝰ miseros quando eos conspicimus in culpa sua sine flagello derelictos. Qui eñ a deo auertitur et prosperatur tanto perditioni fit proximus quanto a zelo discipline inuenitur alienus. Hec ille.

¶ Secundum autem malum q̃ aducnit obstinatis pctõribus est accumulatio peccatorũ adque effrenate et inuerecunde feruntur: ideo subdit psalmista Ibunt in aduentionibus suis:

id est in peccatis que de nouo aduenient; proficient enim in via perditionis eũtes seu ruentes de peccato in peccatum: secundum illud ps. Appone iniquitatem super iniquitatẽ eorum. Treñ. i. Peccatũ peccauit hierusalẽ ꝑpterea instabilis facta est. Hi ergo sunt de quibus Paulus Ro. i. Tradidit illos deus. i. tradi ꝑmisit in desideria cordis eorum: in immũdiciã vt cõtumelijs afficiant corpora sua in semetipsis. Et post pauca. Tradidit illos deus in reprobum sensum vt faciant ea que non conueniunt: scilicet legi diuine aut etiã naturali. Hi etiã sunt de quorum quolibet loqui psal. dicens. Non est deus in conspectu eius: inquinate sunt vie illius in o m̃i tempore auferũtur iudiciã tua que sup. olim exercuisti contra peccatores tam angelos quã homines a facie eius: vt scilicet de illis nõ recordetur ne per recordationem a malis suis retrahat. Ecce quomodo dominus videtur derelinquere miseros peccatores in fecib9 iniquitatũ suarum. Sed reuera non eos vsqꝫ quaqꝫ relinquit. Ipse enim est qui dixit Eze. xviij. In quacunque hora ingemuerit peccator omni. ꝛc. Item ipse est qui clamat post tergũ peccatricis anime dicens illud Hiere. iij. Tu fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me Item clamant angeli et sancti dei oẽs dicẽtes illud. Canti. vi. Reuertere reuertere sunamitis: reuertere reuertere vt intueamur te: id est speciem tuã quã prius habueras.

D ¶ Quod autem non derelinquat dominus pauperes peccatores ex toto auxiliũ suum ab eis auferendo patet tali exemplo. Legitur enim in cronica dñi Anthonini florẽtini. ij. parte titu. x. ca. iiij. §. i. ꝙ quidã iuuenis ardebat in amorẽ cuiusdam puelle: cui apparens demon dixit ꝙ si vellet abrenunciare christo compleret desiderium suum. Ad quem iuuenis Abrenuncio. Cui demon. Vos christiani estis valde perfidi: nam quando opus habetis venitis ad nos sed post completa desideria vestra reuertimini ad christum vestrum qui vos suscipit benigne. Fac ergo michi chartam nomine tuo signatam qualiter tu abrenũcias christo tuo et baptismo: et das te mihi et faciam quod petis. Et factum est ita. Morqꝫ misit diabolus in cor virginis spiritum fornicationis que dixit ad patrem. Pater ecce morior nisi habuero talem iuuenem in sponsum. Quod pater audiens dedit eam illi in sponsam. Non multo post autem puella deprehendit sponsum suum non esse fidelem christianum: eo ꝙ ecclesiam frequentare nollet. Sicqꝫ est eum blande allocuta ꝙ ipse dixit ei omnem veritatem. Morqꝫ ipsa cucurrit ad beatum Basilium narrans ei negocium. Qui iussit venire dictũ virum querens si nam res ita se haberet. Qui cum dixisset sic esse dixit ei vir dei. Vis charissime reuerti ad christum? Ad quem iuuenis. Vellem vtique sed non possum: quia tradidi diabolo chartam meam.

At pater sanctus. Fili non sit tibi cure. Deus enim noster benignus est: neminemque vult perire sed omnes ad penitentiam reuerti. Juuenis itaque confusus est: qui accepta penitentia reclusus est a beato Basilio in quodam loco secreto: et pro eo orauit. Quē post dies aliquot visitans interrogauit quomodo se habere. Cui ille. O vir dei non possum certe vltra ferre clamores et terrores demonū in manu sua tenentium scripta mea et improperantium michi et dicentiū. Tu venisti ad nos et non nos ad te. Ad quem Basilius. Noli timere: sed confide te dei misericordia. Dans itaque ei modicā escam ipsum iterum reclusit: facto super eū signo crucis. Iterum quoque post aliquot dies ipsum visitauit querens quomodo se haberet. Cui ille. A longe audio clamores et minas demonum: sed vltra eos non video. Et iterum dans ei modicam escam reclusit eum vt prius. Quadragesimo igitur die iterū ipsum visitauit interrogans quomodo se haberet. Et ille. Bene gratia dei vir sancte. Uidi enim te hodie pugnātem pro me ⁊ diabolum vincentem. Ipsum itaque eduxit de loco: ⁊ vocata populi multitudine processionaliter eum in ecclesiam duxit. Et ecce in via adhuc mirabilius insultabat diabolus. Quod videns vir dei Basilius populum hortabatur vt pro iuuene orarēt: et vt etiam diabolus chartam restitueret. Quibus orantibus charta cecidit de aere inter manus beati Basilij: quam legens in conspectu populi statim ea minutatim fregit. Et sic dictus iuuenis penitus liberatus est. Hec vbi supra.

Ecce quomodo dominus totaliter relinquit christianos peccantes: quin paratus sit illis facere misericordiam dummodo ad eum redire velint.

E ¶ Unde huic satis simile legitur in vitis patrum de quodam christiano petente in vxorem sibibi dari filiam cuiusdē pagani eo quod speciosa esset. Consensit ergo pater dummodo ille renunciaret christo ⁊ fidei. Quod cum fecisset dictusque pater filie quereret a suo idolo si tute illi eam dare posset. Respondit nullo modo debe hoc facere: dicens quod deus christianorum est tam pius et ad misericordiam pronus quod nunquam eos totaliter relinquit in hoc mūdo: sed quotiēs ad eū se cōuertūt: etiā si cētiens in die centies illis miseretur. Cū que hec referret paganus dicto iuueni, ille penitentiam egit et misericordiam inuenit dicens. Ne derelinquas me dn̄e deus meus ne discesseris a me.

F ¶ Tertio dominus videtur omnino dereliquisse miseros damnatos quibus potest veraciter dici illud. ij. Parali. xxiiij. Dereliquistis dominum et ipse derelinqueret vos. Nōne bene dicitur dominus dereliquisse perditos damnatos quādo lōge a peccatoribus supple damnatis salus? Hoc patuit in diuite epulone qui a deo derelictus est quod non potuit obtinere a patre Abraham vt ad eum descenderet lazarus. Lu.

xvi. Propterea Augustinus .xxi. de ciuitate dei cap. xvii. reprobat errorem illorum qui dicūt damnatos nō esse omnino derelictos a domino: sed post certa tempora misericordiam consecuturos. Quidā (inquit) estimant damnatos post certi tēporis metas pro cuiusq3 peccati quātitate longioris siue breuioris inde liberandos. Inter quos misericordior fuit Origenes qui et ipsum diabolū et angelos eius post grauiora ꝓ meritis et diuturniora supplicia ex illis cruciatibus eruendos: et sanctis angelis sociandos credidit: sed illum et propter hoc et propter alia nonnulla et maxime propter alternātes sine cessatiōe beatitudines et miserias non immerito reprobauit ecclesia. Hec ille. Ubi notandum q ecclesia recipit illa Origenis opuscula que recipit hieronymus: cetera autem reprobat cū suo authore: vt habetur .xv. di. Sancta Romana ecclesia.

H ¶ Preterea idē Augustinus vbi supra recitat tres errores circa damnationem malorum.

¶ Primus est eorum qui dicūt infideles: et qui nunquā audierunt loqui de Christo neq3 de lege gratie misericordiam habituros. Donabit enim eos inquiunt misericors deus precibus et intercessionibus sanctorum suorum. Si enim inquiūt sancti orabant pro suis inimicis quando torquebātur / multo fortius dum regnāt cū deo. Item allegāt illud Psal. Nunquid obliuiscetur misereri deus: aut continebit in ira sua misericordias suas.

¶ Secundus error est eoꝝ qui dicūt impios Christianos tandem misericordiā habituros: fundantes se in illo textu. Joan. vi. Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in eternum. Ergo omnes christiani qui aliquando comederunt panem sacramentalē finaliter saluabuntur. Tertius est error eorū qui dicunt illos qui in vita fuerint pii ad pauperes non eternaliter arsuros: sed tātū viros immisericordes allegantes illud Jaco. ii. Judicium sine misericordia fiet ei: qui nō fecerit misericordiam. Sed hos errores refellit Augusti. simul respondens ad rationes eorundem. Primum itaq3 errorem reprobat per id qd̄ scriptū est. Matthei. xxv. Ite maledicti in ignē eternum. Et ad rationem dicitur quod non est simile. Nā inimici sanctorum quādiu in via erant: capaces erāt penitētie et eterne salutis: nō aūt post mortem. Et ideo inquit Aug. sicut ecclesia modo non orat pro demonibus: eo q non sunt capaces btitudinis. Ita neq3 in die iudicii orabūt sancti ꝓ dānatis hominibus propter eādem rationē. Ad authoritatē vero Psal. dicit: q intelligit de vasis mie: et de filiis promissiōis. Nō aūt de vasis ire et filiis perditiōis. Scd̄m errorē repellit ꝑ illud verbū Apl'i. Gal. v. Manifesta sūt opa carnis q̄ sūt fornicatio: immūditia: luxuria: et hmōi. Deinde seqtur. Qui talia agūt regnū dei non possidebūt. Manifestū est aūt multos xp̄ianos infici talib9 peccatis ergo tales regnū dei nō possi=

debunt: plusquam infideles ta libus vitiis deditι: nisi supple cōdignam egerint penitentiã. Ad rationem autem in opposi tũ respondet quod illa autho ritas intelligitur de manduca tione non tantum sacramenta li: quantum spirituali: que est per fidem formatam. Preterea inquit peccatores proprie non sunt dicendi manducare corpus Christi: quoniã nec inter mem bra computandi sunt Christi. Ut enim inquit alia taceam: nõ possunt simul esse mēbra Chri sti: 7 membra meretricis. Ter tium autem errorem reprobat per illud precursoris Christi verbum Matth. iij. Facite, in quit, fructus dignos peniten tie. Non ergo, inquit, cõdignas pro peccatis eleemosynas facit: qui vitam suam vsque ad mortē quotidianorum criminum per petratione confodit. Patet er go quomodo miseri damnati sunt a domino derelicti: ita vt nunquam locum tormentorum euadere valeãt. Sed tamē non sunt simpliciter ab eo derelicti. Tum quia sustētat eos in esse. Tum quia mitigat eorum pe nam: vt non tantum puniãtur: quantum de rigore iustitie de meruerũt. Tum quia presto est illis in ratione iusti iudicis pu nientis. Unde psalmista. Quo ibo a spiritu tuo et quo a facie tua fugiam. Si descendero ad infernum, ades: scilicet per vin dictam: vt dicit glo. interl. Nõ enim est locus in quo nõ sit do minus. Ne ergo illic inueniat nos per vindictam: rogare eum debemus: ne nos i presenti de relinquat propter culpam di centes. Ne derelinquas me do mine de. 7c.

¶ Lectio. xlvij.

¶ Intende in adiutorium meum domine, deus salu tis mee.

¶ Postquam in lectione prece denti penitens rogauit instan ter dominum ab eo non dere linqui: animaduertēs quod ne cessario sit omnium tentationi subditus: necesse quoque est vt tandem pereat quicunque fuerit a deo derelictus. Hic cõsequen ter plus rogat dominũ: vt sci licet ei iugiter assistat per spi ritale adiutorium. Plus enim est dominum adiutorium peni tenti conferre: quam eum non dereliquere. Quia ergo inquit Gregorius, anima deuota no uit quod inter inimicos gradi tur: nouit quia omni tempore diabolus sibi aduersatur: no uit quia debilis est: vt non su peretur: ideo dominum præca tur: vt opem ferat qui solus po test liberare ab omni tentatio ne 7 angustia dicens. Intende in adiutorium meum domine. 7c. Quod quidem verbũ siquis cum affectu 7 desiderio sepe re plicare studuerit, puto inquit Gregorius. quod quandam in eo dulcedinem sentiet: quã ser mo noster explicare non valet. Dicat ergo penitens ad domi num. O domine deus tu qui es adiutor in opportunitatibus: in tribulatione, noli me velut alienum negligere. Noli me ve lut extraneum abdicare a cu

tia misericordie tue: sed intende in adiutorium meum: ne inter mortifera tentationum iacula protegendo ab omni incursione inimicorum defendendo: atque in omni necessitate auxilio tue insuperabilis virtutis circundando. Quod merito debes facere: quia tu es dominus deus meus. Te enim solum habeo dominum: te solum confiteor deum te solum habeo operatorem salutis mee eximium. Ergo intende in adiutorium meum. Uel dic secundum dominum Petrum de Palude: quod penitens ex vna parte attendens diaboli potestatem et malitiam: contra quem habet necessario dimicare: si vult in celum ire. De quo Job. xli. dicitur: quod non est potestas super terram que comparetur ei. Ex alia autem parte diffidens de propriis viribus / petit dei insuperabile adiutorium dicens Intende in adiutorium meum dum scilicet pugno contra hostem antiquum: vt dicit glosa interl. Sed vt dominus libentius intendat in orationem serui sui penitentis ipse penitens allegat non quidem sua merita: sed dei beneficia dicens. Domine deus salutis mee: quasi dicat spero et audacius peto istud a te: vt scilicet in adiutorium meum intendas: quia tu mihi maiora fecisti. Tu enim me proprio sanguine redemisti: et in seruum emisti: quia (domine) Tu me de nihilo creasti: et ad imaginem tuam formasti: quia (deus) Tu eternam salutem tuis famulis promisisti: quam a te expecto / spe indubia: quia (salutis mee) tu es supple actor: dator: et promissor.

A ¶ Notandum ergo est: quod cum ardenti et summo desiderio debemus implorare dei adiutorium dicentes. Intende in adiutorium meum domine. etc. Et hoc propter tria. Primo ad inchoandum bona opera. Secundo ad perferendum equanimiter aduersa. Ter. ad non extollendum inter prospera.

¶ Primo quidem ad inchoandum et perficiendum bona opera. Hoc enim non valemus facere nisi cum dei adiutorio: dicente apostolo. ii. Corinth. iii. Non sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis: quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex deo est. Si ergo non possimus ex nobisipsis habere cogitationem de bono operando: a fortiori neque ipsum bonum possumus operari / secluso speciali dei adiutorio: quia vt habetur Philipen. ii. Deus est qui operatur in nobis: et velle et perficere pro bona voluntate: supple sua: et non pro nostris meritis. Et hoc est quod ait saluator. Joan. xv Sine me inquit nihil potestis facere: etiam quantuncunque parum: vt dicit interl. Attendamus ergo quibus loquabatur dominus: quia apostolis sanctissimis viris. Si ergo tanti viri sine dei adiutorio nihil poterant efficere: quid dicendum erit de nobis tantillis hominibus et miseris peccatoribus? Dicamus ergo ei illud. Esa. xxvi. Omnia opera nostra operatus es in nobis domine. Tamen liberum arbitrium nostrum cooperatur gratie. secundum illud. i. Corinth. xv. Non ego sed

gratia dei mecum. Se habet siquidem dei gratia ad liberum arbitrium: sicut sessor ad equū Ipsum eñ dirigit/ regit ꝛ perficit. Propterea. xxiiij. ques. iij. Quidam autē heretici. Reprobatur error Pelegiani dicētis liberum hominis arbitriū sufficere sine gratia ad plene ꝛ debite seruanda dei omnia mandata.

¶ Secundo debemus implorare dei adiutorium: vt possimus queque aduersa equanimiter ferre. Quia eñ homo inter aduersa non succūbat / spirituale dei donū est. ꝛ ab eo procedēs: qui dicit illud psalmiste. Cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum ꝛ glorificabo eum: sup. pro tanta victoria: nec quidem ad tempus glorificabo euz: sed longitudine dierū replebo eū. Consequenter ostendit in quo glorificabit euz cum subdit. Et ostendaz illi salutare meum: id est salutem eternam. Uel Christum in maiestate per quē ego pater saluaui genus humanū. De hac autē spirituali assistentia omnipotentis dei cum tribulatis figura legitur. Dan. iij Ubi dicitur quod cum rex Nabugodonosor fecisset iactari i fornacem ardentis ignis tres viros: scilicet Sydrach / Misac: ꝛ Abdenago introspiciens quatuor vidit ꝛ ait. Ecce video quatuor viros / quatuor solutos ꝛ ambulātes imedio ignis et nihil corruptionis in eis est ꝛ species quarti simil꞉ filio dei Hic igiᷓ quartus homo Christus est qui assistit tribulatis: per gratiam suam: quasi partē ferens tribulationis ꝛ laboruz eorum: quinimmo ipse est tanquam alter angelus missus a deo patre excutiens flammam ignis de fornace: idest repellēs ardorem: seu asperitatē aduersorum: ꝛ faciens medium fornacis quasi ventum roris flantem per mitigationē huiusmodi aduersorū. Quis queso sanctorum dei martyrum inter diros cruciatus nō defecisset nisi illic affuisset qui dicit. Cū ipso sum in tribulatiōe. Etenim diuus ille Paulus. Hebreoruz xi. de beatis illis martyrib⁹ dicit. quod fortes facti sunt i bello. Alij distenti sunt: scilicet in eculeis et diuersis tormentis. Alij ludibria ꝛ verbera experti: insuper ꝛ vincula ꝛ carceres sup. experti sunt/ lapidati sunt secti sunt: tentati sunt: scilicet: blāditijs ꝛ promissionibus: vt a fide ꝛ sancto proposito resilirent. Alij sup. in occisione gladij mortui sunt. Alij circuierūt in melotis. Melota autē est vestis de pilis camelorum. Uult ergo dicere Paulus: quod nō qui eorum adeo pauperes facti sunt propter Christū quod circuibant multa loca mūdi in melotis: id est cum abiectis et asperis vestimētis: sicut patet de beato Alexio. Alij autē circuierunt: supple in pellibus caprinis. Unde de beato Joanne Baptista legitur Matthei. iij. quod habebat indumētum de pilis camelorum et zona pellicea circa lumbos cingebatur. Alij egētes: alij angustiati: alij afflicti: alij in solitudinibus errantes. sicut de Juda Macha. legitur. ij. Machabeorum. v. q tempore persecutionis secessit

in desertum locum: ibiq; inter feras vitam in montibus cum suis agebat: & feni cibo vescentes demorabantur ne participes fierēt coinquinationis eorum: scilicet Antiochi & exercitus sui: qui templū domini turpiter violauerunt: & multa nefanda agere plerosq; Iudeos coegerunt. Alij in montibus & speluncis et in cauernis terre: supple latitare coacti sunt: vt sic euaderēt manus sacrilegas hereticorū & persecutorū Christi & ecclesie. Ubi nota quod aliqui sic latuerunt ex infirmitate fidei: vt iperfecti. Alij vero ex speciali instictu spiritussancti: vt perfecti: vt captata maiori oportunitate & aliorum vtilitate fidem Christi protestarentur. Sicut de paulo legitur. ij. Corinthiorum. xi. quod cū esset Damasci per fenestram in sporta dimissus est per murum vt sic effugeret manus prepositi illiꝰ ciuitat3. Quis ergo mortalis cogitare posset quod tot et tanta hi pati potuissent: si nō dei adiutorium secum habuissent. Propterea subdit Paulꝰ. quod hi omnes testimonio fidei probati inuenti sunt: sup. ī fide stabiles cooperāte dei gratia: que eos iuuabat. Unde merito quilibet talium dicere potuit ad dominum: cum tormenta vrgerent. Intende in adiutorium meum domine: deus salutis mee.

¶ Tertio implorandum est a nobis diuinum adiutorium vt non extollamur inter prospera. Maius enī est inter prospera non extolli: quam inter aduersa frangi: dicente Psalmi. Cadent a latere tuo mille: et decem milia a dextris tuis. Latus enim dei sinistrum secundum hominū mundanorū estimationem status aduersitatis est. Dextrum vero status prosperitatis. Uult ergo dicere. Psalmista: quod pro vno q̄ succumbit & peccat inter aduersa decem extolluntur per superbiam & auaritiam inter prospera. Et pro centum mille: et pro mille decem millia. Quod autē ꝓsperitas disponat ad ruinā patet secūdi regum vndecimo. vbi legitur quod cum Dauid quietus dormiret in domo sua in meridie / surgens de strato suo vidit mulierem: & statim cecidit in adulterium: postmodū autē in homicidium. Minime autem talia fecisset: si cum exercitu ad bellum iuisset. Propterea bene dicitur. Prouerbiorum primo: quod prosperitas stultorum perdet illos: id est erit occasio perditionis eorum: quia ex ea superbiunt: secundū illud Deuteronomie vigesimosecūdo. Incrassatus est dilectus: & recalcitrauit: supple seruire deo: sicut equus impinguatus renuit obedire sessori suo. Sequitur. Dereliquit deū factorem suum: & recessit a deo salutari suo: nolens supple illi obedire. Ex quo ergo ipsa prosperitas facit hominem extollere: ideo qui in prosperis sunt debēt dominum rogare: vt eos conseruet in tali extollentia et superbia dicentes. Intende in adiutoriū meum domine: deus salutis mee.

B ¶ Preterea notandum iuxta hunc textū: quod debemus

implorare diuinum adiutoriū in omni tribulatione ꝛ necessitate nostra dicentes. Intende in adiutorium.ꝛc. Et hoc propter triplicem rationē: scilicet propter.
Dei celsitudinem.
Nostram infirmitatem.
Demonis importunitatem.
¶ Primo quidem propter ipsius dei celsitudinem ꝛ immensitatem. Nā quanto turris aliqua est celsior tanto maius adiutorium inde speratur ab his qui inferius habitant. Ita et nos considerantes dei celsitudinem que tanta est vt excellat omnes celos ꝛ omnem creaturam in infinitū. inde debemus magis in eo confidere. Et hoc est quod scribitur prouerb.xviij. Turris fortissima nomen domini ad ipsum recurret iustus ꝛ saluabitur. Propterea dicebat Psal. Domine refugiū factus est nobis. Et alibi. Dominus firmamentum meum ꝛ refugium meum ꝛ liberator meus. Deus meus: adiutor meus: et sperabo in eū. Dicamus ergo et illud Hester.xiij. Dn̄e deus rex omnipotēs in dictione tua cūcta sunt posita: ꝛ non est qui possit resistere voluntati tue: si decreueris saluare nos continuo liberabimur. Ergo intende in adiutorium nostrum: tu qui es dominus deus salutis nostre.
¶ Secundo debemus implorare dei adiutorium propter nostram infirmitatem et debilitatem. Per nosmetipsos enim non possumus quicquā boni facere. nec etiam minime temptationi resistere teste saluatore. Joā.xv. vbi ait. Sine me nihil potestis facere. Huius autem impossibilitatis talis est ratio. Cum enim peccatum mortale sit defectus quasi infinitus: seu iniuria ꝛ offensa contra deum: qui infinitum bonum est. Capacitas autem hominis in resistēdo peccato sit finita. Restat quod non potest peccato resistere per seipsum: sed indiget adiutorio infinito quod deus est et quod de celo venit: secundū illud Jacobi.j. Omne datū optimum: ꝛ omne donum perfectū de sursum est descendens a patre luminum. In cuius rei signum legitur Exod.xvij. quod cum Moyses orans in monte sursum manus leuaret / vi[ncebant] hebrei Amalechitas: per quos significatur peccata [q]ue superamus non nisi virtute ex alto: quia vt dicitur Ro. viij. Spiritus adiuuat infirmitatē nostram.
¶ Tertio debemus predic[tum] diuinum adiutorium imp[lora]re propter demonis importunitatē ꝛ continuam infestationem. Non enim cessat aduersarius noster ille hostis antiquus circuire die ac nocte querens quem deuoret: qui habet etiā mille nocendi modos: vt habetur.xvj.q.ij. Visis. Nam quos non potest superare per superbiam: nititur deuincere per luxuriam: ꝛ quos similiter nō potest deuincere per apertam malitiam / nititur superare per hypocrisim et simulatam sanctitatem. Et breuiter. Quēadmodum nō est cure militi qua arte: quaue ex parte aduersarium prosternat: dummodo eum su[perat]

peret ⁊ occidat. Ita ⁊ i ppo-
sito. Propterea sanctus ille pa
ter Antoninus in extremis po
situs suos hortabatur discipu
los dicēs. Iugi custodia tuea-
mur animos nostros: quia ex-
ercitatos ad supplantandum
habemus inimicos. Precipue
autē tunc incipiunt acrius ten
tare cū incipimus orare secun
dū illud. Eccli. ij. fili accedens
ad seruitutem dei sta in timo-
re ⁊ prepara animam tuam ad
tentationem. Propter quod ec
clesia statuit in principio hora
rum premittere. deus in adiu-
torium meum intende. qd idē
sonat sicut quod in presenti di
citur. Intende in adiutorium
meum domine deus salutis
mee: id est a quo effectiue: et in
quo obiectiue cōsistit salus vi-
te eterne. Ad quam nos perdu
cat qui sine fine viuit ⁊ regnat
amen. Felix ergo conclusio hu
ius psalmi.

¶ Quartus psalmus peniten-
tialis.

¶ Lectio. xlviij.

Miserere mei deus, secun-
dū magnā misericordi
am tuam.

A ¶ Iste est quartus psalm⁹
penitentialis qui frequentius
ceteris psalmis in ecclesia legi
tur ⁊ recitatur. cuius ratio est
quia vt habetur de penultima
distinctione tertia. totam. Iste
ps quadragesimusoctauus in-
ter psalmos Dauiticos totam
peccatoris penitentiam osten-
dit quē fecit ⁊ edidit ipse Da-
uid postquam fuit correctus a
propheta Nathā eo quod fuis
set ingressus ad vxorem Urie:
ipsum quoq Uriam occidi p-
curasset. vt decit Hieronymus
distinctione eadem. Postquam
ergo adulterio iunxerat homi
cidium ad lachrymas conuer-
sus ait ad dominum. Miserere
mei de⁹. ⁊c. Rationabiliter au-
tem petit sibi deum misereri se
cundum magnam misericor-
diam suam: quia magnum pec-
catum magna indiget miseri-
cordia inquit Hieronym. Ma
gnum autē fecit Dauid pecca-
tum: quia adulteratus est. ma-
ius quia rex ⁊ per consequens
maius scandalū inde oriri na-
tum erat. maximum vero quia
proditionem ⁊ homicidiū con
iunxit priore delicto. Est ⁊ alia
ratio cur frequentius in eccle-
sia reperitur: ⁊ in cōfessione in
satisfactionem imponitur di-
ctus psalmus eo scilicet quod
in ipso de tribus penitētie par
tibus specialiter tractatur. In
eo siquidē de contritione agi-
tur cum dicitur. Sacrificium
deo spiritus cōtribulatus cor
contritū ⁊c. De confessione ve-
ro ibi. Quoniam iniquitatem
meam ego cognosco. ⁊c. Item
ibi. Tibi soli peccaui ⁊ malum
⁊c. De satisfactione autem ibi
in fine. Tunc acceptabis sacri
ficium iusti: id est opera satisfa
ctoria per que fit iustitia de of
fensa commissa. Dominus au-
tem Hugo cardinalis assignat
aliam rationem quare iste psal

mus sit quiquagesimus dicēs quod hoc ideo factum est & ordinatum ad significandum qđ sicut olim in anno quinquagesimo qui iubilemus appellabatur. omnia debita remittebantur: vt habetur Leuitic. xxv. et xxvij. Ita & per penitentiaꝫ de qua in hoc psalmo agitur impetrat a domino omniū peccatoꝝ plenaria remissio. In hoc itaqꝫ psalmo. omnibus peccatoribus proponitur Dauid in exemplum penitentie. Uñ Augustinus super hoc passu. Multi/inquit/cadere volunt cū Dauid: sed cū eo resurgere nolunt Non ergo cadendi exemplum propositum est: sed si cecideris resurgendi. Attende tamen et caue ne cadas. Audiant q̄ non ceciderunt ne cadant. Audiāt qui ceciderūt vt resurgāt. Tāti viri peccatuꝫ non tacetur in ecclesia predicatur. Audiunt male viuentes & querūt sibi patrocinia peccandi. defendētes peccatum suū exemplo Dauid dicentes. Si Dauid peccauit/ cur non ego? Sed audi quod Dauid nullum ad exemplū male agēdi sibi proposuerat sicut tu qui tibi eum proponis tanquam sanctum vt securius pecces. Imitari vis eius ruinam: sed non sanctitatem. Peccatuꝫ ergo Dauid non nobis proponitur in exemplū peccandi: sed vt post multa crimina nullꝰ desperet de venia. Audi ergo/inquit Augustinus Dauid clamantem & cum eo clama. Audi et gemiscentem & cum eo ingemisce. Audi confitentem et dicentem. peccaui & tu cū eo confitere. vide humilitatem et cum eo humiliare. Audi flentem et tu lachrymis eius iungere. Audi correctum/ & emendatum/ et cum eo corrigere et emendare. Non respuit verba precipientis prophete. Non dicit. audes mihi regi loqui. Sed ex sublimis humilem prophetam audiuit. Tu ergo peccator audi hec & dic cum illo corde perfecto & humili. Miserere mei deus: secundum magnaꝫ misericordiā tuam. Hec Augustinus. Bene autem petiuit Dauid dominū secundum magnam misericordiam suam sibi misereri: quia vt dicit glosa ordinaria de graui peccato desperandum esset / nisi dei misericordia magna esset. Est autem dei misericordia adeo magna quod diffiniri [illegible] potest quanta sit. Nā adeo magna est quod deum de celo deposuit: & ad terram venire iussit. corpore ipsum induit vt videretur/pateretur/ moreretur.

B ¶ Notat ergo humilis & sincerus penitens quatuor in sua petitione/ vt citius deum prouocet ad eum exaudiendū. Primo nēpe dicit. Miserere tu supple cui propriū est misereri semper & parcere: vt dicit Gregorius. in quadam collecta. Unde de Esaye. xxviij. alienum est opus eiꝰ vt operetur opus suū: id est vt vindictā sumat de peccatis nostris. proprium autem et cōnaturale opus eius est vt misereatur semper. Adeo enim est misericors qꝫ non nisi compatiendo punit malos. Esaye primo. Heu ego consolabor super hostibus meis: et vindicabor de inimicis meis: quasi dicat volens faciam quod me fa-

cere oportet. Secundo subdit mei. Nō enim pro aliis oro: sed pro meipso ꝛ ideo citius debes exaudire ꝛ misereri. Miserere itaque mei. quia miser sum per peccatum scriptū est enim pro uerbiorum: xiiii. miseros facit populos peccatum. Tum quia spoliat eos virtutibus. Tum quia facit eos seruos diaboli. Tum quia ad summam miseriam trahit eos: scilicet ad infernuz. Uult ergo penitens dicere ad dominum: O dn̄e deus cuius creatura ego sum quanuis indigna per peccatum. miserere mei creature tue: quia legi Sapientie. xi. quod nihil odisti eorum que fecisti. Ex quo ergo sum opus tuū: noli opus tuū despicere: sed miserere mei. Tertio addidit deus. Est eñ nomen diuinitatis: nomen clementie ꝛ pietatis secundū Ambrosium: ꝛ recitatur de penultima distinctione. i. quis diuinitatis: Ubi dicit ipse Ambrosius. Quia diuinitatis natura clemens est ꝛ pia magisque ad indulgentiam quam ad vindictam prona si quis post lapsuz peccatorum ad veram penitentiam se conuertit cito a misericordie iudice veniam impetrabit. Miserere ergo mei deus inquit penitens quia nunc est tēpus miserendi ꝛ non vindicandi neqꝫ iudicandi. Te testē inuoco qui dixisti ore tuo sancto et benedicto. Joannis. iii. Non enim misit deus filiuz suum in mundum: vt iudicet mundum: sed vt saluetur mundus per ipsum. Jn tua ergo pietate confidens. considerans peccatoruz meorum multitudinē ꝛ magnitudinē a tua iustitia tanquam ab inferiori. ad superiorem sedem misericordie tue appello: sciēs quod misericordia super exaltat iudiciū: ꝛ quod tua misericordia constituta est super omnia opera manuum tuarū. Nec indigneris domine cōtra me quia appello maxime cum equo animo tuleris quod apostolus tuus Paulus timens ne a festo p̄side corporaliter grauaret appellauit Cesarez. act. xxv. Ad tuam igitur supremaz curiam misericordie tue ex nūc appello ꝛ ibi stare volo dicens Miserere mei deus: secundum magnam misericordiam tuam. Quarto penitēs subinfert quātum petat deum sibi velle misereri dicens. secūdum magnam misericordiam tuam. quasi dicat secundum glosam. Interl. Magna est miseria mea: ꝛ ideo egeo magna misericordia tua. Nam de magno ꝛ graui peccato desperandū esset: inquit glosa ordinaria; nisi magna esset tua misericordia. Ecce eñ quomodo abyssus abyssum inuocat. Abyssus nempe magne miserie mee, inquit penitens abyssum maxime misericordie tue inuocat.

¶ Jtem abyssus peccatorum meorum. inuocat abyssum gratiarum tuarum. Sed qꝛ abyssus misericordie tue ꝛ gratie ē maior ꝙ abyssus miserie ꝛ culpe mee. ideo supplex oro absorbeat abyssus misericordie tue abyssū miserie mee. Nec mireris dn̄e deus oīpotens qꝛ magnā miam quero. Non eñ decet tuā magnificētiā paruā dare miam. Ego enim te existimo

alterum illum Alexādrum qui non attēdis quid me oporteat accepere: sed quid te deceat dare. Scio me indignum tua magna misericordia: sed nō est indignum te illam iuxta tuā magnificentiam omni poscēti largiri. Ergo miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam.

C ¶ Est ergo iuxta hoc notādum quod misericordia dei recipit comparationem & hoc ex parte effectus.

Est em̄ Magna. Maior. Maxima.

¶ Primo quidē dei misericordia magna est scilicet in peccatorū reuocatione tam a peccato quam ab eterne dānationis periculo. Quam quidē magnitudinem admirans et super se sentiens regius ille propheta aiebat. Misericordia tua magna est super me. Cui9 magnitudinem ostendit cum subdit & eruisti animam meam ex inferno inferiori: id est a periculo eterne damnatiōis. vel a peccato quod est quasi quidam paruus infernus. Similiter hanc magnitudinē supra se debent sentire quiq peccatores ad penitentiam redeuntes et dicere illō Treñ. iij. Misericordie domini quia non sumus consumpti: id est statim postquam peccauimus in infernū detrusi sicut prim9 angelus. dathā/chore & abyron: ac similes. Sed ratio quare non ita factū est additur cū subditur: quia non defecerūt miserationes eius. Iste autē miserationes sunt emendationis expectatio peccatorū gratiosa & amorosa receptio. sine meritis iustificatio. vite prolōgatio & huiusmodi. Tam em̄ necessaria est dei misericordia ad peccatorum reuocationem quod absq ea nullus peccator a peccato resilire potest. aut ad gratiam iustificatricem peruenire. Ita enim dicit Psalmista. Misericordia/ inquit/ eius preueniet me: scilicet a peccato reuocando gratiam infundendo et voluntatē benefaciendi dando. Nā vt inquit Augustinus. Misericordia dei nos preuenit vt velimus subsequitur ne frustra velimus scd̄m illud Psalmiste. Misericordia tua subsequetur me. Nam sicut magnes attrahit ferruz quanuis d[...] & pōderosum. Sic & diuina misericordia quandoq ad se attrahit graues & obstiatos peccatores. hoc patuit in Dauid/ Petro/ Paulo/ Magdalena/ et similib9. Ecce quomodo dei misericordia est magna in peccatorum reuocatione. Sed forte dicet aliquis grauis peccator. Certe ista libenter audio potius quam eos qui tam rigidā faciunt dei iustitiam tanquam non esset misericors. Confido ergo quod quantumcunq malus fuero tandem erit mihi ipse dominus propicius & misericors. Audiat igitur talis presumptor & intelligat q assidue peccantium non miseretur de9 xcij. di. dyaconi sunt. Caueat ergo ne sit de numero assidue peccantium. ne tandē sit de numero eorum quibus nunquam misereretur dominus.

¶ Secūdo dei misericordia est maior scilicet in desolatoruz et

afflictorum consolatione ipsa enim est que cōsolatur desolatos homines in omni tribulatione sua. Propterea hanc petebat Dauid cum aiebat. Fiat misericordia tua vt consoletur me. Nō aūt dicit: fiat misericordia tua vt omnē tribulationez auferat a me: qz tribulatio plerunqꝫ cedit ad purgationem ꝛ profectū hominis. sicut patuit in Job/in Paulo/in Tobia/in Dauid ꝛ similib⁹. Sed tantum dicit vt consoletur me. Solent enim tribulati ꝛ afflicti frequēter tristari. remissos habere aīmos torpescere in bono opere seu languescere: ꝛ qz sepius neminē inueniūt consolatorē in [illegible]is sed potius desolatorē sicut patuit de trib⁹ amicis. Job eiusdē in plurib⁹ capitulis: qđ etiā pulchre deducit Boetius de cōsolatione. lib. j. prosa. iij. Ideo ꝯsolatorē requirūt de celis dicentes. fiat misericordia tua vt cōsolet me vt em̄ dicit. ij Paralip. x. Cū ignorem⁹ quid agere debeamus hoc solū residui habemus vt oculos nostros dirigamus ad dn̄z. Nec quidē frustra qz vt inqt Psal. Ipse dn̄s multe mie est oībus inuocātibus eū. Dicat ergo desolatus clamando ad dn̄m ꝓ misericordia dicat ꝛ afflictus illud Psal. Miserere mei dn̄e miserere mei: quoniā in te cōfidit aīa mea. Bis autē dicit. Miserere qz verus penitēs debet a dn̄o misericordiā poscere ꝓ remissione dupliciū peccatoꝝ scz cōmissionis ꝛ omissiōis. Reddit aūt causam quare exaudiri debeat cū subdit quoniā in te cōfidit anima mea. Sed aduertē dum ꝙ quāuis cōfidere debeamus de dei misericordia. Non tamen obliuioni tradenda est eius iustitia. Dicūt enim nonnulli ꝙ aries per medium annuz iacet ꝛ dormit super latus dextrum ꝛ per aliū mediū annum super sinistrum. Et ita equaliter dormit super vtroqꝫ. Ita et nos equaliter debemus iacere super latere dextro ꝑ cōsiderationem diuine misericordie: ꝛ equaliter super sinistro ꝑ cōsiderationem sue iustitie. vt per consideratione sue immense misericordie ad bonum prouocemur ꝛ per consideratione sue rigorose iustitie a malo retrahamur. Sed istud parū attendunt multi. graues peccatores de dei misericordia magis presumentes ꝙ̄ sperantes. Iustitiam autem eius parum aut nullo modo attendentes tanꝗ̄ si non esset deus iustus sed tātum misericors. Cum tamē dicat Psa. Duo hec audiui quia potestas dei est scilicet ad puniendum secundum rigorē sue iustitie ꝛ ibi domine misericordia. videlicet ad remittendum peccata ꝛ ad premiandum bona opera. Sileant ergo illi peruersi homines qui dicūt quod deus non fecit eos vt illos perderet sed saluaret totum attribuentes diuine misericordie ꝛ nihil sue iustitie contra quos loquitur scriptura. Eccli. v. dicēs Ne dicas miseratio dei magna est multitudinis petōrum meoꝝ miserebitur. q. d. Nō pecces sub hac stulta fiducia ideo sequitur. Misericordia enim ꝛ ira ab illo cito proximat. misericordia quidem super bonos.

ira autem super malos. ideo sequitur. Et in peccatores respicit ira illius. Notanter autem dicit. cito quia vt habet Deuteronomie. xxxij. Iuxta est dies perditionis: et adesse festinant tēpora. Deinde infert. Nō tardes cōuerti ad dominum: et ne differas de die in diem: subito enim veniet ira illius: et in tempore vindicte disperdet te.

¶ Tertio dei misericordia est maxima in peccatorum ad penitentiam et morum emēdationem longa expectatione. Unde Esaye. xxx. Expectat dominus vt misereatur nostri. vnde Gregorius super Ezechie. omel. ix de dei misericordia loquēs sic inquit. Ecce omnipotens deus iniquitates iudicans iam priores nostros propter sua peccata abstulit: iam ad iudiciū vocauit nos adhuc ad penitētiam expectat ad reuertendum sustinet. Et qui in illis iam iudiciū exercuit nobis sue patiētie lōganimitatem prorogat ne cum nostris priorib9 perdat dicēs. Si forte audiant: si forte quiescant: quia domus exasperans est: scilicet anima i peruersitate sua manens: et dei misericordiam cōtemnens. vnde Hieronymus ad rusticum episcopum et recitatur in decretis distinctione. xciij. Dyaconi sunt. Dicit q moderatio dei ac pietas solum nostrū reditum querit: ac nos cupit lōga bonitate sua saluari. Patiens enim (inquit psal.) est dñs: scilicet expectādo ad penitentiam et multe misericordie: videlicet ad eum redeuntibus. vnde Grego. super Ezech: omel. xi. satis ad propositum ait. Misericors deus tēpus nobis ad penitentiā relaxat: sed cū patientiā sue gratie vertimus ad augmentū culpe: hoc ipsum tempus qđ ad parcendū pie disposuit districtius ad feriendū vertit: vt qr reuerti quis etiam spacio temporis accepto noluerit: per hoc mala sua ad reatū augeat: per quod ea diluere potuit si cuerti voluisset. hec ille. Et ad suum propositum adducit illud verbum Apostoli. Romano. ij. dicētis. Ignoras quoniam benignitas dei ad patientiam te adducit. Audiāt ergo aurib9 obstinati peccatores et corde timeāt qđ infert Paulus. Secundum (inquit) duritiam tuam et cor impenitens thesaurizas tibi iram in die irē et reuelatiōis iusti iudicij dei: qui reddet vnicuique secundum opera eius. Ubi notandum secundum glo. ordi. q ille dicit thesaurizare sibi irā: qui accumulat sibi vindictam deterius peccando. Uel quem deus expectat ad penitentiam (secundum dominum Cardi.) et tamen non penitet: sed deterior efficitur. Talis enim propter suam ingratitudinem maiorem meretur penam: que sibi retribuetur in die ire et reuelationis iusti iudicij dei. Quod quidem iudicium iuste dicitur dies reuelationis: quia tunc reuelabuntur et manifestabūtur occulta cordium. Tunc autem reddet vnicuiq secundū opera eius. Nunc enim vt dicit eadem glos. ordi. non reddit dñs vnicuiq secundū opera eius: maxime cum erga iniquos larga sit eius bonitas. Sed in fu

turo reddet mala ꝑ malis quã iniustus: et bona pro malis: sicut cet pene quoniam bonus ⁊ iniustus: sed mala pro bonis nũquã reddet: quoniam iniustus non est. hec ibi.

D ¶ Quinta autem sit dei misericordia in pctõꝝ expectatione simul ⁊ gratiosa eorundem in pnie receptione sequens exemplũ declarat. Legitur enim in historia scholasticis: et hoc idem refert dñs Anthoninus florẽtin⁹ in sua cronica pte. i. titu. vi. ca. vi. §. i. qꝫ cũ btũs Johannes euangelista conuertisset ad xpi fidẽ quẽdã pulcherrimũ iuuenem apd Ephesum: inde exiẽs tradidit illũ epõ ciuitatis sub deposito. Eps ergo de ci⁹ bonitate nimis confidens parũ attẽdebat ad eius conuersationem. Unde non multo post dictus iuuenis secut⁹ est societates pessimas: ⁊ peior quã antea effect⁹. Intantum qꝫ relicta ciuitate petiuit nemus quoddam et ibi princeps latronum est factus. Rediens ergo btũs Johannes ephesum: requisiuit ab epo depositum sibi traditũ. Qd cum ipse non intelligeret cogitãs de deposito pecuniali. Ait illi vir dei Johannes. Illuz quero iuuenem quẽ dudũ tibi cõmẽdaui. Cui ille cũ lachrymis dixit. O pater ille mortuus est i aĩa: ⁊ i tali loco est princeps latronum. Qd verbũ audiẽs Joẽnes pugnis se cedebat vestem scindẽs pre dolore de perditione iuuenis dicens epo. Bonum custodẽ te reliqui aĩe fratris. Mox ergo iubet equum sibi parari: et locũ in quo morabatur sibi edoceri. Ad quem accedẽs statim assunt latrones: quib⁹ cõstãter ait iohannes. Ego quero dñm ⁊ capitaneũ vestrum: rogo ducite me ad illũ. Quod cum fecissent adest iuuenis q̃ a longe vidẽs sctm̃ dei viruz maxima verundia ⁊ confusione ductus cepit fugiendo velociter retrocedere. At vir dei Johannes vrgens equum calcarib⁹ eum insequitur clamãs ⁊ dicens. O fili: quare fugis patrem tuum senem ⁊ inermem? Expecta me: ego pro te reddã rationem dño / et veniam tibi impetrabo si modo tuum delictum recognoscas. Ad que verba iuuenis compunctus venit ad patrem et ad genua eius ꝓuolutus cum amarissimis lachrymis veniam postulabat. Cunqꝫ manum occultaret cuz qua plura fecerat homicidia: Johannes illam accipiens osculabatur confortans et fiduciam prestans de venia penitenti. Reductus itaqꝫ Ephesum atqꝫ ad mandatum Johãnis penitentiam agens: postremo homo sãctus fact⁹ est. hec ibi. Ex hoc aperte patet magnitudo diuine mĩe que non per mensem aut annum sed ꝑ multa temporum curricula pctõres ad pniam patienter expectat. Sed caueãt sibi pctõres. Nã quos de⁹ diuti⁹ ad pniam expectat: non conuersos duri⁹ dãnat scdm̃ Gregorium.

¶ Lectio. xlix.

¶ Et secundum multitudinem miserationum tuarũ dele iniquitatem meam.

¶ Postq̃ in precedenti lectione penitens imprecatus est magnam misericordiam dei miserantis: consequenter in hoc versu ostendit rationem hui⁹ imprecationis ex parte sui indigentis: ibi. Dele iniquitatem meam. q.d. Ideo imploro tuaz magnam miam vt tu deus deleas magnam iniquitatem meam. Dicit ergo penitens ad dominum. Et secundum multitudinem miserationum tuarum: que scilicet superant quãlibet multitudinem peccatorũ meorum. Dele iniquitatem meam. ita vt nullũ remaneat vestigiũ Sic eñ exponit glosa interl. Sed forte dices. Miseratio dei est ipse deus qui est vnus & simplicissimus: non ergo cõuenienter dictum est pluraliter. Et secundum multitudinem miserationum tuarum Responsio: q̃uis miseratio dei vna sit ex parte miserentis: multiplex tamen est ex parte effectus seu eorum quibus miseretur. Non ei solum semel miseretur de⁹: sed totiens quotiens rogatur pio affectu & corde sincero: scd̃m illud Eze. xviij. In quacũq; hora ingemuerit pctõr omnium iniquitatum eius. &c. Unde de pe. di. i. Multiplex. dicit textus Multiplex mia dei ita lapsib⁹ humanis subuenit: vt non solum per baptismi grãm: sed eti per pnie medicinã spes vite reparetur eterne Ubi glosa exponẽs illd̃ verbũ Multiplex: dicit multiplex. i. multipliciter subueniens: alias natura simplex est dei misericordia. Propterea de pe. di. iij. circa principium adducũtur multe auctoritates que videntur sonare penitentiam non posse reiterari: que postea pulchre soluuntur vt in ca. q̃uis. §. Hac auctoritate. Item. §. Illud aũt. Item capi. Septies. Nec intelligas idem esse miam & miseratiõẽ Si enim id emessent superfluũ esset in hoc versu de miseratione mentionem facere: ex quo i precedenti de misericordia sermo habitus est cum dictum est Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam Sic itaq; secundum Greg. differunt. Misericordia nempe affectum miserentis denotat Miseratio vero ipsam misericordie exhibitionem significat: ita vt vnum affectum dicat [illegible] quum actum Si enim idem o[illegible] uno significarent frustra & nugatorie dixisset psal. in alio passu. Misericors & miserator dominus. Scire (inquit Grego.) d[illegible]hemus quia nemo insanabilis [illegible]est qui sibi sanus videtur. Illud enim est clarum venture salutis iudicium: si incipit homo cognoscere semetipsum Talis fuit [illegible]uid cum multitudinem miserationum diuinaruz querebat. Dicat ergo cum eo peccatõr. Secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam Immẽsas siquidem & innumerabiles mũdo exhibuisti miserationes quando genus humanum de seruitute diabolice tyrannidis eripuisti [illegible] a peccatis suis in sanguine tuo electos lauisti. Lauet igitur queso sanguis iste peccatorum meorum maculas qui totius mundi potuit delere offensas. Non postulo a

te aurum neq argentum: non peregrinas merces de remotis terrenarum regionum multo ad nos discrimine delatas Sed quod his omnibus est precio sius et prestantius remissionē peccatorum expeto meoꝝ: dicens cum regio propheto tuo David. Et scdm multitudinez miserationum tuarum. ꝛc.

A ¶O ꝙ magna est multitudo miserationum tuarum dñe deus quas olim impertit⁹ es ꝛ indies impertiri non desinis pauperibus peccatoribus. Uenit enim Maria magdalene ad pedes tuos o bone Jesu lachrimis eos lauit: capillis capitis sui tersit: et oia ei indulgendo in pace ipsā remisisti: hec est ergo vna miserationum tuaꝝ domine. Petrus te negauit: ꝛ cum iuramēto detestatus: eū respexisti: et mox amare fleuit: ei indulsisti: atq principē collegij apłoꝝ tuorū eum confirmasti: cuz sibi dixisti. Pasce oues meas: hec est etiam vna miseratio nū tuaꝝ. Latro in cruce vnico verbo saluatus est. Paulus in persecutionis feruore vocat⁹: statim spū sancto repletus est. Mulier illa chananea perseuerāter post te clamauit: et ei dixisti. Fiat tibi sicut vis. Mulier deprehēsa est in adulterio et ei dixisti. Mulier ego te non condemnabo: vade ꝛ amplius noli peccare. He sunt eñ miserationes tue o bone iesu: quas si omnes numerare vellem deficiet michi tēpus oīe. Quot enim peccata remisisti: quot penitentes iustos fecisti: tot miserationes exhibuisti. Ueniant omnes iusti siue qui in celo regnant siue qui in terris ambulant ꝛ interrogentur a te si in fortitudine sua ꝛ proprio merito mīam sunt consecuti. Et certe oēs vna voce clamabunt ꝛ dicent Non nobis dñe nō nobis sed nomini tuo da gł'iam sup mia tua ꝛ veritate tua Nec enim hi omnes qui tecum sunt in celis (teste regio propheta dauid) in gladio suo possederunt terram illam celestem ꝛ brachium eorum. i. propria virtus seu meritum non saluauit eos: sed quid? Certe dextera tua ꝛ brachium tuum: et illuminatio vultus tui: qm̄ complacuisti in eis. Dñs petrus de palude exponens hunc passū in sensu allegorico dicit: quod tunc multitudo miserationū dei apparuit in mundo quando dei filius descendens de celo susceptus est in virginis vtero. He autem miserationes tūc exhibite generi humano fuerunt nature humane reparatio: peccatorum remissio: gratiarum largitio: celi apertio: Iferni spoliatio ꝛ hmōi. Quas quidem miserationes summopere optabat toto cordis desiderio dauid cuz dicebat ad dominum. Ueniant michi miserationes tue ꝛ viuā sub. vita gratie in presenti: et tandem glorie in futuro. Tunc ergo secūdum multitudinem miserationum suarum deleuit dei filius quantum in se fuit iniquitatē oīm hoīm. Diabolus nāq scripserat peccatum Ade ꝛ omniū hominum stilo et scriptura indelebili via humana: scdm qđ scriptū est Hiere. xvij. Peccatum iuda in stilo ferreo in vn-

gue adamātino.i.in lapide sic dicto.q.d. Sicut illud qđ scribitur cū stilo ferreo in lapide adamātino nō deletur. postea ita ⁊ pctm̄ Ade non potuit deleri aliter quam per christum secundum illud Collo.ij. Delens quod aduersus nos erat chirographum decreti quod erat contrarium nobis. Et ipsū tulit de medio affigens illđ cruci. Chirographum em̄ est / littere que solēt fieri in memoria alicuius contractus: et in proposito significat obligationem pene eterne ad quam obligauerat Adam totam suā posteritatē. Sed hmōi chirographum tulit xp̄s de medio.i.de mūdo affigēs illud cruci q2 in morte xp̄i mortuū est peccatū et i crucifixione dn̄i crucifixū. Et de hoc lōge ante prophetatum fuerat Esa.xliij. Ego sum (inquit dominus) qui deleo iiquitates tuas propter me: et nō supple propter merita tua. Uel propter me.i.ad honorem nominis mei. De tanto itaq; beneficio exsoluamus deo debitas gratiarum actiones: et dicat vnusquisq; nostrum ad dn̄m illud Esaye.lxiij. Miserationu; dn̄i recordabor scilicet corde diligendo: ore laudādo: opere bona faciendo.

B ¶ Notandum est ergo iuxta hunc textum. Et scđm multitudinem miserationū tuarū: quod sex sūt dei miserationes quas pro parte ponit deuot⁹ Bern̄. sermone.lxxxviij. verum ꝙ ponit septem sed sextam et septimam sub vna comprehendere possumus: vt habeamus nostrum numerum senariū.

¶ Prima igitur dei miseratio est preseruatio ab infinitis pene malis que committi poterant. Quis (inquit ipse Bern̄) non videat quod sicut in multa cecidi: sic ⁊ in alia poterā cecidisse peccata nisi omnipotentis pietas me preseruasset/ fateor ⁊ fatebor nisi quia dominus adiuuit me paulominus cecidisset in omne peccatū aīa mea. Item Augustinus. Oīa peccata sic habēda sunt tanq; dimittātur: a quibus deus custodit ne cōmittātur. Iusti itaq; merito debent attribuere diuine mie ꝙ non precipitātur per multa scelera in que vidēt multos precipitatos: maxime pensata hostis antiqui astutia ⁊ inuidia Non enim minus immo verius dixerim magis nititur eostentare ⁊ eis aduersari atq; ad peccatum attrahere: quā graues peccatores. Dicant ergo iusti grās agentes dn̄o illđ Tren̄.iij. Mie domini quia non sumus consumpti scilicet hostiū insidijs: delectationibus seculi: infirmitate carnis vt dicit glo.ordinis. Non ergo talia ⁊ similia attribuenda sunt proprijs meritis sed miserationibus de multis. Propterea dicunt doctores quod deus facit maiorem misericordiam iusto preseruato quam impio iustificato: maxime quantum ad qualitatem doni. Maius siquidem beneficium est preseruare aliquem ne in lutum cadat: quam iam lapsum releuare a luto: et ideo maior mia facta est beate virgini preseruate: quam magdalene iustificate. Et similiter Jo

hanni in innocentia conserua to: quam Petro ad penitentiã recepto. Non ergo debent iusti peccatores contemnere instar pharisei. Instar etiam illius monialis que dicebat nõ velle intrare celum sicut magdalena: que propter suam arrogantiam nõ multo post grauis peccatrix effecta apostatauit & vitam miserabiliter finiuit Propterea iustos admonet aplus. i. Cor. x. dicens. Qui se existimat stare videat ne cadat Et. i. Cor. iij. Considera temet ipsum ne & tu tenteris. Itẽ ad magnam dei misericordiam ptinet quod miser peccator nõ sepius peccet Uel quod nõ trahatur a demone ad multa alia nephanda & abhorrenda peccata. Quomodo enim a quocũqȝ pctõ abstinere possent nisi deo preseruante et miserante: maxime cum sint omni virtute & gratia destituti: demonibus in penã priorum peccatorum iam subiecti: et ad resistendum debiles effecti. vñ Aug. in scdo libro confessionum. Mie tue & grẽ deputo o bone deus quecũqȝ non feci mala: quid enim facere non potui michi derelictus. Nam mihi dimissa esse fateor: & que mea sponte feci mala: et que te duce non feci. Tu itaqȝ qui aliquibus humane fragilitatis peccatis subiacuisti: vel subiaces pro presenti grauiora scelera exhorrens vtpote homicidium non perpetrasti: res alienas nõ rapuisti: agros et domos proximorum non incendisti: virgines & viduas violenter non oppressisti ydolatriam non incurristi: et his similia mala non cõmisisti. Hec et singula peccata non nisi dei gratia et munere vitare potuisti. Ex te enim talibus neqȝ resistere: neqȝ ea vitare potuisti: nisi gratia dei tecum fuisset.

¶ Secunda dei miseratio est pene dissimulatio: que quidem miseratio non potest sermone explicari: quam benigna sit: qȝ libera: quam gratuita. Ego inquit Bernardus peccabam et tu dissimulabas: non continebam a sceleribus: et tu abstinebas a verberibus: prolongabaȝ ego multo tempore iniquitatem meam: et tu domine prolõgabas pietatem tuam. Quãdoqȝ enim deus differt punire peccatorem expectãs eius penitentiam. Non eñ aliter quam inuite aliquem damnat: qȝ nõ delectatur in sanguine seu in pena deliquentium peccatorũ Unde Sap. xi. Misereris omniũ dñe qm oia potes: dissimulans pctã hoim ppter pniam. Notanter aũt dicit dissimulans peccata hoim: potius quã angelorum: quia homo naturam habet fragilem: eo quod caro est: angelus autem naturam habet stabilem quia spiritus est: et ideo potius miseretur deus homini peccanti: qȝ angelo ruenti. Nõne qso benignus deus multo tpe dissimulauit punire mundũ per aquas diluuij: qñquidẽ nũciari et fecit dicẽs. Erunt dies illius scȝ hois centũ viginti annorũ: p hec eñ vba ipe dñs dabat hoi inducias et locũ pnie: vt dicit gl. tã ord. qȝ interl. Sed qȝ in malitia hoies pseuerauerunt

ideo ante prefixum terminum
centeſimo anno delecti ſunt: vt
dicit Dominus Hugo. Card.
Nonne etiam multo tempore
diſſimulauit exterminare. Pha
raonem cũ ſuo exercitu in ma=
ri rubro: quandoquidem tot ⁊
tantis ſignis eum ad peniten=
tiam vocauit. Non enim vt in=
quit Auguſt. vno die aut men
ſe: ſeu anno ſigna in egypto fa
cta ſunt: ſed per ãnos forte de=
ceni aut plures. Nec tantũ de=
cem plagis eum vocauit ad e=
mendationem vite: ſed multis
aliis: ille tamen decem princi=
pales fuerunt. Quid deniq́ re
feram de miſeris Judeis quos
dominus expectauit diſſimulã
do eorum penam: propter ne=
cem mortis chriſti annis qua=
draginta duobus. Sed tandẽ
videns eorum obſtinationem
non valens vltra diſſimulare:
miſſo mirabili exercitu perdi=
dit homicidas illos. Et breui=
ter in hanc vſq́ diem non ceſ=
ſat piiſſimus dominus expecta
re homines ad penitentiam: et
diſſimulare eorum damnatio=
nem. Sed nouerint miſeri pec=
catores ꝙ nõ ſemper ſic faciet:
ſed veniet in breui vna hora in
qua clamabit et dicet illd Job.
iij. Nonne diſſimulaui: nonne
ſilui: nonne quieui. Diſſimulat
namq́ piiſſimus dominus ad
penitentiam expectando: ſilet
neminem accuſando: quieſcit
vero iram ſuam mitigando et
differendo: ſed non ſic ſemper
faciet: quinimmo veniet tem=
pꝰ in quo vt mulier parturiens
loquetur / et clamabit contra
eos.

¶ Tertio miſeratio dei om̃ipo
tentis: eſt dulciũ in amara im=
mutatio. Uiſitauit dei miſera=
tio inquit Bernar. cor meum ⁊
immutauit: vt amara fierent q̃
valde dulcia prius erant.

Jſtud manifeſte apparet in ve
ro penitẽte: qui incipit abhor=
rere quicquid ei prius peccan
do tanquam mel in ore dulce
erat. Nã ſicut mulier pregnãs
plerumq́ ciborum guſtum im=
mutatum habet. Jta vt dulcia
frequenter abhorreat: et ſola
amara atq́ punitiua concupi=
ſcat: in illiſq́ delectetur. Sic et
de miſericordia cooperante / ve
re cõtritus deteſtatur quicquid
prius ſapidum inuenerat ⁊ de=
lectabile ſenſui ſeu carni.

Et hec vocatur mutatio dext
excelſi: quia nõ eſt opus homi=
nis: ſed dei miſerãtis. Propter
ea de penitente poteſt dici ad
literã quod dictum eſt de Sau
le: poſtquam fuit a Samuele
inũctus in regem. Ecce muta=
tus es i virum alium. j. Reg. x.
Jtem de hac mutatione figura
legitur. ij. Regum. xiij. vbi dici
tur ꝙ Amon filius Dauid poſt
quam vel oppreſſit thamar ſo=
rorem ſuã eam exoſam habuit
odio magno nimis: ita vt maiꝰ
eſſet odiũ quo eam oderat amo
re: quo ante dilexerat. Jta ⁊ pe
nitens plus debet dolere de cõ
miſſa offenſa: quam fuerit dele
ctatus in perpetrata culpa: ſe=
cundum illud Deutro. xxv.
Pro menſura peccati erit ⁊ pla
garum modus. Jtem Apoc.
xviij. Dicitur de vero peniten=
te ſiue de corpore laſciuiante.
Quantum glorificauit ſe et in
deliciis fuit tantum date ei tor
mentum et luctum. De hac ita

que gloriosa et salubri mutatio ne scribitur Prouerbiorum.xxvii Anima esuriens: scilicet dei gratiam et misericordiam: amarum pro dulci sumet: amarum inquam: id est amaritudinem penitentie sumet pro dulci: id est dulcedine peccati: ita vt merito possit dicere illud Ruth.primo amaritudine repleuit me omnipotens.

¶ Quarta dicit miseratio ergo pauperem peccatorem de peccatis dolentem est benigna et gratiosa receptio. O quam magna inquit Bernard. miseratio tua deus: quia me penitentem misericorditer suscepisti: vt in eorum numero inuenirer. De quibus Psal. Beati quorum remisse sunt iniquitates: et quorum tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum. Hec autem gratiosa penitentis a deo patre receptio prefigurata fuit in filio prodigo. de quo dicit Luc. xv. quod pater amplexans osculatus est eum iubens primam stolam afferri et illum indui cum annulo in manu et calciamentis in pedes ipsius. Unde quam benignus et misericors sit dominus in receptione peccatorum ad gratiam sequens declarat exemplum.

C ¶ Legitur enim in vitis patrum quod erat quidam sanctissimus pater in desertis egyti habens sororem in ciuitate proxima meretricem que fuerat occasio perditionis multarum animarum. Quod attendens frater ille/ venit in ciuitatem vt eam reuocaret a perditione. Cumque nunciatum illi fuisset fratrem venire: ipsa eidem obuiam citove nit. Cui ipse ait. Soror mea charissima parce anime tue. quoniam multi propter te pereunt. Heu quomodo poteris sufferre amara illa et eterna tormenta? Illa ergo contremiscens dicit ad eum. Heu mi frater nunquid adhuc salua esse potero. At ille. Utique si volueris. Ipsa ergo cum multis suspirijs prosternebat se ad pedes illius/ petens vt eam in desertum secum duceret pro penitentia peragenda. Cumque eam in desertum locum secum duceret/ non multo post inuenit eam mortuam. Illud refert fratribus rogans vt intercedant apud dominum pro paupere peccatrice. Quod cum fieret cuidam reuelatum est penitentiam eius a domino fuisse suceptam pro deuotione cordis sui. Et ideo animam eius ad celestem gloriam fuisse assumptam.

D ¶ Similiter legitur in predicto libro quod fuit quidam dyaconus nominatus in quodam monasterio egypti. Contigit autem quendam curialem cum sua vxore ad dictum monasterium declinare causa refugij: eo quod insequebatur a iudice. Quo pendente tempore dictus Dyaconus cognouit vxorem eius et sic facta est omnibus fratribus confusio magna. Ille ergo abijt ad quendam senem indicans ei rei veritatem. Senex autem habebat occultam cellam interiorem: quam cum vidisset dyaconus predictus dicit ei. Sepeli me hic sic viuum: et non indices cuiquam. Ille ergo intrauit obscura loca celle predicte et ibi egit veram peni-

tentiã. Cõtigit aũt vt post multa tẽpora non ascenderet aqua de flumine Nyli. Cũq; omnes letanias facerent reuelatũ est cuidam sanctorum: ꝙ nisi veniret dyaconus qui absconditus erat apud talem senem nõ ascẽderet aqua fluminis. Cũ ergo hoc audissent mirati sunt: ⁊ venientes eiecerunt eum de loco in quo erat: et orauit et ascendit aqua. Ecce quam mirabiliter dei misericordia peccatores penitere volentes recipit benigne et gratiose.

¶ Quinta dei miseratio est a recidiuo preseruatio. Per tuã inquit deuotus Bernar. miserationem dñe deus mihi deinceps continendi: et emendati⁹ viuendi prestitisti virtutẽ ne recidiuũ paterer: ⁊ esset nouissim⁹ error peior priore. Cũ enim ille astut⁹ hostis plus solito infestet penitentes: sicut custos carceris captiuum fugientem: quis posset laqueos eius fugere quem non tueretur dei miseratio magna? Certe nemo.
Scriptum est enim de vero penitente: quando in circuitu ei⁹ hostes eius. i. Tren. Et in psal. In circuitu impij ambulant.
Sed q̃ impij: nisi demones iniqui? qui non cessant circuire: seu circumuolare penitentes: vt vt eos recidiuare faciãt: et vt sic fiat error peior priore?
Sed quale remedium.
Profecto clamandum est ad dominum dicendo illud psal.
Tu autem domine ne longe facias miserationes tuas a me: misericordia tua ⁊ veritas tua semper susceperunt me.
Ratio autem inquit penitens quare peto miserationes tuas non longe fieri a me, hec est.
Quoniam circundederunt me mala: quorum non est numer⁹.
Hec autem mala: sunt varia demonum tentamenta: et remissa peccata de quibus propter in illis assuefactionem tẽtat diabolus penitentes. Dicat ergo penitens ad dominum cũ psal. Nisi quia domin⁹ adiuuit me: videlicet a recidiuo preseruando: paulominus habitasset in inferno: id est in peccatũ quod est quasi paruus infernus, recidiuasset anima mea.

¶ Sexta miseratio domini est gratia perseuerendi in bono ꝓposito. Non enim omnibus bene inchoantibus data est gratia hec perseuerendi. Ecce enim lucifer bonum habuit initium: sed non multo post pessimum exitum. Quid enim referam de Saul: de quo leg. i. Reg. ix. ꝙ nõ erat de filijs israel vir aliq̃s melior eo cui⁹ tamen finis lõge dispar fuit ab eius principio? Pertranseo sapientem Salomonẽ et similes propterea bene loquitur Grego. secũdum ꝙ recitatur de pe. di. ij. Incassum dicens: ꝙ incassum bonum op⁹ agitur: si ante vite terminum deseratur. Quid enim ꝓficeret: si arbor flores et fructum multum produceret si fructus in arbore vsq; ad maturitatem deditam non permaneret? Sic ꝓculdubio parum homini proficit si fructum bone operationis incipit: nisi per diuturnam perseuerantiã maturetur. Unde deuotus Ber. in quadã epistola dicit: ꝙ perseuerantia est vnica regis filia: finis virtutũ

et consūmatio meritorum: sine qua nemo videbit faciē patris celestis: cui soli repromittitur gloria celestis: dicente christo Matthei.x. Qui inquit perseuerauerit vsqȝ in finem hic saluus erit. Studeamus ergo esse de numero perseuerantium: si velimus esse de numero saluandorum.

¶ Lectio.l.

¶ Amplius laua me ab iniquitate mea, & a peccato meo munda me.

¶ Postquā in precedēti lectione penitens instanter petierat iniquitatē suā deleri ex dei misericordia consequēter in hoc versu petit a domino modū remissiōis illius: quia per modū lotionis dic. Amplius laua me ꝛc. Quod quidē verbū exponi potest multipliciter. Primo quidem de ablutione circunstātiarum peccati. Dupliciter quidē contingit peccatū aliquod aggrauari. Primo quidē ꝑ gen⁹ peccati. Secundo per circūstātias illius: per gen⁹ quidē: sicut grauius est furari: ꝙ mentiri: ꝛ similiter occidere ꝙ furari. Per circūstantias aūt sicut occidere furari et adulterari in loco sacro est graui⁹ ꝙ in loco nō sacro similiter percutere clericū est graui⁹ ratione circūstantie ꝑsone ꝙ percutere laycū. Itē peccare in die festo est grauius ex hac parte quam in die non festo: et sic de alijs: Uerus itaqȝ penitens non solum petit peccatum suum deleri: quantū ad ipsum genus peccati: sed etiam quātum ad circunstantias. Et hoc est amplius lauari ab iniquitate sua quam quo ad gen⁹ peccati. Dominus Hugo card. refert ly (amplius) ad hostias legales: que lauabant exterius sed non interius: lauabant corpus sed non animam. Nam vt dicit. Apoc. Heb. x. Impossibile est sanguine hircorū aut taurorum aufferre peccata. Penitens ergo in lege gratie petit a dn̄o amplius lauari quam lum lauarentur per suas hostias Judei: et hoc est lauari interi⁹ in anima per spiritussancti gratiam seu sacramentalem absolutionem. Judei enim lauabāt quod deformis erat tantum secundum quod illis improperauit christus Matthei vigesimo tertio. At vero deuoti et veri christiani lauant quod interius latet malum. Uel ly amplius respicit penam. Penitens ergo non solum petit lauari a culpa, quod magnum est: sed ꝛ a pena quod est maius, saltam vna cum culpa, ideo dicit amplius laua me domine. ꝛc. Uel sic secundum glo. ordi. Amplius laua me domine. vt nō modo culpam operias: sed etiam reatum voluntatis abstergas, vel amplius laua me ꝛc. quam supple petere intelligam vt dicit eadem glo. Uel ampli⁹ laua me quā alios eo ꝙ plus indigeo quia immūdior per peccatum: quia ergo ampli⁹ peccaui secundū illud. ij. parali. vlt. peccaui super numerum harene maris et multiplicate sunt iniquitates mee. ideo peto amplius lauari. Tu

itaq; domine de⁹ omnipotens qui solus potest facere mundū de immundo conceptum semine: et de peccatoribus iustos facis et sanctos, laua me amplius quam merui pro magnitudine misericordie tue. laua inquam pedes affectionū mearum depravatarum sicut olim lauisti pedes discipulorū tuorum. Item laua manus ab operationibus malis vt si fuerint sorditate per contactum mali operis tua misericordia purgētur laua caput meum a cogitationibus iniquis que sunt sine intellectu (laua) corpus meum a corruptione carnis (laua) oculos meos ab aspectibus impudicis (laua) os et linguam a verbis mendacij (laua) aures meas ab audientia aliene diffamationis (laua) ergo me integraliter: vt ineternum partem habere merear tecū: quia scio: q̄ nullus nisi omnino mund⁹ potest tecum habitare in celestibus. Legi enim Apoc. xxi. q̄ nihil coinquinatum aut abhominationem faciens intrabit in illam celestē hierusalem. Ut ergo illic tandem intrare merear: (Amplius laua me domine ab iniquitate mea) Sed que sunt iste aque quibus lauamur ab iniquitate. Respondet Greg. q̄ dona sunt spiritussancti: que quasi torrens de supernis venientia: sicut electorum corda vt germinent irrigant: ita etiam ab omni inquinamēto carnis: et spiritus emundāt De quo quidem torrente scriptum est in ps. Fluminis impetus letificat ciuitatem dei. Penitēs ergo qui semel fuerat lotus in aquis sacri baptismatis petit iterum lauari aquis compunctionis: et hoc amplius q̄ in baptismo. Quia enī sordes actualium scelerum ampli⁹ maculant: quam culpa originalis ideo amplioribus et abundantioribus aquis deleri debent. Dicat ergo corde contritus ad dominum. Ampli⁹ laua me domine ab iniquitate mea. Ita vt nullum peccati vestigium: seu reliquie remaneant in me.

A ¶ Sequit̄ et a peccato meo munda me. Sed forte argues nugatorium esse prophetam. idem enim videtur dici ab iniquitate lauari: et a peccato mūdari. Respōsio et duo si p̄dicta quandoq; pro eodem capiantur multum tamen differunt. Iniquitas eñ que dicitur quasi non equitas illam significat culpam que in proximum committitur. Non enim equum est quod contra bonum proximi perpetratur malum vt occidere furari adulterari peierare et huiusmodi. Et hec proprie iniquitates dicuntur. peccatū vero quod interpretat̄ quasi pecoris actum illam significat / offensam que non solum in malum anime operantis fit: sed et corporis cuiusmodi ē luxuria qui inquit paul⁹ fornicatur in corpus suum peccat. Similiter et qui inebriatur et huiusmodi A peccato igitur suo mūdari. est a delictis q̄ q̄s contra malū corporis sui committit purgari David autem adulteriū cū Bersabee simul in equitas fuit et peccatum iniquitas quidem quia violatio thori p̄ximi. peccatum vero quia contra bonū

corporis et anime ipsius adulterātis. Nam adulterium reddit hominem similem bestijs q̄ passim omnibus sue speciei copulantur. Propterea bene dicitur peccatum quasi pecoris actum. eo ꝙ priuat et tollit rationis iudicium et vsum. Unde et psal. homies ratione vigētes admonet vt non sequantur passiones et desideria corpis sui dicēs. Nolite fieri sicut equus et mul⁹ quib⁹ nō est intellect⁹. ¶ Circa lotionē autem seu mūdationem anime ab iniquitate seu peccato triplex potest questio formari.

B ¶ Prima igitur questio est quādo debeat se homo lauare peccato Respōsio cito debet se lauare. Sicut eniz macule in vestibus recenter contracte facilius abluūtur inueterate autem difficilius. Ita et peccata recenter commissa faciliter remittuntur que autem inueterata sunt non nisi difficulter secūdum illud. Jere. xiij. Si mutare potest ethiops pellē suam aut pardus varietates suas: et vos poteritis benefacere cum didiceritis malū. q. d. Sicut predicta immutari vix aut nunquā possunt: ita vix aut vere penitet qui peccatum duxit in consuetudinem. Et hoc significatū est in hoc qd̄ lazarus mortu⁹ et quadriduanus in monumento non nisi cum maximis lachrymis et clamore valido iesu xpi suscitatus est. Jo. xi. Un̄ puer. xxij. prouerbiū est. Adolescēs iuxta viam suam ambulās etiā cum senuerit non recedit ab ea supple faciliter quia vt dicit August. dum consuetudini nō resistitur fit necessitas. Propterea extra de consutudine. cap. Cū tanto dicitur ꝙ tanto peccata sunt grauiora quāto diutius infelicem animam detinēt aligatam. Item de regulis iuris lib. vi. Dicitur ꝙ mora sua vnicuiꝗ est nociua. Similiter ad hoc propositum facit illud Gregorij verbuz lib. xi. Moral. ca. ix. Sepe inquit nōnulli exire a prauis actibus cupiūt: sed q̄z eorūdem actuū pōdere premuntur in male cōsuetudinis carcere inclusi. a semetipsis exire non possunt. Et de hoc hystoriam habemus de alexādro magno de quo refert. Hiero. in epl̄a ad alletā ꝙ postquam factus est vir et rex potentissim⁹ non tamen potuit carere illis vitijs quibusadhuc paruulus infect⁹ fuerat per leonidē preceptorē suū. Propter quod ipse alexander dictū leonidē leonibus tradidit deuorādū. Patet ergo ꝙ nullus debet procrastinare lauare animam suam a peccato sed quantotius debet currere ad fontem penitentie et diuine misericordie ibique se plene lauare instar ciconie que si alteri a suo pari copulata fuerit cito volat ad aquam vt ibi lauetur ab immundicia sua ꝙ si talem ablutionem differret masculus superueniens naturali instinctu cito fetorē ei⁹ sentiret: atꝙ congregatis circunquaque auibus sue speciei eam decerperet. Caueant igitur pauperes peccatoresne nimis procrastinantes penitere similem seu deteriorem vltionem recipiant in die iudicij a Jesu christo.

C ¶ Secunda questio est quotiens debet se homo lauare. Respondetur ꝙ septies contra septem peccata mortalia si tamē per singulos peccauerit. In cuius figura legitur. iiij. Reg. v. ꝙ heliseus dixit naaman leproso vt iret in iordanis fluuium ibique se lauaret septies quod cum ille fecisset sanitatem recepit caro sua et facta est munda sicut caro pueri. Sic ille q̄ vadit ad fluuium penitentie lauans non semel tantum. Hoc est tantum confitens vnum peccatum et cetera subticens: sed lauans septies: videlicet de omnibus mortalibus per eum cōmissis se accusās anime sue sanitatem recepit integram ⁊ perfectam. Fit autem ista septiformis lotio virtute passiōis christi: secundum ꝙ in figura scriptum est Leui. xiiij. ꝙ sacerdos legis in mūdatione leprosi debebat occidere passerem vnum de cuius sanguine aspergebat septies illum qui mundandus erat. Ad propositum sanguis passeris est sanguis christi qui dicit per os dauid. Factus sum sicut passer solitarius in tecto. Uirtute itaque huius sanguinis mundamur a peccatis.

Non enim inquit paulus Hebre. ix. sine sanguinis effusione fit remissio peccatorum. Leprosus igitur peccator si septies peccauerit mortaliter septies isto sanguine aspergi debet q2 non valet apud deum dimidiata confessio nec dimidiam solet penitentibus dare veniam.

Plenam enim dat veniam vel nihil.

D ¶ Tertia questio est qualiter faciēda est ista ablutio peccatorum. Respondeo ꝙ debet fieri ad instar ablutionis corporalis. lotrix enim volens bene purgare lintheamina solet tria adhibere scilicet cineres aquam calidam ⁊ postremo baculum cum quo ea percutit in aqua munda vt immundiciam exire faciat ita ⁊ in proposito q̄ bene vult animam suam purgare debet primo habere cineres: id est memoriam mortis cogitando quod vna dierum oportet eum mori hora qua nescit corpus in cinerem redigi ⁊ animam ad mille demones detrudi nisi primum fuerit lota per veram confessionem in presenti: vnde Ecclesiastici. vij. memorare nouissima tua et in eternum nō peccabis. neq3 in futuro. neq3 quod in preterito commissum est saluti tue aduersabitur: quia per talem mortis et nouissimorum memoriam occasionaliter delebitur cōmissū peccatum. Illa autem nouissima que ad hoc valent sicut mors incerta iudicium iustum interminabilis gehenna. gloria eterna. De quibus Bernar. Quid horribilius morte quid terribilius iudicio. quid intolerabilius gehenna aut dulcius celesti glīa potest excogitari? Nonne per appositionem talium cinerum: id est mortis memoriam lotus est ipse rex Ezechias ab iniquitate sua? quando quidem nunciata sibi morte p Esayam prophetam. conuertit faciem suam ad parietem et orauit dominum cum fletu magno. iiij. Reg. xx. Sicut enim faciem corporis conuertit ad pa

rietem ita et faciem anime ad dominum per cordis contritionem. Quid enim sibi vult verbum illud sanctissimi Job. xlij. dicentis ago penitentiam in fauilla et cinere nisi quod mortis meditatio prouocat peccatorē ad penitentiam et ad spiritualem lotionem? lauari vis. memento ergo quia cinis es et in cinerem reuerteris. Secundo ad istam spiritualem lotionem anime necessaria est aqua calida: id est lachryme ex igne charitatis et diuine amoris. seu ex consideratione penarum inferni procedentes. Sicut enim aqua frigida non delet maculas quascunque: sed opus est eam igne accendi. Ita neque qualiscunque dolor delet iniquitatem hominis sed tantum qui ex igne procedit diuini amoris. de quo Luc. duodecimo ait saluator ignem veni mittere in terram et quid volo nisi vt ardeat? Multi enim lachrymati sūt qui tamen minime peccata sua delere potuerunt. Ecce enim esau flens misericordiam dei quesiuit. nec tamen eam inuenit teste paulo. Hebre. xij. Similiter antiochus a domino grauiter percussus orare cepit. nec tamen misericordiā est cōsecutus. ij. Mach. ix. Tertio ad predictam lotionē necessarius est baculus quo cōprimatur anima vt inde exeat virus peccati. sicut solēt ex parte lotrices res abluendas in aqua cū baculo cōprimere. Baculus aūt quo cōprimi debet anima penitentis est cordialis contritio. Immundus erat publicanus. Isto baculo compressit animam suam quando percussit pectus suū dicēs. Deus propitius esto mihi peccatori et sic lotus recessit quando in domum suam iustificatus descendit Luc. xviij. Immundus erat dauid per adulterium et homicidium. Isto baculo cor suum percussit quando dixit. Peccaui. Et sic lotus est prout audire meruit per nathan prophetam domini. Dominus inquit transtulit a te peccatum tuū. ij. Reg. xij. Immunda erat magdalena per vite lasciuiam. venit ad fontem misericordiarum et gratiarū vt ibi se lauaret. Isto baculo cor suū pcussit quando ad pedes christi pstrata vberrime fleuit. Tunc aūt lota fuit integraliter quando a domino audire meruit. Remittūtur tibi peccata Luc. vij. Et breuiter deficiet michi tempus omne. si omnes enarrare voluero quos olim pijssimus dominus lauit ab iniquitate sua et a peccato mundauit isto baculo cordialis contritionis. Nūc vero non sat est ad peccatorum remissionem pectus suū percutere nisi per orificiū oris virus expellatur de mēte p vocalem oris cōfessionem. Clamet ergo omnis peccator ad dn̄m et dicat Amplius laua me dn̄e ab iniquitate mea et a peccato. &c.

E ¶ Preterea notandū q tria sunt q̄ multū debent nos inducere ad lauandū cōsciētias nostras in fonte confesseonis seu penitentie. hec sunt.

vcʒ Scriptura.
Figura.
Natura.

¶ Primo igitur scriptura ad hoc nos hortatur vt est illud.

Esaye.i. Lauamini mūdi esto te. Sed ne credatur hoc debere intelligi de exteriori et corporali lotione, ideo subdit propheta i persona domini auferte malum cogitationum vestrarum dicit dominus. Unde christus Matthei.xxiij. reprehendit eos qui volunt apparere mundi per exteriorem ostentationem qui tamen intus in anima pleni sunt fecibus peccatorum. Ita dicēs ve vobis hypocrite: qr similes estis sepulchris dealbatis que a foris parent hominibus speciosa. intus vero plena sunt ossibus mortuorū ꝛ omni spurcitia. Sic ꝛ vos a foris quidem paretis hominibus iusti. intus autem pleni estis hypocrisi ꝛ iniquitate hec ibi. Sup quo passu dicit Chrysostomus. Dic hypocrita vt quid non vis esse quod vis apparere. Bñ ergo comparat dominus tales sepulchris Sepulchrum eñ dicitur quasi semipulchrū. tales autē sepulchri sunt: quia exterius apparent boni: sed intus sunt mali. Item ruth.iij. dicit cuilibet penitente. Lauare. et vngere et induere cultoribus vestimentis. Ubi tria precipiūtur cuilibet vere penitenti. Primum est interior mundicia qr lauare. Secundum pietas ꝛ misericordia: quia vngere scilicet per opera misericordie. Tertiū exercitatio virtuosa quia idue re cultioribus vestimentis: id est teipsum exercita in actibus optimarum virtutū. Uel indui cultoribus vestimentis est per penitentiā reparare amissa merita per peccatum semel mortificata. Sed ꝑfecto multi sunt sicut cignus. Nam et si cignus quasi assidue in aquis habitet ibiqꝫ frequenter se lauet, nihilominus caro ei⁹ semper nigra permanet eo ꝙ illa exterior lotio non penetrat interiora ei⁹ sed tantum exteriora. Sic multi christiani sepe accedunt ad fontem penitentie prout exterius apparet videlicet confitē do, lachrymādo, ieiunando, peregrinando ꝛ huiusmodi. Sed quia hec tantum exteri⁹ agunt et non interius corde perfecto et puro, ideo semper remanent nigri et immundi interius ꝛ cōscientia. Et tales sunt imitatores pylati qui volens christuz morti ad iudicare lauit manus suas coraz omni populo dicens innocens ego sum a sanguine iusti huius vos videritis. Matthei.xxvij.

¶ Secundo ad istam lotionem faciendam non inducere debet figura. Scribitur eniz Leuit.i. ꝙ cum aliquod sacrificiū dño offerebatur prius lauari debebat in aqua que i tēplo ad hoc custodiebatur. Sic ꝛ in proposito antequam sim⁹ digni presentari coram dei maiestate in celis necesse habemus prius lauare ꝯsciētias nostras i aqua expiationis: id est confessionis sacramentalis quā per expiantur vniuersa delicta. Nec soluz in morte facienda est ista lotio sed et quotiens sumus oblaturi nos sacerdotes illud diuinū altaris sacramētum deo patri secundum ꝙ scriptum est Exo. xix. Sacerdotes qui accedunt ad dominum sacrificentur ne percutiat eos, sicut supple percussit ozan secundo. Reg. vi.

Item nadab et abiu qui erant filij aaron ab igne a domino egrediente deuorati sunt eo quod indigne domino incensum obtulerunt Leuit.x. Propterea Esayas propheta.lij.ca.loquens de minis sacerdotibus dicit sic Recedite recedite exite inde exite de medio eius quasi dicat vos domini sacerdotes euangelici. si conscientia vos reprehendat de aliquo mortali delicto.cum acceditis ad mensam altaris. si absque scandalo possitis inde recedere nondum tamen inceptis diuinis officijs.tunc recedere debetis vt prius lauemini aqua confessionis et tunc redeatis completuri quod intendebatis.ideo subditur in Esaya. Mundamini qui fertis vasa domini:.i.vos sacerdotes qui habetis alijs ministrare sacramenta ecclesiastica que dicuntur vasa domini eo quod gratiam in se virtualiter continent pre ceteris debetis mundari ab omni inquinamento carnis et spiritus vel vt dicit Greg.in registro.domini vasa ferunt qui proximorum animas ad interiora:id est spiritualia producendas in conuersationis sue exemplo suscipiunt.De hac autem mundatione ecclesiasticorum loquitur gratianus post ipsum Grego.j.q.j.necesse inquit est vt munda sit manus qui diluere sordes curat aliorum.ne tacta queque deterius inquinet. si sordida sequens lutum tenet. Ad idem est c. Neque potest.vbi supra. Item quod habetur.iij.q.vij.In grauibus.

¶ Tertio dico quod ad istam lotionem faciendam nos admonet natura. Sicut patet de elephante de quo refert plinius quod postquam coijt cum sua femella/antequam redeat ad suum locum lauat se in flumine. In quo instruimur quod postquam primum maculauimus animas nostras per peccatum mox debemus currere ad fluuium penitentie. Item legitur de leena quod si semel fuerit fornicata cum pardo:nunquam deinceps audet comparere cum leone compare suo:nisi prius se lauerit in flumine. Alias leo sentiens naturali instinctu immundiciam sui adulterij ipsam leenam laceraret et occideret vt quandoque compertum est. Ad idem est de ciconia sicut supra dictum est. Unde refert Jacobus de lausanna ordinis fratrum predicatorum in summa sua de quadam ciconia: que quadam die post copulam habitam cum alio a suo compare lota non fuit propter superueniens impedimentum:et sic non lota ad proprium masculum rediit:qui aliquantulum dissimulans/ tandem adduxit multitudinem aliarum ciconiarum: in quarum presentia femellam suam que lota non fuerat interfecit. Sic spiritualiter anima que debet esse christi sponsa:si cum diabolo adulteretur per peccatum/nisi statim lota fuerit in aqua penitentie: tandem veniet velit nolit coram sponso suo christo scilicet in generali iudicio:qui tunc mirabilem de ea sumet vindictam et crudeliter exterminabit. Si vero lota prius fuerit in sacramentali confessione: tunc predicta et confessa peccata vlterius non apparebunt.

Lectio. li.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco & peccatum meum cōtra me est semper.

Postquam penitens in precedenti lectione petiuit a domino ab iniquitate lauari et a peccato mundari: ideo ne improperetur sibi q sine causa tantum beneficium petit in hoc versu causam rationabilem assignat dicens. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, et ce. q. d. Tu domie ideo debes me lauare et mūdare a peccato meo: qm̄ iniquitrtem meam. etc. Scit em̄ vt dicit glo. ordi. penitēs iustū esse vt deus peccata sua puniat nisi ipsemet ea punierit: ideo dicit. Quoniam iniquitatem. etc. q. d. Tu deus meus ne punias iniquitatem meā: quia ego paratus sum punire eam: sciens q oportet peccatum ab altero puniri. Aut eniz (inquit Aug.) homo punit aut deus punit. Unde ipse August. et recitatur in glosa interl. facit talem exclamationem. Quid erit? Nunquid per misericordiā peribit iusticia? vt peccatum maneat impunitum? Non: quia ego (inquit penitens) paratus sum ipsum punire: ignosce ergo mihi peccatum meum domine deus meus: quia ego ipsum agnosco et non dissimulo; sed paratus sum ipsum corrigere et emendare. Dominus autem Albertus super hoc passu dicit sic. Quoniam iniquitatem meam egocognosco (inquit penitēs) sed imperfecte. Ipsam quidem cognosco; sed non sicut tu domine deus. Si enim eā sicut tu cognoscerem profecto erumperēt lachryme de intimis venis cordis mei: et continere nō possem quin super memetipsū mirabiliter flerem. Unde et tu domine deus meus sub figura illius ciuitatis materialis hierusalem videns ciuitatem anime mee: et cognoscens mirabilem iniquitatem meam: compatiendo illi fleuisti super illā dicens: quia si cognouisses et tu supple iniquitatem tuam perfecte fleres. Ecce enim circundederunt te inimici mei spirituales vallo et coangustauerunt te: et magis hoc facient quā venies ad portam mortis: tunc enim circundabunt te demones vndiq eo q non cognoueris tempus visitationis tue: qm̄ scilicet deus te visitauit interius monendo et ad penitentiā trahēdo: similiter et exterius p predicationes aduersitates: siue etiam per prosperitates alliciendo. Sequitur. Et peccatum meum contra me est semper: id est coram me est semper vt habet quedam littera. Ut enim dicit glosa interliniaris penitēs facit sibi quod deus sibi alias in iudicio faceret. Nam de peccatoribus loquens dominus ait. Arguam te et statuam contra faciem tuā. Ne ergo ita contingat penitenti: peccatum suū coram se poni: vt scilicet videat ad puniēdum: quia qui per negligētiam ipsum posuerit post tergum profecto illud statuet deus in iudicio coram oculis suis ad exterminium. Veritas

ꝙ penitens semper peccatum suum coram se habere debet vt sic sẽper de illo recordetur non quidem ad delectandum sed ad dolendum: secundum ꝙ scriptum est Eccl. v. De propiciatu peccatorum noli esse sine metu. Item Deut. ix. Memento ꝛ ne obliuiscaris quomodo ad iracundiam prouocaueris dominum deum tuum. Item Hiere. ij Uide vias tuas et scito quid feceris.

A ¶ Aduerte tamen lector ꝙ etsi sit valde congruum totiẽs de peccato dolere quotiens occurrit memorie: non tamen est de necessitate. Ita enim memini me scrt psisse in aduentu de secretis secretorum: super materia de sigillo penitentie Nec contra istud militat verbum Augu. quod recitat de pe. di. iij. penitentia. vbi ait. Penitere est penam tenere: vt semper homo puniat in se vlciscendo quod commisit peccando. Item sequenti ca. quod incipit Si apostolus. dicit idem Augu. qꝫ vbi dolor finitur deficit ꝛ penitentia finitur: quid relinquitur de venia? Ad primum enim dico quod illud verbum Aug. intelligitur de penitere habitualiter et non actualiter: vel forte intelligitur de congruitate et non de necessitate. Ad scdm vero dico quod dolor contritionis potest dupliciter deficere: videlicꝫ negatiue et contrarie Negatiue quidem per cessationem ab actu. Contrarie vero per positionẽ actus contrarij: videlicet per peccatum. Aug. autem verbũ intelligitur secundo modo et non primo modo. Beatus autem Greg. sup predicto verbo. Et peccatum meum contra me est semper dicit sic. Non posui super dorsum quod feci: nõ intueor alios oblitus mei: nõ affecto de oculo fratris festucam eijcere: et trabem que in oculo meo est non considerare Nam quicunqꝫ dei misericordiam inuenire desiderat: necessarium est vt tam grauiter peccata sua agnoscat: fletibus culpas puniat: faciem domini in confessione preueniat: culpas operis ante oculos mentis ponat: ꝛ vltime terrorem animaduersionis pensat: quam discretus iudex veniat: qui ideo peccatores sustinet: vt eis conuersis minus inueniat qđ condẽnet. Ascendat tribunal mentis sue: cõstituat se ante se: videat feditatem suam et corrigat: ne nolens tandem videat et erubescat. Sit sibi iudex incorruptus: torqueat eum timor: erũpat cõfessio: vt cum propheta possit dicere dño. Qm̃ iniquitatem meam ego cog. ꝛc.

B ¶ Notandum est ergo sup illã primã clausulã. Qm̃ ꝛc. ꝙ tria hoim genera dicere merito possũt. Qm̃ iiqtatẽ meã ꝛc. videlꝫ beatus / damnatus / cantritus

¶ Primo quidem quilibet beatus qui per penitẽtiam regnũ intrauit celeste veraciter dicere potest. Iniquitatem meam ego cognosco. non quidem ad cõfusionẽ sed ad gloriã. Nihil em̃ est i beatis qđ nõ cedat eis ad gloriã. Si em̃ in pñti diligẽtibꝰ deũ oia cooperãt in bonũ

vt habetur Rom. viij. Multo fortius videntibus deum i celo omnia cooperantur in bonum: etiam mala culpe per eos aliquando commissa & per penitentiam deleta cooperantur ipsis in bonum Ita enim dicit de lyra super epistolā ad Ro. et ad exēplū de milite q̄ finaliter in bello triumphauit. cui⁹ cicatrices cedūt ad gl'iam suā cum fuerit coram principe suo sic in proposito, sed forte dicit aliquis perfectionem gl'ie non secum pati cognitionem pctōrū. qr si sic aut ergo ipsi beati de suis peccatis gauderēt aut tristarent. Nō primum qr gaudere de peccatis suis ad maximā peruersitatem ptinet. Nec similiter scdm est dicenduz. qr pfecta beatitudo omnem exclu dit tristiciam. Nam teste. Boe. iij. de cōso. psa. ij. Btitudo est status oīm bonorum aggregatione perfectus Et ita videtur q̄ bti ampli⁹ non recordentur de malis actis per eos in via. ¶ Ad hoc est breuis rñsio. dicit em̄ d. s. iiij. sen. d. xiiij. art. ij q. iij. i c. questionis q̄ in beatꝫ est penitentia non quidē scdm actus proprios viatorum qui sunt plāgere peccata, & propo nenī emendationem vite. sed secundum actus alios qui sunt agere gratias deo p mia relaxante peccata & p gratia volēdi penituisse In ipsis itaqꝫ beatis non est displicentia de suis peccatis neqꝫ complacentia. Unde perfectio glorie non patitur, vt ipsi beati ferantur in sua peccata scdm se. vel prout fuerant eis nociua seu damnifica, sed magis prout occasionaliter fuerunt cooperatiua i bonum Sic enim considerata peccata sunt materia laudis vel etiam secundum quod fuerunt remissa ex summa dei mia Petrus ergo similiter Paulus & magdalena atqꝫ similes qui per penitentiam correxerunt errata in presenti. Nunc in celo gaudent non quia peccauerunt sed de bono quod egerūt pro remissione peccatorū suorum. Ecce quomodo diligentibus deū charitate, consūmata. oīa cooperātur in bonum. ¶ Secundo quilibet damnatus intra se dicit. Iniquitatez meam ego cognosco. Non quidem sic q̄ aliquis damnatus vere peniteat, prout pctm̄ suū est dei offensiuum. sed tantum propter penam quam sustinet Unde de ipsis damnatis dicitur Sap. v. q̄ intra se geminūt preangustia spiritus penitentiā agentes. Sed vt dicit Ber. Nimis sera erit illa penitētia Talis fuit penitentia diuitis epulonis dicentis. Pater abraham miserere mei Luce. xvj. Sed in nullo sibi profuit veniam querere. Uis ergo flagelli infernalis facit ipsos miseros reprobos cognoscere suā iniquitatem quam in presenti minime recognoscere voluerunt. Ut enim dicit Grego. in omel. de diuite epulōe Oculos quod culpa claudit pena aperit. Merito ergo quilibet damnatus potest dicere illud psal miste. Conuersus sum in erumna mea dum configitur spina. quasi dicat. Tunc primo cognoui iniquitatem meam culpam dum sensi tormentorum

inferni grauitatem que nõ tã-tum exterius cruciant. sed et interius vsq; ad cor penetrãt. quod notatur. cum dicitur. Dum configitur spina. In cuius figura legitur secũdi Machabeorum ix. quod apprehẽdit antiochum dirus dolor viscerum et amara internorum tormenta. licet ille nullomodo a sua malitia cessaret. Sic neq; damnati emendãtur ex illatione tormentorum et cruciatuum quin potius deteriorantur. Iniquitatem ergo suam cognoscunt. sed inde non conteruntur. Quinimmo in desperationem labuntur. dicentes cum illo reprobatissimo viro Cain. Maior est iniquitas mea quam vt veniam merear Genesis quarto. Nec quidem vis dolorum facit tantum apparere iniquitates damnatorũ. sed et iustum dei iudicium ad maius ipsorum opprobrium Unde ipse dominus dicit cuilet damnato illud Naũ. iij. Ecce ego ad te dicit dominus exercituum. reuelabo pudenda tua in facie tua. glo. Interli. vt que non videbas prius ante oculos tuos ponantur. Taliter ergo iniquitatem nostam in presenti humiliter et corde contrito recognoscamus vt nõ inutiliter illã in diris illis tormẽtis cognoscere cogamur.

¶ Tertio quilibet verus penitens iuste potest dicere ad dominum. Amplius laua me domine ab iniquitate mea. Quoniam iniquitatẽ meam ego cognosco. sup. vltro et spontanee: sciens quod nisi illam cognouero per emendationem. tu illam recognosces per eternam damnationem. Dum autem illam cognosco: in memetipso cõfundor. At vero dum considero quod tua mia maior est miseria et iniquitate mea respiro atq; in te cõfido et spero Non enim pretendere volo ignorãtiam: vt abscondam iniquitatem meam: sed pono eam ante oculos meos in presenti: ne eã ponas ante oculos in die iudicij. Quantum autem prosit penitenti peccatorum suorum cognitio perpulchre deducit Hiero. di. Si tu pronuncias in cõfessione peccata tua deus ignoscit tibi ea: et si pon is ea ante te deus non ponet ea ante se. Unde ayt inquit domin9 petrus de palude super hoc passu. Uidetur esse de pena peccati sicut de actione Legis illius Aquilie. Que quidem lex contra negantem datur in duplum : contra vero confitentem in simplum: quia si quis peccatum suum cõfitetur penitendo: illud ante oculos suos statuendo cum dolore: solum punitur in simplum hoc est solum punitur in corpore in presenti: vel in anima post mortem in purgatorio: quia scriptum est Naum. i. Non cõsurget duplex tribulatio. Quod si ipsum vltro confessus non fuerit: punietur in duplo: quia in corpore anima in inferno: secũdum illud Apo. xviij. Duplicate duplicia secundum opera eius: et miscete illi duplum. Ista animaduertens religios9 ille imperator Theodosius nõ erubuit suum recognoscendo peccatum publicam agere penitentiam in presẽti De eo enim

legitur in historia tripartita lib.ix.c.xxx.q cum audisset in thessalonica ciuitate orta sedi tione: quosdam ex iudicibus fuisse trucidatos et lapidatos a turba. Adeo indignatus est quod in spiritu furoris sui nul lo precedente iudici omissa ma gna armata militū iussit quot quot inuenirentur in ciuitate gladio interiri. Et per hūc mo dum occisa sunt ferme septem milia hominum permiscendo innocentes cum nocentibus.

Hanc itaqz cladem audiēs bea tus Ambrosius mediolaneñ. episcopus: occurrit ipsi impe ratori volenti ingredi ecclesi am dicens ei. Nescis o impera tor quam ta sit magnitudo ne cis nuper a te perpetrate? Sed forte recognitionem peccati p hibet potestas imperij. Decet tamen vt vincat ratio potesta tem. Scire enim debes quoni am mortalis es et resolubilis i puluerem sicut et progenito res tui. Coequalium hominuz et conseruorum princeps es.

Unus est enim omnium homi num dominus rex et creator. Recede igitur recede ne secun do peccato priorem nequitiaz augere contendas. Suscipe vi culum quo te omnium domin⁹ nunc ligat: est enim medicina maxima anime. His igitur au ditis sermonibus imperator demisso capite obediens cum gemitu et fletu proprium repe tijt palatium. Cumqz octo mē sium tempus transisset pro pinquauit festiuitas natiui tatis saluatoris nostri: im perator autem continuas la chrymas in palatio residens emittebat. Ad quem ingressus Rufinus ei familiaris causam tanti fletus exquirit. At ille. Ego (inquit) lamentor calami tatem meam: quia seruis meis necnon et mēdicantibus aper ta sunt templa dei: et ad pro prium dominum ingrediētes licenter exorant: michi autem ingressus ad eum non est. In super etiā celi sunt michi clau si. Hec dicens pius imperator verba singula singultibus ir rumpebat. Ad quem Rufinus Curro (inquit) ad pontificem persuasurus vt soluat tuum vinculum. Cui imperator. No ui de viro hoc quod non reue rebitur imperialem potentiaz vt legem possit preuaricari di uinam. Noui preterea decre tum illius esse iustum Uade ta men et fac quod poteris Cum qz Rufinus venisset ad virum dei Ambrosium veniam petēs pro Theodosio / ait illi Pon tifex. Ego tibi annuncio Ru fine: quoniam enim sacra limi na ingredi prohibebo: quod si imperium in tyrannidem mu tauerit necem: libenter et ego suscipiam mortem. Cumqz redi ret ad imperatorem Rufinus renunciaturus responsa Pon tificis: eū inuenit in media pla tea. Cui cum omnia renuncias set ait Imperator. Pergo inqt ad eum et iustas in facie susci piam contumelias patienter. Cum ergo ad sacra limena per uenisset in sanctam basilicam non presumpsit intrare: sed ve niens ad antistitem supplica bat humilius: vt eius vincula solueret. At ille dicebat cōtra deum vesanire Theodosium:

eiusqꝫ calcare leges. Ad quem Imperator. Fateor deliquisse sed non insurgo aduersus ecclesiasticas sanctiones: neqꝫ lique ingredi sacra limina presumo sed te vincula mea solue re humiliter deposco: ꝛ domini pro me exorare clementiam nec michi ianuam claudi: quā cunctis penitentiam agentibus dominus noster aperuit. Tunc antistes. Quam inquit penitentiam post tanta flagitia ostendisti. Quibus medicaminibus incurabilia vulnera plagasqꝫ curasti? At Imperator. Tuum inquit opus est et docere et medicamina tentare meum vero oblatū suscipere. Tunc Ambrosius. Quoniam inquit furori tuum iudicium commisisti: et non ratio protulit sententiam sed potius iracūdia: scribe legem que decreta furoris euacuet: vt trigita diebus snia necis atqꝫ proscriptionis in lrīs tantummodo maneat: ꝛ iudicium rationis expectet. quibus transactis dieb⁹ / ira videlicet iam cessāte: ratio causam iudicans apud semet ipsam que cognouerit sub veritate disponat. In his em̄ diebus agnoscetur an iusta sit q̄ protuleris: aut iniusta santentia. Hanc itaqꝫ ammonitionē Imperator libenter suscipiēs: ꝛ optimam esse confitens: legē repente conscribi precepit ꝛ cōfirmauit proprie manus signaculo Quo facto vinculum eius soluit Ambrosius Quo soluto sacratissim⁹ Imperator ingredi limina presumens nō stans neqꝫ solum genua flectens domino supplicauit, sed pronus in pauimento iacens Dauiticam proclamauit vocem dicens. Adhesit pauimento anima mea: viuifica me secundum verbum tuum. Manibus autē capillos euellens: frontemqꝫ percutiens ꝛ pauimēto lachrymarum guttas aspergens veniam impetrare poscebat. Cūqꝫ tempus accederet quo munus ad altare solebat offerre: surgens cum lachrymis est ingressus. Cunqꝫ obtulisset sicut solitus erat intra cancellos stetit. Ad quem accedens Ambrosius requisiuit quid ibidē expectaret. Cui ille. Expecto inquit sacrorum perceptionem mysteriorum. Ad quem Ambrosi⁹ O Imperator noueris interiora loca templi tantum esse collata sacerdotibus christi: qui ceteri neqꝫ ingredi neqꝫ contingere permittuntur. Egredere igitur ad locum cōmunem cū aliis te conuertas: Purpura nanqꝫ Imperatores non sacerdotes facit. Imperator igitur obediens gratanter hanc suscepit disciplinam gratias agens. Ecce itaqꝫ quali ꝛ quanta virtute Presul et Imperator clarebant. Et profecto vtriusqꝫ opus admirandū est: illius fiduciam: huius obediētiam Illius zeli feruorem huius fidei puritatem. Postea denīqꝫ solitus erat dicere Imperator theodosius Uix inqebat discere potui que dr̄a sit Imperatoris ꝛ sacerdotis. Uix inueni differētiā Ambrosium etem̄ solū noui digne vocari pontificē Ecce q̄tū ꝓdest increpatio a viro ꝑlata virtutib⁹ florēte. Hāc itaqꝫ historiā texere lōgo

sermone studui: vt tanti imperatoris exẽplo discant veri penitentes suã recognoscere iniquitatem cum fletu et gemitu. Neqꝫ erubescant confiteri ⁊ satisfacere: qui non erubuerunt prius peccare. Sed dicat vnusquisqꝫ ad dominum. Miserere mei domine. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco.

D ¶ Preterea iuxta illam secundam clausulam. Et peccatum meum contra me est semper. notandum est quod peccatum valde contrariatur: et aduersatur homini. Et hoc patet tripliciter.

¶ Primo quidẽ quia facit hominem sibiipsi inimicum. Nam vt dicitur in Psal. Qui diligit iniquitatem odit animã suam. Nonne ille bene odit aliuz qui optat eius mortem: et eternam damnationem? Taliter autem facit sibiipsi qui diligit iniquitatem. Ideo recte dicitur odire animam suam. Propterea dicitur Tho. xii. quod qui faciunt peccatum ⁊ iniquitatez hostes sunt anime sue. Non enim potest aliquis maius signuz odii et inimicitie ad alterum ostendere: quam ipsum occidendo ⁊ vita priuando. Modo sic est: q vt dicitur Sapientie. xvi. Homo per malitiam occidit animam suam: eo quod peccando priuat eam vita gratie: que incomparabiliter excedit omnia bona naturalia ⁊ temporalia.

¶ Secundo peccatum intantũ est contra suum actorem illiqꝫ aduersatur quod reddit ipsuz valde durum: secundum illud Job. xli. Cor eius indurabitur quasi lapis. Unde de Pharaone rege Egypti legitur in Exodo in plerisqꝫ capitulis: quod cor ipsius induratum erat: ita vt non posset emolliri ad obediendũ domino ⁊ ad dimittendum in pace populuz Israeliticum. Deus enim ex occulto cõsilio suo permittit quandoque hominem indurari in suis peccatis relinquens eum in arbitrio suo ⁊ in suis naturalibus: sed hoc nunquã facit: nisi propter aliquod grãde scel⁹. Hoc enim dicit Augustinus. prout recitatur. xxiii. q. iiii. Nabugodonosor. Quanto autem quis diutius permanet in peccato tanto plus induratur. Unde Seneca dicit: quod peccata iuuenum predicantur in quale: eo quod de facili deleri possunt. Sed peccata senum predicantur in quid: quia eis adherent quasi substantialiter: ⁊ tanquã in eorum naturã conuersa. Cũ enim consuetudo sit quasi altera natura: restat quod peccata in consuetudinem ducta conuertãtur quasi in hominis naturam. Et ideo sicut naturalia tolli non possunt: sic neqꝫ inueterata peccata: nisi presertim cum graui difficultate: ⁊ quasi miraculose.

E ¶ Et de hoc historiam habemus in legẽda beati Andree de illo sene luxurioso: cui nomen Nicolaus. Hic enim cum perseuerasset in lubricitate sua annis septuaginta proposuit abstinere ad hoc inductus monitis salutarib⁹ beati Andree armans se cõtra versutias diaboli libro sacrorum euangeliorum: quem secum ferebat in sinu. Cumqꝫ deinceps concupi-

fectia deuictus ad lupanar accessisset ad scelus perpetrandū mox contra eum meretrix clamare cepit dicens. Egredere egredere senex quia video super te mirabilia. Qui compunctus accessit ad beatū Andreā apostolum suum factum narrans. Pro quo orans Andreas tandē meruit audire a domino vocem dicētem sibi. Obtines Andrea pro sene: sed sicut tu pro eo: ita quoq₃ ⁊ ipse ieiunijs se affligat: vt saluus fiat. Hoc cū₃ fecisset senex sex mensibus tandē mortuus est. Et ecce vox facta est ad beatum Andream dicens. Andrea per te lucratus sum Nicolaum qui perditus erat. Ecce quam durum ⁊ difficile reddit ad penitentiam cor hominis peccatum. Sed quā₃ periculosum sit habere tale cor durum: ostendit Bernardus in libro ad Eug. pa. ita scribens. Nemo inquit duri cordis salutem vnquam adeptus est: nisi forte cui deus abstulit cor lapideum: ⁊ dedit ei cor carneū. Cor autem durum est: quod neque deum timet: neq₃ homines reuertetur. De quo Ecclesiast. iij. Cor duru₃ male habebit in nouissimo. Hodie igitur si vocem domini audieritis vos miseri peccatores: nolite obdurare corda vestra.

¶ Tertio peccatum intantum est contra hominem quod spoliat eum cunctis prioribus meritis ⁊ gratijs. Nam diuites dimittit inanes: vt dicitur Luce j. Unde Treñ. j. Manum suam misit hostis omnia desiderabilia eius. Quis autem queso deterior hostis hominis quā diabolus: qui cum hominem traxerit ad peccatum: tunc manū suam mittit ad omnia desiderabilia eius: id est ad precedētia merita ⁊ queq₃ spiritualia bona que ab eo aufert eum relinquens nudum: secundu₃ quod in figura Christ⁹ loquēs. Luce. x. de homine descendente ab Hierusalem in Jerico. dicit q̄ incidit in latrones: qui spoliauerunt eum. Item alia figura ad idē legitur. ij. Machabeorū v. de Antiocho tyranno pessimo: qui intrauit templum domini in Hierusalem et abstulit omnia preciosa ei⁹. Sic ⁊ operatur spiritualiter diabolus in templo anime: quando eam inuadit ⁊ capit per peccatum. Ecce quam multipliciter aduersatur homini peccatum suum: ita vt merito dicat. Peccatū meu₃ contra me est semper.

¶ Lectio. liij.

¶ Tibi soli peccaui & malum coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.

¶ Postquam in precedenti lectione penitens ꝯfessus est peccati sui recognitionem dicens. Iniquitatem meam ego cognosco. Ideo ne credatur talem cognitionem a deo remouere: hic aperte fatetur deo peccatum suum manifeste cognoscere dicens. Tibi soli peccaui ⁊ malū coram te feci. Potest aute₃ iste textus ad literam intelligi de Dauid. Nam vt dicit glosa or=

dinaria cum esset rex et omnibus superior non habuit qui adulterium et homicidium suū vlcisceretur preter dominū qui est rex regum et dominus dominantium: iudex etiam viuorū et mortuorum habens omnem potestatem in celo et in terra. Ideo cognoscens se ab eo solo puniendū esse dicens. Tibi soli peccaui. Peccauerat quidem contra Uriam etheum: tū eius violando thorum: tum procurando eius homicidiū: sed nō erat qui eum redarguere atqꝫ punire posset: preter dominū: ideo coram eo se humiliās ait. Tibi soli peccaui. Uel sic. Tibi soli peccaui: id est te solo sciente quia in occulto (et malum coram te feci) qui supple omnia vides. Ut enim dicitur Hebreorum iiij. Omnia nuda sunt et aperta oculis eius. Non solum quidē que hic agūtur: sed que in abysso. Naz vt habetur Job xxvj. Nudus est infernus corā eo: et nullū est operimentū perditioni. Ista autem terrere dicūt pauperes peccatores: quia vt habetur eiusdē Job. xxxiiij. Oculi domini super vias hominum: et omnes gressus eorum considerat. Non sunt tenebre et nō est vmbra mortis: vt abscōdantur sibi qui operantur iniquitatē. Ob eam rem Boetius de consolatione libro. v. prosa sexta dicens sic. Magna (inquit) vobis est si dissimulare nō vultis necessitas indita probitatis cum omnia ante oculos agatis iudicis cuncta cernentis. Merito ergo dicebat Dauid ad dominum. Malum coram te feci. Et hoc idem dicere debet omnis peccator: qui dominū querit propicium et misericordem: seipsum condemnans et dicēs. O domine deus in hoc ostendi magnam presumptionem meā: et audaciam nimiam: quia feci coram te: quod coram hominibus non fecissem. Nunc autem de malis meis erubesco: et ideo parce mihi domine: et miserere mei secundum magnam misericordiam tuam (vt scilicet iustificeris in sermonibus tuis) quibus supple promisisti peccata remittere vere penitenti dicēs illud Ezechiel. xviij. In quacūque hora ingemuerit peccator omnium iniquitatū. etc. (et vincas cum iudicaris) Istud autem verbum dupliciter potest intelligi. Primo quidē de Dauid secūdum dominum hugonem cardi: de quo dicebant aliqui quod propter suum peccatum cum Bersabee: et propter mortem Urie impediretur omnino promissio sibi facta a deo quando sibi prius dixerat. De fructu vētris tui ponam super sedem tuam. Dicebant autem quod de fructu ventris sui Christus non nasceretur in horrorem peccati sui: et in vindictam illius: non animaduertentes illam domini sententiam. Jurauit dominus Dauid veritatē et non frustrabitur eum: de fructu vētris tui ponam super sedem tuā. Et ideo hic orat Dauid dominum vt non obstante suo peccato non differatur promissio: vt sic ipse dominus semper iustificetur in suis sermonibus seu promissionibus. Secūdo potest hoc idem verbum de quolibet penitēte exponi. Pro

quo notandum quod fuit quidam error secundum quod habetur de penitentia distinctione .iij. in principio: qui dicebat quod penitentia nō potest reiterari: quem quidem errorē reprobauit Christus proprie vocis oraculo: quādo Petro querenti quotiēs posset fratri peccāti dimittere ait quod vsq septuagies septies. Matth. xviij. Item aperte reprobatus est per illud verbum domini dicens. Ezechiel. xviij. In quacūq hora. rc. Penitēs itaq petit a domino suorum peccatorum relaxationē vt iustificetur ipse dominus: id est vt iustus r verax inueniatur in sermōibus suis. Sequitur. Et vincas cum iudic. quasi dicat penitens. O domine vincas: id est conuincas homines hereticos mihi misericordiam r remissionem peccatorum meorum largiendo cum iudicaris supple false r p̄sumptuose ab ipsis quod hoc aut non possis: aut nō velis. vel sic secundum magistruz Nicolaū de Lyra. vincas: id est conuincas contrarium tenentes. cum iudicaris. supple ab eis talem remissionē non posse facere totiens quotiens. Nā vt dicit deuotus Bernardus. Maior est Christi pietas quā queuis iniquitas. Null9 ergo debet post quamcunq graue flagitiū desperare de Dei misericordia. Sed supplex exorare dominuz et dicere. Tibi soli peccaui. vnde doleo ideo mihi ignosce.

¶ Aduertēdum est ergo quod circa hunc versum possunt formari alique pulchre q̄stiones.

A ¶ Prima igitur questio circa illam particulam. Tibi soli peccaui. rc. Utrum peccatuz sit solum contra deum sicut videtur innuere predictum verbū: videtur q non quia alias frustra sacri doctores laborassent in diuidendo peccatum in deū in proximuz r in seipsum. Pro resolutiōe huius dubij notandum q peccatum esse solū contra deum potest intelligi tripliciter. Primo quidem in ratiōe obiecti seu materie circa quam et sic non omne peccatū est cōtra deum saltē directe. Sed aliquod est contra proximum, sicut est homicidium furtum detractio adulterium per qd violatur thorus alterius: r sic de similibus. Aliquod etiā est cōtra seipsum vt est illud quo q̄s sibi soli nocet r nō alteri cuiusmodi est gula mollities, accidia: prodigalitas: superbia: seu ianis gloria: etiā luxuria: quia vt dicitur .i. Cor. vi. Qui fornicatur in corpus suum peccat. Nam vt dicit glo. ordi. sup predicto verbo. Nihil est qd tantū dehonestet seu cōmaculet corpus sicut fornicatio. Aliquod vero est peccatū quod est contra deū: sicut est heresis: desperatio de dei misericordia: blasphemia: periuriū: irreuerentia circa diuina sacramēta seu mysteria. rc. Aduertendū tn̄ est q quicūq peccat in seip̄m: aut in proximū etiā d̄r peccare i deū: sz nō equali respectu. Nā respectu sui aut p̄ximi d̄r directe peccare: ex ɔ̄nti aut respectu dei sic prodigus q̄ p̄dige dissipat sua: directe peccat i seip̄m: et ɔ̄nti aūt in deū. Silr q̄ aliū occidit: peccat q̄dē directe in proximū

f indirecte autem in deum quia in hoc mandatum eius nõ ser uat sed transgreditur. Ediuer so autem qui peccat in deum peccat in seipsum: in deum qui dem directe et principaliter: in seipsum autem indirecte et ex consequenti inquantum scili= cet per tale peccatũ priuat se gratia et virtutibus: et ita per suum peccatum occidit spiri= tualiter seipsum: peccat etiam quandoq; talis in proximum propter suum malum exemplũ scandalizendo ipsum. De hac materia vide magistrum sen. di. xlii. secundi. Et si arguatur quod nullum sit peccatum in deum proprie loquendo. Qui= cunq; in alterum peccat ipsuz ledit: deum autem nemo lede= re potest: secundum illud Job xv. Si peccaueris: quid ei scili= licet deo nocebis? et si multipli cate fuerint iniquitates tue. quid facies contra eum? q. d. nihil. Homini qui similis tui est nocebit impietas tua q. d. Non poterit nocere impietas tua deo qui similis tui non est Ad hoc respondet beatus Au= gustinus in libro de libero ar= bitrio dicens: quod reuera ho mo peccando in deum non le= dit ipsum cum sit incorruptibi lis et impassibilis: nec ideo dici tur quis in alteruz peccare eo quod ipsum ledat: sed quia ei iniuriatur ab eo abstrahendo quod ei debetur et quantum in ipso est gloriam eius minuen= do. Et hoc modo quis dicitur in deum peccare. Secundo pec catum esse contra deum solum potest intelligi in ratione pro= hibentis principalis et prima= rii Et hoc modo omne mortale peccatũ est soluz contra deum Ipse enim est qui solus primo et principaliter ipsum prohi= bet et interdicit. siue per legem internam: siue per legem scri= ptam et exteriorez. ipse enim est qui clamat per os Dauiticum Attendite popule meus legem meam inclinate aurem vestraz in verba oris mei. Itez ipse ait Ego dominus leges meas cu= stodite. Leuiti. xix. Quicunq; autem alius a deo aliquid pro hibet. hoc facit in vi illius pre cepti. Lu. x. Qui vos audit me audit: et q vos spernit me sper= nit. Propterea ipse dominus pro uerbiorum. viii. ait per me in= quit reges regnant et legũ con= ditores iusta decernũt per me principes imperant et poten= tes iustitiam decernũt per que verba nõ vult aliud dominus nisi quod auctoritas hominuz imperandi in terris dependet ab auctoritate diuina vnde cũ Paulus Romanorum. xiii. pre misisset dicens. Omnis anima potestatibus sublimioribus sub dita est. Mox subiungit. Non est eniz potestas nisi a deo. Et sic patet intentum. Tertio pec catum esse contra solum deum potest intelligi in ratione vlci scentis et punientis. Et hoc etiã modo peccatum est solum con= tra deuz. Solus enim deus est qui hominem potest eternali= ter perdere et punire pro suo de= licto. Ipse enim est qui solus di= cit: Deuteronomio. xxxii. Mea est vltio et ego retribuam eis in tẽ pore. Sed in quo tẽpore. Pro= fecto i illo de quo subditur iu xta est dies perditionis et adesse

festinant tempora. Et post pau
ca. reddam vltionem hostibus
meis: ⁊ his qui oderunt me re-
tribuam. Item ipse est qui cla-
mat per apostolum suum Pau
lum. Romanorum. xij. mihi vin
dictam ⁊ ego retribuam. Dicat
ergo penitens ad dominū. Ti-
bi soli peccaui: quia ꝓhibitio-
nem tuam seu voluntatem que
est prima lex obligans trans-
gressus sum. Vel ideo. tibi soli
peccaui. quia tu solꝰ potes me
eternaliter pro meo delicto pu
nire. N[illegible] est qui de manu tua
possit er[illegible]ere supple seipsū aut
alium. [illegible] ideo parce mihi do-
mine in p[illegible]esenti neqꝫ vindictā
sumas de peccatis meis in in-
ferno vbi nulla est redemptio.
B ¶ Secūda questio que mo-
uetur circa illud. ⁊ malum cō-
ram te feci est. Utrum deus co-
gnoscat mala. Hanc questionē
format. d. s. j. per. q. xiiij. art. x.
et resoluit quod sic. Cum enim
nullus bene iudicet nisi de his
que bene nouit ad deum autem
spectet iudicare bonos et ma-
los: oportet necessario cōcede-
re quod cognoscat mala omnia ⁊
singula. Propterea dicit Pro-
uerb. xv. Infernus et perditio
coram domino: quantomagis
corda filiorum hominum? Item
Job. xxvi. Nudus infernus co
ram eo ⁊ nullum operimentum
ꝑditioni. Omnia ergo siue bo-
na siue mala nuda sunt ⁊ aper
ta oculis domini vt vult Pau-
lus Hebreorum. iiij. Quod ve-
ro deus cognoscat mala etiam
secreta ⁊ occulta. patet aperte
per illud. ij. Reg. xij. vbi repre-
hēdit dominus Da[illegible]id de suo
adulterio dicēs. Tu fecisti abs

condite. ego autem faciam ver
bum istud in conspectu omnis
Israel: ⁊ in conspectu solis hu-
ius. Nisi ergo peccatores quā
tumcunqꝫ occulti redierint ad
dominum compuncto corde di
centes quilibet pro se malū co
rā te feci. ꝑfecto ad instar Da-
uid dominus publicabit eorum
peccatum non sine graui eorū
confusione ⁊ ignominia: quia
scriptum est Romanorum. ij. quod
iudicabit deus occulta homi-
num. Male ergo iudicabāt de
domino qui dicebant Job. xxij.
Quid nouit deus: quasi enim
per caliginem iudicat. Nubes
latibulum eius: nec nostra con
siderat ⁊ circa cardines celi ꝑ-
ambulat. Similiter male iudi-
cabat de Christo: ⁊ eius scien-
tia ille Simon Phariseus qui
cum vidisset Magdalenam la-
uantem sibi pedes ait Hic si es
set propheta sciret que ⁊ qua-
lis est mulier que tāgit eū quia
peccatrix est. Luce. vij. Nullus
ergo neget deum scire suū pec-
catum: sed querendo indulgen
tiam fateatur suum errorē di-
cens. malū coram te feci. Con-
sideratio autem huius multum
debet nos retrahere a peccato:
vt prius dictum est.
C ¶ Tertia questio iuxta illud
vt iustificeris i sermonibꝰ tuis
est. Utrum deus semper iustifi-
cetur in suis sermonibus ⁊ pro
missionibus videtur quod non
Multa enim videtur predixis-
se que non ita euenerunt. sicut
patet de subuersiōe Niniue Jo
ne. iij. adhuc quadragita dies
et Niniue subuertetur. Simili
ter de morte Ezechielis. Esaye
xxxviij. Itē ipse promisit filijs

Israel dare eis terram fluētem lac ⁊ mel. Exod.iij. ⁊ eiusdem. xiij. Modo non sic factum est etiā quo ad bonos, presertim cū nulla sit talis terra que fluere comparatur lac ⁊ mel. Itē ipse promiserat Dauid quod firmaret regnum suum in perpetuum.ij. Regum.vij. Similiter ⁊ regnum filij sui Salomonis.j. Paralipome. xvij. et tamen huiusmodi promissio non fuit ipleta ⁊ sic de multis alijs igitur Responsio.cum deus sit ipsa veritas per essentiā ⁊ non participatiue sequitur qđ semper iustificatur in suis sermonibus. In eo enim non est.est ⁊ non. vt enim dicit apostol9.ij. Timoth.ij.fidelis permanet se ipsum negare non potest. Cum autē sit ipsa veritas per essentiam:vt dictum est: negaret seipsum si in suis sermonibus fidelis non inueniretur. Non enim est ipse deus quasi homo vt mentiatur:nec vt filius hominis vt mutetur : vt habetur Numeri.xxiij. Summarie ergo tenendū est in sermonibus domini semper esse veritatē. Sed aduertendum est diligenter ꝙ duplex est veritas quedam hystorialis: ⁊ quedam allegorica seu moralis. Secundum autē alteram istarum veritatū semper iustificatur dominus i sermonib9 suis. Quod enim propheta Jonas predixit. Adhuc xl. dies. ⁊c. Impletum est non quidē literaliter seu hystorialiter:sed moraliter seu spiritualiter. Item quod dictū est Ezechie. Morieris.⁊c.spiritualiter impletū est. Nam mortuus est peccato incipiens viuere vita gratie. In cuius rei testimonium. Conuersus ad parietē fleuit amare. Similiter ad illud: dabo vobis terram. ⁊c. potest in primis dici quod erat figuratiua locutio. Nā per illa verba dominus promittebat celestem terram his qui obseruant eius mandata in qua est maxima dulcedo dicens Psalmista. Quam magna multitudo dulcedinis tue domine quam abscondisti timentibus te. Si autem ad literā intelligatur tūc per terram fluentem lac et mel significatur terra promissiōis que propter sui pinguedinem et fertilitatem dicitur gignere lac ⁊ mel. vnde Numeri.xiij. legitur quod Moyses misit exploratores ad explorandū terram promissionis. Ad quā cū peruenissent absciderunt palmitem cum vua sua quam portauerunt in vecte duo viri. Reuertentes ergo dicti exploratores. venerūt ad Moysen ⁊ Aaron atq; dixerūt. Uenimus in terram ad quam misistis nos. que reuera fluit lacte et melle: vt ex his fructib9 cognosci potest. Quod vero allegatum est de perpetuitate regni Dauid ⁊ filij sui Salomonis. Potest in primis dici quod p dictos reges intelligitur Christ9 ⁊ per regnum Judeorum regnū ecclesie in hoc itaq; regnat Christus ⁊ regnabit in eternū quia vsq; ad finem seculi secundum illud angelicum verbū ad Mariam. Luce.i. Dabit ei domin9 sedem Dauid patris eius ⁊ regnabit in domo Jacob in eternum. i. in electis: ⁊ regni eius non erit finis. Et de hoc longe

ante prophetatũ fuerat. Esaye ix. Super solium David ꝛ super regnum eius sedebit vt cõfirmet illud ꝛ corroboret in iudicio ꝛ iustitia. a modo ꝛ vsqꝫ in sempiternum. Item Daniel. vij. Potestas ei⁹ potestas eterna que non auferetur ꝛ regnũ eius quod non corrumpetur. Propterea dicit Augustinus. quod decipitur ꝛ errat qui credit predictas promissiones de vere intelligi ad literam de regno David aut Salomonis qꝛ constat regnum neutrius fuisse perpetuum. vt enim dicit de Lyra aliqua dicuntur de David et Salomone tanquam de proprijs personis. aliqua autem tanquam de Christo: vt in proposito. Secundo potest dici quod in predictis promissionibus capitur perpetuum large scilicet pro longa duratione secundum quod montes dicũtur eterni in psalmo. ꝛ sic verificari possũt de David ꝛ Salomonis quod durauit imperpetuũ quia multo tempore videlicet vsqꝫ ad Herodẽ q̃ fuit primus rex alienigena regnãs in Judea: vt dicit idem de Lyra. Sic ergo patet quod dominus semper iustificatur i suis sermonib⁹ in quibus nulla miscetur falsitas: sed cõmoda veritas.

¶ Lectio. liiij.

¶ Ecce enim in iniquitatibus cõceptus sum; & in peccatis concepit me mater mea.

¶ Postquam in precedenti lectione penitens ꝯfessus est reatum suũ coram domino in generali dicens. Tibi soli peccaui. ꝛc. Consequẽter in isto versu descẽdit ad particularia eo quod sermones communes in materia morali sunt min⁹ vtiles ꝛ recognoscit se peccasse originaliter dicẽs. Ecce enĩ in iniquitatibus. ꝛc. Et vt dicit Hieronymus. Iste versus totius humani generis casum et ruinã exponit. Nam adeo omnes sunt obnoxij peccato vt teste Job. Nec infans vni⁹ diei sit absqꝫ peccato nisi per Christi gratiam in baptismo fuerit purgatus. vnde Bernardus in libro meditationum. De parẽtib⁹ inquit illis venio qui me ante fecerũt damnatum quam natum peccatores peccatorem in peccato suo genuerunt ꝛ miseri miserum in hanc miseriam induxerunt. Atqꝫ nihil ex eis habeo nisi miseriam. Nam omnis homo descendens ab Adã per carnalem generationem in actuali vnione anime ad corpus contrahit originale peccatum quod est inclinatiuum ad actualia peccata ratione fomitis remanẽtis etiã in illis qui mundati sunt ab originali inquantũ culpa est: sed nõ inquãtũ pena. Ab hac tamẽ generalitate excipit̃ virgo Maria q̃ etsi naturaliter concepta fuerit: tamen fuit diuinit⁹ ab originali preseruata. Sed queritur cum peccatũ originale sit formaliter ꝛ per essentiã vnũ quare ergo Psal. de eo loq̃t plr̃ di. Ecce enim in iniquitatib⁹. ꝛc. Ad hoc rñdet dñs Hugo card. dicens hoc ideo est qꝛ cõcipit̃ in

triplici iniquitate homo. quarum prima vocatur peccatum originale: de qui. Romanorum i.j. omnes peccauerunt et egent gratia dei. Secunda vocatur fomes peccati seu pronitas ad rebellandum et ad malum. Genesis. viij. sensus et cogitatio humani cordis prona sunt ad malum ab adolescetia sua. Tertia vocatur infirmitas carnis. j. Corinthiorum. xv. seminatur in infirmitate: et fugit in virtute. Et de his tribus iniquitatibus potest intelligi illud Ezechielis. xxi. Iniquitatem: iniquitatem iniquitatem ponam eam. vel forte locutus est pluraliter quia etsi originale sit vnum per essentiam est tamen multiplex secundum virtutem: quia per ipsum fit homo procliuior ad mortalia et venialia. vel ideo sic locutus est Psalmista ad denotandum pluralitatem sequele. miserie et pene que oriuntur ex originali / vel propter pluralitatem nominum originalis peccati. Habet enim ipsum originale. xv. nomina vt colligi potest ex glosa super Romanorum. iiij. et. v. cap. Vel forte ideo quis dicitur in iniquitatibus conceptus: quia frequenter propter abusum in generatione concurrit peccatum ex parte viri et ex parte mulieris. Non est tamen necesse ita fieri: quia secundum Augustinum: opus coniugale absque peccato consummari potest: immo meritorie sicut patet in illis sanctis patriarchis qui vxores duxerunt et proles multas genuerunt. Non ergo inquit Gregorius super hoc passu homines ideo in peccatis concipiuntur quia peccatum sit coniugibus commisceri. hoc enim opus castum non habet culpam in coniuge: quia nuptiale fedus non exorbitat a fide: deus enim copulam maritalem instituit. quando masculum et feminam in principio creauit. Quod autem subditur. Et in peccatis concepit me mater mea. est repetitio eiusdem sententie ad maiorem expressionem. vel in peccatis concepit. etc. id est cum concupiscentia libidinosa profecto peccatum est nisi excusetur per bona matrimonij. Sed quasi in actuali conceptione prolis non est adhuc ibi anima rationalis ergo neque peccatum quodcunque. Responsio etsi non sit ibi tunc peccatum formaliter. est tamen ibi necessitas contrahendi originale. Et ad hoc potest dari exemplum de vase impuro in quo si purum et optimum vinum infundis de necessitate corrumpitur et inficitur ita in proposito. vnde Psalmi. Alienati sunt peccatores a vulua. errauerunt ab vtero. Per hoc ergo quod anima a deo creata infunditur corpori et materie descendenti ab Adam per vim generatiuam statim ipsa maculatur: fedatur: et polluitur per culpam originalem.

A ¶ Notandum ergo est iuxta propositum quod triplex est conceptio.

Vel. Humanalis. Criminalis. Virtualis.

B ¶ Prima igitur conceptio dicitur humanalis que communis est omnibus consilijs ade. Et hec conceptio habet culpam

annexam vt dictū est vnde ho ratius in epistolis heu vitijs ne mo sine nascitur. Habet similiter et vtilitatem de qua quidem vtilitate loquitur Job. xiiij. dicens. Quis potest facere mundum de immundo conceptū semine? Item Sapientie. vij. loquitur Salomon de seipso dicens. Sum quidem et ego mortalis homo similis omnibus ex genere terreno illius qui prior factus est scilicet Adā et in ventre matris figuratus sum caro decem mensium tempore coagulatus sum in sanguine et delectamento somni conueniente Et ego natus communem acce pi aerem: et in similiter factā decidi terram et primam vocem similem omnibus emisi plorans. Deinde subdit. Nemo inquit ex regibus aliud habuit natiuitatis initium. Unus ergo introitus est omnibus ad vitam et similis exitus. Propterea deuotus Bernardus in libro meditationum ita ait. Quid est homo. Certe homo in conceptu et in ingressu est sperma fetidum. in progressu est saccus stercorum. in egressu est cibus vermium. Attende ergo: inquit: o homo quid fuisti ante ortū et quis ab ortu vsqz ad occasum. atqz quid eris post hanc vitā: es homo vili de terra factus: et in vilissimo panno inuolutus: menstruali sanguine in vtero materno nutritus: tunica ita fuit pellis secūdina: sic indutus venisti ad nos: nec memor es quā vilis sit origo tui. Item Holcoth super librū Sapientie exponēs predictum verbum Salomonis. Sum quidem et ego. etc. dicit quod in predictis verbis tanguntur quinqz turpes conditiones humane cōceptionis. Prima est loci qualitas: quia in ventre matris. Non ergo in celo: non in terrestri paradiso: non in igne: non in aere: nō in aqua: non in auro: nō in argento: sed in fetenti tugurio: et in turpi tabernaculo seu obscuro sterquilinio concipitur homo. Secūda conditio est forme debilitas: quia figuratus sum caro: nō qualiscunqz: sed caro infirma. Matthe. xxvj. Spiritus quidem promptus est caro autem infirma. Et Joan. vi. Spiritus est qui viuificat: caro autem non prodest quicquam. Ecce forme debilitas. Tertia conditio humane cōceptionis est temporis quantitas: quia decem mensium tempore. Ubi notandum secundum Aristote. libro. ix. de animalibus. capit. i. quod femelle omnium animalium habent vnum certum terminum pariendi preter mulierē. Sola enim mulier habet varios terminos pariendi. Nam quedam mulieres pariūt mense septimo quedam mense nono et iste est vsitatus terminus quedam mense. viij. quedam vero intrant. x. mensem. Quicunque autem nascuntur ante. vij. mensem communiter moriuntur propter nimiam debilitatē Sed qui nascunt decimo mense sunt magis vitales, saniores et pfectiores: vt dicit glosa ordinaria super hoc passu. Uidetur tamen quod hic debeāt accipi decem menses per synecdochen. Ita vt sint nouem completi et aliquid de decimo. Ta-

li enim tempore nascuntur qui optimo tēpore nascuntur. Sic enim Christus natus est vtpote habens a conceptione sua menses nouem: et dies sex. Unde a die conceptionis Christi qui creditur fuisse octauo Calen. Martij. hoc est. xxv. eiusdē mensis. In quo etiam die traditur fuisse mortuus. vsque ad octauum calēd. Januarij. hoc est. xxv. Decembris. fluxerunt dies numero. cclxvij. sicut docet Augustin9 in libro. lxxxiij. questionum. questione. lvj. vbi exponens illud Joan. ij. xlvj. annis edificatum est templum hoc. et tu in tribus diebus excitabis illud? Vult qđ licet formatio et organizatio corporis Christi fuerit facta et perfecta ab instanti conceptionis sue etiam quantum ad omnia lineamenta membrorū, tamē quantum ad corporis debitā quantitatem perficiebatur successiue sicut corpora paruulorum augmentantur a tempore figurationis: vsque ad maturitatem partus. Perficiuntur autem humana corpora communiter concepta secunduz hunc modum. Primis enim sex diebus conceptio humani corporis habet similitudinem quasi lactis. nouem vero diebus sequētibus conuertitur quasi in sanguinem per duodecim vero dies sequētes, solidatur in carnem. Reliquis autem. xviij. diebus formatur vsq₃ ad perfectā lineationez corporis humani. Collect; ergo. vi. ix. xij. et. xviij. in vnum numerum faciūt. xlv. cui vno addito surgūt in. xlvj. Ecce quomodo Christi templum hoc est corpus edificatū est. xlvj. dieb9 vt perueniret ad perfectam lineationem: et figuram corporis humani. Ex quo sequuntur duo magna mirabilia. Primū quod nunquaz fuit aliquis puer ita paruus sicut fuit Christus. quia embrio in matrice pri9 viuit vita animalis quam hominis secundum Aristotelem. ix. de animalibus Secundum est quod nūquam fuit aliquis puer tādiu in vtero matris sicut Christus nisi esset monstruose natus. Quia ergo aliqui paruuli nascuntur infra decimū mēsem. hinc cautum fuit olim apud Romanos quod mulier mortuo marito p decem menses maneret vidua: et in vestibus viduaļis defleret mortem viri sui. vt si forte de viro defuncto cōcepisset: pareret sibi filiū et sciretur cuius proles esset. Ex quo patet qđ ista lex fuit multuz rationalis et curialis. dicit ergo Salomō Decem mensium tempore coagulatus sum in sanguinem. in quo tāgitur. Quarta conditio humane conceptionis que est materie feditas. quia coagulatus sum in sanguinem. Unde Job decimo. Nonne sicut lac mulsisti me. et sicut caseum me coagulasti. Quinta cōditio humane conceptionis est vite infirmitas seu debilitas: quia de lectamento somni conuenientis. Cum ergo vita in somnum et vigiliam diuidatur. somnus videẗ esse similior morti quam vite. Querit autem Aristoteles in libro de animalibus. Utrum vigilia cōsequatur natū in prima creatione aut som=

nus. Et respondet quod som=nus: assignans talem rationē. Quia mutatio que habet fieri de non esse ad esse habet fieri per medium. sōnus autem vi=detur esse medium inter non esse ⁊ esse. seu inter non viuere ⁊ viuere. quia vita proprie est in vigilia. Unde multi pueri quando nascuntur dormiunt propter consuetudinem dor=miendi in matrice. Et sic patet de vilitate humane conceptio nis.

C ¶ Secunda conceptio dici tur criminalis seu execrabilis Et hec fit quando peccator cō cipit apud se aliquod malum propositum cuiusmodi sūt co=gitationes turpes lubricorum ⁊ carnalium hominū similiter auarorum. inuidorum. odien=tium. superborum ⁊ huiusmo=di. Et tales sunt similes gallo qui contra naturam dicitur o uum concipere. quod tandem confotum dicitur basilicum p creare. Ita ⁊ peccatores con=tra naturam bene ordinatam concipiunt ouum mali propo siti ex quo sequitur. part⁹ basi lisci. id est partus mali operis ⁊ peccati. Et de sic concipiente scribitur in Psalmista. Conce pit dolorem ⁊ peperit iniquita tem concepit autem peccator a diabolo qui animam corrūpit et impregnat. Sed nota ordi=nem quomodo scilicet anima concepit peccatum a diabolo. Nam primo ipse diabol⁹ alloq̄ tur animā per suggestionē dul cem secundū q̄ in figura dicit Gen. xxxiiij. q̄ sythe deliniuit dynam filiā Jacob blanditijs. Secūdo amplexatur rationes adducendo. Prouerbioꝝ septi mo Irretiuit eū multis sermo=nibus et blandicijs labiorū ꝑ=traxit illum. Tertio osculatur per delectationem quod signi=ficatum fuit. ij. Regum. xx. Ubi Joab dicit Imaze. Salue mi frater et tenuit manu dextera mentum amaze quasi deoscul=lans eum. Porro amaza nō ob seruauit gladium quem habe=bat Joab qui percussit eum in latere et effudit intestina eius in terram et mortuus est. Joab autem qui interpretatur inimi cus recte significat diabolū q̄ sub specie osculi interficit ani mam. Similis etiam iude qui sub velamine amititie osculo tra didit saluatorem. Quarto con miscetur ei per consensum. Sa pi. iij. Felix est sterilis ⁊ coinq̄ nata supple anima que nesci=uit thorum in delicto. hoc con cipit anima misera per propo=situm ⁊ deliberationē peccan=di. Sap. iij. Ab iniquo thoro se men exterminabit. Sexto ꝑtu=rit in exequutiōe peccati sicut dicitur immediate ante predi=ctam auctoritatem Psal. Ecce inquit ꝑturit iniustitiam. Itē Esaye. xxxvij. Uenerunt filij: id est mala opera vsq̄ ad partum Septimo lactat eū duob⁹ vbe=ribus scilicet spe redeundi ad dominum per penitentiā. ⁊ cō=paratione aliorum precantiū vt pote dicendo talis sic facit. sic viuit. cur non ego similiter? Treno. iiij. lamie nudauerunt mammā. lactauerunt catulos suos. Sunt autem lamie secun dum magistrū Nicolaū de lyra bestie habētes faciem similem mulieri: q̄ nudāt mām̄as suas

n nutriendo fetus suos. Sic & diabolus bestia crudelis more muliebri demulcet corda peccatorum & nudat mamas suas qn facit proponit homini materiam temptationis. Tunc autem dicitur nutrire fetus suos quando peccatores q sunt quodammodo fetus sui, delectari in peccato. Octauo diabolus deportat & deducit filios suos qn facit eos discurrere de loco in locum ad peccatum perpetrandum vel ad alios corrumpendu sicut patet delusoribus alearum. Item de meretricibus et huiusmodi. Uel quando facit eos gloriari de malitia commissa secundum illud Esaye. iij. Peccatum suum quasi sodoma predicauerunt. &c. Nono ipse diabolus consolidat et corroborat filios suos quando facit peccatum suum descendere tanquam benefactum et hoc grauissimu est. quia vt dicit Aug. Si te excusas deus accusat. Et de hoc loquitur deuotus Ber. in quodam sermone ita dicens. Multis modis fiunt excusationes in peccatis. aut enim dicit qui se excusat. aut non feci. aut feci quidem & bene feci. aut si male feci non multum. aut si multu non mala intentione. Sed si apertas defendit peccator iniquitates quomodo occultas et prauas cogitationes humiliter in confessione reuelabit? Propterea rogabat psalmista dominu ne permitteret eum labi in talem dementiam vt defenderet suam iniquitatem ita dicens.

Non declines cor meum in verba malicie ad excusandas excusationes in peccatis. Nec tantum ille peccat qui propriam defendit nequitiam; sed etiam q alienam. Unde dicit Isidorus et recitatur. xi. q. iij. Qui peccantibus. quod qui consentit peccantibus: et aliquem defendit delinquentem / maledictus erit apud deum et homines: et corripietur increpatione seuerissima. Propterea Anastasius secundus quia voluit defendere Sotinum hereticum / diuino iudicio percussus est sicut legitur dist. xix. Anastasius. Nam vt dicit glosa dum assellaret emisit intestina. Item in vitaspatrum quidam sanctissimus pater dixisse fertur.

Si quis peccantem defendit / acrius quam ille qui peccauit coerceatur. Decimo modo & vltimo diabolus necat filios suos. Facit enim instar cati qui postquam bene luserit de mure tandem ipsum strangulat & deuorat. Propterea ipse christus vocat eum homicidam Joh. viij. dicens. quod ipse homicida erat ab initio. Nam ab initio humane creationis homicida fuit humani generis. Hec est igitur generatio pessima: ita vt quilibet sic conceptus: sic genitus sic educatus: sic consummatus a patre diabolo merito dicere possit illud Job. iij. Pereat dies in qua natus sum et nox in qua dictum est conceptus est homo. Et infra. Quare non i vulua mortuus sum: et egressus ex vtero non statim perij.

E ¶ Tertia conceptio dicitur virtualis. Hec autem conceptio tunc formaretur cum quis concipit aliquod bonum ad dei

honorem et anime sue salutem vt pote cum quis concipit seu proponit confiteri.vitam suam emēdare :eleemosynam facere: aliena restituere: et huiusmodi. Quam quidem conceptionem si perfecta fuerit sequitur proles et parturitio boni operis. Sicut enim mulier que expectat successionem alicui9 bone et magne hereditatis valde appetit concipere et parere bonum fetum seu pulchrum heredem post eam. Ita et anima deuota que expectat successionez eterne hereditatis valde ꝛ summopere debet appetere hanc spiritualem seu mentalem conceptionem: secūdum quod prefiguratum fuit i Thamar que ob hoc sedit in biuio vt a iuda transeunte conciperet Gene. xxxviij. Et de hac conceptione potest intelligi illud Esaye vigesimosexto. A facie tua domine concepimus et quasi parturiuimus et peperimus spirituz salutis. Sicut ergo non sufficit mulieri concipere in vtero nisi ad extra pariat. Ita neque satis est ad salutem proponere benefacere nisi sequatur tempore et loco benefacere.

F ¶ Utranqꝫ autē conceptionem mētalem tam malam quā bonam possumus persuadere talibus similitudinibus.

Fuit enim quedam matrona que peperit filium: nigerrimuz ad modum ethiopis. Cumque ꝓpterhoc accusaretur de adulterio vsque adiudicata fuisset tanquam rea nisi consul Quintilianus eam defendisset/ostendens ethiopem in camera depictum in qua matrona concepe rat: sicut narrat hieronymus. Consimilis autem casus fertur de hypocrate. Accidit siquidem quendam mulierē pue rum admodum formosum peperisse: vtriqꝫ tamē parenti dissimilem atqꝫ toti generi eorundem. Punita autem fuisset mulier tanquam rea adulterij si hypocrates causam non reddidisset fuisse picturam quandaz in cubiculo in quo conceperat simi lem dicto filio. Simile narrat Augustinus.xi.retractationum capi: lxij. de quodam rege Cipri multum deformi qui pulchras ymagines fecit i suo cubiculo depingi vt sibi ꝑ modum illum pulchri filij nascerentur. Et de hac virtuosa et laudabili conceptione figura legitur Genesis trigesimo de Jacob qui cum pasceret oues Laban soceris sui habiturus: que esset pro mercede cunctas oues varias: decorticanit ꝟgas quas posuit in canalibus vbi effundebatur aqua: vt greges illic conuenientes ad bibendum vitientes huiusmodi virgas variorum colorum: conciperent etiam et fetus variorum colorum quod et factum est. Et per talem modum ditatus est Jacob supra modum. Ad propositum Jacob est quilibet iustus et dei amicus qui ponit ante oculos mentis virgas variorum colorum quando attēte considerat vitam sanctorum et varias virtutes eorum. Et tunc concepit fetus variorum colorum. Quando quidez ab vno haurit vnam virtutem ab alio aliam et huiusmodi.vt pote ab Abraham hospitalita=

tem: ab Isaac obedientiam: a Jacob patientiã: a Dauid mãsuetudinem: a Johanne baptista solitudinem et parcimoniã: a Uirgine gloriosa puritatem a Magdalena pñiam: a Christo omnem virtutem: et sic de alijs. Et per talem modum crescit de virtute in virtutem secundũ quod scriptũ est Apoc. vigesimosecundo. Qui iustus est iustificetur adhuc et sanct9 sanctificetur adhuc: id est ad hoc laboret vt sanctior fiat.

¶ Lectio.liiij.

¶ Ecce enim veritatem dilexisti, incerta et occulta sapientie tue manifestasti mihi.

¶ Postquam in precedenti lectione penitens ostendit suam miseriam et confessus est suam culpam dicens. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum et in peccatis concepit me mater mea.

Item prius dixerat. Tibi soli peccaui et malum coram te feci. &c. Consequenter in hoc versu adducit rationem persuasiuam gratiose captiuans dei beneuolentiam et misericordiam sperans eam sibi propitiam dicens. Ecce enim veritatem dilexisti: quasi dicat penitens ad dominum. Ita confiteor manifeste peccatum meum et miseriam dicens. Tibi soli peccaui Item Ecce enim in iniquitatibus conceptus. et cetera eo q tu dilexisti veritatem scilicet in confitente seipsum accusant quia si accusat: tu excusas: si ipse agnoscit: tu ignoscis: secundum quod Psalmista de seipso loquitur dicens. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino: et tu remisisti impietatem peccati mei. Quantum autem deus veritatem dilexerit scilicet in cõfessione patuit in latrone de quo Luce vigesimotertio dixit quod cum dixisset quasi confitendo.

Nos quidem iuste: nam digna factis recipimus, postea statim audiuit a domino, hodie mecũ eris in paradiso. Taliter ergo et intantum veritatem diligit deus quod sine vltione delictũ non deserit: vt enim inquit grego. super hoc passu: aut homo peccatum in se puniens persequitur: aut postmodu[illegible] deus districto examine vlciscitur.

Siue ergo sit magna: siue parua iniquitas nisi puniatur ab homine penitente punietur a deo iudicante: sicut Job. nono dicitur. Uerebar omnia opera mea sciens quod non parceres delinquenti. Non enim ad deum pertinet permit[illegible]e decus culpe sine decore iustitie.

Quamuis ergo deus ad penitentiam vocet peccatores tamen nunquam preterit eorum delictum sine vltione: quia aut homo punit aut deus.

Unde idem Grego. super predicto verbo Job dicit sic. Delinquenti non parcetur: qr sine vindicta peccatum non relaxatur. Ueritatem ergo diligit deus: quia iustum iudicium nõ pretermittit. Unde glosa ordinaria allegando Augustinum, dicit sic. Sic dat deus

misericordiam vt seruet verita
tem: vt nec peccata sint impu=
nita eius cui ignoscit. Igno=
scit autem seipsum puniēti: mi
sericordia ergo est quod homo
liberetur: sed veritas quod pec
catuz puniatur. Unde Michee
sexto. Ostendam tibi o homo
quid deus requirat ad te: vti
que facere iudicium et diligere
misericordiam: et sollicitū am=
bulare cum deo tuo. Dominus
Petrus de palude exponit hūc
passum ad literam et historia=
liter de Dauid: qui cum ha=
buisset expressam reuelationem
quod de semine suo filius dei
nasceretur timens ne in penaz
peccati sui infligeret sibi mors
a deo antequam haberet filiuz
(quia nondum erat Salomon
natus) ideo instanter rogauit
dominum dicens. O domine
deus propter dauid seruum tu
um non auertas faciem christi
tui. Tu enim veritatem dilexi=
sti: imple ergo quod promisisti
qui verax es in promissis. Tu
enim promisisti abrahe filium
cum tamen iam senex esset: et sa
ray sterilis: et tamen promis=
sum obseruasti: quia veritatem
dilexisti Item filijs israel ter=
ram fluentem lac et mel promi
sisti: et tandem illam eis con=
cessisti: quia (veritatem dilexi=
sti) Et generaliter mirabiles
fuerunt promissiones tue: in qui
bus semper fidelis inuentus es
et hoc totum quia (veritatem
dilexisti) Item peccatoribus ad
te confugientibus remissionez
et gratiam promisisti: et nulli
vnquam defuisti: et hoc totum
quia veritatem dilexisti Tu er
go qui mihi olim promisisti di=
cens. De fructu ventris tui po
nam super sedem tuam/ promis
sum implere digneris: non ha=
bito respectu ad iniquitatem
meam: quia (veritatem dilexi=
sti) Allegorie veritas: quam tā
tum diligit deus pater/ est fili=
us suus: qui de seipso dicit.
Ego sum via veritas et vita.
Joānis. xiiij. et hanc summaz
et infallibilem veritatem sum=
me semper dilexit deus pater:
et in ea sola sibi complacuit:
quia eam solam sine mendacio
id est macula inuenit secundū
illud Luce tertio. Tu es filius
meus dilectus in te complacu=
it michi. Sequitur. Incerta et
occulta sapientie tue manife=
stasti mihi glosa interliniaris.
Exponit hāc clausulam ad li=
teram de Dauid: cui incerta et
occulta sapientie diuine tunc
manifestata sunt: quando ad=
uentus filij dei q̄ alijs erat in=
certus: alijs vero occultus ip=
si fuit manifestus: non quidem
in se: sed in expressa illa promis
sione. De fructu vētris tui &c.
Et nota quod non dicitur pro
pheta Dauid (incertum et oc=
cultum) sed (incerta et occulta
sapientie tue m.) quia prophe=
te non solum cognouerunt fi=
lij dei incarnationem: sed et ip=
sius misteria vt pote passionem
resurrectionem ascensionem et
huiusmodi. Et hec incerta et
occulta sapientie diuine signi=
cata fuerūt Apocalipsis quin=
to vbi Joānes loquitur ita di=
cens. Uidit (inquit) in dex=
tra dei sedentis super thro=
num librum scriptum intus et

foris signatū sigillis. vij. Ubi per illum sedentē intelligitur dei filius: liber est sacra scriptura. septem vero sigilla sunt. vij occulta que fuerunt in christo Primum igitur sigillum est ipsius saluatoris conceptio. Secundum eius natiuitas. Tertium mors et passio. Quartuz resurrectio. Quintum in celuz ascensio. Sextum spiritussancti missio. Septimum aduent⁹ in iudicium. Hec ergo incerta et occulta que deus manifestauit prophete Dauid: manifestauit esse nobis per rei exhibitionem: per veritatis apertam predicationem: et per interiorem illuminationem secunduz illud Joh. xv. Omnia quecunq̧ audiui a patre meo nota feci vobis. Uel incerta et occulta sapientie diuine manifestata ipsi Dauid significant peccatorum remissionem et gratie diuine collationem que sūt alijs hominibus incerta et occulta: quia nescit homo an odio vel amore dign⁹ sit sed omnia seruantur in futurum incerta: vt habetur Eccl'iastes. ix. Hec autem fuerunt ipsi Dauid certa et manifesta diuinitus: quandoquidem per Natham prophetam ex parte domini nunciatum est ei. Dominus transtulit ate peccatū tuū ij. Re. xij. Unde di. Greg. quod ante aduentum christi incertū fuit si grauiter lapsi possēt habere veniam: et peccatorum remissionē quam plures latuit. Sed Dauid qui redemptorez mundi vt peccata tolleret futurum preuiderat de peccatorū indulgentia non dubitabat. Hec ille. Uel dic quod tūc de⁹ pater incerta ⁊ occulta sapientie sue manifestauit toti mundo: quando locutus est per ꝓphetas suos: et tandem ꝑ vnigenitum suum de altitudine celorum missum in hunc mundū miserum.

A ¶ Notandum est autem iuxta illam primam clausulam Ecce enim veritatem dilexisti. q̧ triplex est veritas a deo dilecta.

sez
- Uite.
- Doctrine.
- Justitie.

¶ Prima igitur est veritas vite seu virtutum et bonorum operum: de qua Hieremi. ij. Ego plantaui te vineam electā omne semen verum. Deus enim plantauit naturam humanam in paradyso terrestri tanquaz semen verum: quia dedit primis parentibus iustitiam originalem pro se et suis posteris: que cum semine fuisset trāsfusa a patre in filium sicut et modo peccatum originale traducitur a generante in filium. Pertinet autem ipsa originalis iustitia ad veritatem vite pro quanto ponit rectitudinē inferiorum virium ad superiores.

B ¶ Hec autem veritas vite: seu vera vita consistit in tribus.

¶ Primo quidem in vera mentis estimatione. Falsum enim loqueretur in mente sua: qui estimaret panem esse lutum vinum aquam: et aurum auricalchum: licet ista habeant ad inuicem similitudenem aliquam in colore Similiter et ille qui

reputat tēporalia esse magna bona: vt diuitias: delicias ho nores et similia. Et per oppositum magna ꝛ vera bona: vt sūt humilitas: charitas: patiētia: misericordia: deuotio ꝛ huiusmodi: non estimat alicuius valoris: quasi ea contemnens hic false estimat: ꝛ loquitur falsum in corde suo. Opposito autem modo ille qui reputat huiusmodi temporalia transitoria ꝛ caduca: vana ꝛ vilia: vt apostolus qui dicebat. Omnia arbitratus sum quasi stercora Phil.iij. Spiritualia autē bona et eterna reputat maxima bona: vt sunt virtutes: gratia: amor dei gloria eterna. Talis loquitur veritatē in corde suo et non intrabit in tabernaculum domini.

¶ Secundo veritas vite consistit in vera ꝛ recta oris locutione: de qua Apostolo: Ephe.iiij. Deponentes mēdacium loquimini veritatem vnusquisq; ad proximum suum: quoniam sumus inuicem membra. Membra autem nō decipiunt alterutrum. Sic nec homines dicūt se inuicem decipere per falsam locutionem: siue propter odiū et rancorem: siue propter amicitiam aut timorem: quia secūdum Philosophum: duobus existentibus amicis platone et veritate: sanctum est prehonorare veritatem: amicus quidem Plato: amic⁹ Sortes: sed magis amica veritas. Sed pfecto modernis temporibus. Ueritas odium parit: propter quod diminute sunt veritates a filijs hominum. Nam timentes malorum odium quod incurritur per veritatis locutionem vana locuti sūt vnusquisq; ad proximum suum. Item labia dolosa in corde ꝛ corde locuti sunt. i. aliud hūt in corde ꝛ aliud pretendunt in ore: sicut patet in falsis testib⁹: in periuris et mendacibus. Unde psal. Non est in ore eorum veritas. Naz adeo hac nostra tempestate male tractatur veritas ꝙ de ea scriptū est Es.lix. Corruit ī platea veritas. Olim enim iudices iudicabant in via publica ꝛ in media platea. Unde de pilato dicitur Johannis.xix. ꝙ adduxit Jesū foras ꝛ sedit pro tribunali in loco q̄ dicit licostratos hebraice autem gabatha. Et qꝛ sepe huiusmodi iudices declinant a veritate siue propter munera siue ex alia causa ideo conuenientissime dicit Esayas ꝙ corruit ī platea. id est in loco iudiciario veritas. Nūc aūt ꝗuis iudices nō soleant iudicare in platea. nihilominus adhuc verū est dicere ꝙ corruit in platea veritas ꝛ q̄tū ad eos q̄ ibi cōueniunt mercādi gratia qꝛ scriptū est de pe. dist.v. qualitas ꝙ difficile est inter ementis vendentisq; commertiū non interuenit pctm̄ qꝛ vt dicit ibi glosa. Contrahentibus naturale est sese inuicem decipere Et quātum ad diuites ꝛ potentes qui illic commorātes spoliāt pauperes p vsuras et fraudes multiplices. vñ psal. Non defecit de plateis eius vsura ꝛ dolus.

¶ Tertio veritas vite consistit in recta ꝛ iusta operatione. Nam ad hoc ꝙ opus nostrum sit verū oportet ꝙ ab eo remo-

ueatur omnis sinistra intentio & simulatio & indebita circunstantia. Non enim est veritas vite sed simulatio iustitie deferre quidem sanctitatis habitum & habere mala opera totaliter illi statim contraria sicut videre est in discolis & vagabundis religiosis: quia vt habetur Extra de regularib9. c. porrectum. habitus non facit monachum sed regularis professio. Ueritatem itaq3 iustitie in opere habendam docuit saluator Mat. vj. Ita dicens Te faciēte elemosinam nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua per sinistraz autem in proposito intelligitur praua intentio que non debet aliqd scire de opere dextere .p q̃to nō debet se illi immiscere.

¶ Secunda est veritas doctrine de qua Psalmista. Ne auferas de ore meo verbum veritatis vsquequaquam hec autem veritas consistit in quadā manifestatione verborum eorum de quib9 est scientia Et ad hāc veritatem doctrine pertinet vt quecunq3 alios docet in quacunq3 facultate. aut alijs predicat seu consilium dat cuiusmodi sunt aduocati & peccatores curie ecclesiastice aut ciuilis. vera doceat & dicat Nō tamen tenetur nec debet dicere p̄dicator omni tempore omnem veritatem: sed que conueniat auditoribus et que sit illis vtilis Nam ad euitandum scandalum pusillorum veritas taz doctrine q̄3 iustitie qn̄q3 dimittenda est ad tp̄s tā scd̄m d. s. ij ij. q. xliij. art. vij. in sol. ad. iiij. q̄3 scd̄m ray. in summa sua. vnde de hoc dantur tales vers9. Est veritas vite doctrine iustitieq3 primū sēper habe duo alia .p pter scandala linque scilicet aliquando. Hoc autem non sic intelligendum est q̄ liceat qn̄q3 docere falsitatem oppositā veritati sed vt taceatur ipsa veritas non necessaria pro tunc Item quantū ad veritatem iusticie nulli facienda est iniusticia. vt scilicet condemnet innocens propter vitandum scandalū aliorū sed dormire & sopiri pro tēpore potest seueritas et rigor iustitie vt non puniātur pro tūc q̄ puniri meruerūt Et ad hoc propositū possūt adduci multa exempla vt pote de prostibulis que tollerantur .p vitando maiori malo secūduz Aug. Itē de peccatis magnatum & principum etiam prelatorum aliquorum & huiusmodi Quotiens ergo aliquis predicator videt q̄ labor suus et latratus contra aliqua peccata non prodest sed potius ob est forte quia fortius indurātur mali nec aliquis fructus sequitur sed maius scandalum & murmur. tunc melius facit .p tunc tacendo q̄3 latrando Uerbi gr̄a in aliqua ciuitate sacerdotes sunt oēs ferme cōcubinarij nec est spes de correctione & emendatiōe eorum. Nec p̄terea est prelatis cura de rep̄hensione talium eo forte quod in eadem condemnatione. Si in isto casu predicator aliquis dicat pp̄lo q̄ debes tales vitare in officijs missis & sacramētis nec per talē latratum speratur aliquod remedium adhibendum quin potius scanda-

lum efficietur ind: maius. tūc non tenetur contra tales predicare: sed melius facit tacere ad tempus. Nota tamen circa hoc quod hodie nō sufficit noticia facti ad hoc quod quis teneatur vitare hmōi concubinarios sed requiritur noticia iuris prout fuit decisum in cōsilio constañ. Et si allegetur in contrarium quia scđm Crisost. et recitat. xi. q. iij. Nolite. Non solum est proditor veritatis q̄ transgrediens veritatem palam pro veritate mendacium loquitur sed etiā ille q̄ non libere defendit quā pronunciare opz: aut non libere veritatē veritatē pnūciat q̄z liber e defēdere conuenit proditor est veritatis. Item di. xliij. c. dispensatio dicitur q̄ dispensatio celestis feminis nobis iniūcta est vel si non sperserimus: vel si tacuerimus Ad hec decreta et his similia breuiter dicendū est q̄ intelligguntur de doctrina ad salutem necessaria: et cuz speratur fructus. Et similiter si alij inde non scandalizent. Alijs autem Hiero. docet nos tacere habet. xi. q. iij. quando ergo ita inquiens. Quando vir ecclesiasticus et prudēs atq̄ intelligens multas ipietates in ea que vocat domus dei esse congnouerit: et non solum multas sed etiā fortes: que opprimere possint iustitiam et in tantū doctorū rabiem processisse: vt accipiant precium in iudicio: et omnia p muneribus faciant: pauperes deuitent in portis et audire cōtemnant: taceat in illo tempore ne det sanctum canibus et ne mittat margaritas añ porcos Sed imitetur Hieremiam dicentem. Solus sedebam quia amaritudine repletus eram Iere. xij. Sed proph dolor quorū interim se opponeremur ū p domo domini et tueri veritatē que hodie tam turpiter cōculcatur sunt facti velut canes muti non valentes latrare vt dicitur. Eccl. lvi. Uñ moderni pdicatores student auditoribus plus placere q̄z deo loquentes que placita sunt eis et tales mūdus laudat atq̄ magnificat. Hanc autem maledictionem p̄uidens paul. ij. thi. iiij. sic inquit. Erit tempus sanam doctrinem non sustinebūt sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus. Et a veritate quidem auditum auertent: ad fabulas autem conuertentur. Propterea di. Sene. in quadam epistola: q̄ diuites cū oīa habeant vnū illis deest. s. q̄ verum dicat. Si enim in cliētulum felicis hoīs potētisq̄z pueneris aut vitas aut amicitia pdēda ē. Hec ille

¶ Tertia est veritas iustitie de qua potest intelligi illō. Exo. xviij. Proiñ inquit Ietro ad Mosen cōgnatum suum de oī plebe viros sapiētes et timētes deum in quibus sit veritas. Hec autem veritas consistit in hoc q̄ aliq̄s seruat rectitudinē legis in iudicijs: que sūt ad alterū. Et ad hāc veritatem iustitie ptinet nō respicere ad psonas: puta q̄ talis est paup: idō est sibi cōpatiēdū: ita vt nullo modo puniatur: vel q̄r cōsāguineus: ideo nō est puniēdus sed supportādus etiā in cā iniusta Uel q̄r magnus et potēs idō iustificā-

dns: quia timendus rc. Hanc autem personarum acceptionem in iudicio prohibet. Salomones. Prouerb. xxxviij. dic. Qui cognoscit in iudicio faciē non bene facit: iste pro buccella panis deserit veritatem. id est pro modica mercede temporali. Item eam prohibet dñs. Exo. xxiij. Non misereberis in quit in iudicio pauperis vt a vero denies. Vult etenim dñs vt iudices misereantur pauperū r cause eorū q̄ citius expediantur sed nō vult contra veritatem r equitatem misericordiam illis fieri Item ad veritatem iustitie pertinet resistere malis r discolis r defendere pupillos viduas r innocentes cōtra oppressores quia vt habetur. di. lxxxiij. c. error. Error cui non resistit approbatur et veritas cū minime defendatur opprimit Istud notare deberent multi prelati tam regulares q̄ seculares q̄ multa mala impune permittūt transire ad suam et suorum subditorum damnationem. Sed heu olim dicebat propheta Dauid. Veritas de terra orta est. Nūc autem merito dicere possumus illud Osee. iiij. Non est veritas in terra Si enim queratur veritas in claustro vestigia quidem ipsi⁹ ibi apparent sed abijt tamen Similiter si requiratur in loco iudiciario tam ecclesiastico quam ciuili ibi non inuenit nisi forte volenti eam emere Hodie enī non inuenitur qui velit eam hospitio gratis recipere Propterea pauper pretet merito clamare ad dominū r dicere cū psalmista. Saluum me fac domine quoniam defecit sanct⁹ qui scilicet velit veritatem defendere aut gratis dare cuius ratio subditur quoniam diminute sunt veritates a filijs hominum. Et hoc maximum malum est: quia ex quo tantum diligit veritas a deo secundum q̄ hic dr. Ecce enī veritatem dilexisti. deberet diligi ab omnibus q̄ volunt vocificari dei amici. Amicorum enim est idem velle.

C ¶ Propterea notandum iuxta illam secundam clausulam: Incerta r occulta sapientie rc. q̄ tria hominum genera possunt veraciter dicere ad dominum. Incerta et occulta sapientie tue m. Hi sunt.

vez { Propheta illuminatus. Fidelis catholicus. Penitens sinceris. }

¶ Primo igitur quilibet propheta potest dicere ad dominū. Incerta r occulta sapiētie tue: id est que sunt tibi manifesta. hominib⁹ aūt incerta et occulta talia inquā manifestasti mihi. Unde prophete antiquitus dicebantur videntes quia scilicet illuminati a deo videbant que alij non videbant sicut patet de Esaya Jeremia Ezechiele et huiusmodi et talia cōmuniter manifestabant populis qr donum prophetie nō datur homini ad suam vtilitatem tantum sed poti⁹ ad vtilitatē aliorum Bene autem dicit propheta. Incerta et occulta rc. quia prophetia cōmuniter est de futuris contingentibusque quia futura ideo occulta humanis mentibus: r quia contingentia ideo incerta nobis Certa tamē

ꝛ manifesta sapientie diuine: similiter et prophete cui mani festantur. Dicit tamen beatus Hieronimus in glo. super mat theuz quod duplex est prophe tia vna prescientie que super impletur cuiusmodi erat illa Esai. vij. Ecce virgo concipiet ꝛc. Alia autem comminatiõis que non sẽper impletur cuius= modi erat prophetia Jone de subuersone Niniue Beat⁹ au= tem Gre. in dyalogo suo li. ij. dicit vnum valde notandũ sci licet quod spiritus prophetie non semper irradiat mentes ꝑ phetarum. Et ibi dat exemplũ de Natham qui prius requisi tus a rege Dauid si posset tẽ= plum construere. prius consẽ= sit et postmoduz prohibuit vt habetur .j. pali. xvij. Item dat exemplũ de heliseo qui vidẽs mulierem sunamitem cuius fi li⁹ erat mortu⁹ ad pedes suos prostrata ait ad giezi volentẽ eam tollere. Dimitte illã. Ani= ma enim eius in amaritudine est ꝛ dominus celauit a me ꝛ nõ indicauit mihi. iiij. Re. iiij. Si militer idez Greg. xi. morali ex ponens illud Job. xiij Et vidit oculus meus et audiuit auris mea: ꝛ intellexi singula dicitq͛ cum aliquid ostenditur vel au ditur et si intellectus non tri= buitur. i. si non intelligatur ꝑ phetia minime est. Uidit nãq͛ pharao per somnium que erãt egypto ventura: sed quia neq̃ uit itelligere quod vidit ꝓphe ta non fuit Aspexit balthasar rex articulum manus scribẽ= tis in pariete sed propheta nõ fuit quia intellectum rei quaz viderat non accepit vt igit͛ bea tus Job spiritũ ꝓphetie se ha bere testetur non solũ vidisse ꝛ audisse sed etiam intellexisse se omnia asserit. hec ille.

¶ Secundo quilibet fidelis ca tholicus gratias agens de illu stratione fidei sibi cõicato po= test dicere ad dñm Incerta et oc. s. i. occulta fidei mysteria q̃ reputant infideles incerta. im mo verius fabulã manifesta= sti mihi. sup. enigmatice ꝛ ꝑ fi= dem Non sic aũt talia occulta manifestasti alijs populis. vñ psal. Nõ fecit taliter oĩ natio ni ꝛ iudicia sua nõ manifesta= uit eis. sicut supple ea manife= stauit nationi christianorum. Propterea Aug. in libro solilo quiorum. c. vij. loquẽs de maxi mis beneficijs dei inter multa hoc reputat maximum q͛ cum reuocauerit deus de tenebris ꝛ vmbra mortis ad lucem gra tie ꝛ fidei catholice ita inquiẽs Miser ego deus me⁹ q̃tum te= neor te diligere. ostende mihi. Quantum debeo laudare te de monstra mihi. Quantũ debeo placere tibi. innosce michi. Tu eñ creasti me cũ nihil essem. il luminasti me cũ in tenebris essẽ resuscitasti me cũ mortu⁹ essẽ. Profecto mĩa tua magna est su per me ꝛ eruisti me ex inferno inferiori. Et pau ci interiectis subdit Nõ erã ꝛ creasti me Ni hil fuerã ꝛ de nihilo me aliq̃d fecisti. Sed quale aliq̃d Certe nõ stillã aque nõ ignẽ nõ auez nõ piscẽ. nõ serpentẽ. vel aliq̃d ex brutis animalibus non la= pidem vel lignum non ex eorũ genere que tantum habent esse vel ex eorum genere que tan= tum esse ꝛ crescere ꝛ sentire pos

sunt Sed super omnia hec voluisti me esse ex his que tantū habent esse quia sum: & ex his que tantum habent esse & crescere quia sū & cresco & ex his que tantum crescunt & sentiūt quia sum cresco et sentio. Et paulominus parem me creasti angelis quia rationem te cognoscendi cum ipsis a te communem accepi Sed paulominus vtiq; dixi. Nam illi tuā felicem notitiam iamhabent per speciem. Illi facie ad faciem. ego autem per speculum et in enigmate Illi plene ego autem ex parte. hec ille.

¶ Tertio verus & perfect⁹ penitens pt merito dicere ad dominum. Incerta et occulta sapientie tue manifestasti michi Illa autem īcerta & occulta sapientie dei sunt peccatorū remissio gratiarū & virtutū restitutio que vtiq; de communi lege sunt hoi penitenti incerta & occulta quia vt habetur. Eccl'. ix. Nescit homo an odio vel amore dign⁹ sit. possunt tamen fieri certa et quodammodo aperta per probabilem coniecturam moralem vnde di. s. xij. q. cxiij. ar. v. vbi querit.

D ¶ Utrum aliquis homo possit scire se habere gratiam hāc questionem resoluens in corpore articuli q̄ dicit aliq̄d potest cognosci temporaliter Primo modo per reuelationem. Secundo modo per certitudinem & in seipso. Tertio modo per coniecturam. Primo inq̄t modo aliq̄s potest scire se habere gratiā. Reuelat enim hoc deus aliquando aliquibus ex speciali priuilegio vt in eis incipiat etiam in hac vita quodammodo securitatis gaudium & vt confidentius ec forti⁹ magnifica opera prosequantur & mala presentis vite sustineant Sicut paulo dictū est. Corin. xij. Sufficit tibi gratia mea. Similiter tertio modo potest quis cognoscere se habere gratiam inquantum scilicet percipit se delectari in deo et contēnere res mundanas et in quātum homo non est sibi consci⁹ alicuius peccati mortalis secūdum quemmodum potest intelligi illud Apo. ij. Uincenti dabo manna absconditum quod nemo nouit nisi qui accipit. Nam ille qui accipit gratiam quandoq; per quandam experientiam dulcedinis ipsaz gratiam cognoscit se habere. Ista tamen cognitio imperfecta est adeo vt dicat paulus. i. Corin. iiij. Nihil mihi conscius sum: sed non in hoc iustificatus sū: q2 vt habet' in ps. Delicta q̄s intelligit ab occultis. &c. Secundo autem modo nullus potest scire se habere gratiam cuius ratio est Certitudo enim nō pt haberi de aliquo nisi possit diiudicari per propriū principium sicut non potest haberi certitudo de aliqua conclusione demonstratiua nisi per sua principia indemōstrabilia Modo principium gratie est ipse deus. qui propter sui excellentiam est nobis ignotus p pñti Et ideo eius pñtia in nobis p gratiam vel absentia cognosci non potest p certitudinem secūdum illud Job. ix. Si venerit ad me non videbo eum si antē abierit non intelligā. Hec d. s.

vbi supra Sunt quidem ⁊ alia signa per que coniectare possumus nos habere gratiam vt pote facilitas bene operandi siue delectatio in bono opere. Item auditas audiendi verbum dei patientia in aduersis, dilectio inimicorum ⁊ huiusmodi.

¶ Lectio.lv.

¶ Asperges me domine ysopo & mūdabor lauabis me & super niuem dealbabor.

¶ Post ꝙ in lectione penultima penitens allegauit suā immūditiā dicēs. Ecce eñ in iniquitatibus cōceptus sum. ⁊c. Nunc in isto versu petit a tali immūditia purgari ⁊ mūdari dicens. Asp̄ges .i. rogo vt asp̄gas me dñe: ⁊ mūdabor. Rationem aūt huius petitionis premisit in p̄cedenti versu cū dt. Ecce eñ veritatē dilexisti. q. d. Tu vis sp̄ verax ⁊ fidelis in tuis p̄missis inueniri Modo sic est ꝙ p̄misisti p̄ prophetā tuū ezechielē. xviij. c. ꝙ in quacūq̄ hora ingemuerit pctōr oīm iniquitatū ei⁹ non recordaberis āplius. ego aūt ingemisco ⁊ cōfiteor reatum meum: dicēs. Tibi soli peccaui ⁊ malū corā te feci. ergo Asp̄gas me dñe ysopo ⁊ mūdabor. Hūc textū exponit allegorice de xp̄o glosa. Interl' similiter ⁊ ordi. Item ⁊ Grego. Est enim hysopus herba parua ⁊ humilis. Sic ⁊ christus fuit adeo humilis ꝙ exinaniuit semetipsum formam serui accipiēs, factus obediēs patri vsq̄ ad mortem vt habetur Phil. ij. ista autem hysopo petebant aspergi illi qui olim desiderabant aduentū filij dei Tunc autem in effectu fuit mūdus ista hysopo aspersus quādo suum sanguinem in ara crucis effudit dei filius. Tunc eñ vt habetur Apoc. j. lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Nec cessat homines indies aspergere. Nam quotquot sacrum baptisma suscipiunt ista hysopo asperguntur ⁊ mūdantur secundum quod olim promiserat dominus Ezechi. xxxvj. Effundam super vos aquam mundam ⁊ mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris quia in baptismo non solum remittit originale: sed ⁊ mille mortalia ⁊ tot venialia si inueniantur ⁊ de illis doleat baptisandus. Originale quidem deperse ⁊ primo in hoc sacramento remittitur ex consequenti autem actuale ⁊ hoc tā a culpa ꝙ̄ a pena quod est perfecte mundari. ⁊ sup̄ niuē dealbari. Sicut eñ in rebus naturalibus nichil est albius niue. Ita nihil mundius aīa illius q̄ baptisat. Et si esset aliq̄d albius niue, adhuc incōparabilit̄ magis dealbatur aīa in baptismo. Et hoc mō loquendi vtit̄ scriptura Math. xvij. vbi dicitur ꝙ in trāsfiguratione vestimenta xp̄i facta sūt alba sicut nix De hac aūt aspersione baptismali figura legit̄ Leui. xiiij. vbi dr̄ ꝙ in ritu leprosi mūdādi inter cetera oportebat habere passerē cui⁹ sanguis effundebatur in vasculo ⁊ postmodū sacerdos accipiebat hyso-

pum quam intingebat in dicto sanguine ⁊ aspergebat illum q̄ mundandus erat septies. Et postmodum talis ingrediebatur castra. Ad propositum q̄d hysopus intincta sanguine nisi christi humanitas aspersa ꝓ ꝓprio cruore: Et quis leprosus mundandus. nisi puer seu quicunq; adultus baptisandus. Qui ideo dicit intingi septies quia baptismꝰ delet vniuersitatem peccatorum mortalium in disposito que ad numerum septenarium rediguntur. Facta aūt tali aspersione ⁊ mūdatione. qui sic moritur sine vllo impedimento intra castra illa celestia. a quibus turpiter fuit eiectus primus angelꝰ Et hoc est q̄d dr. Apoca. vij. Hi sunt q̄ dealbauerūt stolas suas in sā guine agni et ideo sunt ante thronum dei.

A ¶ Unde ad hoc propositū refert dominꝰ Antho. florentinus in prima parte cronice sue. t. vij. c. ix. §. j. de btō sanino q̄ in territorio tricassino decollari iussit imperator aurelianꝰ q̄ cum adhuc gentilis esset et audisset ab aliquo legi hūc versum Asperges me domine ysopo et mundabor. ⁊c. orauit vt sciret expositionem illius. Cui mox angelus apparens ait. Cum aspersum fuerit caput tuum crismate mundaberis ⁊ cum mundatus fueris aqua viua in nomine domini Jesuchristi. tūc cādidior eris quam nix. Quo audito baptisma suscepit. hec ille. Magister nicolaꝰ gorram exponens hūc passum dicit q̄ duplex est macula a qua penitens mūdari: scilicet mortalis ⁊ venialis Primo ergo petit a culpa mortali mūdari cū dicit. asperges me domine ysopo ⁊ mundabor ⁊c. ponitur aūt ibi verbum indicatiui modi loco optatiui. Est ergo sensus Asperges me domine ysopo ⁊ mundabor. ⁊c id est rogo te domine vt me aspergas aqua gratie tue. ⁊ tūc mūdabor ab omni culpa mortali. Secūdo petit integre mūdari ab omni veniali cum subdit. Et super niuem dealbabor Scit enim verus penitens q̄ nihil coninquinatū. supple per culpam venialem. aut abhominationem faciens per mortale delictū intrabit in illam celestem ciuitatem hierusalem vt habetur Apoca. xxi. Nisi ergo fuerimus super niuem dealbati in hora mortis nostre. profecto non intrabimus celū. Potest etiam dici quod in hoc versu notant tres partes penitentie cum suo principio quod est humilitas cordis. Qui enim vult veram penitentiam agere. debet primum suam miseriā ⁊ culpam humiliter recognoscere ad instar publicani qui a deo humiliatus erat. vt non auderet in celū oculos leuare: sed percutiebat pectꝰ suū di. Deꝰ propitius esto michi peccatori. Luce. xviij. Hec autem humilitas prima ad penitentiam ⁊ iustificationem a peccatis designatur per hysopū q̄ est herba valde humilis: Dicit ergo penitēs ad dominū Asperges me domine hyso. id est infunde mihi humilitatem cordis q̄ per superbiam peccaui. tua mādata transgrediendo quod si

fecerís tunc mundabor per cō trionem consequenter lauabis me per confessionem:et tandez super niuem dealbabor per integram satisfactionem. Et de hac mundatione et dealbatione que fit per completam penitentiam loquitur ipse domin⁹ Esaye.id est ita dicens. Si fuerint peccata vestra vt coccinū quasi nix dealbabūtur si fuerint rubra quasi vermiculus velut lana alba erunt. Hec est igitur virtus aque penitentia lis qua lauantur sordes mentis.

B ¶ Est ergo notandū iuxta hunc textū q̄ recte per hysopū penitentia designat:et hoc propter multa.

¶ Primo quidem propter paruitatem. Est enim hysop⁹ herba parua ⁊ breuis/magne tamen virtutis. Ita et penitentia in presenti assumpta ⁊ tolerata est parua ⁊ breuis:secūdū illud.ij.Cor.iiij. Id enim quod in presenti est momentaneum est et leue tribulationis nostre. Est tamen illud momētaneū maxime virtutis: adeo vt dicat Augu. et recitatur de pe.di.vij.paragra. Null⁹ quod non est desperandum de penitente sero. Nam vt dicit. xxvi. q.vi. Si presbyter. Uera confessio ⁊ penitentia in vltimo tēpore esse potest Et datur ibi exemplū de latrone qui vni⁹ momenti penitentia meruit esse i paradiso in hora vltime confessionis. Propterea dr̄ Ecclesia.xi. q̄ malitia vnius hore obliuionem facit luxurie magne hoc est dictu:parua ⁊ breuis penitentia facit vt deus obliuioni tradat non solum luxuriam magnam quam forte operatus est homo:sed ⁊ quantācūq̧ culpam que etiam pre sui magnitudine ascenderet vsq̧ ad celos ⁊ descenderet vsq̧ ad abyssos. Non est tamen multum sperandum in tali finali penitentia:quia est valde dubia:vt habet̄ de pe.di.vij. Si quis positus. Non enim (inquit ibi Aug.) negamus sero penitenti qd̄ petit:sed non presumimus q̄ bene hinc exit. Si securus hinc exierit:nescio Penitentiam dare possumus securitatem autem dare non possumus. Hec ille.

¶ Secūdo per hysopum penitentia designatur propter caliditatem. Est enim hysopus herba calida. Sic et penitentia debet esse calida et incensa per charitatem scd̄m illud Pe. Cōculcauit cor meū intra me (inquit verus penitens) et in meditatione mea. id est consideratione peccatorū meorū exardescet ignis:videlicet charitatis:de quo ait saluator Luce.xij. Ignem veni mittere in terram. Talis fuit penitentia magdalene de qua Gregor. in omel. super illud. Rogabat Iesum quidam phariseus.⁊c. dicit sic. Discite quo amore ardet que non iussis venit: super conuiuas ingressa est:et inter epulas flere non erubuit Cogitauit enim quid fecit: sed noluit moderari quid faceret Talis etiam fuit penitentia Pauli cum dixisset dominus. Saule saule quid me persequeris? mox ex abundanti charitate ait ad dominum. Domine qd̄

me vis facere. Act. ix.
¶ Tertio dico q per hysopuz
penitentia significatur ꝓpter
purgationem. Est enim hyso=
pus herba medicinalis ⁊ pur=
gatiua. Purgat enim pectus
hominis: sanatqꝫ tumorez pul
monis. Sic et penitentia pur=
gat animam a peccato: dispo=
nitqꝫ ad gratie susceptionem:
et ad introitum regni celestis:
secundum illđ Mat. iij. Penitē
tiam agite appropinquabit re
gnum celorum. Est ergo tanꝗ
clistere quod purgat interio=
ra ventris: sic ⁊ ipsa purgat in
teriora anime tanquam post se
trahens vniuersam materiam
corruptam. Unde Chrysost. su
p Math. Penitentia (inquit)
cor emundat: sensus illuminat:
animas sanctificat: et ad susce
ptionem christi preparat. Sed
prochdolor pauci inueniūt hy
sopum penitētie sapidam ⁊ dul
cem: sed insipidam et amaram
propter quod abhorrent eam.
Sed audiant tales Aug. in li=
bro de decem cordis ita dicen
tem. Melius (inquit) est modi=
ca amaritudo in faucibus: ꝗ
eternū tormentum in visceri=
bus. Item Hiero. super illud
Mar. i. Penitemini et credite
euangelio. ita inquit Amaritu
dinem radicis dulcedo poni ꝯ
pensat: pericula maris spes lu
cri delectat: dolorem medicine
spes salutis mitigat: qui nu=
cleum desiderat frangit nucez
penitentiam ergo agat q̄ vult.
eterno adherere bono. Hec ille
Rogandus itaqꝫ est deus vtcū
hysopo penitentie aspergat ꝯ
scientias nostras vt sic mun=
demur ⁊ super niuem dealbe=
mur.

C ¶ Notandum est autem cir
ca hunc passum q ecclesia fre=
quenter habet in vsu illum ver
sum videlicet Asperges me. ⁊c
Nam quotiens in ecclesia die
bꝰ dominicis spargitur aqua
benedicta / solet a clero decan
tari presens versus: potissime
extra tempus paschale. Per ꝗ
quidem aspersionem in dispo=
sito deletur peccatum veniale:
etiam totiens quotiens quis
ea aspergitur. Et ad hoc facit
ca. Aquam sale. de conse. di. iij
vbi sic dicitur. Aquam sale co
spersam in populis benedici=
mus: vt ea cuncti aspersi san=
ctificentur ⁊ purificentur. Et
ideo solet apponi predicta a=
qua in introitu ecclesiaruz vt
facilior sit vsus illius. In cuiꝰ
figura legitur Nume. xix.
q in introitu tabernaculi erat
labiū eneū quo se mūdabāt sa
cerdotes qñ debebant intrare
Sācta. Sic ⁊ in lege grē nō so
lum sacerdotes: sed et oēs de=
uoti catholici: tam in ingressu
ꝗ in egressu ecclesie debent se
aspergere aqua benedicta.
¶ Sunt autem et alia remedia
per que fit remissio venialium
preter ipsā aspersionem aque
benedicte.
D ¶ Primum igitur remedi=
dium preter ꝓcedens quod va
let ad dictā remissionem venia
lium est gñalis confessio. Jaco
bi vltio. Cōfitemini alterutrū
peccata vrā. Ubi glosa interl.
Cōfitemini maiora maioribus
et minora minoribus. Quē ad
modum ergo cōfessio sacramē
talis delet mortalia: ita ⁊ gña
lis venialia. Ecce ꝗtum ꝓdest

interesse principio misse et habere absolut onez a sacerdote. Hoc etiam idem operatur illa absolutio communis que fit in primis et cópletorijs apud aliquas religiones: vtpote predicatorum. Item hoc idem operatur benedictio episcopalis: et forte illa quam facit sacerdos in fine misse: hoc approbante: et ecceptam te domino: secundum quod videtur innuere ca. Multi. i. q. i.

¶ Secundũ remedium est tonsio peccatoris: vt habet de penultima distinctione. i. §. Tres sunt actiones. Unde de publicano legitur. Luce. xviij. quod postquam orasset percutiendo pectus suum: et se dicendo peccatorem miserum: tandem descendit iustificatus in domum suam: scilicet a culpa licet non forsitã ab omni pena. Non mirum autem si tonsio pectoris per quã significatur cordis cõtrario deleat venialia: cuz etiã deleat maximamortalia. Bona ergo et laudabilis est consuetudo illorum qui astando misse et dicendo confiteor tondunt pectus suũ cũ dicũt Mea culpa.

¶ Tertium remedium est generalis cõtritio. Potest enim qs in generali tantum conteri de peccatis suis quod virtute talis contritionis cõsequetur remissionem mortalium et omniũ venialiũ: vbi tamen si esset contritio remissa non consequeretur forte nisi remissionem mortalium. Remissio siquidem venialium non est necessario annexa remissioni mortaliũ: quãuis bene e diuerso: secundum quod pulchre deducit beatus Thomas. iiij. senten. vnde Psal. Cor contritum et humiliatum deus non despicies.

¶ Quartum remedium est oratio dominica. Nam secundum Augu. homelia. xlij. cum quis deuote dicit orationem dominicam et venit ad illum passuz. Dimitte nobis debita nostra. tunc communiter recipit remissionem venialiũ: vel omniũ vel saltem aliquorum secundum quod plus vel minus feruet in oratione. Unde de penul. di. iij. c. De quotidianis: dicit Joan. Chrysosto. De quotidianis breuibus leuibusque peccatis: sine quibus hec vita non ducitur quotidiana oratio fidelium satisfacit. Per quotidianam autẽ orationẽ intelligitur oratio dominica: quia quotidie reiterãda est etiam frequenter.

¶ Quintũ remediũ est sumptio sacramenti altaris: secundum quod dicimus in quadã collecta. Purificẽt nos quesumus domine sacramẽta que sũpsimus: et patrata vt hoc sacramẽtũ. etc. Et post pauca: sit ablutio scelerũ. Unde de cõse. di. ij. Cũ omne crimẽ. Dicit quod omne crimẽ atque peccatũ oblatis deo sacrificijs delet. Quod qualiter intelligẽdũ sit declarauimus in aduẽtu de secretis secretorum loquẽtes de sigillo penitẽtie seu cõfessionis. Ex quo ergo sumptio actualis huius sacramenti delet venialia et mortalia in voto valde salubre est frequẽtare hoc venerabile sacramẽtũ. Dicente Ambrosio prout ponit de cõ. di. ij. Si quotiẽscũque. Si (inquit) quotiẽscũque effundit sanguis xpi. i. effundi significat vt dicit glo. in remissionẽ peccatorum

effunditur: debeo merito semper accipere (q̃ semper pecco) debeo semper accipere medicinam. Ille autem merito semper accipit hoc sanctissimũ sacramentũ s3 glosam qui semper se preparat ꝛ habilem reddit atq3 dignum ad accipiẽdum. Similiter quidam dicunt quod per actualem susceptionem sacramẽti extreme vnctionis delentur ipsa venialia. Hoc enim videtur inuenere. ca. Cum venisset extra de sacra vnctione lib. i. vbi d3 quod hoc sacramentum digne susceptum vel agit/ vel auget absq3 dubio quod designat.

¶ Sextum remedium contra ipsa venialia est eleemosynarũ largitio: secundum illud Daniel. iiij. Peccata tua eleemosynis redime. Item Ecclesiastici iij. Ignem ardentem extinguit aqua: ꝛ eleemosyna resistit peccatis: ꝛ deus ꝓspector est eius qui reddit gratiam. Nec solum eleemosyna corporalis ad hoc valet: sed ꝛ spiritualis: qualis est iniuriarum remissio: secundum illud. Luce. vi. Dimittite et dimittetur vobis. De prima autẽ eleemosyna videlicet corporali loquit̃ Gracianus post Ambro. de penultima distin. i. ca. Medicina. ita dicens. Medicina misericordie tollit peccata magna. Habem⁹ plura subsidia quibus peccata nostra redimimus. Pecuniam habes: redime peccatum tuum. Non venalis est domin⁹: sed tuipse venalis es: peccatis tuis venundatus es; redime te operibus tuis: redime te pecunia tua: vilis est pecunia sed preciosa est misericordia. Eleemosyna a peccato tuo liberat: crimina ergo eleemosynis redimunt. hec ibi. Ecce qualia nobis cõtulit piissimus deus remedia cõtra peccata venialia que sunt octo cõnumerando aspersionẽ aque benedicte. Item benedictionem pontificis; de qua dictũ est sub primo remedio. Unde tales dant̃ versus. Confiteor: tondo: conspergor: conteror: oro. Signor: edo: dono: per hec venialia pono: id est depono. Aduertendũ tamen quod per ista plura vel pauciora venialia remittuntur secundum quod per ea maior vel minor feruor concitatur. Unde non oportet quod per quodlibet illorum omnia venialia simul remittãtur. Addit etiã petrus de Palude dicẽs. xvi. quarti quod etiã quecunq3 sacra vnctio delet veniale peccatum: vt est vnctio episcoporum/ regum/ ꝛ sacerdotum Item ꝛ benedictio monialium. Similiter ꝛ panis benedictus in ecclesia. Et omnia ista intellige de his q̃ sunt in statu gratie tantum. His ergo modis aspergitur conscientia penitentis: ꝛ mundatur a venialibus culpis: atq3 super niuem dealbatur per vniuersalis culpe carentiã ꝛ gratie superinfuse nitorem.

E ¶ Iterum notandum iuxta illud idem Asperges me domine. ꝛc. q̃ triplex est aspersio.

videlz. Fluminis. Sanguinis. Olei.

¶ Prima igit̃ aspersio qua solet dominus aspergere ꝛ mundare suos dicitur fluminis seu

aque. Et tali aspersione asperguntur paruuli in baptismo. Hec aūt aspersio figurata fuit Numeri. xix. Ubi dicitur quod ille qui tangebat cadauer hominis mortui efficiebatur immūdus septē diebus: sed postea aspergebatur aqua expiationis: et sic mundabatur. Sic in proposito nos omnes tetigimus quodammodo cadauer hominis mortui: scilicet Ade carnē ab eo trahendo: propter quod necessario contrahimus immūditiam culpe originalis: sed tamen quādo aqua expiationis aspergimur in baptismo: tunc a tali infectione mūdamur. Sicut ergo talis immūdus ante purgationem prohibeatur ab ingressu tabernaculi. Purgatus autem et transactis diebus septē libere ingredi poterat. Ita et modo qui moritur in originali prohibetur ab ingressu celi: dicēte Christo. Joannis. iij. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritusancto non potest introire in regnū dei. Qui autem baptizatus est vltro ingredi potest, eodem Christo dicēte Matth. vltimo. Qui crediderit et baptizatus fuerit saluus erit. In cuius rei signum dicit Matthei. ix. Sinite paruulos venire ad me: talium est regnū celorū. Propterea extra de baptismo et eius effectu lib. iij. ca. Maiores. dicitur quod per sacramentū baptismi Christi sanguine rubricati culpa remittitur: periculum vitatur: et ad regnuz peruenitur: cuius ianuā Christi sanguis fidelibus suis misericorditer reserauit. Absit enim vt vniuersi paruuli pereant: quorum quotidie tāta multitudo moritur: quin et ipsis misericors deus qui neminē vult perire aliquod remedium procurauerit ad salutem. Hec ibi. De hoc etiam habetur de conse. di. iiij. Per aquam. Ubi dicit Ambrosius, quod per aquam baptismi fit trāsitus de culpa ad gratiam: de peccato ad vitam: de inquinamento ad sanctificationem: et de terrenis ad celestia. Hec aūt aspersio tanta est et tā efficax vt abluendo corpus simul abluat: et animaz ab omni culpa et pena: tam in paruulo quam in adulto. Ita enim dicitur de conseq. dist. iiij. Per baptismum. Item ca. Paruulo paruulo (inquit textus) recenter nato vsque ad decrepitum senez: sicut nullus prohibendus est a baptismo: ita nullus est q̄ nō peccato moriatur in baptismo: sed paruuli tantum originali. Maiores autez omnibus etiaz moriuntur peccatis que male viuendo addiderunt originali.

¶ Scd̄a dei aspersio omnipotentis dicitur sanguinis. Et tali aspersione asperguntur penitentes in sacramento confessionis virtute Christi passionis. Que quidem aspersio fuit prefigurata. Leuiti. xiiij. In sacerdote veteris legis qui cum sanguine passeris occisi aspergebat septies leprosum: et per hunc modum ipsum mundabat. Ita et Christus qui fuit sicut passer solitarius in tecto: q̄ fuit etiam neduz sacerdos sed et pontifex futurorum bonorum: suo proprio sanguine quem septies fudit leprosos peccato-

res ad eum redire volentes in sacramentali penitētia ab omni culpa purgat et mūdat. Uel pro tāto septies dicitur leprosos peccatores aspergere: quia a septem peccatis mortalibus purgat quotquot volūt per penitentiam fidutialiter ad eum accedere. Ideo veris penitentibus loquitur apostolus Hebreorū. xij. Accessistis (inquit) ad sanguinis aspersionem melius loquētem quam Abel. Ut enim dicit glosa interl. Sanguis Abel loquit et clamat vindictam secundum illud Genesis. iiij. Ecce vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. Sed sanguis Christi loquit et clamat ad aures dei patris veniā dicens. Pater ignosce eis: quia nesciunt quid faciunt. Lu. xxij. Ecce quomodo sanguis Christi melius loquitur quā sanguis Abel. Ad cuius quidē sanguinis aspersionem accedunt veri penitentes quatenus saltē vna illius guttula super eos cadat q̄ eis peccata remittat, que alias remitti nequeunt. Nā sicut solo sanguine hirci calido tamen scindit adamas lapis durissimus. Ita solo merito sāguinis Christi soluuntur peccata de cordibus hominum.

¶ Tertia aspersio qua pijssimus deus solitus est suos fideles aspergere dicit olei. Et hoc fit quando inducit diuites ad benefaciendū pauperibus. Elecmosyna enim pauperi data more olei mitigat atq3 lenit dolores ipsius et aspergit ipsuz. In cuius figura legitur Leuitici decimoquarto, quod sacerdos legis debebat leprosum mundandum aspergere septies contra dominum: id est coram domino. Ita in proposito ille septies aspergit pauperem contra dominum qui propter dei amorem et honorē exhibet circa pauperem septem misericordie opera. De hac aspersiōe loquebatur dominus cū dicebat. Date eleemosynam et ecce omnia munda sunt vobis. Lu. xi. Nam sicut cū aqua aspersa per cameram purgantur pulueres et immunditie corporales. Ita et cum oleo misericordie asperso super pauperes purgantur immunditie et pulueres spirituales anime. Hac autē aspersione petunt pauperes a diuitibus aspergi cum eleemosynā ab eis petunt quasi dicentes illud. Matt. xxv. Date nobis de oleo vestro: quia lampades nostre extinguuntur: id est q2 bona fortune deficiunt nobis. Sz phdolor multi diuites faciūt eis aurem surdam et dicūt. Ne forte non sufficiat nobis et vobis: sed ite potius ad vendentes: id est vsurarios qui vēdūt pauperibus triticum et similia tempore famis aut necessitatis plus iusto ad credentiam: scilicet propter dilationem solutionis: et emite vobis: scilicet vite necessaria: cum vsuris et pactionib9 indebitis: quo fit vt pauperes p tales fraudes sepe exheredentur: et pauperes efficiantur. Unde legimus Genesis quadragesimoseptimo, quod Joseph magister domus Pharaonis tēpore famis que erat in Egypto ex venditione frumenti quod prius congregaue

rat in horrea regis tēpore fertilitatis septem annorum: exhausit omnem pecuniaʒ populi illud vendendo. Cumqꝫ iterū instaret populus apud Joseph pro frumēto: nec pecuniam vltra haberet ad offerendū dicit. Joseph. Da nobis panes. Quare morimur coram te deficiente pecunia? Quibus respondit. Adducite pecora vestra: et dabo vobis pro eis cibos. Que cum adduxissent dedit eis alimenta pro equis: et ouibus: et bobus: et asinis: et sustentauit eos illo anno pro commutatione pecorum. Venerūt autem secundo anno atque dixerūt ei. Ecce defecit nobis pecunia: defecerūt pariter et pecora: et nunc vltra corpora ꝛ terrā nihil habemus. Eme ergo nos in seruitutem regiaʒ eme ꝛ terras nostras: tantum da nobis panes ne moriamur. Sequitur in textu. Emit ergo Joseph omnem terram Egypti: vendentibus singulis possessiones suas: pre magnitudine famis. Et per hunc modum subiecit Pharaoni omnem terram Egypti: ꝛ cunctos populos illius: preter terram sacerdotum que a rege tradita fuerat eis: quibus etiā statuta cibaria ex horreis publicis prebebātur: et ideo non sunt compulsi vēdere possessiones suas. His itaque gestis dicens. Joseph ad populum. Ecce nunc Pharao vos: ꝛ terras vestras possidet. Accipite igitur semina et serite agros vt fruges habere possitis.

Quintam partem regi dabitis quatuor reliquis permitto vobis in sementem: et in cibum familijs et filijs vestris. Ex eo ergo tempore vsque in presenteʒ diem in vniuersa terra Egypti quinta pars soluitur regibus: et factū est: quasi in legem: preter terram sacerdotalem: que a tali tributo libera permansit. hec vbi supra ad longum.

Quod ergo Joseph regis minister iuste egit in populo Egyptiaco: simile diuites: ꝛ vsurarij conuertunt in fraudem ꝛ rapinam in populo Christiano: quo fit vt pauperes vili precio cogantur vendere oues et boues: ꝛ tandē possessiones suas: quas postea quandoque ab eisdem vsurarijs recipiunt cultiuandas sub certa pensione: videlicet de reddenda medietate frugum: vbi tamen Joseph nō exegit a populo nisi quintam partem que veniret in sortem regis: alias vero quatuor partes vere faciebant suas.

Ecce quomodo diuites et potentes: qui deberent pauperes et egenos aspergere oleo misericordie: eos aspergunt absinthio: quod amarissimuʒ est. Unde de diuite vsurario potest dici illud. Prouerbiorum quinto.

Nouissima eius amara quasi absinthium. Principia nempe illius videntur esse dulcia super mel et fauum: quia blande loqui vsurarius: vt inuoluat pauperem in laqueis suis dicens.

Nisi essetis meus amicus: et si nō crederē vobꝫ facere placitū: et gratiā ego non darem vobis

pecuniam meam: neq tale vel tale quid. Sed profecto mentita est iniquitas sibi: quod tandem bene ostendit quia finaliter exheredat pauperem et cogit eum exultare et quandoq ad hospitale declinare. Ecce quomodo nouissima illi⁹ sunt amara quasi absinthium. Propter quod pauper potest de tali vsurario conqueri/ dicendo illud Tren. iij. Inebriauit me absinthij et fellis. Tales etem vsurarij solent quandoq pauperes inuitare ad secum prandendum: et prendere possint bona eorum: et hoc est inebriare eos absinthij et fellis.

Lectio.lvj.

¶ Auditui meo dabis gaudium & letitiam, & exultabunt ossa humiliata.

¶ Postquam in precedenti lectione ostensum est quomodo penitens petit intus in conscientia aspergi a domino aqua gratiarum et virtutum: vt reflorere possit qui pri⁹ sterilis erat Item mundari et super niuem dealbari: qui paulo ante immundus et niger tanquam saccus cilicinus extiterat. Hic consequēter loquitur de gaudio spirituali: quod habendum est de tali mundatione et dealbatione interioris hominis subdēs Auditui meo dabis gaudium et letitiā. Ex mundatione enim conscientie sequitur gaudium et letitia: et post luctum penitētie gaudium gratie et glorie. De gaudio quidem gratie scribitur Prouerbiorum. xv. Secura mens quasi iuge conuiuium. De gaudio aūt eterno dr in ps. Euntes ibant et flebant mittētes semina sua: venientes autē venient cum exultatione portātes manipulos suos. Sicut ergo ex mala cōscientia nascitur vermis conscientie et remors⁹ intus affligens secundum illud Aug. Iussisti domine et ita est: vt pena sibi sit in ordinat⁹ ois anim⁹. Sic ex mūda consciētia nascitur gaudium spirituale. Sed quia tale gaudium est a domino deo illud largiētendeo dicit. (dabis gaudiū et letitiā). Notat ergo tria Psalm. in hoc versu scilicet gaudium: letitiā: et exultationem: quia profecto penitentes debent gaudere de peccatorum suorum remissiōe et absolutione: letari de gratie et virtutum collatione atq precedentium meritorum mortificatorum viuificatione et restitutione exultari autem de celestium et eternorum bonorum promissione et firma expectatione. Unde D. Alber. magnus super hoc passu dicit sic. Vox exultationis et salutis sona que so in auribus meis. Tu enim es vox valde sonora et dulcis et facies sonantis valde decora. O domine deus meus audiam tacens quid loquatur i me spiritus tuus: quoniam loquitur pacem in plebem suam. O pijssime de⁹ da auditui meo illud gaudium et letitiam quā dedisti marie magdalene: quādo audiuit te dicētem. Mulier remittuntur tibi peccata: vade in pace. Audiam quod audiuit mulier in adulterio deprensa

videlicet. Ego te non condemnabo. Jo.viij. Uade et amplius noli peccare. Audiam quod audiuit latro in cruce pendens clamans et dicens. Memento mei domine dum veneris in regnum tuum. Cui mox respondisti dicit hodie mecũ eris.&c. Aliter potest ista tota scientia exponi de illa celesti allocutione: et ineffabili benedictione: quam daturus est domin⁹ electis in die iudicij: quando quidem intonabit de celo domin⁹: et altissimus dabit vocem suã dicẽs. Uenite benedicti patris mei: percipite regnũ: quod parauí vo.&c. Dicit ergo quilibet electus ad dominum. O domine deus profecto audi tui meo tam interiori quam exteriori dabis gaudium et letitiam quãdo audire merebor illam dulcisonam vocẽ. Uenite benedicti patris.&c. tunc enim exultabũt ossa humiliata: scilicet sub terra ex tali resonantia secundũ illud Psalmiste. Cor meum et caro mea exultauerunt: id est exultabunt in deum viuum.

¶ Tunc enim quilibet electus dicet illud Psalmiste. Letat⁹ sum in his que dicta sunt michi in domum domini ibimus: in domum inquam illam celestẽ hierusalem.

A ¶ Pro maiori ergo huius sentẽtie declaratione notandũ ꝙ summopere debem⁹ laborare vt auditui nostro det domin⁹ gaudium et letitiam in celis. Quod quidem celeste gaudiũ debemus desiderare seu concupiscere. Et hoc propter tria.

¶ Primo quidem propter illi⁹ perpetuitatem. Scriptum est enim Joh.xvi. Gaudiũ vestrũ nemo tollet a vobis. Est enim securitas et perpetuitas de essẽtia beatitudinis celestis. Nam vt dicit Bernar. in quodam sermo. Illud est verum ac summũ gaudium quod non de creatura sed de creatore concipitur: quod cum acceperis nemo tollet a te: cui comparata omnis iucũditas meror est omnis suauitas dolor est: omñe dulce amarum est: omne postremo quod delectare potest molestum est. Hec ille. Et nota: ꝙ dicit: quod cum acceperis nemo tollet a te. Propterea D.S.xij.q.v.ar.iiij vbi querit. Utrum beatitudo possit amitti. Resoluit ꝙ non. allegans illud Matthei.xv. de iustis: ꝙ ibunt in vitam eternã. Item hoc idem probat duab⁹ rationibus satis prolixis. Uide ibidem. Unde August.xxi. de.ci.dei.ca.xvij. recitat errorẽ dicentium post certi temporis metas pro cuiuscunqꝫ peccati quantitate longioris siue breuioris damnatos a penis liberandos. Inter quos misericordior fuit Origines qui et ipsũ diabolum et angelos eius post grauiora pro meritis et diuturniora supplicia ex illis cruciatibus eruendos: et sanctis angelis sociendos credidit. Item e diuerso dogmatizauit beatos posse fieri miseros. Sed illum inquit ibi August. et propter hoc et propter nonnulla alia: et maxime propter alternantes sine cessatione miserias et beatitudines nõ immerito reprobauit ecclesia. Solũ eñ ecclesia libros eius recipit: quos Hiero. approbat: vt habetur.xv. dicit

Sancta romana ecclesia. Gaudium igitur celeste et solum tale perpetuũ est ꝛ etrenale: gaudium autem mũdanum temporale est et transitorium: secundum illud Job vigesimoprimo Ducunt in bonis dies suos et in puncto ad inferna descẽdũt B ¶ Legitur enim ꝙ sikes scholares in quodam gymnasio fecerunt quoddam festum iocundissimum: in quo per totam diem affuerunt omnia: que cordi humano iocunditatem afferre possunt. Erat autem inter eos quidem magister regens ornatus vestibus preciosis vt pote de scarleto veluto. qui vespere facto ad se reuersus et considerans quã cito illa gaudia trãsierant: nec de ipsis aliquid remãsisset nisi pecuniarum inutilis consumptio: temporis vana perditio: corporis debilitatio: et multiplex dei offensio.

Hac cõsideratione proposuit q̃rere gaudium quod durat sine fine: valeq; dicens consodalibus ꝛ discipulis religionẽ intrauit: vbi sancte vixit vt perueniret ad gaudium perpetuũ ¶ Secundo debemus appetere illud celeste gaudium propter ipsius vniuersalitatem.

Multa enim sunt ꝛ in multiplici differentia: de quibus gaudere solent homines in terris: que omnia simul erunt eminenter in celis. Si enim nichil est quod non videant qui videntem omnia vident: vt inquit Aug. Consequenter oportet dicere ꝙ etiam ibi nihil est vnde ibi non gaudeant. Unde adeo vtile: et extensum erit illud gaudium: ꝙ etiam ipsi beati gaudebunt non solum de gloria cõsodalium verum etiam de supplicio dãnatorum: de tali supplicio et pena mirabili laudãtes dei iustitiam et equitatẽ dicente Psal. Letabitur iust⁹ cum viderit vindictam et alibi. Super eum: scilicet reprobum: ridebunt: videlicet ipsi beati ꝛ dicẽt. Ecce homo qui non posuit deũ adiutorem suum. Nec quidem immerito quoniam et ipse dominus quodammodo letabitur de tali supplicio prouerb. j Ego inquit ipse ad reprobos in interitu vestro ridebo. Propterea di. i. iiij. señ. dist. vlti. in fine. Respondebo ad tres questiũculas ponit summarie tres propositiones. Prima est quod beati in patria vident damnatorum supplicia vt scilicet de sua beatitudine vberiores gratias deo agant. Secunda propositio ꝙ beati miserijs et supplicijs damnatorum etiam amicorum suorum nullo modo compatiuntur. Tertia propositio ꝙ ipsi beati quodammodo letantur de penis damnatorum non quidem per se sed per accidens inquantũ scilicet cõsiderent et vident in talibus penis ordinem diuine iustitie impleri. Item et se liberatos a tot et tantis malis perpetuis in quibus vident ipsos reprobos detineri. Bene ergo locutus est. Psal. cum inquit. Letabitur iustus cum viderit vindictam. Si ergo beati gaudent quamuis de per accidens de supplicijs et malis reproborum: a fortiori gaudent de omni bono. Et ita eorum gaudium est vniuersale. Non sic autem est de

gaudio mundanorum. Nunq̄ enim tale gaudium potest esse tam vniuersale aut generale ꝙ illi nō desit aliquid ꝙ sic patet. Sunt eñi aliqui qui abundant temporalibus et fruuntur reb⁹ secundis. Sed frequenter sunt egroti. alijs fruūtur rebus exterioribus et corporis sospitate sed tamē tristantur eo quod sepe prolem habere nequeunt. Sūt alij in quibus ista tria reperire eit: sed adhuc non plenū habēt gaudium: sed sepe tristātur propter insolentes mores prolium suarum. Aliquādo siquidem filie eorum prostituuntur aut viris puersis in mr̄imoniū tradunt. Sil'r filij bzigosi ꝛ discoli efficiuntur adeo vt qn̄q̄ propter eorum benemer:ta supplicio mortis deputentur.

C ❡ Unde quātum ad primū legitur de quodam diuite qui semel intrauit hortulum suum clausoq̄ ostio glorians insuis diuitijs hec dicebat. Quid mihi de est? viget corpus: arridet florida etas: ꝛ robur et sanitas non desunt opes supra moduꝫ abundant: honor seculi michi fauet amicorum potētum ꝛ nobilium caterua mihi adest loci huius amenitas delectat fruor pulcherrima amasia: quid ergo mihi deest? Certe nihil. In loco autem vicino quem diuidebat paruus murus aderat quidem vir grauis et prudens qui hec audiens subiunxit clava gallice massue equid tibi de est. Per hoc autem verbum truffatorium reputabat eum valde stultum eo ꝙ gloriabatur in talibus in quibus gaudendū nō erat: et vere sic erat. Gaudium igitur illius non erat vltime ꝛ plenum quia licet multa haberet vnde gauderet: carebat tamen sapientia ꝛ virtute de quibus gaudendum est: et non de predictis: que vana sunt caduca et misera.

❡ Tertia debem⁹ appetere huiusmodi gaudium celeste propter ipsius puritatem. Non enim est tale gaudium immixtum contrarijs scilicet tristitie dolori ifirmitati ꝛ huiusmodi. Unde Esay. xxxv. gaudiū ꝛ letitiam obtinebūt et fugiet dolor et gemitus ab eis. Dolor inq̄ scilicet de peccatis cōmissis et gemitus de presentis vite miserijs. Non enim vt habet Apoc. vij. esurient neq̄ sitient ampli⁹ ꝛ non cadet super illos sol neq̄ vllus estus. ꝛ eiusdē. xxi. Mors vltra non erit neq̄ luctus. neq̄ clamor. que prima abierunt. Oportet enim primo in presensenti lugere peccata sua et proclamare ad dominum vt illa remittat. Item oportet de ipsis dolore in corde et per contionem: et tandem oportet mori. Sed de beatis verum est dicere ꝙ ista prima iam abierunt. nec aliquando redibunt dicente domino vbi supra. Ecce noua facio omnia scilicet corpus et animā. Sed quia aliqs posset de hoc dubitare mirando quomodo scilicet corpus hoc mortale et corruptibile poterit inducere incorruptionem. Ideo subdit ioannes. Et dicit mihi qui sedebat in throno. Scribe quia hec verba fidelissima sunt ꝛ vera. Et qui vicerit. supple carnē mundū et diabolum. possidebit hec. Patet er=

go q gaudium illud celeste pu
rissimum est vt pote non secum
patiens quicquam vnde dolē-
dum sit. Econtrario autem est
de gaudio mundano q nunq̄
est purum: sed semper suis con
trarijs mixtum. scilicet dolori
tristitie infirmari et huiusmodi.
Unde prouerb. xiiij. Risus do-
lore miscebitur & extrema gau-
dij luctus occupat.

D ¶ Unde narrat valeri9 ma-
ximus de quodam rege qui ac
cepto dyademate priusquā ip-
sum capiti suo imponeret. illō
diligenter intuens & conside-
rans dixisse fertur. O nobilem
magis quam felicem pannum
quem si quis penitus cognosce
ret attendens quam multis sol
licitudinibus periculis et mise
rijs sit refertus. nec humi qui-
dem iacentem tollere vellet.

Item quod gaudium quod ha
bēt quidam in suis diuitijs sit
doloribus & tristitijs immixtū
patet per Innocentium de cō-
ditiōe vilitatis humane ita in-
quientem Mentem certe diui-
tis semper fatigat et affligit. la
bor in acquirēdo timor in pos-
sidendo. dolor in amittēdo Pro
pter qd saluator noster Luc.
viij. comparat diuitias tempo
rales spinis. Et vere iquit Gre
go. in homel. spine sūt quia co
gitationum suarum punctioni
bus mentem lacerant: & cum vs
q ad peccatum pertrahūt qua
si inflicto vulnere cruentant.
Propterea huiusmodi diuitie
temporales nō possunt huma-
num saciare appetitum: sed sūt
similes igni qui tanto plus cre
scit, quanto plura combustibi-
lia apponuntur ei, hoc patuit
in alexandro magno de quo re
fert idem valerius q cū audis-
set ex oppositione aliquor phi
losophorum pluresesse mūdos
Heu me inquit miserū qui nec
vno quidem adhuc plene & pa
cifice potitus sum. Cū itaq so-
lum gaudiū celeste satiare pos-
sit humanam mentem dicente
August. Fecisti inquit nos do
mine ad te & inquietū est cor no-
strum donec veniat ad te. Et in
ps. Saciabor cum apparuerit
gloria tua. cōsequens est vt ip-
sum solum toto studio appeta-
mus dicentes ad dominum.
Auditui meo dabis gaudium
et letitiam: id est te rogo omni-
potens deus vt tandem facias
me audire illā celestē vocē. Ve-
nite benedicti patris mei &c. Et
tunc profecto auditui meo da-
bis gaudium et letitiam.

E ¶ Consequenter iuxta illā
clausulam et exultabunt ossa
humiliata. Aduertendum q per
ossa humiliata possumus intel
ligere tria.

¶ Primo quidē per ossa humi-
liata possumus intelligere ossa
naturalia sanctorum virorum
quorum anime nunc regnant
cū deo in celis sed ipsa ossa cō
cultantur in terris seu adhuc
detinentur in sepulchris. Ecce
quomodo humiliant ante diē
iudicij. Nam quandoq videm9
cadauera pricipum tyranno-
rum in ecclesijs cum maiori pō
pa et gloria adornari quam sa
crosanctas reliquias sanctorū
dei que interdum recundūtur
in capsis lignis cadauera antē
regum et principum in sepul-
chris deauratis et de albatis.
de quibus psalmista. Taber-

nacula eorum a progenie in progenie. Nam talia sepulchra quoniam sursum eleuantur cum exquisitis et politis sculpturis in quibus omnes de eadem progenie post mortem inhumantur.
Ideo dicit a progenie in progenies. Item per circuitum sepulchri solent scribi tituli triumphales ipsorum defunctorum et aliquando cum multis mendatijs. hoc tamen totum fit ad fastum et gloriam mundanam. ideo subdit psal. de talibus quod vocauerunt nomina sua in terris suis. Unde in generali resurrectione quando angeli venient ad sepulchra talium pro congregandis pulueribus et ossibus atque reformandis corporibus eorum dicere potuerunt illud quod ad literam scribitur de sobna. Esaye. xxij. Uade inquit dominus ad Esayan et ingredere ad eum qui habitat in tabernaculo scilicet ad sobnam prepositum templi id est summum sacerdotem secundum de lyra: et dices ei. Quid tu hic. aut quasi quis hic quia excidisti tibi hic sepulchrum excidisti in excelso memoriale diligenter impetra tibi tabernaculum. Iste enim sobna secundum ipsum magistrum nicolaum de lyra edificauerat sibi sepulchrum notabile in ciuitate Dauid videlicet in bethleem. inter supulchra regia vt post mortem essent in memoria celebri. Sed quia non erat dignus tanto honore ideo reprehenditur ex parte domini ab ipso Esaya Sic et in die iudicij reprehendentur tales presumptuosi et miseri peccatores qui non veriti sunt quandoque eligere sepulturam intra sacrarium etiam iuxta manus altare. Hoc tamen quando fit ex speciali dei promissione quia enim tales aliqua bona fecerunt siue orando siue peregrinando siue eleemosinas largiendo ideo pro talibus bonis dominus vult vt saltem apud mundanos vt eorum corpora honorentur in terris quorum tamen anime cruciantur in inferis Quandoque etiam compertum est deo disponente ministerio angelorum vel demonum talium cadauera extracta de sepulchris et locis sacris atque confusibiliter projecta in locis prophanis. Propterea sequitur in Esaya. Ecce dominus asportari te faciet sicut asportatur gallus gallinatius qui alias dicitur capo. Nam quando capo vult accubare cum falco ne in eadem particula tunc venit falconarius et ipsum deponit de loco tam honesto atque deportat cum suis similibus. Ita in proposito. etc. Propterea beatus Greg. iiij. dialogorum. c. l. Ostendit quibus prosit in ecclesia sepeliri et quibus non ita dicens. Quem grauia peccata non deprimunt hoc prodest mortuis si in ecclesia sepeliantur quod eorum proximi quotiens ad eadem sacra loca conueniunt suorum quorum sepulchra conspiciunt recordantur et pro eis preces ad dominum fundunt. Sed quos grauia peccata deprimunt non ad absolutionem potius quam ad maiorem damnationis cumulum eorum corpora in ecclesijs ponuntur. hec ille. Unde consequenter c. lij narrat de quodam diuite cui nomen fuerat valerius qui vsque

ad decrepitam etatē lubricus extiterat nec se corrigere volebat. Cui episcopus ciuitatis accepto precio locum in ecclesia prebuit in quo post mortē sepeliri debuisset. Ea igitur nocte qua sepultus est sanctus faustinus martyr in cuius ecclesia corpus illius fuerat inhumatum custodi suo apparuit dicens. Uade et dic episcopo vt proijciat hinc fetentes carnes quas hic posuit quod si non fecerit die trigesimo ipse morietur. Quam visionem dictus custos episcopo confiteri timuit. Unde episcopus die tricesimo cum hora vespertina sanus ad lectum declinasset subita et inopinata morte defunctus est.

E ¶ Item c. habet eiusdem libri quarti narrat idem Grego. de quodam alio cui nomē erat volentinus qui similiter valde lubricus erat atque leuis in moribus. cuius corpus in ecclesia post mortem sepultum fuit. Sed ecce nocte media in eadem ecclesia facte sunt voces tanquam si quis ea violenter repelleretur atque foras traheretur.

Ad quas voces cucurrerūt custodes ecclesie: et ecce mox viderunt duos spiritus horribiles qui eiusdem valentini pedes quadam ligatura strinxerant et eum de ecclesia clamantem atque supra modum vociferantem foras trahebant.

Mane itaque facto sepulchrū aperientes nihil inuenerunt. Ex quo inquit idem Gregorius colligitur quod hi quos peccata grauia deprimunt si in loco sacro sepeliri se faciant restat vt etiā de sua presumptione iudicentur quatenus loca sacra eos non liberent sed etiā culpa temeritatis accuset. hec ille.

H ¶ Itē c. liiij. narrat de quodam alio qui tinctor erat in vrbe roma et adeo peritus et potēs quod primus erat inter ceteros sue artis. Cumque defunctus esset procurante eius vxore sepultus est in ecclesia beati Januarij martyris iuxta portam beati Laurentij. Sequenti ergo nocte audiente custode ex eodem sepulchro spiritus eius cepit clamare dicens. Ardeo, ardeo, et cum diu has voces emisisset et repetiuisset tandem ipse custos hoc nunciauit sue vxori quod audiens mox illic misit viros eiusdem artis. qui sepulchrum aperientes vestes suas intactas reperiunt. que nunc vsque in eadem ecclesia pro testimonio illius seruantur. Corpus autem illius omnino non inuenerunt. O igitur inquit Grego. qua vltione anima eius damnata est. cuius caro ab ecclesia proiecta extitit. Certe si corpus non fuit dignū manere in ecclesia. Ita nec anima in celo. Hec incidentaliter dicta sint. Sed vnde digressi sumus redeamus. Corpora igitur sanctorum et electorum dei quandoque parum honorantur in terris sed in generali resurrectione exultabunt huiusmodi ossa humiliata. quando quidem reddetur ipsis electis stola glorie qua induentur secundum quod in figura dictum est de filio prodigo redeūte ad patrem. Cito inquit pater ad seruos id est deus ad angelos p-

ferte stolam primam: id est cor pus quod primo formatum est in matris vtero quam creata et infusa fuerit anima et induite illum. Bene autem dicit induite illum quia corpus est indumentum anime. Tunc ergo de tali beato ascendente in celum in corpore et anima post celebratum generale iudicium poterit dici illud. Esaye. lxiij. Iste formosus in stola sua gradiens in multitudie fortitudinis sue Cum itaque videbunt electi tantam dei largitatem supra se relucere. tunc merito dicere poterunt ad dominum illud Psalmiste. Letati sumus pro diebus quibus nos humiliasti: id est nunc exultamus et letamur mentaliter et corporaliter pro tribulationibus et aduersitatibus que nos humiliauerunt quamdiu in mundo fuimus. ideo subdit. annis quibus vidimus mala: id est tribulationes et queque aduersa. Ecce quomodo exultabunt in die iudicij ossa humilita.

¶ Secundo per ossa humiliata intelligere possumus secundum Grego. virtutes que sunt ossa sustentantia animas deuotas. Huiusmodi ergo ossa valde humiliantur in hac vita: quia assiduis tentationum impugnationibus indesinenter turbentur quia teste Job septimo capitu. Tentatio est vita hominis super terram. In eterna autem vita non solum inuicte potestatis accipient fortitudinem sed etiam nullam vitiorum aduersantium sentient impugnationem. Nunc enim castitas impugnatur ab illecebris, sobrietas a gula. humilitas a superbia. charitas ab inuidia. liberalitas ab auaritia: diligentia a torpore et pigritia / et huiusmodi ita / vt merito dicere possit iustus tentatus illud Job quarto. Pauor tenuit me et tremor videlicet cum insurgeret in me inimicus et omnia ossa mea perterrita sunt: id est omnes virtutes mee perterrite et conturbate sunt cum sense runt insultum peccatorum illis aduersantium. Et hoc est quod loquitur Psalm. dicens. Multe tribulationes iustorum sunt supple in presenti dum quasi assidue vitia insurgunt contra virtutes vt eas strangulent mactent et perdant. Et nota dicit. Multe quia reuera multe sunt huiusmodi tribulationes ita vt nunc tentetur homo de luxuria. nunc de superbia. nunc de auaritia. Et recedente vna tentatione alia insurgit. Sed gaudeant ipsi iusti sic tribulati. non enim sic semper tribulabuntur sed de omnibus his supple aduersarijs liberauit: id est liberabit eos dominus custodiendo eos ne in presenti gratiam amittant et in futuro post tot agones et labores introducet eos ad requiem quia scriptum est Actuum. xiiij. quod per multas tribulationes: id est varias tentationes: oportet nos introire in regnum dei. Confidere autem habent tales de dei adiutorio et protectione speciali quia subditur. Custodit dominus omnia ossa eorum: id est omnes virtutes et merita eorum vnum ex his non conteretur quia scriptum est Exod. xij. Os non

comminuetis ex eo. habita igi tur victoria plena contra vitia in futura vita. tunc plene exul tabūt ossa humiliata: id est vir tutes quodammodo sub vitiis humiliate in presenti. exulta bunt in futuro quia preualue runt de inimicis.

¶ Tertio per ossa humiliata merito possum⁹ intelligere pre cedentia opera et merita que persequens peccatum humilia ta sunt adeo vt pro tunc non essent vlterius in acceptio ne diuina. Propterea dicebat psal. in persona peccatoris. Dissipata sunt ossa mea secus infernum: id est virtutes et me rita mea que prius feceram fūt disparata ad presentiam pecca ti quod est quasi vnus paruus intern⁹. Item alibi dicit idem psal. ad nostrum propositum. Ossa inquit mea sicut cremiūz aruerunt. Cremium enim est il lud aridum quod remanet de carnibus post liquefactionem pinguedinis illius et vocatur gallice creton. Tunc ergo ossa sicut cremium arescunt quādo virtutes que sunt ossa anime ipsam inesse spirituali susten tātia extracta pinguedine gra tie dei remanent quidem in ra tione habitus sed non in ratio ne virtutis secundum moder nos theologos et hoc quantū ad virtutes morales et acquisi tas. Sed huiusmodi virtutes ⁊ merita sic turpiter conculcata et depressa per peccatum inci piunt resurgere et reuiuiscere in penitente: et tunc exultant ossa humiliata. Est ergo sen sus huius versus. Postquam tu deus (inquit penitens) de deris auditui meo gaudiū de peccatorum meorum remissio ne: et letitiā de spe vite eterne: tunc exultabunt ossa humilia ta: id est virtutes et omnia me rita prius mortificata viuere incipiēt: et hoc est exultatio eo rum. O quanta igitur interna exultatio et quantum gaudiū tunc fit in corde penitentis.

Et nota ꝙ dicit exultabunt: id est exultationis causa erunt. Si enim multum gaudeat ho mo de inuentione rei perdite que magni precii est: quātoma gis de recuperatione thesauro rum et omnium precedentium bonorum operum anime?

Et hoc insinuare voluit salua tor in illa parabola de mulie re habente dragmas decē: que si amiserit dragmam vnam, tūc accēdit lucernam et euertit do mum et querit diligēter donec inueniat eam: et cum inuenerit eam tunc inuocat amicas ⁊ vi cinas dicens. Congratulamini mihi: quia inueni dragmā quā perdideram Luce. xv Dragma in proposito gratiam spiritus sancti designat: quam perdidit homo per peccatum mortale. Lucerna aūt que debet accen di pro inuentione huiusmodi dragme fidem significat. Cum enim homo per fidē cognoscit et aduertit quantum bonū pec cando amisit: et quantum ma lum incurrit, tunc mouetur ad inquerendam gratiam spiritus sancti: nec cessat ab inquisitio ne illius donec ipsam inueniat Qua inuenta cōuocat amicos, id est angelos qui sunt amici penitentium et vicinos: id est iustos viatores qui pro tanto

dicuntur vicini penitentiũ:qꝛ adhuc cum eis militant in terris. Conuocat inquã tales ad spirituale gaudiũ dicens. Cõgratulamini mihi.i.congaudete mecum vos sancti angeli et omnes electi dei: quia inueni dragmã.i.gratiam spiritussancti quã perdiderã. Et tunc fit gaudium magnum et spiritualis exultatio ossiũ humiliatoꝝ id est virtutũ et meritorũ prius per peccatum depressoꝝ. Et de huiusmodi ossib⁹ potest nõ incõgrue itelligi illd Eze.xxxvij. Ossa arida audite verbum dñi hec dicit dñs deus ossib⁹ his. Ecce ego intromittam in vos spiritum et viuetis:et dabo super vos neruos:et succrescere faciam super vos carnes ⁊ superextendam in vobis cutem et dabo vobis spiritum et viuetis. Ad propositum ossa arida sunt opera mortificata: q̃ ideo dicuntur arida quia carent humore gratie. Sed tunc intromittit in ea dñs spiritum vite quando reddit gratiam penitenti quam peccando amiserat qua restituta incipiunt viuere dicta ossa arida: tunc etiam ipse dominus dicitur ipsa ossa cooperite neruis carne et cute quando operit animam penitẽtis fide spe et charite.

¶Lectio.lviij.

¶ Auerte faciem tuam a peccatis meis et omnes iniquitates meas dele.

¶Postquam in precedenti lectione habitum est quantum gaudium et letitiam daturus est dominus iustis et electis in celo:ita vt dicat Esaye.lxiiij. ꝙ oculus non vidit deus absque te:que preparasti expectantib⁹ te. Et.i.Corint.ij. Oculus (inquit Paulus) non vidit:nec auris audiuit:nec i cor hominis ascendit qui preparauit deus his qui diligunt illum. Similiter ostensum est quomodo post generalem resurrectionẽ exultabunt ossa humiliata electoꝝ. Consequenter hic petit penitens a domino impedimentuꝫ remoueri quo posset a tãto gaudio et letitia atqꝫ exultatione retardari seu omnino impediri quod est peccatum ita dicens. Auerte facieꝫ tuam a peccatis meis:quia ea supple ante faciẽ meam habeo. Si enim (inquit glo.interl.) homo aduertit peccatum suum/deus auertit faciẽ suam ne vlterius videat ipsum peccatum. Petit ergo ipse penitens vt eius peccata preterita et iam dimissa amplius non redeant in dei memoriam:et hoc quantum ad vindictam: qꝛ nõ possunt euadere ipsius simplicem notitiam valde ergo (inq̃t penitens) mihi timeo domine deus meus attendẽs ꝙ nec superbientibus angelis pepercisti:sed illũ cherub q̃ erat signaculũ similitudinis plen⁹ sapiẽtia ⁊ perfectus decore ꝑter suã superbiam de delitijs paradisi ad inferos proiecisti in profundum putei abyssi. Et ideo peto instanter vt auertas faciẽ tuã peccatis meis. Facies eniꝫ tua est cognitio tua. Cur igitur respicis peccata mea? cur consi-

derastã diligẽt illa? cur ãnũeras? Auerte igit cognitionem tuã a peccatis meis: qr si iniqtates obseruaris domie domine quis sustinebit? Nõ loquor quidem de cognitione simplicis apprehẽsionis: qua omnia tam bona quam mala semper vides: sez de cognitione approbationis ⁊ reprobationis: qua opera iustorum approbas: et peccata impiorum reprobãda condemnas. Noli ergo ita peccata mea cognoscere vt michi ea reputes ad penam eternam sed auerte faciem tuam ab eis vt per misericordiam tuam deleantur. hec dominus Albertꝰ super hoc passu. Vel auerte (vt inquit Gorram) faciem tuam a peccatis meis: quia non decet te qui totus purus et mundus es atq speculum sine macula / videre peccata mea tam impura ⁊ immunda. De te enim scriptum est Abacuc. i. Mundi sunt oculi tui domine ne videas malum: et respicere ad iniquitatem non poteris. Beatus autem Grego. super hoc passu dicit q tunc deus faciem suam auertit a peccatis nostris quãdo nostram faciem et oculos mentis ad ipsa conuertimus per dolorẽ. Et quia psalmista in persona penitentis prius dixerat. Peccatum meum contra me (seu coram me secundũ aliam litteram) est semper. Ideo hic orat dominum vt auertat faciem suam a peccatis ipsius. Non enim (inquit ipse Greg.) deus eorum peccata vlciscitur qui in occulto cordis de prauorum operum memoria affligũtur qui nimirum ad hoc seipsos iudicant vt terribile omnipotentis iudicium euadant. Juxta illud. i. Corinth. xi. Si nosmetipsos diiudicaremus: nõ vtique iudicaremur. At cõtra reprobi: quia ea que commiserunt nequaquam conspiciunt: actus suos a conspectu iudicis non abscondunt. Et quanto magis errores suos ipsi considerare refugiunt / tanto magis eos conspectui diuine maiestatis opponunt. Delinquentium ergo mala deus videt: non vt approbet sed vt condemnet: nõ vt foueat sed vt puniat: non vt semper tolleret et patiatur sed vt in iudicio vlciscatur: qr scriptum est in psalmo. Oculi domini super facientes mala: vt perdat et terra memoriam eorum. O quam grauis vltio nõ solum de terra expellere facientes mala: sed etiam omnem penitus memoriam eorum abolere. Consideremus ergo mala que fecimus: et ea ante mentis oculos sine intermissione ponamus: ne cum ante iudicis illius conspectum venerimus: tunc primum quicquid prius gesserimus nolentes videamꝰ. hec Gregorius. Sequitur.

Et omnes iniquitates meas dele. Ad litteram David timebat ne in penam sui peccati cum Bersabee omnino impediretur incarnatio filij dei qui erat sibi promissus de semine suo venturus secundum illud.

De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Et ideo alibi rogabat dominum patrem: ita dicẽs. Propter David seruum tuum non auertas faciem christi tui. Et in presenti passu

St. Auerte faciē ꝛc. vt scʒ nō to taliter eā auertas ab hoībus re dimēdis. Qḋ aūt subdit Et oēs iniquita. ꝛc. manifeste insinuat non tm̄ adulterium ꝑpetrasse: sed ꝛ alia multa pctā cōmisisse vtpote ꝓditionē ꝛ homicidiū ī morte Urie. Item sṗbiā ipo puli sui numeratione ꝛ hmōi. Et iō nō tm̄ de vno sed de singulis pctis veniā querit: sciēs ꝙ quedā impietas infidelitatis est ab illo q̄ iust⁹ ꝛ iustitia est dimidiā sperare veniā vt dt Aug. in lib. de pnīa. et recitat de pe. di. iij. §. Sūt plures. Et hoc est cōtra illos q̄ nec plene cōterūtur: nec plene cōfitētur. Oia em̄ mortalia simul de⁹ remittit: aut nullū simpliciter.

Secus aūt de remissione venialiū quoꝝ vnū pōt remitti sine alio in hn̄te grām: ꝗuis nullū tale possit remitti non remisso mortali si illi cōiūgat. Propterea dr Jaco. ij. ꝙ q̄ offenderit in vno. i. q̄ vnū pctm̄ mortale sciēter reliquerit int⁹ in cōsciētia: vʒ q̄ in affectiōe peccandi ī vno gn̄e pcti remāserit: ꝗtūcūqꝫ de ceteris cōfiteatur ꝛ delere videatur fact⁹ est oim re⁹. i. nullum sibi remittetur.

A ¶ Notādum est aūt iuxta illud Auerte faciē tuā a pctis meis. ꝙ dn̄s habet triplicē faciem quam ostēdit diuersis generib⁹ hoim. Habet ergo faciē

vcʒ Misericordie. / Glorie. / Ire.

¶ Primo igit̄ habʒ faciē mie qua respicit vero s penitētes de qua ī ṗo. Ne auertas faciē tuā (inq̄t penitēs) a puero tuo. i. a me adhuc tenero ꝛ indigēte pedagogo. Nā penitens ex hūilitate dʒ se reputare sēp incipiētē ꝛ quasi puerū sicut alibi dt idē psal. Et dixit nūc cepi. i. incepi. Cōsequēter ipe penitēs allegat rōnez q̄re petit faciē mie dei abeo nō auerti cū inq̄t Qm̄ tribuloꝛ. q. d. qꝛ tribuloꝛ ī memetipo ꝑ pctoꝝ meoꝝ doloꝛē: iō velociter exaudi me: ꝛ nō ꝓcrastines mihi miam tuā. Ista facie mie respexit dn̄s Petruʒ post ternā negationē ꝛ fleuit amare Lu. xxij. Itē hac facie respexit peccatricē Magdalenā ad suos pedes flētē: ꝛ moꝝ dixit ei Remittūtur tibi pctā Luce. vij. Et breuiter q̄ post pctm̄ hac facie mie a deo nō respicit̄ restat vt in eternū pareat ꝛ dānet̄. Dicat ḡ penitens ad dn̄m illḋ Job. xiij. Cur faciē tuā ꝛc. Fui equidē tu⁹ inimic⁹ peccādo vn̄ ꝓ hdoloꝛ: sʒ nūc toto corde deposco effici amic⁹ tu⁹ ergo noli āmō abscōdere faciē tuā a me: necꝫ de cetero ꝓiicias me a facie. t. ꝛ s. sctm̄ t. i. grām tuā ꝑ ꝗ ihabitat ī me spūs sctūs tu⁹ ne auferas a me. Et ꝑfecto de⁹ nūꝗ faciē mie sue abscōdit ab hoie ī pn̄ti nisi ṗmū hō faciem suā ab eo auerterit peccādo qꝛ est sicut de deo sicut de speculo: cui si faciē oñdis: viceuersa faciē oñdet tibi. ꝙ si dorsū sibi ꝓteris: nō min⁹ dorsū vertet tibi. Directe ergo cōuertam⁹ facies cōsciētiaꝝ nr̄aꝝ ad dn̄m ꝑ cordis doloꝛē ꝛ rectā intētionē dicētes cū ṗa. Exquisiuit te facies mea faciē tuā. i. miam tuā pn̄e requirā. ꝙ si fecerim⁹ ꝑfecto faciem suā ostendet nobis.

¶ Scḋo deus habet faciē glo-

rie: quã ostensurus est omnib⁹ beatis: de qua in psalmo. Ostende nobis faciez tuam ꝛ salui erimus. Hanc autem faciez videre desiderabat Moyses cũ dicebat ad dominum Exodi. xxxiij. Si inueni gratiam ĩ cõspectu tuo domine ostende michi faciem tuam. Ad quem dominus. Non poteris facie͂ meam scilicet in hac mortali vita Propterea immediate subdit. Non videbit me homo ꝛ viuet Uel istud refert ad temp⁹ ꝙ ꝑcessit filij dei incarnationem ꝛ passionem in quo nullus homo vidit faciem domini in celo. Erat enim ad hoc duplex ĩpedimentum: vnum personale scilicet proprium peccatum: aliud autem generale ꝛ cõe: videlicet peccatum primi parentis. Ablato autem primo impedimento siue per circũcisionem quantum ad originale siue per oblationes et sacrificia quãtum ad actuale: adhuc nichilominus remanebat. Secundumquod nullus pret christum potuit auferre. Ipse eñ est q̃ claudit ꝛ nemo aperit: aperit ꝛ nemo claudit: vt habet. Apoca. iij. Propterea scti illi patres tam exeũtes ĩ limbo ꝗ̃ adhuc in terris degentes adipsum dominum clamabant dicentes illud psalmus. Quare faciem tuam auertis: obliuisceris inopie ꝛ tribulationis nostre Ita vt inopia referatur ad patres qui erant in limbo vbi erat inopia bonorum celestiuz Tribulatio autem referat ad electos qui ambulant adhuc ĩ terris: qui multa aduersa patiebantur nedum a vicijs ꝛ demonibus: sed etiam ab ĩimicis visibilibus ꝛ corporalibus. Sicut patuit de tribulationibus ꝛ angustijs quas passus est sanctus ille Joseph in egypto Ite͂ de filijs israel ibidem Et demũ in ingressu terre promissionis Item in captiuitate babylonica ꝛ huiusmodi Sed ĩ lege gratie omnibus decedentibus sine culpa ꝛ penali obligatione seipsam offert intuendam facies illa decora valde: in quam angeli desiderant prospicere: Unde in figura huius legitur. ij. Paral. ix. ꝙ oes reges terrarum desiderabant videre facie͂ Salomonis et audire sapientiam eius. Item alia figura legitur Hester. xv. Ubi dicitur ꝙ regina Hester intuens in faciem regis Assueri dixit ei. Uidi te domine quasi angelũ dei et conturbatum est cor meum pre timore glorie tue. Ualde eī mirabilis es domine: et facies tua plena est gratiarum. Applicatio vtriusꝙ figure est facilis. Sed proh dolor peccata nostra velant animas nostras ꝛ abscondunt ne possint intueri post hanc vitam faciem tuã desiderabilem: scd̃m illud Esa. lix. Iniquitates vestre diuiserunt inter vos ꝛ deum vestrũ et peccata vestra absconderũt faciem eius a vobis. Peccata enim sunt tanquam murus durus impediens ingressum dei in animam per gratiam: et vice uersa ingressum anime in celum per gloriam. In cuius figura dixit pater abraham diuiti epuloni existenti in tormentis. Inter nos (inquit) et vos chaos magnum firmatum est:

vt hi qui volunt hinc transire ad vos non possunt:neq; inde huc transmeare. Luce.xvi. Nam sicut murus quandoq; fit ex luto sicut patet in muris terrestribus:quandoq; autem ex lapidibus duris:quandoq; etiam ex lateribus spissis gallice de brique. Ita et aliqui faciunt sibi murum ex luto:cuiusmodi sunt luxuriosi et carnales viri. Aliqui ex lapidibus duris:vt sunt obstinati quorũ cor induratur quasi lapis. Alii autem ex lateribus decoctis ad solem vel ignem cuiusmodi sunt auari. Nam auaritia est quasi ignis decoquens et desiccans cor hominis. Sed quale remedium? Certe oportet cum dei adiutorio laborare ad euertendum huiusmodi murum:dicendo cum ps. In deo meo transgrediar murum id est cum dei adiutorio et gratia transgrediar congeriem et duritiam peccatorum. In cuius figura legitur Josue.vi.q vociferante omni populo hebreorum:et ad mandatum Josue clangentibus tubis muri hierico corruerunt:et ascendit vnusquisq; per locum qui contra se erat:et sic ceperunt ciuitatem. Ita et peccatores debẽt vociferare ad dominum pro auxilio et mia impetranda.q si fecerint deuote:tunc muri ciuitatis babylonice corruent in terram:et tunc faciliter poterunt homines in hora mortis ascendere ciuitatẽ illam celestem que est mater nostra.

¶ Tertio deus habet faciem ire et rigoris:de qua in Psalmista Vultus domini super facientes mala:vt perdat de terra memoria eorum. Per vultũ autem domini i proposito ira eius signatur:que est super facientes mala quia vt habetur Eccli.v. In peccatores respicit ira eius. Quemadmodum ergo homo iratus solet ostendere vultum terrentem et rugatum. Sic et dominus in die iudicii mirabilem ostendet faciem reprobis Quod attendẽs sctũs ille Job.xiiii.dice. Quis mihi hoc tribuat vt in inferno protegas me et abscondas me donec pertrãseat furor tu' et constituas michi tempus i quo recorderis mei. De hac autem facie ire et rigoris fig. leg. Exod.xxxiiii.vbi dicitur quod descendente Moyse de monte viderunt filii israel:qui inferius erant faciem eius cornutã et ideo timuerunt prope accedere. Ita et christus descendens de celo in die iudicii: vsq; ad vallem Josaphat videbitur a malis quasi habere faciem cornutam:vt eos percutiat verbo oris sui dicendo. Ite maledicti.in ignem.&c. Et hac tam stupenda et mirabili facie supra q dici potest terrebũtur ipsi reprobi ita vt dicturi sint montibus. Operite nos. Et collibus. Cadite super nos Osee.x. Jo.aũt apoc.vi.addit Abscondite nos a facie sedentis super thronum:et ab ira agni qm venit dies magnus ire ipsorum:et quis poterit stare? Item Malach.iii. Et quis poterit cogitare diem aduentus eius. Et quis stabit ad videndum eum? Nam a parte rei adeo grauis erit christus repro

bis ad videnduz in die iudicij ꝙ libenter vellent tunc terraz aperiri sub pedib⁹ eorum ⁊ absorberi ab ea. Da exemplum de malefactore q̄ mirabiliter admire timet faciem iudicis terreni. De hac etiam facie scriptū est Leuiti.xxvi. Ponam faciez meam contra vos dicit dominus. Quēadmodum ergo Rex Francie habet duplex vexillū prout diximus in aduentu de secretis secretorum: vlꝫ vnuz benignum/in quo depingunt lilia: aliud autem terribile qđ gallice dicitur Loriflam: ad cuius aspectum terrentur hostes ita ⁊ dominus Jesus christus habet vnum vexillum gloriosum quod ostendit in suo primo aduentu qđ vocatur vexillum mie: quia tunc apperuit benignitas ⁊ humanitas saluatoris nostri dei: vt dr Titu.iij. Habet autem aliud rigorosuz ⁊ stupēdum quod ostendet cōtra reprobos in die iudicij: de quo. Luc.xxi. Uidebunt filiuz hominis venientem cum potestate magna et maiestate Hoc autem vexillum erit apparitio christi in forma Judicis cum cycatricibus sue passionis apparentis. Qꝛ si ab eo tunc queratur illud zach.xiij. Quid sūt plage iste i medio manuū tuarum Dicet id: quod ibi subditur. His plagatus sum in domo eorum qui diligebant me. i.in domo iudeorum qui merito me diligere debebant Timeant igitur miseri peccatores tā stupendum vexillum et tam furibundam faciem: qꝛ 2 cuilibet impenitēti terribiliter comminatur ipse dominus dicens illud psalm. Existimasti inique quod ero tui similis. Certe nō sic fiet: sed arguam te ⁊ statuā contra faciem tuam. Similis quidem tui essem si peccatum tuum impunitum dimitterem. Tu enim illud non solum non vis punire: sed ⁊ post tergū pꝛoijcis ne possis videre. Ego autem qui illud video quid faciā nūquid ipsum impugnitum dimittam. Judex sum ⁊ iustus. Judex sum et vltor iniquitatū Quomodo ergo iniuste iudicabo? quomodo veritatem mēdacio mutabo? Tacui: nunqd semp tacebo. Tacui: qꝛ miam prorogaui. Iniquitatē tuā dissimulaui: tempus penitentie indulsi. Sed nunquid semper tacebo? immo arguaz te ⁊ statuā contra feciem tuam. A peccatis enim tuis auertis oculos tuos: ⁊ quandā tibi vane spei securitatē pmittis. Et qꝛ ipse te nō vides: ꝙ nec te videam suspicaris. Putas ꝙ te nō videā fornicantē: quem video adulteriū cogitantem. Ex hoc itaqꝫ te arguā: et statuam meipsum contra faciem tuam. Si igitur non vis hic attendere faciem tuā: faciā vt agnoscas tandem miseriam tuam. O igit̄ pūaricatores mandatoꝝ dei: querite dominum et confirmamini supple in amore illius: querite faciem eius semper: videlicet faciem misericordie in presenti: ne vobis ostendat faciem iustitie ⁊ rigoris in futuro: que adeo terribilis erit: quod ignis in facie ei⁹ exardescet: vt habetur in psalmista. Et alibi. A facie dñi mota est terra.i.mouebitur terra in die iudicij.

B ¶ Preterea notandum iuxta illam secundam clausulam Et omnes iniquitates. &c. q delectionis iniquitatum & peccatorum quantum ad pns sufficit triplex est causa.

Effectiua et principalis.
vez. Meritoria & salutaris.
Preparatoria & sacralis.

¶ Prima igitur est effectiua & principalis: & illa est deus. Ipse enim qui ait Es. xliij. Ego sū qui deleo iniquitates tuas ꝓpter me. i. propter magnam clementiam meam: & non propter merita tua. Sequitur Et peccatorum tuorum nō recordabor. O magna domini curialitas. Creditor enim etsi quandoq condonet pauperi debitum: tamen bene recordatur et quandoq improperat. Similiter et vir mulieris adultere et si condonauerit semel: non tamē sēper: et preterea bene recolit et frequenter exprobat eidē. Dominus autem non tantū semel dimittit sed semper: nec recordatur sed obliuioni tradit omnia: nec improperat sed dissimulat. De primo et scdo scribitur Ezech. xviij. In quacunq hora ingemuerit peccator omnium iniquitatum eius non recordabor. Item in Psal. Tu autem eruisti animam meam: vt non pariter proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea quasi volens ea tradere obliuioni: sicut fit de illo quod retro proijcitur. De tertio autē scribitur Jacobi. primo. quod dat omnibus affluenter et nō improperat. Quia ergo solus deus est qui effectiue peccata delet & remittit; ideo iudei dicebant christum blasphemare cū di. paralitico. Math. ix. Cōfide fili remittūtur tibi peccata tua. Non enim credebant eum esse deum: sed hominē purum. Similiter legitur Luce. vij. q postquam dixisset Magdalene. Remittuntur tibi peccata, dixerunt Judei intra se. Quis est hic qui peccata dimittit? quasi dicerent Cum iste nō sit deus quomodo dicit marie remittuntur tibi peccata? Aut si peccata remittit: quis est hic quasi suspicantes eum esse deū verum qui solus peccata dimittit. Ex quo ergo solus deus est qui peccata remittit: ideo feruenter orandus est vt hunc effectum operetur in nobis, dicentes. Dimitte nobis debita nostra. Aduertat tamen peccator quod etsi deus per contritionem culpam remittat; regulariter tamen quemlibet penitentem ad penam tpalem ligat qz vt di. Greg. quarto lib. moral. c. xlix. Nullū pctm dñs inultum relaxat: aut enim nos hoc flēdo insequimur: aut ipse iudicādo: restat ergo vt ad emendationem suā sp mens solerter iuigilet. Hec ille. Hic dicit Boe ꝯ consol. phie lib. iiij. psa. j. q nec sine pena vnq esset vitia nec sine premio virtutes fore: bonis felicia: malis semper infortunata contingere.

¶ Scda causa deletiōis peccatorū est meritoria et salutaris videlicet ipe xps fm q hō. Ipse ei est de quo Es. liij. dr. Uere languores nostros ipe tulit & dolores nostros ipe portauit. Uulneratus est ppter iniquitates nostras: attritus est pro

pter scelera nostra. Et postpau ca. Omnes nos quasi oues errauimus: vnusquisque in viam suam declinauit: et dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrorum. Propterea. i. Joannis. ij. dicitur quod ipse est propiciatio pro peccatis nostris: et non solum pro nostris: sed etiam pro totius mundi. Unde et in cena cum ipse Christus vinum conuertit in suum sanguinem dicens. Hic est sanguis meus noui testamenti: qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Matthei. xvj Et nota quod dicit in remissionem peccatorum. Ecce quomodo passio sua fuit causa meritoria remissionis omnium peccatorum tam actualium quam originalium. Tunc enim lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo: vt habetur Apocalypsis. i. Propterea doctor sanctus. iij. par. questio. xlviij. articulo primo. Ubi querit. Utrum passio Christi causauerit nostram salutem per modum meriti: tenet quod sic, allegans dictum Augustini dicentis super illud Philip. ij. Propter quod et deus exaltauit illum: et donauit. etc. quod humilitas passionis claritatis est meritum: charitas humilitatis est premium. Modo non solum in seipso clarificatus est ipse Christus: sed etiam in suis fidelibus vt ipsemet dicit Joan. xvij. igitur. Item facit talem rationem in corpore articuli. hoc inquit modo se habent Christi opera tam ad se: quam ad sua membra: sicut se habent opera alterius hominis in gratia constituti ad seipsum. Sed sic est quod quicunque in gratia constitutus propter iustitiam patitur, ex hoc ipso meretur sibi salutem: secundum illud Matth. v. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: ergo Christus non solum meruit sibi: sed et omnibus membris suis salutem. Et hoc est quod dicit Paulus Colo. ij. quod ipse Christus deleuit quod aduersus nos erat chirographum decreti: quod erat contrarium nobis: et ipsum tulit de medio affigens illud cruci. Pro quo notandum secundum dominum Card. quod chirographum significat literas: que solent fieri in memoriam alicuius contractus. Fiebat autem sic. Nam in eadem scriptura scribebatur hoc nomen chirographum bis: dimisso spatio intermedio: in quo scribebatur ipsum nomen chirographum magnis literis: et postea scindebantur ille litere per medium et dabatur vtrique sua portio. Et de hoc historiam habemus. Thob. v. vbi pater Thobie Junioris dicens ei. Chirographum gabeli cui tradidi. x. talenta argenti apud me habeo: quod dum illi ostenderis, statim restituet tibi prememoratum pondus argenti. Quia ergo chirographum fiebat in memoriam eorum que acta erant inter partes contrahentes. Ideo sumitur hic a Paulo pro memoriali. Decretum autem dicitur lex vel preceptum domini factum ipsi Ade. Dicit ergo Apostolus: quod Christus deleuit chirographum decreti legis: id est memoriam transgressionis que erat ex decreto: id est ex lege quod quidem chirogra

phum aduersuz nos erat. Memoria enim peccati est in conscientia remordente: in diabolo accusante: & in deo teste & iudice. Uel dic quod chirographum fuit peccatū Ade: quod quasi cautionē contra nos tenebat diabolus: super quo datum est decretum: id est sententia mortis cunctis hominibus aduersa: qua scilicet dictuz est. Morte moriemini. Sed huiusmodi chirographum deleuit Christus in passione sua affigens illud cruci: quia in morte Christi mortuum est peccatum et in eius crucifixione crucifixum. In cuius figura legitur. Hester. vij. q Aman per quem significatur peccatum suspensus est in patibulo quod parauerat Mardocheo.

¶ Tertia causa deletiua peccatorum est preparatoria & sacramentalis. Nam quodlibet sacramentum noue legis in virtute passiōis Christi delet culpā in disposito subiecto & confert gratiam. In hoc enim precellunt sacramenta noue legis sacramēta legalia: quia ista cōferunt gratiam ex opere operato: non autem illa. Notant tamen cōmuniter doctores theologi in. iiij. sentē. di. i. circa hoc duas opiniones. Prima est dicentium: quod sacramenta noue legis non conferunt gratiā nisi ex pacto diuino. Deus enim secundum eos iniit tali pacto cum hominibus quod quicunque receperit ipsa sacramenta: simul recipiet gratiam: nisi ponat obicem. Secūda opinio est dicentium quod etiam per virtutem inhesiuā ipsa sacramenta producunt effectiue gratiā: et hanc opinionem tenet beatus Thomas. Pro quo iterum notandū: quod est duplex gratia: que datur in sacramentorū susceptione in nō ponentibus obicē. Prima dicitur gratia sacramentalis: que est character seu ornatus. Secunda vero est gratia habitualis: primā gratiam causant effectiue instrumentaliter tantum ipsa sacramenta secundam autem non nisi dispositiue: eo quod propter sui excellentiaz est tantū a deo effectiue per creationem. Nullo enim modo potest educi de potentia materie: sed est omnino ab extrinseco. Ad propositū igitur dicimus quod sicut medicina sanat hominem egrū instrumētaliter: sed sanitas ipsa formaliter. Ita & ipsa sacramēta noue legis delent iniquitates quodammodo effectiue: quia disponunt ad hoc ipsum recipientē. Sed ipsa gratia habitualis delet huiusmodi iniquitates formaliter. Et ad hoc propositum loquitur decretuz i. q. i. multi circa medium capituli dicēs: quod diuina virtus sub tegumēto rerum corporalium secretius salutem operatur. Spiritus enim sanctus in ecclesia manens & eam regens: eorundem sacramentorum latenter operatur effectum. Propterea Augustinus. tantam et tam subtilē virtutem admirās. Homelia. lxxx. Et recitatur vbi supra. c. detrahe. dicit sic. Detrahe verbū ab aqua quid erit nisi aqua. vbi vult dicere quod si quis emergat aliquem in aquam & non proferat verba sa

craine talia non baptizat. Deinde sequitur. Accedit verbum ad elementum et fit sacramentum. Unde ergo ista tanta virtus aque: vt corpus tangat: et cor abluat. nisi faciente verbo: id est nisi obseruata forma ecclesie vt dicit glosa que est. ego te baptizo in nomine patris/ et filij et spiritussancti. Patet ergo liquide ex his authoritatibus et similib9 quod sacramenta gratie delent iniquitates in rite ea suscipientibus nisi presertim ponant obicem. In habente tantum culpam mortalē oportet quod precedat prima dispositio antequam ipsa sacramenta digne et salubriter suscipiat siue quo ad baptismum siue quo ad quecūqz alia alias indigne: et irreuerenter accederet.

¶ Lectio. lviij.

¶ Cor mūdum crea in me deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis.

¶ Postquam in precedenti lectione penitens petiuit a domino omnia peccata sua deleri, hic consequenter amplius petit: scilicet cordis munditiam quod fit per gratiam dicens. Cor mundum crea in me deus. Quia enim peccatum facit cor valde immundum: et quasi stabulum porcorum infernalium: id est demonum et eorundē cloacam seu sterquilinium. Ideo ante omnia penitens querit a domino ipsum cor ab omni inquinamēto mūdari. Unde glosa interl. di. sic. Cor mundum deletis peccatis (crea i me de9) quasi aliquid nouum. Notanter autem dicit penitens: crea: quia gratia iustificans nō educitur de potentia subiecti: sed immediate creatur a deo: vt dictuz est in precedenti lectione. Dicit ergo: crea: scilicet de nihilo. Cum enim peccator secūdum dominum Hugo. Cardi. per peccatum mortale annihiletur secundum illud Psalmiste. Ad nihilum redactus sum et nesciui res enim semel annihilata non possit nisi per diuinam potentiam eadez numero reparari: ideo conuenienter penitens clamat ad dominum dicens. Cor mūdum crea. &c. Uel crea: id est recrea. sicut dicimus Ueni creator spiritus: id est recreator. Oportet enim cor peccatoris recreari: si velit iustificari maxime cum peccatum ponat hominem extra rationem eius: ipsum annihilando: propterea dicit Augustinus: quod peccatuz est nihil: et nihil fiunt homines cum peccant. Ex quo patet quod vnicū mortale peccatū est deterius quam omnia supplicia mundi: aut inferni. Quāuis enim multa supplicia possint hominem corrumpere: presertim in presenti: non tamē possunt annihilare: hoc autem facit vnicum peccatum mortale. Cum enim quis mortaliter peccat precedens gratia charitas virtutes et merita non proprie corrumpuntur sicut neqz proprie generantur: sed verius annihilantur. nec deinceps redire possunt nisi per nouam recreationē. Et hoc est quod hic

dicitur. Cor mundum. &c. Clamemus igitur nos miseri peccatores ad dominum dicentes cum domino Alberto magno. O misericordissime deus q̄ promisisti ꝙ dares nobis cor nouū et spiritum nouum poneres in medio nostri si rediremus ad cor, ego igitur miser peccator ad te dominum meum cōfugio petens & dicens. Cor mundum crea in me. scilicet cor humile. cor pacificum & mā̄suetum. cor benignum. cor pium quod nulli inferat malum quod pro malo non reddat malum. sed pro malo bonū. quod te super omnia diligat, te sēper cogitet de te semper loquat̄ tibi gratias iugiter agat in hymnis & canticis spiritualibus delectetur in celis conuersetur. Hec enim est forma & descriptio cordis mūdi quale a te peto quia tale per naturam habere nequeo. Fiat igitur per te tale per gratiam. quod per me nequit fieri p naturam. Sequitur & spiritū rectū innoua invisceribus meis. Rectitudo enī spiritus ad deū secundum glo. Interl. curuata est per peccatum vsq ad terrena: sed renouatur per gratiam et penitentiam salutarem. Spiritum igitur rectū .i. recte tendentem in te per amorem. innoua invisceribus meis. videlicet per gratie restitutionem. Nam spiritum meum incuruaui ad mundi illicitum amorem atque inueteraui per longam peccati detentionem. secundum illud Psalmis. Inueteraui inter omnes inimicos meos: hoc autem tangit inueteratos dierum malorum qui diu steterunt in suis peccatis. sicut patet de illo Nicolao de quo legitur in legenda beati Andree quod permanserat in fecibus luxurie per annos septuaginta. sed tandē medio beati Andree inde liberatus est. Contra igitur primum malum quod facit peccatū penitens petit spiritum suum sursum erigi per celestium contemplationem eternorum desiderationē & diuine voluntatis conformationem. Contra vero secūdum malum quod operatur peccatum petit mentis renouationē. Nemo enim vt dicit saluator. Matthei. ix. mittit vinū nouum in vtres veteres: sed in nouos tātum. Unde & de veris penitentibus loquitur dominus Ezechiel. xi. dicens. Dabo eis cor nouum et spiritum nouum tribuam in visceribus eorum. Preterea secundum dominum Hugo. cardi. hoc possumus exponere de spiritu increato quē quilibet penitens debet petere a domino & sibi dari dicēs. Spiritum rectum innoua in visceribus meis: id est infunde cordi meo spiritum sanctū qui dicitur rectus & nouus ab effectu quia scilicet innouat & rectificat hominem quem inhabitat. Sicut dicitur demonium mutum. Luce. xi. De hac rectificatione loquitur Psalmista: dicēs. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: vt scilicet errare non possim. De innouatione similiter scribitur in Ps. Emitte spiritum tuum & creabūtur: & renouabis faciem terre: id est conscientie.

¶ Iuxta autē primam clausulam huius versus vbi dicitur.

Cor mūdum crea in me deus proponūtur tres difficultates A ¶ Prima igitur difficultas est. Quare penitens cum tanta instātia petit a domino vt creet in eo cor mundum. Ad hoc respondetur quod ꝓpter tria videlicet ratione.
Diuine inhabitationis.
Celestis visionis.
Fructuose operationis.
¶ Primo quidem ratione diuine inhabitationis. dei em̄ gratia in animas sanctas se transfert. Sapien. vij. Si ergo illum qui ab omni peccato mundus est. i cordis nostri hospitio habere volum⁹ oportet primo vt illud ab omni sorde vitiorum purgemus. Templum siquidē dei pollutū esse nō potest quia scriptum est. i. Corinthiorū. iij. Templum dei sanctū est quod estis vos. Si enim thalam⁹ regius mūdus ab omni sorde seruetur ita vt nihil ibi relinquatur quod oculos regie maiestatis offendat quantomagis cor nostrum mundum seruandum est. in quo rex regū ꝛ dominus dominantium vult inhabitare Ipse enim est qui dicit. Delitie mee esse cum filijs hominum. Prouerbiorū. viij. Item de eo dicitur. Can. ij. quod pascitur inter lilia. Lilia enim que alba sunt ꝛ munda significant conscientias mūdas in quibus nutritur ꝛ pascitur bonis operib⁹ gratia spiritusancti. Et per oppositū diabolus inhabitat cor pollutum ꝛ immundū. In cuius figura legitur. Matthei viij. quod cum dominus vellet eijcere multitudinem demonū a duobus obsessis, dixerunt ei. Mitte nos in gregem porcorū. Si igitur cupis habere deum hospitē in anima tua. eijce primum diabolum ꝛ cor tuum purifica. Sed dicis. Non est virtutis humane ita ab illicitis motibus mundare animū, vt perstrepentium voces non sentiat cogitationum. Fateor. attamē animaduerte nihil esse impossibile apud deū Clama igitur ad eum ꝛ dic. Cor mundū crea in me deus.

¶ Secūdo penitēs petit a domino cor mundum in eo creari rateone celestis visionis. Sicut enim oculus pollutus aliqua immunditia corporali nō est dispositus ad intuendū lumen solis sed tantum ocul⁹ purus eo quod oculis egris odiosa est lux que puris est amabilis: vt dicit Augustinus. ita oculus mētis coinquinatus aliqua culpa nō potest pertingere ad dei visionem sed tantum purus ꝛ mūdus. Et hoc est qđ dicit saluator: Matth. v. Beati mūdo corde quoniam ipsi deū videbunt. Et de hoc historiam habemus. Act. vij de Stephano qui habebat cor mūdū maxime cum esset plenus gratia ꝛ fortitudine: ꝛ ideo vidit celos apertos: ꝛ Jesum stantem a dextris virtutis dei. Tales ergo qui in fine habebunt cor mundum videbunt regem in decore suo vt habetur Esay. xxxiij. Et nota in decore suo: id est in maiestate sua. Propterea cum q̄siuisset Psalmista. Quis ascēdet in montē domini aut quis stabit in loco sancto eius: id est i celo vbi viget omnimoda sanctitas, tandem sibi responde‹t›

spiritussanctus dicens. Innocens manibus et mundo corde. talis supple ascendet in montē domini. Et nota quod non dicit mundo corpore ascendet in montē domini: sed tantū mundo corde: quia mūditia corporis nihil confert ad beatitudinem. immo potius videtur obesse secundum illud Prouerb. xxxi. fallat gratia et vana pulchritudo. Similiter turpitudo corporalis nihil obest quo ad ipsam beatitudinē quinimmo videt potius prodesse pro quanto hominē humiliat. vnde Cātic. i. nigra sum sed formosa. nigra quidem corpore: sed formosa mente propter dictam occasionē humiliationis. vñ Chrysostomus super Matth. Cum deus neque corporis munditiam laudet. nec sordes condemnet. Pone tamen qđ deus odit sordes corporum vestimentorum et vasorum que omnia necesse est vt ipso suo vsu sordidentur quantomagis sordes conscientie horret quā si volumus semper mundā seruamus: dicit ergo beati mundo non corpore: sed corde. Nec dicit beati mundi: scilicet quantum ad exteriora tantum quia tales sunt maledicti ore dominico. Matthei xxiij. Ue vobis scribe et pharisei qui mūdatis quod deforis est intus autem pleni estis rapina et immunditia. Sed contra predicta potest instari. Nā Sathan legitur affuisse coram domino. Job enim secundo dicitur quod venerunt filij dei: id est boni angeli vt assisterēt coram domino. affuit etiam inter eos et Sathan quem interrogauit dominus dicens. Unde venis? Et tamen cunctis liquet aperte quoniam ipse Sathan mundus corde nō est. ergo mūditia cordis non est necessaria ad penetrationem diuine visionis. Ad hoc respondet beatus Gregorius lib. ij. morali. ca. vi. dicens quod refert dicere Sathan affuisse coram domino: et vidisse dominum. non enim dicit scriptura quod Sathan viderit dominum: sed quod affuerit coram domino. venit enim vt videretur non vt videret. venit in conspectu domini: nō autem in cōspectu eius affuit dominus. Et dat Gregorius exemplum de sole et ceco. Cecus (inquit) cum in sole consistit ipse quidem solis radijs perfunditur: sed tamen lumen non videt quo illustratur: ita etiam Sathan inter angelos in conspectu domini affuit: quia vis diuinitatis que omnia intuendo penetrat non se videntē immūdum spiritum vidit. Quia enim et ipsa que deum fugiunt latere non possunt dum cuncta nuda sunt superno cōspectui: Sathan affuit absens presenti. hec Gregorius. Patet ergo quod qui vult videre dominum debet habere cor mūdū: vt ergo ad hoc possumus peruenire. dicat ad dominū vnusquisque. Cor mundum crea in me deus.

¶ Tertio penitens petit a domino cor mundum habere: ratione fructuose operationis. Non enim est fructuosa seu meritoria operatio que non procedit a corde mundo dicente Psal. Iniquitatem si aspexi in corde meo non exaudiet domi-

nus. Ad hoc exemplū est de arbore que vti℞ fructificare non potest in ramis nisi radix fuerit sana ⁊ integra. Omnis enim humana operatio: siue bona siue mala fuerit. a corde ꝓcedit ⁊ ideo sicut qui vult aquam fontalem esse puram ⁊ mūdā. summopere debet laborare vt origo illius mūda seruetur: ita in proposito. de corde inquit saluator. Matth. xv. exeunt cogitationes male furta. adulteria homicidia: ⁊ generaliter omnia mala. Dicit enim Plini⁹ quod venenum Salmandre inficiēs radicem arboris. consequenter inficit omnes fruct⁹ illius: ita etiam si venenū diabolice tentationis infecerit radicem humane cogitationis consequenter inficit omnes fructus inde procedentes: id est omnes operationes. Nam cor humanum est terra illa de qua dicit dominus primo parēti, Genesis. iij. Terra: inquit: spinas ⁊ tribulos germinabit tibi. Et que hec queso terra nisi cor humanū? de qua terra Hiere. xxij. Terra. terra. terra. audi verbū domini. Spine autem quas producit hec terra sunt male cogitationes que mentem pungūt et cruentare eam faciunt tribuli autē sunt motus sensualitatis. Predicte autē spine adeo multiplicātur in corde humano vt vix etiam sancti dei amici possint omnino se ab illis defendere. ad instar equorū qui in estate mordent a muscis modo ex vna parte. modo ex alia. Cum℞ se defendere satagunt ex vna parte inuadūtur ex opposita. Ob eam rem beatus Anthonius quasi attediat⁹ ex nimia importunitate huiusmodi cogitationum semel voce magna clamauit ad celū dicens. Domine volo saluus fieri: sed non permittunt me cogitationes iste quotidiane: ⁊ que sup caput meum volitāt die ac nocte: hyeme ⁊ estate. Studeam⁹ ergo habere cor mundum si volumus opera nostra deo placere ⁊ enim amicum habere: quia scribitur Prouerb. xxij. ꝙ qui diligit cordis munditiam habebit amicum regem.

B ¶ Secunda difficultas est quomodo cor mundū fieri possit. Ad hoc respondetur quod tripliciter videlicet.

Per eleemosynaꝝ largitionē.
Per puram contritionem.
Per lachrymarū irrigationē.

¶ Primo igitur. ⁊c. ita enim dicit saluator. Luc. xi. date iquit eleemosynā ⁊ ecce omnia munda sunt vobis. Aduerte tamen Christum premisisse quod superest date eleemosynam quia primo debet fieri restitutio si quis de alieno habeat: ⁊ deinde de eo qđ remaneat eleemosynarum largitio. Ex hac autē authoritate patet aperte quā maximā virtutem habeat eleemosyna respectu remissiōis peccatorū. Propterea salubre consiliū dedit Daniel regi Nabugodonosor cum dicit ei. Peccata tua eleemosynis redime. Ita etiam nunc consulendum esset magnatibus ⁊ potentibus hui⁹ seculi qui se excusant ꝙ non possunt ieiunare propter corporis debilitatem. nec orationi multum aut diu insistere propter īfinitas occupatiōes ter-

as ꝛ mundanas. nec similiter longe peregrinari aut huiusmodi opera satisfactoria facere. Si autem eleemosyna eis imponatur eam gratāter acceptare debent si vere penitent. Sed profecto hac nostra tempestate pauperes ꝛ exigue persone plus vacant eleemosynis et plus pro posse suo subueniunt pauperibus quam diuites et potentes.

C ¶ Unde legitur in vitis patrum quod cū beatus Anthonius semel deambularet per deserta Egypti querens beatum Paulum heremitam primū inuenit in via sua hominez satis potentem vt prima fronte apparebat qui etiam equo potenti insedebat qui sibi viā ostendit: sed nihil ei dedit statimqȝ fuga volucri aufugit. deinde inuenit homuncionem qui ei dactilos porrexit. Ecce quomodo pauperes ꝛ exigue persone frequētius subueniunt egenis ꝙ diuites. Quod etiam cor mundum fiat per eleemosynarū largitionez patet per illud. Tho. iiij. Ubi inter cetera documenta que dedit senior Thobias filio suo. specialiter eum instruxit ad dandam eleemosynā dicens. quod eleemosyna ab omni peccato: ꝛ a morte liberat: et non patietur animam ire in tenebras. Nam vt inquit Grego. lib. xij. moral. c. lxxxi. quotiens post culpam eleemosynas facimus quasi pro prauis actibus precium damus hoc tamen intelligendum est cum perpetrata mala plāgimus ꝛ abdicam⁹ Nam qui semper peccare vult ꝛ quasi semper eleemosynam largiri frustra preciū tribuit quia non redemit animā quam a vitijs non compescit. Unde ipsemet Job. xv. ca. dicit. Non credat, inquit, errore decept⁹ ꝙ aliquo precio redimendus sit: q2 vt ibi dicit idē Grego. eleemosyna superbi diuitis eum redimere nō valet quam perpetrata simul rapina pauperis ante dei oculos ascendere non permittit. Nonnunquam enim diuites elati iferiores opprimūt aliena rapiunt: ꝛ cū multos deprimant. aliquando quibusdā opem defensionis ferunt ꝛ pro iniquitatibus quas nunquam deserunt dare preciū videntur. Ecce quomodo tales se decipiunt.

¶ Secūdo: cor potest fieri mūdum per puram contritionem: et veram penitentiam interiorem que vocaꝶ a theologis penitentia virtus. In cuius figura legitur. Luc. xvij De decem leprosis ꝙ cū de mādato Christi irēt vt ostēderent se sacerdotib⁹: cū adhuc essent in vna mūdati sunt. Decem leprosi decez sunt transgressiones ꝑceptorū decalogi: pro quib⁹ abluendis et sanādis hodie opz ire ad sacerdotes euangelicos habētes vsum clauiū Sed sepe fit ꝙ cū quis ire ꝓponit ab illo summo sacerdote qui rē sacramenti sine sacramēto ꝯferre potest: absoluiꝶ ꝛ mundaꝶ. Clamem⁹ igitur suspirātes ad eū: ꝛ dicam⁹ illud quod ei dixisse ferꝶ leprosus ille de quo Matth. viij. legitur. Dn̄e si vis potes me mūdare. Et cōfestim audiemus ab eo illud ineffabile ꝛ gratiosum responsum. Uolo mundare.

Magna certe gratia fit peccatori qui dum bona fide confitetur dei potentiam: et suam curam committit diuino beneplacito: mox ab omni culpa letali mundatur. Ecce quam bonum forum facit nobiscum pijssimus deus de sua infinita misericordia et gratia. Quo non obstante adhuc plerique obstinata mente in suis perseuerant malis: ideo non mirum si damnentur. Qui postquam semel descenderunt ad illas tenebras exteriores: vbi nullus ordo: sed sempiternus horror inhabitat: frustra conquerentur de dei misericordia et bonitate: quinimmo dicet eis dominus illud Osee. xiij. Perditio tua Israel ex te: supple est tantummodo in me auxilium tuum. Ad propositum igitur redeuntes: quemadmodum satisfactio correspondet peccato operis: confessio peccato oris: ita et contritio peccato cordis. Et hec est vna beata et benedicta trinitas que correspondet alteri misere et maledicte trinitati. De qua figuratiue loquutus est dominus ad Moysen. Exod. xix. dicens. Uade ad populum et sanctifica illos hodie: ecce cordis contritio. et cras lauent vestimenta sua: ecce oris confessio. et sint parati in diem tertium. ecce operis satisfactio que nos paratos reddit vt tandem tendamus ad dominum post hanc miseram vitam: ad quem nullus peruenire potest nisi qui mundus est corde. Studeamus ergo tales esse si optamus ad eum peruenire.

¶ Tertio cor nostrum mundum fieri potest per lachrymarum et suspiriorum irrigationem. Esa. i. Lauamini mundi estote: quasi dicat. Si laueritis conscientias vestras ab operibus mortuis per cordis lachrymas: profecto mundi eritis in conspectu domini. Uel mundi estote: id est post lotionem a peccatis in munditia perseuerate: aliter enim non prodest lotio vestra. vnde Ecclesiastici. xxxiiij. Qui baptizatur a mortuo: id est qui lauatur a tactu mortui / et iterum tangit mortuum quid prodest lauatio eius? Sic homo qui ieiunat pro peccatis suis et iterum eadem faciens: quid proficit humiliando se? orationem eius quis exaudiet? Hec ibi. In proposito ille baptizatur: id est lauatur a mortuo qui aqua compunctionis et lachrymarum interius mundatur a peccato. Iterum autem tangit mortuum qui redit ad vomitum more porci vel canis: et tali non prodest lauatio sua quia sequens culpa priorem perdit penitentiam. Item recidiuanti nihil prodest humiliatio sua prior: videlicet ieiunando: lachrymando: orando: et huiusmodi: ex quo a peccatis non abstinet cum tamen sola vera penitentia: aut humiliatio deo grata sit omnino a peccatis abstinere. Orationem ergo illius qui huiuscemodi est quis exaudiet? quasi dicat: non dominus: quia nubes interposita peccati eam non sinit vsque ad deum transire. Mundandum igitur est cor per aquam lachrymarum: et in tali munditia persistendum. Unde dicit anima deuota. Canti. v. Laui pedes meos quomodo inquinabo illos? De ista autem

[I]mūdatione per aquam lachry=marum figura legitur.iiij. Regum.v.Ubi dicitur quod postquam Naamā lauit se septies in iordane mundatus est a lepra sua: et restituta est caro eius sicut caro pueri. Sic qui aqua lachrymarum et compūctionis studet lauare cor suum septies id est dolendo de septem peccatis mortalibus que forte commisit: tunc mundabitur ipsum cor ad istar cordis paruuli baptizati. Hec est igitur illa aqua quam promittit dominus vere penitentibus. Ezechiel.xxxvi. dicens. Effundam super vos aquam mundam: et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Sequitur. Et dabo vobis cor nouum: et spiritum nouū ponā in medio vestri. Quid autem cor nouum nisi cor mūdum? Et quid est dominū spiritum nouū ponere in medio penitētis nisi propositum melioris vite infundere cordibus humanis? Hanc autem aquam lacrymarum et compūctionis effudit dominus super Dauid et statim mundatus est ab adulterio suo. Simile dic de Petro/ de Magdalena et huiusmodi. Unde Ambrosius. et recitatur de penultima dist. i.§. Petrus. dicit sic. Petrus doluit et fleuit quia errauit vt homo. Non inuenio quid dixerit scio quod fleuit lachrymas eius lego: satisfactionem non lego. hec ille. Aduerte tamen quod forte confessus est: vel ideo non fuit cōfessus: quia institutio confessionis quantum ad vim obligatiuam non erat adhuc instituta. Uel quia omnes apostoli a fide recesserant: ideo forte non inuenit cui cōfiteretur. Hec triplex modificatio tangitur in glosa super dicto passu. Preterea dicit Hieronymus: secundum quod recitatur eadem di.ca. Mensuram.§. His authoritatibus. quod negationem Petri sequuta est satisfactio lachrymarum: et trina confessio dominice dilectionis: qua penitus deleuit peccatum trine negatiōis. Patet ergo quod non deletur peccatum mortale per solam cordis contritionem: aut lachrymarū effusionem: nisi assint oris cōfessio et operis satisfactio: aut in re aut saltem in voto. Et sic patet quomodo intelligi debeat cor mundū in nobis creari per lachrymarum irrigationem.

D ¶ Tertia difficultas est quomodo cor nostrum conseruari possit in sua munditia et puritate. Ad hoc respōdetur quod per tria optima remedia: videlicet.

Per considerationem sue nobilitatis.

Per commissionem diuine protectionis.

Per contēplationem eterne retributionis.

¶ Primo igitur cor nostrū potest commode cōseruari in sua mūditia si cōsideremus ipsius nobilitatē et preciositatem. Res enim quanto preciosior et nobilior tanto diligentius munda conseruatur: sicut patet in vasis argenteis et aureis que inuoluūtur pānis sericis vel huiusmundi vt mundius seruentur. Modo in proposito cor nostrum est valde nobile: adeo quod de omnibus bonis nostris siue

corporalibus siue temporali-
bus dominus nõ petit nisi cor
nostrũ: secundũ illud Prouerb.
xxiij. Prebe fili mi cor tuũ mi-
hi. q. d. dominus homini. Fili
mi per creationẽ: fili mi per in-
formationem: fili mi per redem
ptionem: prebe per donationẽ:
cor per dilectionem : tuum per
possessionẽ: mihi per sinceram
deuotionez. Est enim dominus
auidus cordis nostri sicut fal-
co cordis prede. Postquã enim
falco multo tempore hinc inde
volauerit: si tãdem predam ce
perit pro omni mercede nõ ni-
si cor ipsiꝰ querit. Sic ꝛ Chri-
stus generosus ille falco qui ꝓ
te misero peccatore preda sua
capiẽda volauit de celo in vte-
rum virginis: ꝛ de virginis vte
ro ad patibulũ crucis: ꝛ de cru
ce ad infernum: de inferno ite-
rum in mũdum: ꝛ de mundo in
celum pro omni recompẽsa tot
et tantorum laborum non que
rit nisi cor tuum : quod merito
sibi vendicauit multiplicitate
beneficiorũ. Debemus ergo illi
parare cor nostrũ sicut aui pre
dali paraẗ cor prede sue. Nam
huiusmodi cor prede primo ex
trahitur: deinde lauatur: com-
primiẗ: ꝛ sanguis niger expri-
mitur: ꝛ tãdẽ in partes descin-
ditur. Sic moraliter extraha-
mus cor nostrum per peccato-
rum occultorum recordationẽ
Psal. Effundite coram illo cor
da vestra. Deinde ipsum laue-
mus per lachrymarum super-
infusionem. Hieremie. iiij. La-
ua a malitia cor tuum vt saluꝰ
fias. Comprimamus ipsuz per
contritionem. Sanguinem ex-
primamus per confessionem: et
tandẽ descindamus ipsum per
penosam satisfactionem: et to-
tum deo offeramus per sincerã
deuotionem. vnde Joel. ij. Cõ-
uertimini ad me in toto corde
vestro. Et post pauca. scindite
corda vestra. ꝛc.

¶ Secundo poterimus cõser-
uare cor nostrum in sua mũdi-
tia ipsuz ex toto committendo
diuine gratie ꝛ ꝓtectioni. So-
lus enim deus ipsum conserua
re potest purum et mundum: et
ideo debemus orare vt hoc effi
ciat: ad instar illius beati Job
xiiij. cap. dicentis. Quis potest
facere mundũ de immũdo con-
ceptum semine: nõne tu qui so-
lus es? Sicut eniz capitaneus
obsessus ab inimicis solet ad re-
gem mittere pro auxilio: ita et
nos sentientes tentationes vn
diqꝫ cor nostrum inuaden-
tes vt illic intrãtes ipsum pol-
luant: debemus tunc instãtius
dei adiutorium implorare ꝛ di
cere. Domie tu dedisti mihi ca
strum cordis mei custodiendũ
profecto sine te ipso defende-
re ab inimicis nequeo: ideo ip-
sum tibi reddo ꝛ committo cu-
stodiendũ: sciens quod nullus
poterit cõtra te preualere : aut
tibi in faciẽ resistere. Tu enim
mandasti mihi per sapientem
Salomonem Prouerbio. iiij. di
cens. Omni custodia serua cor
tuum: quia ex ipso vita proce-
dit: id est salꝰ anime . Paratus
quidẽ sum ipsuz custodire: sed
ex me tot ꝛ tantis inimicis ne-
queo resistere: ideo adiuua in-
firmitatez meam domine deus
meus . Tu enim dixisti per os
Daniticũ. Cum ipso sum in tri
bulatione eripiam eũ. ex periar

ergo in memetipso tuum pro-
missum. De hoc autem histo-
riam habemus Judich.ix. vbi
legitur q cum ipsa Judich de-
creuit ire ad exercitum Holo-
fernis tunc orauit dominũ suũ
illi cõmendas pudicitiã: z in eũ
cogitatũ suũ ex toto iactãs vt
scz semp mũda z impolluta ser
uaret victrixq ad ppl'm suum
reuerteret: quod et factum est.
¶ Tertio possumus custodire
cor nostrum mundum per con
templationem eterne tribula-
tionis Si enim diligenter pen
semus quanta sunt parata pre
mia in celis mundis corde: et
parte ex altera quanta suppli-
cia in inferno immundis z pol
lutis: profecto prouocabimur
mundiciam cordis cum omni
studio seruare. De primis qui-
dem scriptũ est Math.v. Bea-
ti mũdo corde quoniam ipsi de
um videbunt. De secundis au
tem dicitur Apoc.xxi. q pars
illorum in stagno ardenti igne
et sulphure. paruuli enim cõ
seruant vestes suas mundas ti
more verberum quanto magis
et nos timore dãnationis eter-
ne debemus mũda seruare cor
da nostra ab omi iniquitia: vñ
Jacobi. iiij. Purificate corda
vestra z lugete supple pre timo
re suppliciorũ inferni. Hoc est
etiã quod dicit Solamon Pro
uerb.xv. Per timorem (inquit)
domini declinat omnis a malo
Prepterea dato q nulla essent
parata premia iustis i celo: nec
supplicia malis in inferno: ad-
huc cor nostrum mundum ab
omni peccato seruandum esset
Jta enim dicit Señ. Si scirem
(inquit) deos ignoscituros: et
homines ignoraturos adhuc
dedignarer peccare pp̃ter pec
cati vilitatem. Nam inter om-
nia vilia nil vilius peccato inu-
uenitur, Jta vt de eo dicatur.
Naũ. iij. Omnis qui viderit te
resiliet a te. Jpsum igitur cum
effectu studemus vitare vt sic
semper cor mũdum possumus
possidere et habere.
E ¶ Preterea quantum ad se-
cundam partem in qua subdi-
tur. Et spiritum rectum inno.
in v.m. Notandum est q est tri
plex dria spirituum.

Est eñi spũs { Rectus. / Tortuosus. / Reflexus.

¶ Primo igitur inuenitur spi-
ritus qui dicitur rectus. Pro
quo notandum q proprie illd
dicitur rectum qd recte tendit
ad terminum siue in fidem ad
quem est naturaliter ordinatũ
Spiritus autem humanus na
turaliter ordinatur in deum tã
quam in finem suũ: qz vt dicit
Aug. Fecisti nos dñe ad te: et
inquietum est cor nostrum do-
nec venerit ad te. Tũc ergo dr
spũs human⁹ rect⁹ cũ tendit in
deum per amorẽ et charitatem
Nã sicut flumina naturaliter
ad mare tẽdũt vnde exeũt: ita z
spũs noster qui exit a deo per
creationẽ iterũ naturaliter fer
tur in ipsum p dilectionẽ. Hie.
xxxi. Dirige cor tuũ .i. spiritum
tuũ in viã rectã qua ambulasti
Jste autẽ spũs efficitur curuus
per pctm̃: nec põt deinceps re-
dire ad prestinã rectitudinẽ
grẽ z charitatis ex se: sed tm̃ ex
dei munere. Et ideo orare de-
bet petõr dñm vt suũ spm̃ recti
ficet dicẽdo cũ pa. Spm̃ rectũ

inno. in v. m. Hec est autem spiritus recti innouatio vt omnē mundi gloriam quis despiciat mentem in conditoris sui amore ponat contra illatas iniurias patientiam habeat: aliena non appetat propria egentib⁹ distribuat: inimicum propter deuz diligat: et similia. De qua innocatiōe scribitur Ephe. iiij. Renouamini spiritu mentis vestre: et induite nouum hominē qui secundum deum. ꝛc. Nōne spiritum rectum habebat beatus ille Martinus: qui cum tēderet ad extremum vite nolebat super latus iacere: sed discipulis ita volentibus dicebat. Sinite me celū respicere vt suo itinere spiritus dirigatur ad dominum. Similiter multi sancti dei martyres peruenientes ad horam passionis referūtur in celum oculos leuasse orantes suum spiritum recte tendere ad dominum.

¶ Secundo inuenitur spirit⁹ tortuosus seu obliquus. Res enim tortuosa est que mouetur motu obliquo: sicut patet in tybia seu crure tortuosa. Ita et multi peccatores habent modum sui spiritus et intentiōis obliquum: quia vt dicit ps. In circuitu impij ambulant. Qui enim ambulat in circuitu non ingredietur domum aut locum Ita et peccatores qui non ambulant viam rectam mandatorum dei sed girūtur per circuitum nunquā ingredientur domum celestem in cuius figura legit Geñ. xix. ꝙ sodomite circūeuntes domum Loth percussi sunt cecitate: ita vt ostium inuenire nō possent. Nonne etiā in circuitu ambulant domini aduocati: q̄ suis astutijs quantum possunt impediunt ne ad principale perueniatur se occupantes in mille accessorijs.

Et tales sic ambulantes in circuitu causarum et processuum sepe claudicant ex vtraqꝫ parte scꝫ ex latere dextro veritatis: et sinistro falcitatis. hoc autē fit quando tales officiales recipiunt munera ex vtraqꝫ parte litigantium. Ab vna quidem parte ex sententia cito proferatur. Ab altera autem vt iterum differat: vel vt sententia falsa pronuncietur. Et contra tales loquitur scriptura. iij. Reguꝫ. xviij. dicens. Vsqꝫquo claudicatis in duas partes: si dñs est deus sequimini illum: si autem baal sequimini illum: id est sive veritatem fingitis defendere: quare palliato colore defenditis falsitatem? Nemo enim potest duobus dñis seruire. Item contra tales loquitur psal. dicens. Claudicauerunt a semitis suis. Semite enim dñorum aduocatorum et similium sunt iuramenta que prestant quando primū assumūtur ad hmōi officia: vt pote ꝙ nunquā defēdant iniustam causam cognitam talē: vt habetur. C. De iure iurando. lib. ij. ca. lix. l. Cum et iudices. Item ꝙ cum omni studio prestabūt suis cliētulis patrocinium circa id qđ iustū et verū putauerunt. Et si causa mala eis visa fuerit eam deserent: qua deserta non est licitū clientulo adire aliū aduocatū. Ita eñ habetur. C. de iudicijs lib. iij. ti. i. l. Properandū. §. Rē non nouam. Sed profecto ho-

dic tales persone claudicant a semitis suis id est regulis et institutis: quia nihil de talibus seruāt: ad oēs causas suscipiūt et iniustitias sciēter prosequūtur. Ecce quomodo spirit⁹ talium non est rectus sed tortuosus et obliquus.

¶Tertio inuenitur spirit⁹ reflexus: scilicet versus terram: ꝛ hoc est contra suam naturam: vt enī dicitur Ecclesiastes.vij. Solummodo hoc inueni ꝙ fecerit deus hominem rectum. Item Ouidius in lib. Methamor. sic inquit. Pronaqꝫ cū spectent animalia cetera terram. Os homini sublime dedit celū que videre. Jussit ꝛ erectos ad sydera tollere vultus. Sicut ergo est cōtra naturam hominis ꝙ habeat corpus curuum ꝛ faciem prostratā in terram: ita et contra naturā intereriors hominis est ꝙ spiritus eius desertis celestibus et spūalib⁹ bonis inhereat terrenis et caducis rebus. Quid inquit Berna. indecentius in homine quam cum erecto corpe curuū gerere animam? Jstud attendere deberēt homines cupidi et auari qui suum spiritum et cor totum ponunt in hec inferiora. Similiter et lubrici viri qui more coruorum sequūtur cadauera muliercularum. Unde de talib⁹ loquitur Psal. dic Generatio inquit que non dicerit cor suum: supple sursum per spem eternorum: sed ipsum incurrauit ad terrena per inordinatum amorem talium: secundum eiusdem Psal. Filij hominum vsqꝫquo graui corde. Sequitur. Et non est creditus cum deo spiritus eius. Spiritus illius est creditus cum deo: qui se totum committit ipsi deo: sicut solent facere viri sancti. Peccator autem non se cōmittit domino sed potius diabolo: cuius voluntatē facit: et ideo non est creditus cum deo spiritus eius: sed potius spiritus auari est credit⁹ mundo aut bonis temporalib⁹ Similiter spirit⁹ luxuriosi est creditus delicijs carnalib⁹ seu meretrici. Spiritus gulosi cibis et potibus spiritus superbi honoribus: et huiusmodi. Item ad idem propositum potest intelligi illud eiusdē. Psal. Cor eorum: scilicet peccatorum non erat rectum cum eo videlicet deo: sed potius aduersum ꝛ distortū: nec fideles habiti sūt in testimonio ei⁹: quia frequenter tales peccatores necessitate pressi multa deo promittūt: sed nihil aut parum soluunt.

¶Lectio.lix.

¶Ne proiicias me a facie tua et spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

¶Postquam in precedenti lectione ostensum fuit quomodo verus penitens petit instanter a domino cor mundum sibi dari et spiritum rectum intra viscera cordis sui innouari per gratiam dei: hic consequenter petit alia duo videlicet a celesti et beatifica visione non excludi que sequitur cordis mundiciā secundum illud Mat.v. bti mūdo corde qm̄ ipsi deum videbunt, dicēs. Ne proijcias me a.

Secundo petit spiritū rectum qui aliis dicitur spiritussanct⁹ nunquā ab eo auferri sed iugiter cum eo permanere debere per gratie inhabitationem: vt tandem in celis cum ipso perpetuo maneat per eternā glorificationem/ dicit. Et spm̄. s. t. ne au. ꝛc. Dicit ergo penitens ad dominum. Ne proiicias me a fa. tu. Auerte quidem faciem tuam a peccatis meis: sed noli me proiicere a facie tua. Nam vt inquit Gre. super hoc passu. Ille a facie dei proiicitur: cui spes venie post peccatū negatur. Qui eīm peccauerit in spiritum sanctū non remittetur ei neqꝫ in hoc seculo: neqꝫ in futuro. Sed quis est qui peccat in spiritum sanctum: nisi qui non credit remissionem peccatoꝝ? Remissio eīm peccatorū opus spūssancti est. Nam et de baptismo christi in quo remissio peccatorū danda erat di. Joh. Bap. Ipse baptizabit vos ī spiritu sctō ꝛ igne. Joh. j. An non inq̄t ipse Greg. in spiritum sanctum Cayn nō peccauit quando dicit. Maior est iniquitas mea quam vt veniam merear? Gen. iiij. Et quia de venia desparauit ideo dicit. Ecce eiicis me a facie tua. Ecce quomodo ille qui labitur in foueam desperatiōis a facie dei proiicitur. Non igitur proiicias me a facie tua domie ne absorbear maiori tristitia desperando: et dicam cū. Psal. Ego dixi in excessu mentis mee proiect⁹ sum a facie oculorum tuorum. Oro tamen vt peccatum meum proiicias a facie tua: et nō tantum vnum sed omnia quecunque feci mala: ita vt merito dicere possim illud Esay. xxxviij. Proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea. Sic enim scriptum est de infinita mīa tua et gratia Mich. vij. q̄ deponet omnes iniquitates nostras: et proiiciet in profundum maris omnia peccata nostra. Quis vnquam ad te venit domine puro corde et confusus abscessit a te Certe a seculo non est auditū: q̄ humiliter ante faciem misericordie tue venientem proieceris cōfusum. Nunquid optime deus prim⁹ ero a facie tua confusibiliter proiectus. An a me vis initium habere confundendi venientes a te? Nunq̄d cōtinere vis in ira tua misericordias tuas? Nūquid me ineternum proiicies aut non appones vt complacētior sis adhuc Absit. Sed dic anime mee desolate: salus tua ego sum. Sequitur. Et spiritum sanctū tuū ne auf. ꝛc. sed oro vt per ipꝫ cōserues me in bono: et preserues a malo. Spiritum autē malū rogo: vt auferas a me: et longe ipsum fac a me. D. Petrus de pa. exponit hāc clausulam de Dauid ad litteram de quo inquit mirum est q̄ non timebat perdere regnum nec diuitias: nec vitam: sed spirit⁹ prophetici gratiam. Sciebat enim q̄ intantū deo displicet adulterium ꝛ omnis luxuria: q̄ quandoqꝫ in penā talis facinoris retrahit sua dona et signanter donum prophetie: sicut legitur. in. iiij. lib. dialogoꝝ Greg. de quibusdam presbyteris affricanis: qui tempore Justiniani augusti ꝓ defensiōe fidei catholice linguis radicitus abscissis; nihilomi-

nus sicut antea verba dei reso nabant. Cumq; vnus eorum in luxuriam lapsus fuisset: mox dono miraculi est priuatus vt per hoc deus ostenderet quantum illi displiceat actus carnis extra matrimonium.

B ¶ Notandum ergo iuxta illam primam clausulam.

Ne proijcias me a facie tua. q dominus habet triplicem faciem.

vez
- Predestinationis.
- Inuitationis.
- Glorificationis.

Et de qualibet potest merito dicere penitens ad dominum. Ne proijcias me a facie tua.

¶ Primo igitur habet faciem predestinationis. de qua potest intelligi illud: quod dicit Jacob Joseph filio suo Genesis quadragesimosexto.

Jam inquit letus moriar: quia vidi faciem tuam. Qui enim est certus per diuinam reuelationem: quod tamen raro contingit: quod sit a domino predestinat⁹: vt sit de numero electorum talis dicitur quodammodo videre faciem domini: et inde letus moritur. Hinc Paulus cui fuerat reuelata sua saluatio in raptu vt pie tenetur: mortem optabat dicens.

Cupio dissolui et esse cum christo. Philippenses primo.

Simile forte iudicium est de illo sancto Simeone: de quo legitur Luce secundo: quod cum amplexatus fuisset christum paruulum dixit. Nunc dimittis seruum tuum domine secundum verbum tuum in pace.

Quia viderunt oculi mei salutare tuum. Quod parasti ante fa. et cetera. Quorum quidem verborum expositio disputata est in nostro libro de secretis secretorum nuncupato.

Ab hac igitur facie predestinatonis eterne potest quis proijci per peccatum suum. Nō enim imponit necessitatem rebus ipsa predestinatio: sed stat cum mera contingentia de opposito: ita vt qui predestinatus est possit damnari: et qui reprobatus est possit saluari: et hoc intellige de sensu diuiso.

Ita enim dicit Doctor sanctus prim⁹ per. quest. vigisimotertio articulo sexto per totum.

Item habetur vigesimotertio questione quarta. Nabugodonosor Paragraphum. Non ergo. Predestinatus tamen inquantum predestinatus damnari non potest: nec reprobatus inquantum reprobat⁹ saluari: et hoc tam secundū Theologos quam Juristas: vt expresse habetur de penul. distin. quarta. Paragrapho. Si ex bono. post medium. Aliquis tamen est predestinatus secundum presentem iustitiam: qui forte est reprobatus secundum finalem ordinationem dei.

Ecce inquit sanctus Gregorius super Ezechielem aliqui certo tempore videntur magni virtutibus eminere apud homines: qui postmodum in aliquo vitio alijs detegun tur vt qui liberalitati inseruiebant iniustitias exerceant.

Et qui misericors fuerat iuxta vite sue terminum rapacitatis et crudelitatis stimulis inardescat. Et plerunque superbia latet: et castitas innote-

scit. Et ideo ostensa diu castitas circa finem vite proditur: quia cooperta supbia: vsqз ad finem vite i cortecta retinetur. Alius patientie studet: sed alijs inuidere: et maliciam i corde retinere non cauet: tandem quod fit manifeste impatiens: quia diu latuit inuidens et ꝛ dolens. Ecce quem terribilis est in consilijs deus super filios hominum: vt inbuit Psal. Nonne queso diuus ille Pau. formidabat a facie dei proijci per reprobationē cum aiebat. j. Corum ix. Castigo corpꝰ meum et in seruitutem redigo: ne cum alijs predicauero ipse reprobus efficiar. Nam istud est adeo formidandum quod etiā vbi deus alicui reuelaret suam saluationem reuelatione tam interiori quam exteriori: adhuc nihilominꝰ formidare deberet ꝛ timere nec a bono ope deberet desistere. Propter ea dicebat Petrus in sua secunda canonica. j. c. Satagite inqt fratres vt per bona opera certam vestram vocationem ꝛ electionem faciatis. Ab hac autē facie diuine predestinationis proiecti sunt omnes reprobi i quantum huiusmodi; secundū quod illis comminatur dominus Jere. vij. d. Proijciam vos a facie mea: sicut proieci omnes fratres vestros vniuersuз semen effraim. id est omnes reprobos. Facit enim dominus sicut aquila: que pullos degeneres eijcit a nodo suo. Sic et dominus a nido ecclesie et gremio electorum eijcit nunc occulte omnes reprobos: sed tandem aperte: cum scilicet separabit oues ab hedis: nunc quidem merito sed tunc ꝛ merito ꝛ numero.

¶ Secundo dominus habet faciem gratiose inuitationis: quā ostendet electis in die iudicij: quando quidem dicet eis illud Math. xxv. Venite benedicti patris mei possidere paratuз vobis regnum a constitutione mundi. Et de hac facie loquebatur Psalmi. cum aiebat. Faciem tuam illumina super seruum tuum. Nam in iudicio electi videbunt christum venientem cum potestate magna et maiestate. id est cum corpore glorioso ꝛ luminoso: non quidem eos terrente sed delectante. Sed quid tunc facient ipsi electi. Certe tria facient. Primo quidem surgent de sepulchris: vt tantum lumē possint intueri. Ita enim dicit Pau. Ephe. v. Surge qui dormis et exurge a mortuis. ꝛ illuminabit te christus. Secundo postquam surrexerint incipiēt ābulare et ad ipsum xp̄m in vallē Josaphat appropinquare secundum quod ait Psal. Accedite ad eum et illuminamini: scilicet ex eius presentia: sicut solent res exteriores illuminari ex presentia solis. Illuminamini quidem corpore per dotem claritatis: qui fuistis prius illuminati mente per fidem in presenti: et per visionem diuine essentie in celo. Sequitur. Et facies vestre non confundētur: quasi dicat. Accedite vos electi securi ad christum iudicem: quia ipse vos non repellet: quemadmodum faciet reprobos: quibus dicet. Discedi

te a me maledicti. &c. Est enim confusio alicui qnando accedit ad aliquem magnum principem et turpiter repellitur ab illo. Non sic autem faciet dominus electis: quia vt dicit Psalmista. Non repellet dominus plebem suam: quamuis sit magnus dominus et rex magnus super omnes deos. Ecce quomodo facies electorum nō confundentur accedendo ad dominum in die iudicij.

Tertio postquam ipsi electi in corpore et anima fuerint presentes coram christo in illa valle Iosaphat tunc rogabunt eū vt efficiat eos quantum ad corpus participes glorie sue dicētes illud Psalmiste. Deus misereatur nostri: vilez. liberans nos ex toto ab omni miseria & pena: et benedicat nobis: dās nobis omnem et consummatā felicitatem et dicēs. Uenite benedicti &c. illuminet vultum suum super nos: dans animabus nostris plenam et nudam diuinitatis cognitionem. Itez corporibus nostris solis claritatem secundum illud Math. xiij. Fulgebunt iusti sicut sol. Tunc enim dicere poterunt ipsi electi illud psalmiste. Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Naz ex illapsu diuine essentie in animam redundadit claritas et gloria in corpus tam interius quem exterius: secundum quod loquitur Paulus Phili. iij. dicens ī persona omnium electorum. Saluatorem expectamus dominum nostrum Iesum christum qui reformabit corp⁹ humilitatis nostre configuratū corpori claritatis sue secundū operationem virtutis sue. Nō sic autem faciem glorie sue illuminabit christus super reprobos. quinimmo ostendet eis faciem ire et vindicte. Tunc eñi loquetur ad eos in ira sua & in furore suo conturbabit eos.

Sicut enim reus terretur cum videt faciem iudicis contra se iratam ita & reprobi supra modum terrebuntur in die iudicij quanto videbunt faciē christi furentem aduersus eos ita vt dicturi sint montibus operite nos et collibus cadite super nos. Osee. x. Unde malent tunc damnati esse in inferno cum maximo cruciatu quam illam tam stupēdam faciem videre. Nec mirum maxime cum sanctus ille Iob. dicat. Quis mihi hoc tribuat vt in inferno protegas et abscondas me donec ptranseat furor tuus. eiusdem. xiiij. De hoc etiam loquitur Ieremias Treñ. j. dicens. Paruuli. id est peccatores qui ideo dicuntur paruuli quia in die iudicij erunt opprobrium hominum et abiectio plebis. tales inquā paruuli ducti sūt id est ducentur in captiuitatez ante faciem tribulantis. id est ante christum qui mirabiliter tribulabit et turbabit eos. Heu nonne in crudelem captiuitatem ducentur: quando ligatis manibus et pedibus mittentur in tenebras exteriores vbi erit fletus & stridor dentium: vt habetur Matthei. xxij. In cuius figura legitur. Exod. x. quod flante vento vehementissimo vniuersam multitudinem locustarum que totam terram egy-

pti cooperiebat proiecit dominus in mare rubrum. Multitudo quidem ista locustaruz numerus est reproborum: qui tantus apparebit vt videatur totam terram cooperire: sed flante vento oris dominici quando scilicet dicturus est. Discedite a me maledicti. &c. tunc profecto omnis illa multitudo proijcietur in profundum putei abyssi & tunc desuper claudetur ne exeant. Unde psal. In ignē deijcies eos: scilicet reprobos in miserijs: et non subsistēt: qz vltra non poterunt redire in hunc mundum. Sic ergo fratres charissimi agamus: vt preuenientes faciem domini in cōfessione ab ea in die iudicij nō proijciamur.

¶ Tertio ipse dominus habet faciem ingentis & incredibilis glorificationis: quam in premium ostendit omnibus beatis. Et hec est facies diuinitatis: de qua dicere potest quilibet beatus illud quod dixit. Jacob. Gen. xxxij. Uidi dñm facie ad faciem & salua facta est anima mea. Item potest quilibet talis dicere illud quod dixit Hester de Rege Assuero: eiusdem decimo quinto. Uidi te domine quasi angelum dei et conturbatum est cor meum pre timore glorie tue. Ualde eī mirabilis es domine: et facies tua plena est gratarum. Adeo enim facies diuinitatis plena est gratiarum vt visio illius sit tota merces beatorum. Unde Alcuinus in sermone de omnibus sanctis de visione huiusmodi faciei ita loquitur dicēs. Si quotidie nos oporteret tormenta perferre, si ipsam gehēnam paruo tempore tollerare, vt christum videre possemus ī gloria venientem & sanctorum eius numero sociari, nonne dignum erat pati omne quod triste est vt tanti boni tanteqz glorie participes haberemur? Que erit fratres carissimi illa iustorum gloria quem grādis leticia cum dominus ceperit pro terrenis celestia pro spiritualibus sempiterna, pro modicis magna prestare: et adducere secum sanctos in visione paterne glorie et facere secum in celestibus consedere, suisqz immortalitatem largiri ad qz eos sui sanguinis vnificatione reparauit. hec ille. Ab hac autem facie proiecit dominus peccantes angelos non tamen a facie quam viderint, sed quā visuri erant si non peccassent. Ita vt merito quilibet eorum nunc dicere possit illud psalmiste. Proiectus sum a facie oculorum tuorum. Unde dominus loquens ad primum angelum peccantem Ezechie. vigesimo octauo. dicit. Tu cherub extentus et protegens & posui te in monte sancto dei. In medio ladidum ignitorum ambulasti perfectus in vijs tuis a die conditionis tue, donec inuenta est iniquitas in te. Et vult dicere quod primus angelus fuerit aliquando in paradiso in medio bonorum angelorum & perfectus in naturalibus atqz gratuitis donis, quousqz superbiendo peccauit. Deinde sequitur peccasti & eieci te de monte sācto dei; quia scilicet scriptum est in psalmisto

Non habitabit in medio domus mee qui facit superbiam. Et hoc est quod alibi dicit idẽ Psalmista. Eiecisti inquit eos scilicet malos angelos dum alleuarentur videlicet per superbiam. vnde Job. xxviij. Eleuati sunt ad modicum ꝛ non subsistent. Sequitur. Quomodo facti sunt in desolationem. Nam ipsis ruentibus nullus est eis auxiliatus quod fuit maxima desolatio: sed subito defecerũt Parum enim in sua prima cõditione steterunt ꝛ quam primum peccauerunt inferius corruerunt: perierunt scilicet eternaliter sed non iniuste ꝛ absqꝫ causa quia propter iniquitatem suam videlicet superbiam Si ergo propter vnicam iniquitatem perierunt ꝛ de summo celi fastigio ad yma deuersi sunt quid facturus est deus hominibus post se infinita peccata trahentibꝰ quibus forte grauiora preparauit supplicia. Si enim vt habetur secundo. pet. ij. deus angelis peccantibus non pepercit sed rudentibus. id est funibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos in iudicium reseruari. quanto supple magis perdet sceleratos homines. Et nota quod est ibi comparatio nature ad naturam Uult ergo dicere quod cum natura angelica sit perfectior natura humana quo non obstante malis angelis peccantibus non pepercit: sed rudentibus inferni. id est funibus peccatorum detractos scilicet de celo in hunc aerem caliginosum qui est tartarus demonum in quo crucientur ꝛ tollerantur a domino ad exercitum bonorum hominũ vsqꝫ ad diem iudicij. in quo ꝑpetuo stetrudentur in abyssuꝫ inferni. a fortiori minus. parcet malis hoibꝰ. Ecce quomodo dominus proijcit a facie glorie sue non tam malos angelos quã homines peccatores.

¶ Ceterum notandum iuxta illam secundam clausulam Et spiritum sanctum tuum ne auferas a me quod qui desiderat et vult spiritum sanctum ab eo non auferri sed iugiter in se manere debet tria habere.

Lachrymarum abundantiam
Cordis humilitatem
Proximi charitatem.

¶ Primo igitur talis debet habere lachrymarum abundantiam. in cuius rei signum. Genesis primo dicitur quod spiritus domini ferebatur super aquas Non autem dicit scriptura quod spiritꝰ domini ferebatur super ignem aut aerẽ seu terram sed super aquas. Non enim requiescit in cordibus iracundorum aut superborum seu etiam auarorum qui significantur per ignem aereꝫ ꝛ terram sed super aquas tantũ. quas etiam aquas ipse spiritussanctus fluere facit in veris penitentibꝰ dũ flat in eis propositũ emendationis morũ ꝛ vite scḋm illḋ Psalmiste. Flabit spiritꝰ eiꝰ ꝛ fluẽt aque.

¶ Secundo talis debet habere cordis humiliationem. Unde ipse spiritussanctus Esaye. quadragesimo sexto loquitꝰ dicens ad quem respiciam. vt scꝫ ad eũ diuertam et mansionem in eo faciã, nisi ad pauperculũ

vbi glosa. Interl. id est humi-
lem spiritu ꝛ contritum spiri-
tu id est de peccatis intime pe
nitentem ꝛ trementem sermo-
nes meos. id est formidantem
meas comminationes contra
peccatores promulgatas.
Quod autem solet a nonnullis
scriptoribus allegari. Super
quem requiescet spiritus meꝰ
nisi super humilem ꝛ quietum
ac trementem sermones meos.
nullibi inuenitur scriptum sed
trahitur ex predicto passu Esa.
dicit tamen Gregor. lib. v. mo-
ral. c. xij. quod ita habet anti-
qua translatio. Unde quia vir
go maria fuit humillima ideo
de ea predixit gabriel. Luce.
j. Spiritussanctus superueni-
et in te.
¶ Tertio talis debet habere
proximi charitatem. vnde Ec-
cl. xxv. Dicitur in tribus bene
placitum est spiritui meo que
sunt probata coram deo ꝛ ho-
minibus. concordia fratrum ꝛ
amor proximorum et vir ꝛ mu
lier bene sibi consentientes.
Propterea Act. ij. legitur quod
cum apostoli essent pariter in
eodem loco. tunc receperunt
spiritum sanctū Ipse enim spi
ritussanctꝰ amor est vt dicit Gre
go. in quadam omel. Amor au
tem non nisi duorum est. qui er
go vult ipsum iugiter in se ma
nere debet proximum propter
deum diligere Ipsum autem
deum propter se. De hoc autē
loquitur apostolus Ro. v. di-
cens. Charitas dei diffusa est
in cordibus nostris per spiri-
tum sanctum qui datus est no
bis.
D ¶ Preterea aduertendum
quod sicut per tria conserua-
tur spiritussanctus in cordibꝰ
fidelium ita et per tria inde au
fertur ꝛ expellitur. videlicet:
Per prauam cogitationem
Per inuidiam luxuriam
Per odium ꝛ rancorem
¶ Primo igitur ꝛc Sap. j. Spi
ritussanctus discipline effugi-
et fictum ꝛ auferet se a cogita-
tionibus que sunt sine intelle-
ctu: ꝛ corripietur a superueniē
te iniquitate. Unde dicit origi
na. quod cum datur locus spi
ritui malo per cogitationes ꝛ
concupiscentias malas tūc cō
tristatus vt ita dicam recedit
spiritussanctus.
E ¶ Nota in vitis patrum
de illo sancto sene qui cum ap
propiquaret habitaculo cuius
dam nouiter conuersi ad here
mum. vidam nigerrimum ethio-
pem per quem intellexit esse de
monem qui aliquando pedem
ponebat intra cellam illius fra
tris ꝛ deinde extrahebat: ali-
quando autem caput intra po
nebat aliquādo vero ferme to
tum corpus. Cumqꝫ eum adiu
rasset senex cur ita ageret. Re-
spondit quotiens inquit fra-
ter iste resistit tentationibꝰ me
is. tunc me repellit sed cum in-
cipit tepescere et aliqualiter il
lis consentire tunc aperit mi-
hi ingressum ꝛ licētiat a se spi
ritum sanctum. Iuxta tamen p̄
dictum auctoritatem sapientis
aduertendum particulariꝰ qꝫ
in ea tanguntur tria peccata q̄
expellunt spiritum sanctum.
Primum est peccatum cordis
ideo dicitur quod spiritussan-
ctus aufert se a cogitationibꝰ
que sunt sine intellectu, id est

sine recta ratione. immo contra eam de quibus in eodem capitulo postea dicitur quod in cogitationibus impii interrogatio erit. Secundum est peccatum oris. ideo premittitur in dicta auctoritate quod ipse spiritussanctus discipline effugiet fictum. id est illum qui aliud habet in corde et aliud in ore vt exponit glo. ordin. quod si verba ficta fugant spiritum sanctum. quantomagis verba detractoria blasphematoria et huiusmodi. Tertium est peccatum operis de quo subditur vbi supra quod corripietur ipse spiritussanctus. id est fugabitur a superueniente iniquitate. iniquitas enim superueniens est peccatum operis quod superuenit et additur malis cogitationibus et peruersis locutionibus quod omnino fugat ipsum spiritum sanctum. Et hec est maledicta trinitas per quam expellitur beata et increata trinitas.

¶Secundo expellitur spiritussanctus per immundam luxuriam Non enim habitat in corpore subdito peccatis. idest in conscientia illius qui subiacet peccatis carnalibus. In cuius rei signum dicit dominus Gen. vi. Non permanebit spiritus meus in homine ineternum quia caro est .i. carnalis Unde in figura huius columba quam emisit noe de archa per quam significatur spiritussanctus non requieuit super cadauera mortuorum: sed tantum coruus per quem recte diabolus designatur qui querit quiescere super cadauera luxuriantium. Propterea legio demonum quam eiecit saluator a possesso petijt mitti in porcos Matthei. octauo. porci autem propter sui immunditiam lubricos homines designant in quibus libenter habitant demones: quia qualis est vnusquisque talis locus debetur ei.

¶Tertio expellitur spiritussanctus per odium fraternum In cuius rei testimonium legitur. i. Re. xvi. quod spiritus domini recessit a saul et exagitabat eum spiritus nequam a domino. Causa autem saltem partialis quare spiritus domini recessit a saul. fuit eo quod graue odium gerebat aduersus Dauid cum tamen maxime eum diligere debuisset propter multas causas. Quemadmodum ergo spiritussanctus libenter habitat in cordibus mutuo se diligentium secundum illud Eccl. xxv. In tribus beneplacitum est spiritui meo que sunt concordia fratrum amor vicinorum. vir et mulier bene sibi consentientes. ita opposito modo sequestrat se a cordibus rixantium et mutuo se odientium aut persequentium Ipse enim spiritus sanctus amor est. vt inquit Gre. qui ergo nesciunt proximos amare spiritum sanctum nequeunt habere. Ve autem illis a quibus recedit Nam projicientur tales a facie domini. sicut cadauer putridum a facie hominum. Clamemus igitur ad dominum dicentes sigillatim Spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

¶Lectio. lx.

¶ Redde mihi leticiam salutaris tui & spiritu principali confirma me,

¶ Postquam in precedenti lectione penitens orauit deum patrem vt non proiiciat eum a facie misericordie sue non obstante suo peccato Similiter secundo petiuit continuam sancti spiritus penitentiam habere dicens. spiritum sanctum tuum ne auferas a me. hic consequenter animaduertens qd peccando totam trinitatem offenderat. petit filii letam et iocundam penitentiam per gratiam subinferens. Redde mihi leticiã salutaris tui. id est christi per cuius venturi fidem priores saluati sunt et nos per fidem facte rei. id est veritatis iam exhibite saluamur vt exponit glo. Interl. Nam tempora variata sunt non autem fides. Ut autem dicit de palude post beatum Grego. super hoc passu iste textus ad litteram exponitur de Dauid Moraliter autem de quolibet penitente Iuxta ergo litteram sciendũ quod Dauid valde letabatur de aduentu filii dei antequam peccaret. eo quod certus erat ipsum de suo semine nasciturũ iuxta illud promissum. de fructu ventris tui ponam super sedem tuam vt scilicet esset compater. id est simul pater cũ deo patre eiusdem prolis: secundũ diuersas tamẽ naturas Considerans ergo quod per peccatum suum reddiderat se indignum tanta prole et tanto filio ideo rogat in hoc versu ne propter peccatum suum deus sibi offensus. hanc promissionem seu spem ab eo auferret: sed pristinam leticiam quam de hoc prius habuerat sibi restituat dicens. Redde mihi etc. Sed quid est inquit Greg. salutare dei patris nisi is qui est mediator dei et hominum Jesus christus. De quo idem propheta regius alibi in persona dei patris dixerat. Propter misariam inopum et gemitum pauperum nunc exurgam dicit dominus scilicet pater Ponam in salutari. id est in christo qui est salus humani generis consolationẽ supple pauperũ. secundum illud Esaye. li. Consolabitur dominus syon et consolabitur omnes ruinas eius fiducialiter agam in eo id est potenter verbo et facto non enim poterit aliquid ei resistere. Exurgere autem quasi visus est deus pater cum filium misit in terris. qui quasi iacere prius videbatur. quando seruos mittebat. Illi enim neminem saluare potuerunt: sed filius hominis venit querere et saluum facere quod perierat. Ideoque deus pater perfectam et manentem saluationem in eo se positurum obstruxit: et in eo fiducialiter se agere dicit quem cõstat nihil omnino habuisse peccati. Qui enim grauium sibi conscius est delictorum. nõ potest fiducialiter agere secus de christo qui peccatum non fecit nec inuentus est dolus in ore eius Huius ergo salutaris sibi reddi leticiam Dauid postulabat in quo omnis electus ante ipsius aduẽtum spe

rabat. Quantum autem ad sensum moralez notandum quod penitens animaduertens qualiter peccando christum quantum in se fuit tristem effecerit et eius iram contra se prouocauerit nunc rogat deum patrez vt illum sibi reddat letum et propicium per reconsiliationem dicēs. Redde michi leticiam. scilicet spiritualem quam prius habui sed per peccatum illam amisi. leticiam inquam nō mūdi que viciosa est de qua prouerb. ij. letantur cū malefecerit et exultant in rebus pessimis: sed leticiam salutaris tui. id est de salutari tuo: hoc est de filio tuo. Unde alia litera habet Jesu tui: vel salutaris tui. id est Jesu christi q̄ est gaudiū meū: qui est futurum premiummeū q̄ est salus mea: laus mea: gloria mea: spes mea. Hoc aūt salutare expectauerūt futurū illi qui fuerūt ante nos patres: et in hac expectatione fidei saluati sunt. et per eandem fidem rei (tamē iam facte) saluari expecto ab eod salvatore q̄ vult omnes homines saluos fieri et neminem vult perire. Rem siquidem magnam peto: sed cuz sis deus magnus dominus et rex magnus super omnes deos tibi profecto iniuriam facit q̄ a te parua petit. Parua autē sunt omnia que transeūt parua omnia tēporalia: parua omnia corporalia: sed magna et valde preciosa sunt spūalia. Cur ergo a te patre liberalissimo hoc salutare tanq̄ michi propriū non petā quem pro me sup lignū crucis tradidisti. Et q̄uis nō sim tāto munere dignus. te tamen decet tam magnum dare munus Ergo redde michi leticiā salutaris tui. Sequitur Et spiritu principali confirma me. Spiritus principalis secundū glo. interl. est spūs sanctus q̄ penitens non solum petit ab eo non auferri: sed et ipso in bono confirmari: preseruando a futura ruina et culpa mortali. Spiritu ergo principali petit confirmari qui petit gratiam spiritussancti sibi dari vt decetero non contingat eum imortale peccatum turpiter labi. Nam vt inquit Grego. sup hoc passu. Infirma est oīs glā que non est spiritussancti virtute firmata. Ad litteram autem ipse Dauid suum recognoscens delictum ex dei maxima misericordia remissum: timens de recidiuo non innixus est baculo arundineo proprie virtutis: sz considerans neminē posse malū fugere aut in bono perseuerare nisi ex dei spāli munere ait. Spiritu principali confirma me. Spiritus siquidem minus principalis spiritus est humanus quo in bono confirmari nequit home propter sui fragilitatem et vertibilitatem tam in malum quam in bonum: iō non nisi a spiritu principali cōfirmari habet. Dicamus itaq̄ ei illud ps. Confirma hoc deus quod operatus es in nobis.

A ¶ Notandum est aūt iuxta illā primā clausulā. Redde michi leticiā salutaris tui. q̄ homo peccando multa et egregia dana perdit que sibi ad deum per penitentiam redeunti restituuntur cum leticia.

¶ Primum igitur bonum qd

quis per peccatum amittit est mentis exultatio: seu spiritua le gaudium. vnde Aug. j. lib. confessionum. Iussisti domine et ita ē vt pena sibi sit omnis inordinatus animus Et de hoc loquens sanctus ille Job. ca. decimo septimo. dicit sic. Cogitationes mee dissipate sunt torquentes cor meum. Nonne cogitationes vsurarū aut auari mirabiliter torquēt cor ei9 quandoquidem non sinunt eū dormire. Idem dicendum de cogitationibus superbi et ambitiosi viri qui non cagitat nisi de honoribus officijs et dignitatibus. Idem similiter dicendum de cogitationibus luxuriosi hominis et huiusmodi Peccatum igitur aufert spirituale mentis gaudium: quia etsi peccatores quandoq₃ gaudeant/eorum tamen gaudium non est verum gaudium sed potius fedum et immundum transitorium et caducum. Job. xxj. Tenent tympanum et citharā et gaudent ad sonitum orgāi. Ducunt in bonis dies suos et in puncto ad infernum descendunt. Sed penitentia facit hominem vere letari et gaudere de eo de quo gaudendum est: videlicet de peccatorum remissione: de periculi eterne damnationis vitatione: de spiritualis mortis ad vitam gratie trāslatione: de celestis glorie expectatione. Item facit eum letari in eo in quo letandum est videlicet in deo non in mundo non in diuitijs: non in voluptatibus. Propter quod merito potest dicere verus penitens illō Marie verbum Luce primo. Magnificat anima mea dominū: et exultauit spiritus meus in deo salutari meo. id est in christo qui operat9 est salutem meam. Hec autem leticia seu mentis exultatio i deo valde displicet demonibus: secūdū q in figura legitur. pmo. Regum. iiij. de philisteis qui ingemuerunt quando audierūt filios israel gaudere et vociferari in celum clamore grandi: eo quod allata fuisset archa domini de sylo ad castra. Unde ipsi philistijm tantam leticiam audientes dixerunt. Ve nobis: non enim fuit tanta exultatio heri et nudiustertius ve nobis. Quis nos saluabit de manu deorꝫ sublimiū istorum? Philistijm itaq₃ demones significant. Filij autem israel veri penitentes sunt: qui sentientes saltem coniecturaliter deum eis propicium inde gaudent et in mentis leticiā psiliunt. Demones autem inde tristantur: scdm illō. ps Peccator. i. diabolus qui anthonomatice peccator dicit. videbit sup. peccatores ad penitentiam currere et in domino exultare: et irascetur pre inuidia: dentib9 suis fremet et tabescet scilicet in seipso confusus.

¶ Secūdū bonū qō perditur per peccatū est bonorū spiritualium multitudo. Ut enim dicitur Eccles. ix. Qui in vno peccauerit multa bona perdet/ Et Jaco. ij. Qui totam legem seruauerit offenderit autem in vno fact9 est omnium reus. Item xp̄s Math. xxv. dicit qō omni habenti dabitur et abundabit: ei autem qui non habet

et qd videtur habere auferetur ab eo. Ecce quantum dannum incurrim9 per peccatū. Unde i figura hui9 legitur. pme. Macha. i. q Anthiochus ascendit hierosolymam in multitudine gravi: et intravit templum domini cum superbia magna et accepit altare aureū et candelabrū luminis et vniversa vasa eius et comminuit omnia: et accepit argentum et aurū et vasa concupiscibilia. et sublatis omnibus abijt in terram suam Ad propositum. Anthiochus qui interpretat pauper silens recte diabolū significat q valde pauper est in bonis gratie et glorie: qr nichil inde percipit. Item silet iste pauper a laudibus creatoris. Hic ergo Anthioch9 intrat hierusalem quādo intrat in animam per peccatū; illa sibi ostium aperiente p consensum cordis: et tūc ipse aufert vasa templi interioris hominis quando aufert gratiam virtutes et merita precedentia: etiam si essent tanta simul quanta sparsim fuerūt sūt et erūt merita omnium electorum. Ecce quantū bonū amittit per peccatū. At vero quicquid deperditum fuit per ipsū peccatū restituitur et restauratur per penitentiam secūdū q in figura legit Luce. xv. q redeunte filio prodigo ad patrem: mox dixit pater servis suis. Cito proferte stolam primā et induite illū Stola autem prima significat precedentia meritaq diuina misericordia iubet restitui peccatori per penitentiam redeūti. Potest autem tantus esse dolor in penitente qd non solū simplū illi reddetur sed et duplū. In cui9 figura legit Job. xlij: q post multa adversa; tandem addidit dominus omnia quecūq fuerāt Job duplicia. Ex hac ergo bonorū amissorum restauratione debet penitens in magnam mentis leticiam prosilire: de tāto beneficio gratias agēs deo et ad simul gaudendū omnes sanctos et electos invitando et dicendo illud Luce. decimo quinto. Congratulamini michi qr inveni dragmam. id est spiritussancti gratiam quam perdideram sup. peccando. Quis enim non letaretur de inventione rei magni valoris: nichil autem terrenum tam preciosū est sicut gratia et charitas ceterequ anime virtutes.

¶ Tertiū bonū qd perdimus peccando est participatio fruct9 passionis christi. Item suffragiorū ecclesie militantis: et meritorū omniū sanctorū et electorum dei. Nam sicut membrū putridū seu mortuū nec sensū nec motū habet eo quod nullam influentiam recipit a corde. Ita neq existens in mortali peccato est particeps predictorū beneficiorū cū sit spūaliter mortuus: et per consequēs non cōmicet cū viventib9 per gratiam et qdinuicē coniūgūtur per mutuam charitatem. Est enim simile de corpore mystico christi sicut de corpore naturali: in quo cibus intrans per os diffunditur ad singula membra per venas ipsius corporis. Ita in proposito. Unde in figura huius legitur Mat.

xxv. q cum fatue virgines per quas peccatores designantur petiuissent a prudentibus per quos iusti et boni significantur de oleo suo. id est. vt eum eis participarent in meritis nihil omnino impetrare potuerunt. Que enim (inquit apostolus. ij Cor. vi.) participatio iustitie cum iniquitate? aut que societas luci ad tenebras. Que conuentio christi ad belial? aut q̄ pars fidelis cum infideli? Ecce quantum malum incurrit homo per peccatum. Sed penitens quamprimum incipit ad deum redire corde perfecto: tūc primo incipit recipere talem influxum spiritualem et cōicationem bonorum operum iustorum et sanctorum deinde vt extunc dicere possit illud ps. Particeps ego sum omnium timentium te: et custodientium mandata tua. Hierusalem (inquit idem psal.) .i. ecclesia militans que edificatur vt ciuitas cuius participatio eius in idipsum. id est cuius bonum cōiter ab omnibus participatur. Patet ergo quantum bonum prouenit hoi ex fructuosa penitētia: ex quo debet toto corde letari et dominum humiliter et deuote pro impetratione huiusmodi deprecari dicens. Redde michi leticiam salutaris tui.

B ¶ preterea notandum iuxta illam secundam clausulam. Et spiritu principali confirma me. quod per spiritum principalem intelligitur spiritus sanctus. Est enim anima humana spiritus: sed non principalis. Est angelus spiritus: sed non ille principalis a quo confirmatio in bono gratie petenda est. Notandum ergo quod ista verba. Spiritu principali confirma me. possunt dicere tria genera personarum.

Spūs angelicus.
vez Cetus apostolicus.
Deuotus catholicus.

¶ Primo igitur quilibet bonus angelus volens perseuerare in bono gratie in quo omnes et singuli conditi sunt: cum primum vidit luciferum cum sibi adherentibus peccare et ad infima demergi propter suam superbiam: dicit in corde suo ad dominū. O domine rogo te spiritu principali cofirma me .id est fac michi hanc gratiam vt in bono iugiter perseuerem: et ab omni quod tibi displicet michi caueam: Exaudiuit autem eum dominus: quandoquidē confirmauit eum in bono gratie et glorie per apertam visionem sue essētie: ita vt deinceps non possit peccare. Ideo dicit Aug. et super Gen. ad literam quod illa natura q̄ peccare nō potest in sanctis angelis est. Sicut autem bonus angelus spiritu principali est confirmatus in bono: ita et angelus malus est obstinatus in malo: secundum illud ps. Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper Quod de demonibus exponitur ad literam. Propterea doctor s. i. parte. q. lxiiij. ar. ij reprobat positionem Origenis dicentis quod omnis voluntas creata propter sui libertatem pōt flecti per omni statu ī bonū et in malū: excepta tm̄ aīa xp̄i que propter vnionē ad Vbum peccare nō pōt Sz hec (inquit btūs Thomas)

positio tollit veritatē beatitudinis a sanctis angelis et hominibus: quia stabilitas sempiterna est de ratione vere beatitudinis: vnde et vita eterna nominatur. Item hec positio repugnat authoritati sacre scripture que demōes et malos homines in supplicium eternum mittendos pronūciat: et bonos in vitam eternā transferendos affirmat: dicēte saluatore Mathei.xxv. Ibunt hi in suppliciū eternum: iusti autem in vitam eternam. Unde hec (inquit idē doctor) positio quasi erronea reputanda est: secundum etiam quod pulchre deducit beatus Augustinus. xxi. libro de ciuitate dei.cap.xvij. Tenēdum ergo est firmiter secundum fidem catholicā quod et voluntas bonorum angelorum confirmata est in bono: et voluntas malorū obstinata est in malo. Cuius quidē obstinationis causa non est consideranda ex parte grauitatis culpe tantum: sed potius ex conditione status. Hoc enim (inquit Damascenus) est in hominibus mors / quod in angelis est casus: et ideo sicut peccatū in quo homo moritur est irremissibile: ita et peccatum in quod cadit angelus irremissibile censetur. Nam et cuicunque rei plena deliberatione angelus adheret immobiliter et reflexe adheret: ita vt non possit in oppositum ferri.

¶ Secundo cetus apostolicus et quilibet de illo cetu post illam domini promissionem. Si non abiero / paraclitus non veniet ad vos: si autē abiero mittam eum ad vos. Joannis decimosexto. Et ante spiritussancti missionem dicere potuit illud verbum ad dominum. Spiritu principali confirma me. Legitur enim Actuum.i. quod post dominicam Ascensionem erant omnes apostoli congregati in Hierusalem perseuerantes vnanimiter i oratione cum mulieribus et Maria matre Jesu. Quid autē orando dicerēt scriptura non dicit: sed possumus pie cogitare quod dicebant illud verbum Psalmiste. Confirma hoc deus quod operatus es in nobis. Jam enim illis dederat Christus spiritum sanctū quando scilicet post suā resurrectionem apparens eis insufflauit et dixit. Accipite spiritum sanctum quorum remiseritis peccata remittentur eis Joannis. xx. Ecce quomodo operatus fuerat in eis spiritumsanctū. Sed adhuc instabant postulantes cōfirmationem huius doni: secundum quod ipse Christus illis predixerat. Luce.xxiiij. Sedete (inquit) in ciuitate donec induamini virtute ex alto. Tēpore ergo illo intermedio a domini ascensione vsque ad diem penthecostes sancti dei apostoli vacabant orationi: vno dicēte. Ueni sancte spiritus reple tuorum corda fidelium: et tuī amoris in eis ignem accende. Alio dicente. Ueni creator spiritus mentes tuorum visita. Alio autem vociferante. Emitte spiritum tuum et creabuntur et renouabis faciem terre: id est faciem conscientiarū nostrarū. Ipse igitur xps post tot auditas p̄ces misit eis spm̄ principalē qui cōfirmaret eos i bono

secundum quod predixerat regius propheta David dicens. Verbo domini celi firmati sũt: et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Quid (inquit Gregorius) celorũ nomine: nisi sancti apostoli designantur? Qui nimirum verborum ꝛ predicationum suarum imbribus vniversum mundum irrigarunt? atq; venturi iudicij minis ꝛ terroribus diem intonarũt. Hi enĩ sunt celi qui enarrant gloriam dei: quibus profecto tunc spiritus virtutẽ tribuit cũ in igneis linguis apparens in cordibus eorum flammas diuini amoris accendit. Quod quidem aperte cognoscere possumus si quales ante et quales post aduentum ipsius spiritussancti fuerunt consideremus. Qui enim magistrum ad passionem euntem fugientes reliquerãt: postmodũ per adiunctam spiritussancti gratiã roborati constanter ꝛ publice nomẽ Christi predicabãt. Nam vt reliquos pretermittamus ipse apostolorum princeps Petrus qui mori metuens vitam negauerat: cũ facto conuentu seu consilio cesis apostolis sacerdotes et scribe/ ne in nomine Christi loquerentur prohiberent aiebat. Obedire oportet deo magis quã hominibus. Act. v. Celorũ igitur virtus de spiritusancto est: qr per infusam sancti spirit⁹ gratiam facti sunt in Christi confessione fortes apostoli: qui prius fuerãt ex fragilitate carnis infirmi. Hec Gregorius super hoc passu. Patet ergo liquide quomodo verbo domini: id est promissione Christi opere impleta: qua eis promiserat spiritum sanctum se illis daturum: celestes viri apostoli in gratia et charitate firmati sunt. ita vt merito de illis dicat ipse Christus illud Psalmiste. Ecce confirmaui columnas eius: scilicet ecclesie militãtis. Colũne nempe ecclesie fuerũt apostoli: qui primitiuam ecclesiam fulcierũt et sustentauerunt: dicente apostolo Galat. ij. Jacobus/ ꝛ Cephas/ ꝛ Joannes qui videbantur colũne ecclesie, dextras dederunt mihi. Item Prouerbiorum. ix. Sapientia edificauit sibi domũ: excidit columnas septem: id est collegium apostolorum. Sed prohdolor hodie in ecclesia Christi loco columnarum illarum ferrearum ponuntur et substituũtur columne de festucis que nullius sunt virtutis aut vtilitatis: que satis designãtur per illas effigies: gallice marmotins: que substituũtur edificijs: quasi portantes suis humeris totũ pondus edificij. Quibus loquitur domin⁹ Esa. xxij. dicens. Quid tu hic: supple in ecclesia deseruis? aut quasi q̃s hic? Certe potest ad hoc responderi quod inutilis prelatus est quasi idolum seu statua in ecclesia. Nã sicut idolum non videt quamuis videatur oculos habere: nec audit: aut loquitur. Ita ꝛ de multis prelatis potest dici illud Psalmiste Os habent et non loquentur: supple sermones dei subditos instruendo/ oculos habẽt ꝛ nõ videbunt: scilicet pauperes illi cum effectu compatiẽdo: aures habent ꝛ non audiẽt: videlicet veritatẽ quando eis predica-

tur. Neqȝ em̄ est spiritus in ore ipsorum: quasi dicat. Tales nō solent loqui in suis conuiuijs: aut colloquijs priuatis de spiritualibus ⁊ diuinis: sed de tēporalibus ⁊ vitijs: quia vt habetur Joh. iij. Qui de terra est de terra loquitur. Hi autē sunt simulachra prelatorum et non veri prelati: simulachra inquā gentium: argentū: ⁊ aurū: quia tales frequenter intronizātur ad prelaturā per gentes armatas. Item per argentum et aurum: quantum ad symoniacos Et talia inquā simulachra sūt opera manuū hominum: quasi dicat: nō sunt tales opera dei: sed hominū. Osee. viij. Ipsi regnauerunt ⁊ non ex me principes extiterunt ⁊ non cognoui: id est non approbaui. Sed audiant principes terreni: qui talibus fauent quid sequitur. Similes illis fiant qui faciunt ea Nam qui tales inutiles prelatos scienter eligunt/ prece: aut munere: fauore aut alias indebite. Et similiter principes terreni qui eos adiuuant: seu quicunqȝ alij / sunt similes illis in culpa in presenti: ⁊ tandē erūt similes eis in pena in inferno. Et hoc est quod scribitur Sapientie. xiiij. Per manus quod fit idolum maledictum est ipsum et qui fecit illud. Ille quidem quia operatus est. Illud autem cū esset fragile deus cognominatus est. Et non solum predicti sunt: ⁊ erūt illis simulachris similes: sed etiā famuli et omnes qui confidunt in eis. Unde Psalmista. Confundantur omnes qui adorāt sculptilia: id est qui plus venerantur prelatos quam deū: ⁊ qui gloriantur in simulachris suis: cuiusmodi sunt cōsanguinei qui gloriantur tales esse de parentela sua. Item famuli qui similiter gloriantur esse de familia talium.

¶ Tertio deuotus catholicus postquam est vere confessus de preteritis peccatis debet orare dominum: vt eum preseruet a futuris malis dicendo corde hūili ⁊ deuoto. O domine deus tibi gratias ago: quia cū essem dignus eterno supplicio: tua misericordia ⁊ benignitate remisisti iniquitatē peccati mei quoniam non possum me a peccato cōtinere: nisi tuipse dederis: ideo supplex oro dicens cū regio Propheta. Spiritu principali: scilicet spiritu fortitudinis: qui est spiritussanctus/ cōfirma me: videlicet preseruādo me a recidiuo mortalis culpe. Uel confirma me: in bono incepto: ne cadā vento tentationis ne scilicet sim de illis de quibus loquitur Paulus Ephe. iiij. dicens: quod circunferuntur omnium vento: quos etiam saluator comparat arundini vento agitate. Matth. xj. Tales nempe: vt habetur Lu. viij. ad tempus credunt: ⁊ in tempore tentationis recedunt: videlicet a bono īcepto sicut patet de multis Christianis post pascha. Nam in quadragesima lachrimantur cū Magdalena ad pedes benedicti crucifixi: sed post pascha saltant cum Herodiade meretrice turpi. In quo patet eorum instabilitas et inconstantia. De quibus loquitur Psalmista dicens. Auerterunt

se et non seruauerunt pactum. In quibus verbis tangit breuiter duo mala: que operantur tales: primum est peruersa iniquitas: quia (auerterunt se) scilicet a deo ad quē prius se conuerterant per penitentiam et sacramentalem recōciliationem. Ideo dicit Hieremie.ij. Auersio tua increpabat te. Unde dominus admirans tantam iniquitatem peccantiū vt se auertant ab eo pie conqueritur: vbi supra dicens. Quid inuenerūt patres vestri in via iniq̄tatis: quia elongauerunt a me: et ambulauerunt post vanitatem: et vani facti sunt. Et non dixerūt id est non cogitauerunt: vbi est dominus qui ascendere nos fecit de terra Egypti: id est de statu peccati: q̄ traduxit nos per desertum: videlicet obseruantie quadragesimalis. Secundum malum quod operantur tales/ est maxima infidelitas: q2 (non seruauerūt pactum) scilicet penitentie. Hieremie.xj. Induxi sup eos omnia verba pacti huius quod precepi vt facerent et non fecerūt: sed reuersi sunt ad iniquitates patrum suoꝝ priores. Unde Gregori9. Solet quibusdā contingere vt dū se purgatos per satisfactionem deputant ab inertie mētis custodia animam resoluāt. Qui quidem ipsa sua elatione depressi eo deterius corruunt: quo sibi de indulgētia blandiētes vane spei securitatem promittunt. Inde est quod propheta exorat dominū dicēs. Letetur cor meum vt timeat nomen tuū. Non autem dicit. Letetur cor meum vt securū sit: sed letetur vt timeat. Ac si aperte dicat. Ita me correctum facito gaudere de venia vt nunquam desinam esse suspectus de culpa. Dicāt itaq3 iustificati peccatores ad dominum. Infirma nostri corporis virtute firma ꝑpeti. Quod si queras quomodo confirmari poteris spiritu principali: id est gratia spiritussancti. Tibi respondet Joannes Cassius. quod tria sunt que mentem faciunt in bono stabilem: videlicet vigilie: meditatio: et oratio: quarum assiduitas et iugis intentio conferunt anime stabilem firmitatē. Dicat ergo vnusquisq3 nostrum corde perfecto ad dominum. Spiritu principali confirma me deus.

¶ Lectio.lxj.

¶ Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur.

¶ Postquam in precedenti lectione penitens petiuit a domino spiritu principali cōfirmari in bono qđ in eo iam quodammodo operatus est ipse dominus deus. Hic consequenter ostendit fructum inde cum dei adiutorio se consecuturum cū inquit. Docebo iniquos vias tuas: quasi dicat. Si tu domine spiritu principali me confirmaueris: prout summopere opto: profecto non ero de tanto beneficio ingratus: sed amodo (Docebo iniquos) verbo scilicet et exemplo quos prius scandalizaui meo malo exēplo (iniquos) inquam qui videlicet in

fide manentes peccant: vt dicit glosa interl. (vias tuas) misericordiam scilicet et veritatem. Uel (vias tuas) id est mandata que sunt vie quas tradidisti nobis: quibus itur in celum: secundum illud Christi verbum. Matthei decimonono. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. Non autem promittit penitens docere iniquos vias Platonis: non Aristotelis: non syllogismorum implicationes: nō philosophie dogmata: nō rhetorum inflata verba: non leges Justinianas: non negocia secularia: non denique vias vanitatis: non vias ad mortem ducentes: sed vias domini: que recte sunt et secure: plane et late dicente Psalmista. Latum mandatum tuum nimis (Uias inquam tuas) que ad vitam perducunt sempiternam. Dicit autem pluraliter vias tuas: quia reuera plures sunt vie eundi in celum secundū varios status hominum. Nam per viam arctissimam votorum et consiliorum incedunt religiosi versus celum: per viam deuotionis: et vite puritatis: clerici per viam misericordie: et liberalitatis: diuites et potentes per viam patientie pauperes et indigentes per viam iustitie: principes et iudices populi per viam fidelitatis: matrimonio cōiuncti: per viam innocentie paruuli baptizati: per viam penitentie peccatores contriti et confessi. Tot ergo parauit dominus vias eūdi in celū: quot sunt varij status hominum. In cuius rei signum legitur Apocalypsis vigesimoprimo: quod angelus sustulit Joānē in spiritu in montem magnum et altum et ostendit illi ciuitatem sanctam Hierusalem habentem murum magnum et altum habentem similiter portas duodecim ab oriēte portas tres: ab aqlone portas tres: ab austro portas tres et ab occasu portas tres. Per quatuor autem illas partes orbis significatē vniuersitas hominum: per tres autem portas per quas ingrediendum est in ciuitatem Hierusalem significantur tres partes penitentie: que sunt cordis contritio: oris confessio et operis satisfactio: per quas trāsire habent quotquot mortaliter peccauerunt: si ad celestem illam Hierusalē pervenire satagunt: prout diffusius disseruimus in aduentu de secretis secretorum in sigillo de penitentia. Sequitur. Et impij ad te conuertentur. Impij secundum glosam interl. in proposito significant infideles: vel etiam quoscunque peccatores: qui de malo in bonum conuertuntur per predicationem sacre scripture: et non per fabulas. Unde Psalmista. Lex domini immaculata cōuertens animas. Sicut Augustinus cōuersus est legendo epistolas Pauli.

Unde de eo legitur quod aperuit codicem apostolicum: et coniectis oculis ad primum capitulum legit. Induimini Jesum Christum: et statim quasi infusa luce securitatis ab eo omnes dubietatū tenebre diffugerunt. Propterea dicit Gregor. quod mira atq; ineffabilis sacre scripture virtus agnoscitur:

cū ſuperno amore legentis ani
mus penetratur. Et nota ꝙ di
cit(conuertentur) id eſt ſimul
vel totaliter vertentur: et non
in parte tantum. Unde de con=
uerſione taliū impiorum ſcribi
tur Matthei. xxi. Publicani et
meretrices precedent vos in re
gnum dei. Differunt aūt impiꝰ
et iniquus. Nā impiꝰ proprie
dicitur qui peccat in deum: ini
quus autem: qui contra proxi=
mū: quamuis in ſacra ſcriptu=
ra frequenter vna ponatur pro
alio: ſicut maxime in propoſito
Nam idem ſunt quibus via do
mini. i. via penitentie: que eſt
via veniendi ad dominum: eſt
edocenda et qui ex tali doctri=
na ſeu predicatione conuertū=
tur ad dominum.

A ¶ Notandum eſt ergo iuxta
illam primam clauſulam. Do=
cebo iniquos vias tuas: ꝙ tria
hominum genera merito dice=
re poſſunt ad deum patrē. Do
cebo iniquos vias tuas.

Dei filius incarnatus.
vcz Predicator intrepitus.
Penitens feruidus.

¶ Primo igitur chriſtus dice=
re poteſt ad deū patrem. O pa=
ter ſanctiſſime q̄ me miſiſti in=
carnari vt teſtimonium perhi=
beam veritati: et vt reuocem mi
ſeros peccatores ab errore vie
ſue: profecto docebo iniquos
iudeos et quoſcꝫ peccatores vi
as tuas: id eſt precepta et man
data quibus itur a te. Nonne
queſo benigniſſimꝰ chriſtus be
ne docuit iniquos vias quan=
do cuidam principi iudeorum
eum interroganti quid illi ne=
ceſſarium foret: vt ſaluus fieri
poſſet: ait illi. Si vis ad vitam
ingredi ſerua mandata Mat.
xix. Nōne etiā tales vias opti=
me docuit illum iniquum legiſ
peritum qui tentans interro=
gabat eum di. Magiſter quod
eſt mādatum magnum in lege?
Ad quem ipſe chriſtꝰ. Diliges
dominum deum tuum ex toto
corde tuo: et proximum tuum
ſicut te ipſum. In his duobus
mandatis tota lex pendet ⁊ pro
phete Matthei. xxij. Sed pro=
fecto tantum ac talem doctorē
inquit iudei noluerunt audire
eos vocantem: vt ambularēt in
vijs et mandatis domini. Sed
opere dixerunt id quod reſpō=
derunt dathan et abyron moy
ſi eos vocanti. Non venimus.
Numeri. xvi. Sed ſicut predi=
cti viri in vltionem ſue rebel=
lionis miſerabiliter perierunt:
tam corporaliter quam eterna
liter: quia vt in eodem capitulo
conſequēter leg. dirupta eſt ter
ra ſub pedibus eorum, et ape=
riens os ſuum deuorauit illos
cum tabernaculis ſuis et vni=
uerſa ſubſtantia eorum: deſcen
derūtcꝫ in infernum operti hu
mo et perierunt de medio mul=
titudinis. Et vt dicitur in hi=
ſtoria ſcolaſtica poſtquam ab=
ſolti ſūt reducta eſt terra: qua=
ſi horum nichil factum eſſe vi=
deretur. Ita etiam ipſi iniqui
iudei poſtquam noluerunt au
dire vocem chriſti predicantis
exterminati ſunt et ciuitas eo=
rum deſtructa eſt per titū ⁊ ve
ſpaſianum ſecundū ꝙ illis pre
dixerat ipſe chriſtus Luc. xix.
dicens. Uenient dies in te vi=
delicet hieruſalem et circunda
bunt te inimici tui vallo et co=
anguſtabūt te vndicꝫ ⁊ ad ter=

ram prosternent te:et filios tuos qui in te sunt ꝛ non relinquent in te lapidem super lapidem. eo ꝙ non cognoueris tempus visitationis tue. Sed per amplius et specialius videamꝰ quomodo ipse christus docuit iniquos vias domini: ipse siquidem docuit iniquos superbos viam humilitatis dicens. Nisi efficiamini sicut paruuli non intrabitis in regnum celorum Mat. xviij. Unde vt magis imprimeret illud documentum in cordibus superborum ter dixit in euangelio. Omnis qui se exaltat humiliabitur et qui se humiliat exaltabitur: videlicet Luc. xiiij. et eiusdem. xviij. Itē Matth. xxiij. Item ipse docuit tenaces auaros viā misericordie ꝛ liberalitatis dicēs Luc. xvi. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis vt cum defeceritis recipiant vos in eterna tabernacula. Similiter docuit carnales et luxuriosos homines viam mundicie et castitatis dicens Matthei. v. Audistis quia dictum est antiq̄s. Non mechaberis. Ego autem dico vobis quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscēdum eam iam mechatus est eā in corde suo. Silr docuit homines iracundos viam charitatis: et dilectionis dicens vbi supra. Oīs qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Item in eodem. Diligite inimicos vestros: benefacite his qui oderūt vos: et orate pro persequētibus et calumnientibus vos. Item docuit gulosos viam sobrietatis sub nomine ieiunij. Matthei. vi. dicens. Cum ieiunatis nolite fieri. ꝛc. Item docuit inuidos viam gaudij ꝛ exultationis de bono proximi. Matthei. xx. loquens sub parabola de illo qui murmurabat aduersus patremfamilias: eo ꝙ tantum dedisset his qui venerant hora vndecima ad laborādum in vinea: quantum et illis qui hora prima venerant Dicens inquit non facio tibi iniuriam accipe quod tuum est et vade: volo et huic nouissimo dare sicut et tibi. An oculus tuus nequam est: quia ego bonus sum Similiter docuit ociosos et pigros viam laboris et exercitij dicens eis vbi supra. quid hic statis tota die ociosi. Ite in vineam meam et quod iustū fuerit dabo vobis. Generaliter autem docuit omnes iniquos viā penitentie dicēs. Matthei. iiij. Penitentiam agite appropinquabit regnum celorum.
Item cominando eis penam eternam si dictam viam tenere non velint dicens Luc. xiij. Nisi penitentiam habueritis omnes peribitis. Et hec est via arcta que ducit ad vitam: vt dicit idē saluator. Matthei. vij. Sed audite quod subiūgit. Et pauci sunt qui inueniunt eā quia ferme omnes volūt tenere spaciosam viam que ducit ad perditionem vt habetur ibidem.
Has itaqꝫ vias olim obscuras optabat scire regius ille ꝓpheta cum inquiebat. Uias tuas domine demonstra mihi ꝛ semitas tuas edoce me. Uie eñ domini sunt mandata ipsius de quibus fidem Psalmista viam mandatorum tuorum cucurri. Semite autem que breuiores

sunt via communi. sunt opera consiliorum per que facilius & diligentius itur ad celum. Predictas itaqꝫ vias palam docuit christus & demonstrauit cum eu interroganti ait. Si vis ad vitam ing. ser. Mat. xix. Semitas autem docuit cum adolescenti dixisse fertur Si vis perfectus esse vade et vende oia que habes et da pauperibus et habebis thesaurum in celo: & veni & sequere me. Opere ergo impleuit post quod antea promiserat patri cum eum incarnari fecit dices docebo iniquos vias tuas.

¶ Secundo predicator veritatis potest dicere ad dominum. Docebo iniquos vias tuas. Debet enim predicator veritatis principaliter laborare pro salute peccatorum quoniã ad hoc missus est exemplo saluatoris dicentis Matthei. ix. Non veni vocare iustos sed peccatores. Et huius rationem assignat paulo ante idem saluator dicens. Non est opus medico valentibus: sed male habentibus. Deus enim predicatori veritatis loquitur Ezech. ij. dicens. Fili hominis mitto te ad gẽtes apostatrices que recesserũt a me. Patres eorum preuaricati sunt peccatum meũ vsqꝫ ad diem hanc: et filij dura facie et indomabili corde sunt. ad quos ego mitto te. Profecto ad literam istud videmus ad oculum: verificari ferme vbiqꝫ terrarum ita vt non solum iudei & gentiles censendi sint filij dura facie et indomabili corde verum et qui christiano nomine censentur et hi proprie gentes apostratrices dicẽdi sunt quoniam multi ex illis recesserunt a deo salutari suo: atqꝫ preuaricati sunt pactum quod fecerant cum christo in baptismo renunciantes sathane et omnibus pompis eius. Ad tales igitur iniquos peccatores mittit dominus modernos predicatores vt doceant eos vias suas sicut olim misit ipse domin9 ananiam ad paulum Act. ix. dicẽs. Vade quoniam vas electionis est mihi iste vt portet nomen meum coram gentibus et regibus et filijs israel. Quantũ autem istud placeat deo patet per Greg. super Ezech. homel. xij. dicens ꝙ malum omnipotẽti deo tale est sacrificium quale est zelus animarum propter quod dicit Psalmista in persona veri predicatoris, zelus domus tue comedit me. Unde idẽ Gregorius, xix. li. moral. c. liij. exponens illud. Jaco. quinto. Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore vie sue saluabit animã eius a morte dicit ꝙ si magne mercedis est a morte eripere carnem quandoque morituram quanti inquit est meriti animam a morte liberare in celesti patria sine fine victuram. Item ad idem propositum loquitur ipse Gregorius super Ezechielem homelia. x. dicens Peruersi quique dum praua agunt et a iustis recta non audiunt, nesciunt quam sint grauia que committant atqꝫ ex ipsa sua ignorantia in suo stupore securi sunt et iacentes in culpis quasi molliter quiescunt sed cum verba predicationis audire ceperint, que sint sup=

plicia eterna cognoscere qui timor iudicij quam subtilis examinatio de singulis quibusque peccatis ilico contremiscunt. atque implentur gemitibus suspirijs luctu et fletibus. hec ille. Notanter autem dicit sincerus predicator. Docebo iniquos vias tuas: id est legem et precepta euangelica non tragedias et comedias aut poetarũ fabulas quia vt habetur distinctione octuagesimasexta cum multa. In vno ore se cum laudibus iouis. christi laudes nõ capiunt. Per laudes autem iouis intelliguntur carmina poetarum et fabule eorũ que a predicatore veritatis allegari nõ debent. Unde legitur de beato Hieronymo et recitatur distinctione trigesimaseptima legimus quod cum libros legeret Ciceronis ab angelo est correptus. eo quod vir christianus paganorum figmentis intẽderet. Propterea origenes secũdum ꝙ in eodem c. narratur cõparat tales predicatores fabularum ranis ⁊ ciniphibus qui bus egyptij sunt percussi. Sed prochdolor hac nostra tempestate ad modum rari predicatores inueniunt qui velint docere iniquos vias dñi eos reprehẽdendo de suis peccatis. cuius causam insignat Ambro. super i. verbo apostoli. Corinth. iiij. vos nobiles nos autem ignobiles: dicẽs ꝙ libere et sine adulatione veritatem predicantes ⁊ gesta praue vie arguẽtes gratiam non habent apud homines et quia fere omnes querũt gratiam hominum ⁊ potissime magnatum et principum. ideo paucissimi docent iniquos vias domini quin potius videntur eis adulari. significat per illos canes qui venientes ad pauperem mendicum lingebãt vlcera eius. Quid autem est lingere vlcera mẽdici nisi applaudere malis et leuiter transire scelera eorum? Unde tales merito possunt dicere illud Esaye quinquagesimonono. Palpauimus sicut ceci parientem. Paries est vir diues aut nobilis quem palpant tanquam ceci predicatores seu etiam confessores cu[illegible] leniter ⁊ suauiter loquunt[illegible] eis super grauissimis rapi[illegible]s vsuris et iniquitatibus eo[illegible]ndem. De quibus Ezechie. decimotertio Dicit ad eos qui liniunt absque temperatura quod casurus sit paries: id est moritur⁹ sit diues ⁊ ideo disponat domui sue scilicet restituendo aliena et huiusmodi.

¶ Tertio ꝗcunque vere et ex corde penitet potest dicere ad dominum. Docebo iniquos vias tuas. Non enim satis est peccatori se corrigere et emendare. nisi etiam pro viribus studeat quos traxit ad culpam / vel quos complices habuit in malo. ad christum trahere vt enim dicitur Ecclesiastici. xvij. Unicuique mandauit de⁹ de proximo suo. Hoc autem persuadet dominus petrus de palude dupli ci exemplo. Primũ est de milite strenuo ab inimicis capto quẽ rex multo redimit precio quo redemptio per eum postea multos captiuos de hostibus rex acquiret et sibi subijcit. Ita ⁊ deus per vnum pctõrem

iustificatũ multos alios peccatores acquirit accipientes exemplum penitentie in eo. Secũdum exemplnm est de peregrinis errantibus et hinc inde vagantibus: sed si quis inter eos primo rectam viam inuenerit subito alios reuocat et ad eam secum reducit. post eos vociferans et dicẽs. Venite venite ad me ego enim dei gratia inueni rectam viam. quibus ad eũ aduentatis dicit. Sequamini me quia iã incipio cognoscere viã istam. Sic et in proposito multi errauerunt per peccatum. ille qui primo inuenit viam penitentie que est via domini siue p ingressum religionis siue per viam restitutionis ꝛ satisfactionis. siue alio modo debet alios cum quibus peccauit reuocare verbo et exemplo et quantum potest post se trahere. Taliter egit nostris temporibus quidã decanus ecclesie cathedralis Cameraceñ: Cum enim peccasset cum quadam tandem deo specialiter mouente ei persuasit vt penitentiã ageret de peccato suo ꝛ ꝙ sicut eam exposuerat periculo damnationis.

Ita paratus erat quantum in se erat ipsam reducere ad viam salutis adijciens ꝙ si vellet reclusorium intrare. illi prouideret sufficienter pro residuo vite sue. Quod illa audiens mox resoluta in lachrymis et corde compuncta insinuauit illi votum suum ad hoc esse paratissimum. Sicq non post multos dies reclusorium intrauit in quo cum arcta penitẽtia ꝛ mẽtis puritate vitam feliciter cõsummauit dictus autem decanus extunc viam mutauit in melius ita vt potius monach⁹ reformatissimus quam secularis videretur. Visa ꝛ non audita refero pro parte. Nõne etiã illa peccatrix pellagia docuit iniquos fornicatores et fornicatrices vias domini exemplo sue penitentie.

¶ De ea siquidem refert dominus anthonin⁹ i prima parte cro; sue. t. vij. c. ix. §. vi. ꝙ cũ quidem sanctus episcopus ciuitatatis damiete nomine dominicus vidisset eam tam pulchraz et tam pompose ornatam insuper totum aerem musci ꝛ diuersorum aromatum odore replẽtem que pre sui pulchritudine omnium in se conuertebat oculos et ferreas mentes ad concupiscentiam inflammabat. ex hoc cepit dictus episcopus vehementer ingemiscere. Et post profunda et longa suspiria dicit astantibus viris honestis. O viri fratres confundo in me metipso quia non bene studeo placere creatori meo quantum ista peccatrix mundo. Et ecce non post multum temporis venit dicta mulier ad virum dei publice confitẽs reatum suum et petens ab eo baptizari. Ipsa igitur baptizata sicut prius extiterat pelagus iniquitatis propter qđ pellagia vocabatur ita extitit deinceps speculum sctimonie et virtutis. Ecce quomodo misera peccatrix pellagia docuit opere iniquos cum quibus peccauerat vias domini. De quibns ait Psalmista.

Vniuerse vie domini misericordia et veritas. Misericordia inquit Grego. est qua sine vllis

precedentibus meritis penitē-bus veniam tribuit. Ueritas vero qua post gratiā vocationis et venie peccata penitentiū punit. Ille ergo cui peccata dimittūtur vias dei iniquos docet cum et peccantibus si resipuerint exemplo sui spē venie tribuit: et inconuertibilib9 nisi ad viam redeant. infert timorē gehenne. O q̄ ergo vtilis est peccatorū remissio que conuersos non solum a peccatis liberos efficit, verum et alios a via impietatis et iustitie retrahit. Exerceat ergo se in via dei cui deus peccata dimisit: et exēplo suo peccatores quosq3 admoneat ad penitentie cōfugere remedium. Non sit arbor infructuosa/aut ociosus operari9. sciens quia non solum mane venientibus ad vineā merces permittitur sed etiam circa vndecimam horam vocatis vite eterne denarius soluitur. Audiat ergo dominum dicentem et inuitantem ite et vos in vineam meam et quod iustum. &c.

D ¶ Preterea iuxta illā secundam clausulam. Et impij ad te conuertentur. possunt moueri tres questiones circa conuersionē impiorū ad dn̄m.

Uez

Quando.
Ubi.
Quomodo.

E ¶ Prima igitur questio est quando impij debent conuerti ad dominum per penitentiam. Respōsio in presenti nunc sine vlla dilatione ita enī precepit dominus Joel. ij. Nunc dicit dominus. Cōuertimini ad me. Propterea vnumquemq3 peccatorē admonet sacra scriptura Ecclesiastici. v. dicens. Non tardes conuerti ad dominū et ne differas de die in diem. Subito enim veniet illa illius et in tempore vindicte disperdet te. Itē puerb. iij. Ne dicas amico tuo qui scilicet christus est vade et cras reuertere cum statim possis dare scilicet teipsum vel cor tuum ad conuersionem. Sed pphdolor multi habent vocem coruinam pmittētes semper emendare vitā suā sed nunq3 ad effectū promissum deducentes dicētes cras: cras Sed auertāt q coruus semel de archa noe egressus. non est ad eam vltra reuersus sed stetit super cadauera fetētia mortuorum. Sic et tardentes penitere tandem iusto dei iudicio non reuertuntur ad dominū sed requiescūt vsq3 in finem super cadauera peccatorum cuiusmodi sunt inueterati luxuriosi. obstinati vsurarij et hmōi. Tales igitur attendant illud ouidij. Qui non est hodie cras minus apt9 erit. Et tales sunt valde fatui. maxime cum nullus sit secur9 de crastino vel de moriendi modo videlicet si improuisa et subitanea morte decedet necne: cū tamen debeat esse certissim9 q a deo iudicabitur secundum illum statū in quo inuenitur in ipso mortis articulo. Preterea Ber. contra quemlibet talē sic de futuro presumentem ait. Quid de futuro miser tam temerarie presumus? tanquam pater tempora et momenta in tua et non in sua posuerit potestate. Seruandum igitur est id quod scribitur Ecclesiastici xxi. Fili peccasti. non adijcias

iterum sed ⁊ de pristinis depre care dñm vt tibi dimittantur. Qui enim semel tactus fuerit a serpēte venenoso non expectat vt iterum mordeatur sed quanto citiꝰ prouidet sibi de medela. Ita ⁊ citius in ꝓposito agēdam est quia periculū est i mora. Et ideo immediate subdit vbi supra: quasi a facie colubri fuge pctā. Huius aūt rationē assignat. Aug. dicēsq̧ serotina penitentia solet multos decipere. Et notat̄ de pe. di. vij. nullꝰ Resolutorie igit̄ tenendū est q̄ quilibet i mortali existēs mox vt sui peccati memoria sibi occurrit tenet̄ penitere in corde suo absq̧ dilatione cum proposito cōfitendi ⁊ satisfaciendi opportunitate occurrēte alias cōtinue auget suā dānationē. qr grauiꝰ damnabitur q̄ stat in pctō per annū q̄ per mēsem. Et qui ꝑ mensem q̄ si per diē et q̄ per diem q̄ si tantū per horam dūmodo cetera sint paria.

F ¶ Secunda questio est. Ubi impij debent conuerti ad dñm. Responsio in hoc seculo qđ est proprie locus penitendi et bene operandi in quo etiam loco datur tps propitiū ad hoc faciendū. vnde Psal. in persona dñi. Conuertetur populꝰ meus hic q̄ si supple fecerit profecto in futuro dies pleni inuenientur in eis scilicet qui in presenti penituerunt veraciter. Non est ergo expectandum impijs vt conuertantur ad dñm post hanc vitā quia vt habetur Ecclesiastici. xi. Si ceciderit lignū ad austrum aut ad aquilonem in quocunq̧ loco ceciderit ibi erit. Quod verum exponens Gregorius. li. viij. moraliū. ca. quadragesimo septimo. dicit q̄ cum humani casus tempore siue sanctus siue malignus spiritus egredientem animam claustra carnis acceperit in eternū secum sine vlla permutatione retinebit: vt nec ad celum exaltata ad supplicium proruat: nec mersa eternis supplicijs vltra ad remedium emptionis ascendat. hec ille. Ubi ergo istđ lignum: id est homo inuentus fuerit in morte ibi iudicabitur si in peccato mortali sine vllo remedio damnabitur: si vero in gratia absq̧ dubio saluabitur. Quia vt dicit glosa ordinaria super dicto passu. Locum quē hic tibi preparaueris in futuro habebis. Ex quo ergo homo immutabiliter remanebit ī futuro statu debet in presenti vita de operibus pietatis multum sollicitari: videlicet quamdiu potest mereri. Et hoc est quod dicit Paulus ad Galatas sexto. Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes: videlicet ad deum per deuotum famulatuz ad proximū per subuentionem et obsequiū ⁊ ad nosmetipsos per cor purū et mundum. Solū enim in presenti inuenitur dei misericordia relaxans delicta: dicente psal. In seculū (supple presēs) misericordia eius: quia quē nequaquem modo misericordia eripit: sola post presens seculū iustitia adducit: vt dicit Greg.

G ¶ Tertia q̄stio est quomodo impij debent ad dominum conuerti. Responsio. Integraliter conuerti debent. Unde postq̄ dominus dixisset Joel. ij. Co-

uertimini ad me. mox formam et modum subiungit dicens. In toto corde vestro. Ille autē in toto corde dicitur conuerti ad dominum qui propter deū detestatur omne peccatū ab eo commissum. Nam teste Augu. impium est ab eo qui summe mi sericors est dimidiam sperare veniam. Nempe sicut Cromacius vt legitur in legenda beati Sebastiani non potuit corporaliter curari nisi primum eiectis omnibus suis ydolis. Ita neqꝫ peccator potest spiritualem curam recipere nisi de omnibus peccatis suis mortalibus agat penitentiam. Notādum est autem ꝙ sicut (secundū logicos) est triplex species conuersionum: scilicet conuersio simplex/per accidens ꝛ per contrapositionem. Item est alia conuersio: scilicet in oppositam qualitatem de qua in libris priorum. Ita spiritualiter nonnulli conuertuntur ad dominū simpliciter et ex vero corde: nec de inceps redeūt ad sua peccata. Et talis fuit conuersio Magdalene Petri ꝛ huiusmodi. Alij autem conuertūtur per accidens: vt pote ex accidenti infirmitate aut magno infortunio: vt pote ex amissione bonorum temporaliū, ex morte charorum amicorum et huiusmodi. Qualis fuit conuersio Nabugodonosor Dan. iiij. qui cum fuisset propter superbiā a consortio hominum eiectus/et fenum vt bos comederet tandem oculos mentis leuauit in celum laudans et magnificans deum: de quo etiam habetur. xxiij. q. iiij. Nabugodonosor. Alij autem conuertūtur per contrapositionem qui mutāt terminos finitos in terminos infinitos: quod fit cum quis considerat infinitatem diuine misericordie vel infinitatem penarum inferni aut gaudiorum paradisi: vel grauitatē sui delicti que omnia peccando videbantur sibi parua et leuia. Et talis fuit conuersio pauli qui prius credebat se obsequiū prestare deo in ꝑsequēdo christianos: sed post conuersionem cognouit grauitatem sui delicti. Alij vero conuertuntur in oppositam qualitatem: videlicet de malitia in iustitiam de auaritia in liberalitatem: de incontinentia ad castitatem: de superbia ad humilitatem: de inuidia ad charitatem et huiusmodi. De qua conuersione loquit psalmista dicens ꝙ hec mutatio dextere excelsi. Impij ergo peccatores studeant conuerti ad dominum simpliciter: videlicet in toto corde: quia vt dicit Gregorius ꝛ recitatur de penitentia distinctione. iij. De nitentium. Nihil prodest si qs peccata luxurie defluat/et tamē adhuc auaritie estibus anhelat: animaduertant etiā christum totum hominem sanū fecisse in sabbato: et similia: et cetera.

¶ Lectio. lxij.

¶ Libera me de sanguinibus deus deus salutis mee. & exultabit lingua mea iustitiam tuam.

¶ Postquam in precedenti lectione verus penitēs promisit domino se cooperaturū ad salutem aliorum eos posse verbo et exemplo reuocando ad penitentiam quos scandalizādo traxerat ad culpam dicēs. Docebo iniquos vi. etc. hic consequenter petit ab ipso domino a peccatis suis liberationem eo quod turpe est doctori cū culpa redarguit ipsum. Et similiter ne dicatur illi illud Luce. iiij. Medice cura teipsū. Orat ergo dominū dicēs. Libera me de sanguinibus. etc. quia nisi primitus me a peccatis liberaueris non potero alijs esse exemplum sancte conuersionis. Libera ergo me de sanguinibus: id est desiderijs carnalibusque militant aduersus animam meam. Propterea autem instāter peto ab huiusmodi sanguinibus liberari: quia audiui paulum dicentem et clamantem quod caro et sanguis regnū dei nō possidebunt. i. Cor. xv. Per sanguines itaque peccata carnalia intelliguntur secūdum glo. ord. a quibus petit ipse penitens liberari. vnde Aug. et recitatur in eadem glo. dicit sic. Et si minus latine: magis tamen proprie pluraliter dicit penitens de sāguinibus: innuens multa peccata ex origine carnis peccati trahi. Unde caro et sanguis regnum dei non possidebunt: id est peccata que de corruptione carnis et sanguinis veniunt. Ualde ergo rationabiliter petit penitens a domino libertatem a peccatis precipue carnalibus: eo quod pessima seruitus est illa qua quis seruit peccato. De qua Joh. viij. Qui facit peccatum seruus est peccati. Inter cetera autē peccata illa que sunt carnalia permaxime faciūt hominem seruum: et cū sibi et diabolo subijciunt. Dn̄s autē Albertus exponens hunc passum dicit sic. O spiritus sancte deus qui ad hoc in linguis igneis dispartitis voluisti apparere discipulis: vt nobis dares intelligere quod omnium genera linguarū cognoscebas et intelligebas siue barbarice: siue cōgrue grece aut latine loquantur / audi grammaticam antiquā lingue mee in qua peto de sanguinibus liberari. Tu enim nosti quod apud modernos grāmaticos sanguines pluraliter nō dicūtur: sed sanguis nihilominus quia sanguis quandoque peccatū significat plura aūt pctā feci / ideo peto ab omnibus vniuersaliter liberari clamans et dicens. Libera me de sanguinibus: et signanter a pctīs carnalibus que sunt multa. Sāguines igitur mei peccata mea sunt in quibus non solum sum inuolutus: sed etiam immersus. Libera igitur me de sanguinibus sicut olim liberasti Noe ab aquis diluuij: libera me: sicut liberasti filios isrl de profundo maris rubri: libera me sicut liberasti Jonam in mare proiectum in ventre ceti: libera me sicut liberasti petrū de periculo maris ne mergeretur: libera me sicut liberasti paulum de profundo pelagi: libera me sicut liberasti pene infinitos vtriusque sexus homines ne mergerentur in profundum putei abyssi vehementis. Ergo libera me de sanguinibus

deus de⁹ salutis mee quā sup ple salutem operatus es in me dio terre. Uel salutis mee.i. da tor saluationis mee eterne. In hoc autem ꝙ penitens bis di cit de⁹ deus notat se habere ma gnum effectuȝ in corde ad hoc ꝙ liberetur a peccatis.q.d. Me rito te vt me salues inuoco do mine deus: quia tu solus es au ctor salutis mee dicente psal. Domini est sal⁹. A te igitur so lo est salus: quia ab omnibus aliis est infirmitas: secundum illud Eccles.xii. Uanitas vani tatum et omnia vanitas. Non enim (inquit psal.) saluatur rex per multam virtutem: ꝛ gi gas non saluabitur in multi tudine virtutis sue: deniqꝫ fal lax equus ad salutem. Ex qui b⁹ verbis manifeste colligitur ꝙ nec ex diuitiis tēporalibus: nec ex fortitudine salus acqui ratur. Magister autem Nico laus de lyra exponit hunc tex tum ad litteram de Dauid qui orabat dominum dicens. Li bera me de sanguinibdeus de⁹ salutis mee,i.ignosce mihi mor tem Urie serui mei quem pro ditorie feci occidi. Item igno sce mihi mortem illiusmultitu dinis que accasiōe peccati mei (cum scilicet numeraui popu lum meum) occisa est numero scilicet.lxx.milium virorum.ii. Reg.xxiiii. Quod si feceris cer te exultabit: id est cum exulta tione annunciabit lingua mea iustitiam tuam. Non quidem arte: quia non est speciosa laus in ore peccatoris. Item quia tu posses forte mihi īproperare dicens. Quare tu enarras iu stitias meas et assumis.et cete ra. Sed videtur ꝙ Dauid et si militer penitens potius debe rēt dicere: Et exultabit lingua mea misericordiam tuam: quā iustitiam tuam. Sed dicēdum ꝙ semper in omnibus operib⁹ dei se commitantur misericor dia et iustitia. Et ideo cum di citur iustitiam tuam subintel ligitur misericordiam tempera tam. Possumus autem sanguinē accipere in bonam significatio nem: videlicet pro amara ꝛ gra ui penitentia que est sustinen da pro quolibet mortali vnde August. Sic est penitēdum vt quidā sanguis anime per ocu los effluat. O quā mirabile ver bum. Sed quomodo sanguinē peccator per oculos effluet pro suis delictis qui neqꝫ minimā lachrymam emittit pro illis. Audiat ergo peccator prophe tam Hieremiam Treñ. secūdo dicentem. Deduc quasi torren tem lachrymas per diem et no ctem: non des requiem tibi: ne qꝫ taceat pupilla oculi tui. Nō debemus ergo petere a domio ab huiusmodi sanguinibus li berari sed potius talibus inuo lui et aspergi atqꝫ in ipsis bal neari. Sicut ferunt nonnulle historie constantinum impera torem scȝ leprosum in sangui ne paruulorum voluisse balnea ri de consilio medicorum pro curanda lepra qua infect⁹ erat Deo operante tantum scelus non perpetrauit: sed miraculo se sanitatem recuperauit.

A ¶ Notandum est ergo iux ta illud. Libera me de sangui nibus: ꝙ sanguis in sacra scri ptura multa significat: a qui bus debet penitēs petere a do-

mino liberari.
Significat ergo.
Peccata et iniquitates.
Seuitias ⁊ crudelitates.
Carnalis et parentes.
¶ Primo igitur sanguis significat peccata et iniquitates: secundum q̄ dominus improperat malis ecclesiasticis sibi sacrificantes in alteri dicens Esaye. i. Non offeratis vltra sacrificium frustra incensum: abhominatio est mihi. Neomeniam et sabbatum et festiuitates alias non feram. Iniqui sunt cetus vestri. Et post pauca.
Cum extenderitis manus vestras auertam oculos meos a vobis: et cum multiplicaueritis orationem non exaudiam. Et omnium istorum assignat rationem cum subdit. Manus enim vestre sanguine plene sūt id est peccato secundum glo. Quid (inquit Greg. ix. mora. c. lxxxix.) per manus plenas sanguine nil aliud itelligitur quā opera mala? Tunc ergo manꝰ sanguine plene sunt cum quis abundat in operibus malis: vt sunt furta: adulteria: homicidia: et huiusmodi. Et isti sunt sanguines a quibus iustus seu penitens petit a domino liberari: ⁊ quidem merito: quia vt habetur Osee. iiij. Maledictum ⁊ mendacium et homicidiū ⁊ furtum et adulterium inundauerunt quia ad instar fluminis ripas et terminos quos posuit dominus excesserunt: quia sic peccantes nec deum timēt nec homines reuerētur. Sequitur Et sanguis sanguinem tetigit: quia tales peccata peccatis et noua veteribus indies addūt: vt dicit glo. inter l. Nonne queso sanguis sanguinē tangit qū vnū peccatum ad aliud trahit: sicut patuit de dauid: cuiꝰ adulterium homicidiū tetigit cum vriam inique occidi mandauit in bello vt celaretur prior iniq̄tas. Hoc idem patuit de petro negante xp̄m: ⁊ de Juda cuius auaricia tanta fuit vt traheret ipsum ad prodendū magistrum suū vel dic q̄ tunc sanguis sanguinem tangit quando vnꝰ peccator alium a simile trahit. Cuiusmodi sūt illi qui dicūt aliis quos seducere volunt, perdere et mactare. Uenite fruamur bonis q̄ sunt: vtamur creatura tāquā in iuuētute celeriter: vino precioso: et vnguentis nos impleamus: et non pretereat nos flos temporis. Coronemꝰ nos rosis: nullum pratum sit quod non pertrāseat luxuria nostra Opprimamus pauperem iustum: et non parcamus vidue nec vterano. Sit forti tudo nostra lex iustitie. Circumueniamus iustum et huiusmodi Sapientie secundo. Ecce quomodo sanguis sanguinem tangit. Hunc autem tactum tanquam pestiferum prohibet sapiens. Prouerbiorum. i. Fili mi si te lactauerint peccatores ne acquiescas eis: si dixerīt, veni nobiscum insidiemur sanguini: id est peccato: fili mi ne ambules cum eis: prohibe pedem tuū a semitis eorum: pedes enim illorum ad malum currunt ⁊ festinant vt effundant sanguinē. i. peccatum super alios quos cōplices volunt habere in malo: vt cōsortes habeāt eos in supplicio. Dicat ergo penitens ad

dominum. O domine deus libera me de sanguinibus. idest a peccatis tam proprijs quem alienis. vnde Psalmista. Ab alienis parce seruo tuo.
¶ Secundo sanguis significat seuitias et crudelitates quas diuites ꝛ potentes quandoqꝫ solent pauperibus et abiectis personis inferre: vtpote bona eorum iniuste inuadendo: siue violenter rapiendo: ita vt quandoqꝫ faciant eos mori fame: de quibus conqueritur dominus Michee. iij. dicēs. Comederūt carnem populi mei: et pellem eorum desuper excoriauerunt et ossa eorum confregerunt et conciderunt sicut in lebete et quasi carnem in medio olle. ¶ Et tales sunt veraciter homicide quicus sigillatim comminatur dominus Ezech. iij. dicēs. Sanguinem eius (scilicet pauperis) de manu tua requiram. Non solum autem laici abundantes in seculo graues ꝛ crudeles sunt pauperibus, verum (quod intollerabile est) etiam et clerici beneficiati ꝛ p̄bendati studentquandoqꝫ per fas ꝛ nephas hereditatem et iura eorum occupare multipliciter. Modo sub taliatione decimarum repetendarum: modo sub titulo possessionis antique ꝛ huiusmodi: ita vt modo videatur impleta illa prophetia Joelis. ij: Luna conuertetur in sanguinem. Quid enī lune nomine nisi ecclesia designatur? Luna ergo conuertitur in sanguinem cum clerici iniuste opprimunt pauperes ꝓcessibus ꝛ litibus eos defatigando Non solum autem diuites sunt homicide bona pauperum diripiēdo: sed etiam tēpore et loco sua eis non largiēdo: dicente scriptura Ecclesie. xxxiiij. Panis egentium vita pauperis est: qui defraudat illum homo sanguinis est: ꝛ qui aufert i sudore. id est in necessitate panem quasi qui occidit proximum suum. Non solum ergo ille dicitur esse homo sanguinis respectu pauperis qui aufert ab eo substantiam suā: sicut plerunqꝫ faciunt principes tyranni: qui imponunt immoderatas talias ꝛ vectigalia in subditos: verum etiam qui nimis auare detinet sua, ita vt non velit succurrere necessitatibus pauperū, vñ Amb et recitatur. lxxxvj. dist. Pasce. Pasche (inquit) fame morientem: quod si non paueris fame occidisti. Idem habetur. xiiij. q. v. Immolans. Ubi dicit Augu. ꝙ qui effundit sanguinē: ꝛ qui facit fraudē necessario fratres sunt, i. pares siue sikes in peccato: vt dicit glo. Restat ergo ꝙ erūt fratres seu pares in inferno. Unde in figura horū legitur Exod. vij. ꝙ fontes et generaliter vniuerse aque egypti cōuerse sunt in sanguinem in signū crudelitatis et inhumanitatis: quā exercebat pharao cū vniuersis egyptijs contra filios israel.
B ¶ Tertio sanguis sīcat presentes carnales ꝛ consanguineos: qui insequuntur p̄latum aut magnatem illis attinentē vt de beneficijs et diuitijs eiꝰ ꝑticipes efficiant more auium predaliū aquilā post captam predā insequētiū vt saltem de

reliquis eius saturentur.

Propterea contra illos prelatos: qui nimium fauent suo sanguini loquitur dominus Mic. iij. dic. Audite hoc principes domus Jacob. pmo. vos episcopi: archidiaconi: et ceteri ecclesie prelati quos posuit dominus tanquem principes et rectores in domo Jacob. i. in ecclesia q omnia recta puertitis scilicet preferendo vestros consanguineos magis idoneis: q edificatis syon. i. ecclesiam in sanguinibus: et hierusalem in iniquitate. principes eius in muneribus iudicabant. Principes itaqz ecclesie sunt maiores prelati qui plerunqz conferunt ecclesiastica beneficia: aut intuitu carnal' pntele: aut etiam propter oblata munera: ideo dicit principes eius in muneribus iudicabant hunc. scilicet esse preferendum illi: quia plus obtulit: qd symoniacum est aperte. Unde de hoc dant metra. Mos est prelatis dare prebendas bene natis. Aut bene numinatis vl' eorum sanguine natis. Ergo prebende non dicuntur sed emende. Et talibus prelatis comminatur dominus maledictionem eternam di. Abacuc. ij. Ve qui edificat ciuitatem in sanguinibus. id est ecclesiam in parentibus.

Olim enim gloriosa dicebantur de hac ciuitate : videlicet quod in ea non preficielantur nisi literati morigerati viri non habito respectu priuatam commoditatem : sed ad dei honorem et coem ecclesie vtilitatem sed hac tempestate frequenter fit totum oppositum. Hodie nepe nepotuli episcoporum efficiuntur canonici antequam clerici archidiaconi anqz gramatici: magistrati antequam discipuli. Alij efficiuntur abbates antequam nouicij. Alij prothonotarij priusquem scribere valentes: et sic de alijs abusib' qui in dies crescunt in ecclesia christi. Quos quidem abusus reprobans dominus per Psa. sic inquit. Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus. Sanguines itaqz in proposito dicuntur nepotes et consanguinei prelatorum. Conuenticula vero dicuntur ipsi congregati in ecclesijs cathedralibus aut collegiatis. Sed hanc congregationem conuenticulorum non facit dominus: qz non intrant per ostium christum sed ascendunt aliunde. id est propter aliam causam: vtpote propter cupiditatem aut gloriam mumdanam et ideo fures sunt et latrones secundum dni sniam. Joh. x. Quoniam vero christus olim edificauit ecclesiam in suo sanguine: sed plati moderni saltem multi euertunt eam in suo: tanquam non fuerit bene edificata. Unde iam non sunt vicarij christi: sed potius aduersarij. Tempore siquidem apostolorum caro et sanguis regnum dei possidere non poterant. Sed tempore isto infelici et miserabili : vix potest possidere regnum dei. id est ecclesiam nisi caro et sanguis platorum. Qd autem conuenticula talium non congreget dominus liquide patet quia tales : semper faciunt scismata et dissensiones in capitulis

in qb⁹ degunt Dñs autem cū sit deus pacis ꝛ dilectionis nō vocat homines ad faciendum bella et lites presertim in ecclesia: que debet esse tota pacifica. Caueant ergo ecclesie prelati: ne allecti amore carnis et sanguinis promoueant suos: nisi quantum expedit vtilitati ecclesie. Dicunt enim prouidere ecclesijs et non personis et preferre communem vtilitatem amori priuato. Ad quod agendum docuit eos saluator suo exemplo: qui principatum ecclesie contulit Petro: potius quem Johanni suo consanguineo aut Jacobi exemplo etiam ipsius Mosi: de quo di. Hiero, et recitatur. viij. q. j. Moyses. Moysos inquit amic⁹ dei: cui facie ad faciem locutus est ipse deus/ potuit vtiqꝫ successores principat⁹ sui filios suos facere: et posteris propriam hereditatem relinquere: q; vt di. glo. hoc non erat adhuc prohibitum. Sed extraneus de alia tribu eligitur Jesus. i. Josue: vt sciremus principatum i populo: non sanguini esse deferendum: sed vite. Et nota q; Moyses erat de tribu Leui. Jesus autem alijs dictus Jesus naué de tribu Effraim extitit. Deinde subdit Hiero. At vero nunc iquit cernimus plurimos hāc rem beneficio facere vt non q̄rant eos in ecclesia columnas erigere: quos plus cognoscunt ecclesie prodesse: sed quos vel ipsi amant: vel quorum sūt obsequijs deliniti vꝫ pro quibus maiorum quispiam rogauerit Et vt inquit deteriora taceā: qui vt clerici fierent muneribus impetrarunt. Hec ille Unde satis ad propositum refert Policratus libro. iiij. de Adriano imperatore quem cuꝫ senatus rogaret quatenus filium suuꝫ quem habebat/ Imperatorem faceret. Respondit sibi sufficere quod regnasset. Principatus inquit non sanguini: sed meritis dandus est. Simile refert D. Antho. in prima parte cronice sue. t. iiij. c. ij. §. xv. post Justinum de Alexandro magno: qui cum appropinquaret morti: persuasus est a suismilitibus vt filium suum Herculē heredem regni relinqueret et nominaret: aut saltem fratrem suū. Arideum. Quibus ipse respondit. Nec filium: nec fratrē nomino Imperatorem futurum: sed vos ipsi eligite viruꝫ strennuum Non enim decet viro forti quem alium virum fortem succedere in imperiali maiestate aut tanti regni opes alijs quem probatis relinquere. Si ergo hō paganus ꝛ legū diuinarū inscius non pretulit ꝑ priū filiuꝫ aut fratrem alijs in successionem imperij: q̄tū confundentur in die iudicij principes christiani: qui de electionibus episcoporum et abbatū se ingerentes: quinimmo quādoqꝫ eas impedientes prouident personis sibi gratis scilicet non ecclesijs nec eos iuuat pragmatica sanctio: quinimmo dicit quod hortandi sunt principes: ne pro indignis fūdant preces multoqꝫ minus cōminationes aut simile quo minus libere ad electionem procedatur. Dicit tamen congregatio Bituriscensis non esse re

prehēsibile si rex aut princeps cessantibus omnibus comminationibus vtatur precibus benignis ꝓ personis bene meritis. Sed vnde digressi sumꝰ redeuntes: concludimus prelatum non debere quouis colore scienter preferre nepotulum aut qualemcunqꝫ consanguineum ad ecclesiasticum prelaturam nisi estimetur secūdm bonā conscientiā idoneus. Quia si pntes apud eū institerint ꝓ aliquo non idoneo debet eos exemplo christi repellere dicēs Nescitis quid petatis Matthei xx. Item debet ad dominū clamare ⁊ dicere. Libera me ď sā.

C ¶ preterea notandum iuxta illam secundam clausulam. Et exultabit lingua mea iustitiā tuā. ꝙ ista verba pñt dicere ad dominū tria hoīm genera.

Penitens deuotus.
vez. Pplus redemptus.
Justꝰ glorificatus.

¶ Primo igitur quilibet deuotus penitens merito potest dicere ad dominū. O domine deꝰ meus profecto (exultabit). i. cū exultatione annunciabit (lingua mea iusticiam tuam) i hoc scilicet quod digneris me punire inpresenti: ne puniar in futuro. Ista iusticia punitiua ī pñti debet michi esse maxima materia gaudij: sciens quod sic euadam rigidam iustitiam tuam ī futuro. Scriptum est eñ Naū. j. qꝛ non consurget duplex tribulatio: vbi alia litera dicit: ꝙ nō iudicabit deus bis in idipsum. Hic ergo vre: hic seca vt ī eternum parcas. Sic enim agebat Psal. cum dicebat. Omnia iudicia eius in conspectu meo. id est diligenter considero quē grauiter et ineternum puniet deus malos in futuro. Et ideo iustitias eius: id est flagella et aduersa nō repuli a me: sed patienter sustinui: et in eis quodā modo gauisus sum: saltem secūdum rationem: sicut et Paulus gaudebat ī talibus iusticijs cū dicebat. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis vt inhabitet in me virtus christi. ij. Cor. xij. Quia ergo iudicia dei in futuro terribilia sunt ita vt dicat psal. ad dñm. A iudicijs tuis timui: ideo libenter sustinet manum dñi eum flagellantem in pñ senti quininimo quandoqꝫ earumpens de seipso iustitiam facit. Ideo sequitur. Feci iudiciū ⁊ iustitiam non tradas me calūniantibus me. Calumniantes enim peccatorem sunt ipsi demones qui improperāt sibi peccata commissa et presertim in mortis articulo. Unde tūc de iure repetunt aīam eius: nisi prius egerit penitentiā. Propterea penitens allegans suaꝫ penitentiam dic. ad dñm. Feci iudicium: videlicet in contritione examinās meam conscientiam: et in confessione dando sniam contra me. Itē feci: sup. iustitiam: in satisfactione. Et ideo (non tradas me calumniātibus me) scilicet demonibus: qbus finaliter tradentur miseri peccatores: dicente psalmi. Tradentur in manus gladij: scilicet diuini iudicij: ptes vulpium erunt. Vulpes enim dolose bestie/recte demones significant His ergo inqt penitens non tradas me domine: sed suscipe seruum tuum ad te humi

lis et corde compuncto reuertentem in bonū: vt scilicet deus mihi gratiam bene operandi q̄ precepisti. Declina a malo et fac bonum. Dicant ergo veri penitētes super se iustitiā dei sentientes Omnia quecunqȝ fecisti nobis domine in vero iudicio fecisti: quia peccauimus tibi: et mandatis tuis non obediuimus.

¶ Secundo populus redemptus et fidelis gratias agens Jesu christo propter beneficiū redemptionis merito potest illi dicere. O benedicte redemptor anime mee profecto (exultabit lingua mea iustitiam tuā) quam scilicet fecisti et tenuisti: cum me a faucibus tartari redemisti. Nam opus humane redemptionis simul fuit opus misericordie: et iustitie: secundū q in persona ipsius christi ad patrem loquentis ait psalmi. Miam et iudiciū cantabo tibi dn̄e. Ibi nempe fuit misericordia in ordine ad hominem: quia gratis fuit redemptus et sine precio ex parte ipsius qui peccauerat. Iustitia autem: quia ipse christus seipsum obtulit ī preciū deo patri. De primo loquitur Paulus. Tit. iij. di. Nō ex operibus iustitie que fecimus nos sed scd̄m suā miam saluos nos fecit. De scd̄o aūt. j. petri j. Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paterne traditionis. id est transgressionis Ade: sed precioso sāguine agni immaculati christi Aug. O homo appende te ex precio ne vilescas. Et nota qd dicit (quasi agni) quia christus non fuit agnus per naturam: sed per similitudinem et figurā scd̄m illud Jere. xi. Ego quasi agnus mansuetus qui ducitur ad victimam. Hec duo tangit psal. cum in persona domini loquitur dicens Misericordiā et iudicium cantabo tibi dn̄e: sup. pater. Ipse enim christus in suo aduentu in mundum cātauit. id est predicauit miam cum in auribus iudeorum insonuit dicens. Penitentiam agite appropinquabit regnum celorum. Math. iiij. Et eiusdē. ix. Euntes discite quid est misericordiam volo et non sacrificium Item ipse christus per suū preconem iohannem cantauit id est predicauit iudicium secūdum illud Math. iij. O progenies viperarū quis demonstrabit vobis fugere a ventura ira. Item per seipsum. eiusdē. xxiiij. Tunc plangent omnes tribus terre et videbunt filiū hominis venientem in nubibus celi cū virtute magna et maiestate. O quantum igitur dȝ populus christianus exultare nō dū lingua sed opere et sermone xp̄i iustitiam Poteris siquidē solo nutu genus redimere humanū: sed vt charior nobis esset ipsa redemptio voluit iustitiā seruare et precium pro nobis soluere. Ut em̄ dr Esa. liij. Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras: attritus. i. ligatus propter scelera nostra: disciplina pacis nostre sup eum et liuore eius sanati sumus. Omnes nos quasi oues errauimus: vnusquisqȝ in viam suā declinauit: et posuit dn̄s sup. pater in eo iniquitates oim

nostrum. Ecce quomodo Esaias exultabat; immmo verius exaltabat iustitiam Christi.

¶ Tertio iustus glorificat⁹ potest dicere ad dominum. O domine deus cum intueor quam iuste damnas impios peccatores: ꝛ pro vnico mortali deputas eos ignibus sempiternis: profecto inde (exultabit ligua mea iustitiam tuam.) Justum enim est ꝛ equum: vt nunquam careãt supplicio: qui in hac vita nunquam voluerunt carere delicto vt dicitur de penultima distinctione. j. ca. voluissent. Et de tali exultatione iustitie dei circa punitionem damnatorũ loquitur Psalmista dicẽs. Letabit iust⁹ cũ viderit vindictã. Si enim licuit Moysi ꝛ ceteris filijs Israel exultari et gaudere de vltione et vindicta quam fecit dominus de Pharaone et exercitu suo in mari rubro ita vt iubilarent dicentes. Cantemus domino gloriose enim magnificatus est equum et ascensorem proiecit in mare. Exod. xv. ita rationabiliter beati i celo gaudẽt de iustitia dei quam exercet in puniẽdo damnatos sciẽtes quã iuste hoc fiat. Sed huic sentẽtie videtur aduersari illud Prouerbiorum. xxiiij. Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas: ꝛ in ruina eius ne exultet cor tuũ. Itẽ sanct⁹ ille Job dicebat. Si gauisus sum. si pro nõ ad ruinã eius qui me oderat. Responsio in via cõdolendum est miserijs proximoꝝ. licet tamen gaudere quãdo dominus temporaliter eos castigat virga correctionis vt emẽdentur. Sed in patria congratulandum est iustitie dei simul cũ ipso qui dicit de malis existẽtibus in penis illud Prouerbiorum. i. Ego quoqꝫ in interitu vestro ridebo ꝛ subsannabo vos cuꝫ vobis quod timebatis euenerit: scilicet suppliciũ eternum. Propterea Psalmista: de tali exultatione beatorũ respectu pene cuiuslibet reprobi sic loquitur dicẽs. Super eum ridebũt ꝛ dicent. Ecce homo qui nõ posuit deum adiutorẽ suũ. Sed sperauit i multitudine diuitiarum suarum. Ecce quem posuit adiutorem suum: scilicet mundum.

¶ Lectio. lxiij.

¶ Domine labia mea aperies: & os meum annunciabit laudem tuam.

¶ Postquam in precedenti lectione penitẽs petiuit a domino liberari a sanguinib⁹: id est a peccatis omnibus. Hic consequenter rogat labia sua aperiri ad ipsum dominum laudandum. Nouit enim ipse penitẽs quod non est speciosa laus in ore peccatoris: vt dicit Ecclesiasti. xv. Et Psalmista. Iniquitatẽ si aspexi in corde meo nõ exaudiet dominus: supple vocem deprecationis mee. Ideoque ipse penitẽs primum a domino petit peccatorum indulgentiam ꝛ postmodum laudem dei se annunciaturum promittit nobis: inquit Gregori⁹: patenter innuens ꝙ illi soli laudis dei possunt sentire dulcedinem; qui peccatorum suorum

meruerint ꝑcipere remissionē. Unde scriptum est. Rectos decet collaudatio. Dicat ergo penitens ad dominum. o domine deus non alter certe iustitiam tuā proferre potero: nisi tu labia mea aperias. Tu es enim qui labia superborum ostruis et linguas infantium disertas facis. Hacten⁹ ego ipse os meū aperui: ⁊ ideo ex vaniloqo contraxi peccatum: nūc vero vt tu ipsum aperias desidero: quia nihil nisi quod suggesseris loqui concupisco. Illius nempe: inquit ipse Gregorius: deus labia aperit: qui non solum quid loquitur: sed etiam quando et vbi ⁊ cui loquatur attendit: qꝛ vt habetur Ecclesiasti. xx. Homo sapiens tacebit vsqꝫ ad tempus. Et eiusdē. xxviij. Ori tuo fac ostiuꝫ ⁊ vectem ⁊ in verbis tuis iugum ⁊ stateram. Et huiusmodi ostiuꝫ sibi postulabat Dauid cū aiebat. Pone domine custodiam ori meo ⁊ ostium circunstantie labijs meis. Debemus itaqꝫ os nostrum claudere ⁊ diligētius obseruare ne quis in iracundiam excitet vocem nostram et contumeliā rependamus contumelie. Non ergo loquendo os prius aperiamus quam expediat: sed examinemus verba nostra si tacendū hoc. si dicendum aduersus hūc. si tēpus si sermonis huius. Nihil indecens, nihil inhonestū, nihil inuidum. resonet os nostrum. Sed quoniam ad hec et similia idonei esse nō possum⁹. nisi hoc a largitore omnis gratie percipiamus. hinc rogitare eum debemus dicentes. Domine labia mea aperies: id est aperias que sunt per peccatū clausa: vt dicit glosa Interl. quod vbi feceris profecto os meum annunciabit laudē tuam. Domine ergo īquit Albertus qui olim aperuisti os Zacharie ꝓphete quod nemo antea aperire potuit. qui etiā aperuisti discipulis tuis sensum vt intelligerent scripturas. qui similiter indies aperis labia infantium et lactantium atqꝫ linguas eorum facis disertas: qui deniqꝫ aperis ⁊ nemo claudit claudis et nemo aperit labia mea. non quidem solum labia corporis ad confitendum tibi: sed ⁊ dentes ⁊ labia cordis mei: que sūt eius desideria ⁊ voluntas. aperies: id est aperias: vt scilicet digne te possum laudare. Hester. xiij. Ne claudas ora canētium te domine. Quod si feceris certe. os meum tam cordis quam corporis. quod prius annunciauit blasphemiam detractiones: turpiloquia: ⁊ alia peccata annunciabit laudeꝫ tuam. non meam. ij. Corinthiorum. ij. Nō sumus sicut ceteri adulterātes verbum dei. Sunt autem adulterantes verbum dei. qui querunt in suis sermonibus laudē propriam: ⁊ non dei sicut sunt vani gloriosi et superbi predicatores. Os ergo meū annunciabit laudem tuam. O quā mirabilis mutatio dextre excelsi cum os quod ante purgationē a peccato ⁊ solutionē ab eo annūciabat dei blasphemiam. eo soluto ⁊ purgato. annūciat dei laudem. Bene ergo dicit penitens ad dominum. Et os meuꝫ annunciabit laudem tuam. videlicet quod me creasti: ꝙ me

creatum ⁊ genitum per baptiſ-
mũ regeneraſti quod me rege-
neratũ ⁊ in peccatis ſepe rela-
pſum non dereliquiſti: ſed peni
tentem ad te reuocaſti: ⁊ reuo-
catum mundaſti: quod me per
tuam gratiam viſitaſti ꝙ perſe
uerantē coronam iuſtitie quaz
perſeuerantibus preparaſti co
ronabis. Hec eſt igitur multi-
plex laus quam os meũ tam in
terius quam exterius annun-
ciabit de te. qui tamē maior es
omni laude: ⁊ ideo nemo te per
fecte poteſt laudare: niſi tuipſe
Notandum eſt autem iuxta il-
lud. os meum annunciabit lau
dem tuaz. quod multi ſunt qui
ſuo ore nolũt laudare dominũ.
Nunquam inquit Gregorius.
ſuo ore laudat deum ſuperbus
nunquam ſuo ore laudat deuz
auarus aut luxurioſus ⁊ breui
ter nũquam ore cordis laudat
deũ peccator quamuis ore cor
poris videatur laudare. Unde
de peccatoribus ſcriptum eſt.
Matth. xv. populus hic labijs
me honorat: cor autem eorum
longe eſt a me.

A ¶ Notãdum eſt ergo iuxta
illam primam clauſulam. Do-
mine labia mea aperies. quod
dominus aperit nobiſ labia ad
triplex officium. videlicet.
Ad ipſum laudandum.
Ad proximum edificandum.
Ad peccatum proprium confi-
tendum.

¶ Primo igitur dominus dat
nobiſ labia: ⁊ aperit ipſa ad hoc
officium quod eſt ipſum lauda
re ⁊ magnificare. In cuius rei
ſignum cum propheta Dauid
dixiſſet. Domie labia mea ape-
ries, mox ſubiunxit: ⁊ os meuz
annunciabit laudem tuam. Un
de de viro iuſto dicit Prouer-
biorum vigeſimoſecũdo. quod
propter gratiam labiorum ſuo-
rum habebit amicũ regem ſci-
licet deum. Cum ergo conſide-
ramus pene infinita beneficia
ex dei miſericordia nobis colla
ta inde prouocamur ad ipſum
deum laudãdum ⁊ illi gratias
reddēdum dicentes cum Pſal-
miſta. Quoniam melior eſt mi-
ſericordia tua ſuper vitas ſci-
licet actiuam ⁊ contemplatiuã:
labia mea laudabunt te. Sed
qualiter ipſum laudare debea-
mus plenius: idem Pſalmiſta:
paulopoſt inſinuat dicens. Si
cut adipe ⁊ pinguedine reple-
tur anima mea ⁊ labijs exulta-
tionis laudabit eos meuz. pro
quo notandũ quod adeps qui
eſt in inteſtinis animalis ſigni
ficat deuotionē interiorē. pin-
guedo autem que eſt in exterio
ri carne. ſignificat exteriorem
alacritatez. Qui ergo vult deo
illas laudes decãtare debet
adipem interioris deuotionis
⁊ pinguedinem exterioris ala-
critatis habere quibus habi-
tis eius oratio erit deo grata ⁊
accepta. ideo ſubdit Pſalmiſta
⁊ labijs exultationis laudabit
os meum ſcilicet te deũ meum.
Nam ſicut aqua fontalis trãſ-
iens per canalia ſubterranea:
vt inde veniat ad aulam prin-
cipis. non poteſt vſq ad locum
deſtinatũ peruenire pura ⁊ cla
ra niſi dicta canalia ſint etiam
pura ⁊ munda. Ita neque lau-
des quas deo decãtamus poſ-
ſunt pure ⁊ munde vſq ad au-
lam regis eterni peruenire, ni-
ſi canalia: id eſt conſtantia: os

et lingua fuerint pura ab omni iniquitate. dicente Psalmista. Iniquitatē si aspexi in corde meo nō exaudiet dominus. Et notanduz quod iste versus specialiter dicitur in principio matutinarū. eo quod tunc maxime diabolus hominē deo servire volentem temtat ꝛ quantū potest dei laudem impedire laborat sive distractiones ꝛ mentis euagationes procurādo sive torporem et somnolentiam causando.

B ¶ Unde refert domin⁹ Anthoninus Florētinus in secunda parte cronice sue. tit. xi. ca. xix. §. vi. quod tempore Clodouei p̄mi regis christiani Francorum. Floruit in Gallia quidam vir sanctus dictus Arnulphus quem baptizauerat beatus Remigius episcopus Remensis. qui quidē Arnulphus tandem factus episcopus Turonensis. cū quadam nocte ad matutinas inciperet. Domine labia mea aperies. ꝛ clerici obdormirent nullusq; esset qui ꝛ responderet. mox angelus subiunxit. Et os meum annunciabit laudem tuam. Ecce quam gratum est deo decantare predictum versiculum. Domine labia. ꝛc.

¶ Secūdo dominus aperit nobis labia ad proximū edificandum. Vult enim deus quod nō solum signo: sed etiā verbo proximū edificemus a malo ipsum retrahendo ꝛ ad bonū promouendo: quia vt habetur Ecclesiastici. xvij. Unicuiq; mandauit deus de proximo suo. Et Christus in euangelio: videlz Matthei. xviij. Si peccauerit in te frater tuus vade ꝛ corripe eum inter te ꝛ ipsum solū. Non ergo dedit nobis dominus labia/ et linguā ad detrahendū de proximo aut illi maledicendū: seu etiam ad demonē ex inpatientia nominandum. Unde refert beatus Gregorius in. iij. libro dialogo. c. xx. de quodam presbytero honesto i moribus qui dicebatur Stephanus. Hic cū quadam die in itinere esset hospitium ingressus. ex quodam subretitio motu vocauit seruū suuz dicens. Ueni diabole discalcia me. ad cuius vocez mox ceperūt calligarum corrigias cum summa velocitate se dissoluere. vt aperte monstraretur ꝙ diabolus quem nominauerat adesset qui eū discalciasset. qđ vidēs ille presbyter obstupuit et contritus precepit demoni: vt recederet quod ꝛ fecit. Non ergo ad talem vsum dedit nobis dominus os. linguam ꝛ labia: sed ad peccatorē reprehendendū super malitia sua secundum illud Prouerbiorū. viij. Labia mea detestabuntur impium. Item ad eum erudiendū in mādatis domini: ꝛ similiter omnem ignorantem secundum illud. Eiusdem. x. ca. labia iusti erudiunt plurimos. Hoc autez est valde meritorium secundū quod dicitur Dan. xij. Qui ad iustitiam erudiūt plurimos: id est ad opera iusta. quasi stelle i ꝑpetuas eternitates sup. erūt. Unde legitur de beato Dn̄ico qui ad iustitiam et rectam fidē erudiuit multos fructu suarū predicationū ꝙ visus est quasi gestās stellam in fronte cū adhuc pēderet ad vbera matris.

Similiter legit de beato Thoma Aquinatis quod post mortem apparuit cuidam fratri indutus cappa gemmis rutilantibus hinc inde ornata. per qd dabatur intelligi quia per suam doctrinã erudierat: et vsque ad finem seculi eruditurus erat plurimos: et ideo nũc est quasi stella i perpetuas eternitates. Ut autẽ predicator veritatis possit aliquem fructum in populo facere debet primum dominum orare dicens. Tu domine qui linguas infantium facis disertas, linguam meã erudias. atque in libris meis gratiam tue benedictionis infundas da mihi intelligendi acumen. retinẽdi capacitatem: interpretandi subtilitatem: loquendi gratiam copiosam: ingressum instruas: progressum dirigas: egressum compleas: etc.

¶ Tertio dominus aperuit homini labia ad sua peccata confitẽdum. Solet enim diabolus post commissum peccatũ claudere labia peccatoris: vt nõ cõfiteatur peccatum suum in cuius rei signum legitur. Luc. xi. quod erat Jesus eijciẽs demonium et illud erat mutum: id est hominem reddens mutum / vt dicit glosa: et cum eiecisset demonium locutus est mutus.

D ¶ Propterea legitur quod cũ semel multi venissent ad ecclesiam confitendi gratia et hoc forte circa festum pasche quidam vidit demonem currentem per ecclesiam. nunc ad vnã personam: nunc ad aliam. Quẽ cũ adiurasset cur sic discurreret respondit. Facio / inquit restitutiones meas. Nam istis confiteri volentibus abstuli verecundiam cum eos ad peccatum traxi nunc autem illam eis cõfiteri volentibus restituo vt sic erubescant cõfiteri. Contra ergo talem verecundiã debet peccator rogare dominum dicens Domine labia mea. supple per peccatum clausa. aperies: id est aperias: quia illa aperire nequeo absque speciali gratia tua quod si feceris: profecto dimittam adversum me eloquium meum et loquar in amaritudine anime mee et dicam. Noli me condemnare: quia scilicet meipsum cõdemno in confessione. Tu enim dixisti. Job. xv. Condemnabit te os tuum et non ego. Ecce autem meipsum condemno peccatorem me confitendo coram sacerdote ergo tu noli me cõdemnare. vnde Augustinus ad fratres in heremo. sermõe. xxx. admonet quosque peccatores ad clare et nude aperiendum labia sua in confessione ita dicens. Nolite erubescere cõfiteri peccata vestra o fratres. Nam illud quod per confessionem scio minus scio quam illud qd nescio. Cur times confiteri peccata. peccator est q audit peccata sicut et tu et forsitã maior homo est nihil differt a te: nichil alienũ habet a te. Cur ergo times o homo peccator homini peccatori cõfiteri? Elige quod vis. si non confessus lates. incõfessus damnaberis. Ad hoc enim exigit deus confessionem vt liberet humilẽ. hec ille. Studeat ergo peccator omni postposita verecundia et humana: aut diabolica tentatione superata labia sua aperire in con-

fessione ne sua aperiat deus in eius condemnatione nec possit illi quicquam pre confusione et terrore respondere secundum illud Abacuc.iij. Audiui/inquit reprobus illam supple domini vocem. Esuriui et non dedistis mihi.&c. et conturbatus est venter meus a voce contremuerunt labia mea. Sed profecto melius aperiunt homines labia sua ad loquendum de rebus terrenis et vitiosis quam de rebus salutaribus et honestis siue quo ad dei laudem. siue quo ad proximi edificationem et instructionem. siue quo ad suorum peccatorum confessionem. Ecce enim auarus libenter aperit labia sua ad loquendum de negociis terrenis: quia vt habetur Ioan.iij. Qui de terra est de terra loquitur. Item luxuriosus de spurcitijs et carnalitatibus. Prouerbiorum.v. Ne intenderis fallacie mulieris. Fauus distillans labia meretricis. Dicuntur ergo labia: id est verba meretricis fauus distillans: quia suauia sunt et dulcia ad decipiendum. Item superbus libenter aperit labia sua ad loquendum de honoribus et dignitatibus. Psalmista. Uana loquuti sunt: scilicet superbi vnusquisque ad proximum suum. Et nota quod dicit vana: quia reuera mundi honores gloria et fastus. non sunt aliud quam vanitates/dicente sapiente. Ecclesiasti.xij. Uanitas vanitatum et omnia vanitas. Item idem Psalmista: vbi supra ad idem propositum ostendit quomodo superbi aperiunt labia sua circa honores dicens in eorum persona linguam nostram magnificabimus: scilicet lactando opera nostra: et dicta labia nostra a nobis sunt. ecce arrogantia qua sibi attribuunt bonum quod habent quasi a se illud habeant: quis noster dominus est: quasi dicat nullus. Item detractores libenter aperiunt labia sua ad obloquendum de absentibus. Ioan. Uenenum aspidum sub labijs eorum quorum os maledictione et amaritudine plenum est. Psalmista. negociatores ad decipiendum. Psalmista. Labia dolosa in corde et corde loquuti sunt. Cum tamen alibi dicat idem Psalmista. Prohibe linguam tuam a malo et labia tua ne loquantur dolum. Claudamus itaque labia nostra contra omne vitium: et illa aperiamus ad deum laudandum proximum edificandum et proprium delictum confitendum.

E ¶ Item notandum iuxta illam secundam partem. Et os meum annunciabit laudem tuam. quod ad deum laudandum sine ad eius laudem annunciandum tria speciali ternos inducunt.

Uez. Scriptura. Figura. Natura.

¶ Primo quidem ad hoc nos inducit scriptura in infinitis pene locis sicut est illud verbum. Psalmiste. Laudate pueri dominum: laudate nomen domini. Specialiter autem scriptura hortatur pueros laudare nomen domini propter vite innocentiam et puritatem: quia non est speciosa laus in ore peccatoris: vt habetur Ecclesiastici decimoquinto. Nec solum pueros ad

hoc hortatur scriptura: sed generaliter omes: sicut patet per eundem Psalmistam: cum alibi dicit. Laudate dominū omnes gētes: laudate eum omnes populi. Cuius rationem assignat cum subdit. Quoniā confirmata est sup nos misericordia eius: vt scilicet nos nunq̄ totaliter relinquat. Treñ .iij. Misericordia domini qd non sumus consumpti: quia nō defecerūt miserationes ei9. Item alibi idem Psalmista. Laudate dominum de celis: laudate eum in excelsis. Laudate eum (non solum vos homines) sed omnes angeli ei9 ⁊ omnes virtutes eius. Nec solū vos creature ratiōales aut intellectuales laudate dominum: sed etiā laudate eum sol ⁊ luna stelle et lumen. ⁊c. scilicet occasionaliter ad hoc promouēdo vestris beneficijs que hominibus confertis i terris. Et breuiter omnis spiritus laudet dominum. et hoc ꝓpter multas rationes Primo quia deus omnes creaturas creauit. Psalmista. Ipse fecit nos ⁊ non ipsi nos. Secūdo quia omnes pascit. Psalm. Qui dat escā omni carni. Tertio quia omnes sustinet. hebr. i. Portans omnia verbo virtutis sue. Quarto: quia omes redemit. hebreorum. ij. Pro omnibus gustauit mortem. Quinto quia paratus est omnes suscipere ad misericordiā ⁊ gratiam. Actuum decimo. In veritate cōperi quod non est personarum acceptor deus: sed in omni gente qui timet deum et operatur iustitiā hic acceptus est illi. Sexto: quia dat omnib9 affluēter ⁊ non improperat: vt habetur Jacobi. i. Diuidit em̄ singlis prout vult: vt habetur i. Corinthiorum. xij. Propter hec igitur ⁊ his similia merito omnis spirit9 laudet dominū: et signāter spiritus humanus. Quod si omnis spiritus debet laudare dominum ⁊ annunciare eius laudē inter ceteros magis viri ecclesiastici istud agere debent cum ad hoc specialiter sint deputati. Legitur eniz ij. Paralip. xx. quod Josaphat rex Juda statuit cantores qui laudarent dominuz in turmis suis qui antecedebāt exercitū quē ducebat contra filios Moab ⁊ Amon: ⁊ dicebant cōsona voce. Cofitemini domino quoniam in eternum misericordia eius. Sic ⁊ principes catholici qui habent pugnare manibus cōtra hostes fidei ⁊ aduersarios terrarum suarū statuerunt ⁊ fundauerūt insignes ecclesias tam cathedrales quam collegiales: tā denique abbatiales quam priorales: dotantes eas magnis possessionibus et priuilegijs specialib9: in ipsis statuentes certū numerū: tam clericorum quam religiosoruz qui ibi dimicarent gladio spirituali: suis scilicet linguis horis canonicis laudantes dominum.

F ¶ Sed prohdolor multi ex eis verentur in propria exequi officium ad quod assumpti sūt quasi erubescentes famulatuz impendere omnipotenti deo. Propter quod ibi statuūt paucos capellanos qui plerunque non tam indeuote quam expedite persoluunt diuinum offi-

cium tam matutinum quam reliquum. Nec vix domini canonici intrant chorũ nisi ad Domine labia: et ad Benedictus: aut ad primam et vltimam collectam misse: non quidem propter Jesum tantum/ sed vt percipiant distributiones temporales: quibus timendum est ne frustrentur eternis et celestib9. Nempe tales similes sunt bubonib9 et noctuis qui ecclesias quandoque intrant: non quidez ad deum suo cantu pro modulo suo laudandum: sed propter oleum de lampadibus exhauriendũ. Nec eos videtur excusare presentia paucorum vicariorum. Non enim illa fuit intentio fundatorum: nec in iure approbatur. Ideo enim fundatores plures prebendas instituerant: vt plures ibi deseruirent: et vt multiplicatis intercessoribus citius a penis liberarentur post mortem. Preterea dicti vicarij magis merentur distributiones quam ipsi principales canonici qui non assistunt diuinis: maxime cum beneficium detur propter officium. Et ideo sicut tales deseruiũt suis ecclesijs per vicarios sic et ipsi nõ in propria: sed per vicarios intrabunt celũ. Hinc ordinatũ fuit per Bonifacium octauum: secundum quod habetur de clericis non residentibus. capitulo vnico. quod incipit. Consuetudinem. libro sexto. quod distributiones quotidiane que solent dari in ecclesijs cathedralib9 aut alijs collegiatis/ soluz debent dari his qui intersunt diuinis consuetudine nonobstante. Et qui illas recipiũt: nec diuinis intersunt: illas suas veraciter non faciunt. Et idem iudicium est de distributionibus que dantur pro anniuersarijs defunctorum: vt habetur ibidem. Debent ergo tales interesse diuinis: saltez pro maiori parte: alias sunt abusores manifesti. Idem etiam habetur extra de prebendis. capitulo Licet. Ubi dicitur quod quotidiane distributiones exhiberi debent his qui intersunt horis canonicis. Sed de hac materia latius dictum est supra. Ideo. etc.

¶ Secundo ad deum laudandum nos admonet figura. Legitur enim Apocalypsis quarto. quod in circuitu sedis residebant vigintiquatuor seniores q̃ non cessabant die ac nocte clamare et dicere. Sanctus/ sanctus/ sanctus. etc. Sed quid p vigintiquatuor seniores nisi ecclesiasticorum multitudo designatur? Hi ergo residere debent in circuitu sedis dei astãtes diuinis officijs in ecclesia: in qua specialiter residere et sedere dicitur dominus: et inibi laudes domino decãtare: quia scriptum est in psalmo: quod laus eius in ecclesia sanctorum. Dicat ergo clericus presertim prebendatus ad dominũ cum psalmista. In medio multorũ laudabo te. Qui ergo sic deuote dei annunciant laudem valde ipsi deo placent: quia vt dicit deuotus Bernardus. Nihil ita representat in terris quendaz celestis habitationis statum sicut alacritas deũ laudantium. Sed prohdolor hac

nostra tempestate multi tam se
culares quam regulares valde
indeuote persoluunt diuinas
laudes: adeo quod quorundaz
cantus potius videtur esse la=
tratus τ vlulatus canum quaz
iubilus dei laudum. Nam ple=
runqꝫ in talibus congregatio=
nibus τ collegijs vnus notabi
liter preuenit alium: siue psal=
modiando: siue cantando: aut
legendo: vnus plus debito ex=
altat vocem suam: alius facit
caudam nimiam: vnus dormit
aliꝰ dormitat: vnus ridet alius
fabulatur: vnus vertit oculos
versus tectū ecclesie alius for=
te versus loca circumadiacen=
tia in quibus sedent mulieres
senes τ iuuencule: et forte non
absqꝫ praua cogitatione: vnus
tenet libellum in manu in quo
legit que non spectant ad offi=
cium: sed magis ad curiositatē
vel studium.

G ¶ Hic cadit exemplū de il=
lo monacho qui super pugnuz
auem predalem gerebat: cū alia
autem manu campanam pro
missa pulsabat: τ ne aliq̄ pars
sui corporis cessaret a dei obse
quijs pro parte sui chori solus
officium tertiarum decantabat
valde deuote vt credi potest.
Et breuiter om̄es ferme in hūc
conueniunt errorem intolera=
bilem: quod adeo se expediunt
et precipitant in soluēdo diui=
nas laudes vt vix initium τ fi=
nis versuum: seu etiam oratio=
num communium percipi pos=
sint ab auditoribus. Huiusmo
di itaque abusus reprobantur
de celebratione missarum. capi
tulo Graui. in clemētinis. Ubi
sic dicitur. Graui nimirū per=
turbatione mouemur (inquit
Clemens quintus) quod ex nō
nullorum rectorum negligen=
tia: que dū specie impunitatis
permittit: multam nutrire pe=
stilentiam consueuit in subdi=
tis: plerunque ecclesiarum mi=
nistri modestia clericalis ordi=
nis abiecta: dum offerre deo sa
crificiū laudis: fructum labio=
rum suorum in puritate consci
entie et animi deuotione debe=
rēt horas canonicas dicere seu
psallere transcurrendo sinco=
pando: extranea quidem τ ple=
runqꝫ vana prophana τ inho=
nesta intermiscendo colloquia
tarde ad chorum cōueniendo:
seu ecclesiam ipsam absqꝫ ratio
nabili causa ante finem officij
exeundo frequēter: aues inter=
dum portando seu portari fa=
ciendo: canesque venaticos se=
cum ducendo: ac quasi nihil pre=
tendētes de clericali militia in
corona / vestibus τ tonsura: di=
uina etiam celebrare: aut eis in
teresse: nimis indeuote presu=
munt. In multis insuper eccle=
sijs cum vasis: vestimentis: et
ceteris ornamentis ad diuinū
cultum necessarijs indecenti=
bus vtique pensatis earum fa=
cultatibus deseruitur. Ne igi=
tur huiusmodi trāsgressiones
inualescant: alijsqꝫ in exemplū
veniant / sacri concilij approba
tione hoc fieri prohibētes san
cimus: vt illi ad quos pertinet
et in eorum si vtique exempti
non sint negligentia: vel defe=
ctu locorum ordinarij. Si ve=
ro exēpti fuerint: aut alias cir=
ca hoc priuilegiati superiores
ipsorum omni negligentia vel
incuria penitus relegata: cir=

ea reformanda premissa et eorum singula corrigenda: necnon vt in cathedralibus regularibus et collegiatis ecclesijs horis debitis deuote psallatur. In alijs vero conuenienter: et debite celebretur diuinum diurnum et nocturnum officiū si dei ꝛ apostolice sedis indignationem euitare voluerint: sollicitam curent diligētiam adhibere. Cōtradictores per censuram ecclesiasticam dummodo ad eos illam exercere pertineat: alijsque remedijs cōpescendo: facientes in his ꝛ alijs que ad diuinum cultum ꝛ morū reformationem pertinent irrefragabiliter obseruari. Hec ibi. Ista igitur clementina ponit duas species excessuum: quas consequenter precipit corrigi. Prima igitur species est de excessibus clericorum quo ad celebrationem diuinorum. Secunda autem est de indecentia vestimentorū vasorum ꝛ ornamentorum ecclesiasticorum. Ponit etiam aliam speciem excessus: videlicet de dissolutionibus clericorum ꝛ laicorum quas olim in cymiterijs ꝛ ecclesijs faciebant choreas ducentes. Sed quia non facit ad propositum nostrum: nec est vlterius in vsu ideo eam ponere non curaui. Item ad propositum clementine predicte facit quod habetur extra de celebratione missarum capitulo Dolentes. Ubi specialiter reprehenduntur illi clerici et prelati qui sero se adeo ingurgitant cibis ꝛ potibus protrahentes comessationes suas fere vsque ad horam medie noctis: quod non possunt statuto tempore in crastinum surgere ad officiū matutinum: sed tarde surgentes a lecto transcurrendo et sincopando soluunt officium suum. Item ibi reprehenduntur illi ecclesiastici qui vix quater in anno missarū solennia celebrant. Deinde ibi contra tales pena statuitur cū subditur. Hec igitur et similia sub pena suspensionis penitus inhibemus districte precipientes in virtute sancte obedientie vt diuinum officiū nocturnum pariter ꝛ diurnum quantum eis dederit deus studiose celebrent pariter ꝛ deuote. hec ibi in forma.

¶ Tertio ad deum laudandum nos inuitat natura. Nā vt dicit Augustinus. Omnia quecunque fecit deus: ipsum pro modulo suo laudant: ꝛ eis gratias referunt. Hoc videmus in auibus celi qui non cessant tota die cantare: et presertim in alauda que a laude dicitur. Et etiam inter eas philomena que dicitur a philos: quod est amor: ꝛ mene quod est defectus: quasi deficiens pre amore ad cantandum. Hec enim auis intantum est dedita cantui quod tempore certo non cessat die ac nocte altisone modulari.

¶ Preterea hoc idem patet in creaturis insensibilibus superioribus: cuiusmodi sunt planete q̄ in suis orbibus mirabilem vocem dicuntur emittere: ꝛ dulci quadam melodia atq; concordia diuinam exaltare gloriam. Et ad hoc propositū facit illud Job tricesimooctauo. Ubi eras cum me laudarent simul astra matutina ꝛ iubilarēt

omnes filij dei. Exemplo ergo istarum creaturaruz debemus laudare dominum de celis primum in terris vt tandem possimus euz laudare sine fine in excelsis cum omnibus angelis Unde Gregorius. Mirum est qualiter homo non semper deum laudat cum omnis creatura ad eum laudanduz inuitet. Debemus itaque eum laudare sine fine: et hoc multiplici ratione. Primo quidem quia cū potuisset nos fecisse similes bufonibus aut lapidibus fecit nos similes angelicis spiritibus: quinimmo quodammodo sibi similes: quia ad imaginem et similitudinem suam. Secundo quia de parentibus Christianis: et inter Christianos nos educauit: que non parua gratia est: quia si ex infidelibus parentibus fuissemus progeniti: aut inter īfideles educati: mille contra vnum errores eorum fuissemus insequuti: et tādem cum eis damnati. Tertio: quia vbi poteramus in vteris matrum suffocari: aut mox nati mori: ab his tamē nos preseruauit: et sacro fonte baptismatis regenerari fecit: que non parua gratia fuit. Quarto quia ab infinitis pene malis ne committeremus preseruauit: et a iam commissis sepe liberauit: ergo os nostrum merito debet annuntiare eius laudem que profecto maior est omni laude.

¶ Lectio. lxiiij.

¶ Quoniam si voluisses sacrificium dedissem, vtique holocaustis non delectaberis.

¶ Postquam in precedenti lectione penitēs promisit domino se annunciaturum laudem eius: consequenter in hoc versu se excusat in aliquo: quia enim aliquis posset ei dicere. Ex quo deus tot et tanta tibi contulit beneficia: vtpote peccatorum tuorum remissionem: secunduz quod petebas prius dicēs. Libera me de sanguinibus deus. etc. Item spiritussancti gratiam et huiusmodi: quare ergo solū illi promittis laudē: et non potius sacrificia et holocausta sicut olim in lege. Hic ergo respōdet quod quantum est ex se paratus esset illi hec omnia offerre: sed ei grata non essent: ideo dicit. Quoniam si voluisses sacrificium dedissem. Gregorius coniungit ly vtique cum holocaustis: sed vsu preualente cōiungitur nūc cum ly dedissem. Utrunque tamen bonū est et reddit sententiam veram. Sciebat (inquit Gregorius) propheta Dauid per spiritum propheticum illa legalia sacrificia et holocausta esse ad inuisibilis oblationis intelligentiam transferenda: videlicet ad dei laudē eo quod illud est verum et acceptabile sacrificiū cum aliquis puro corde laudat deum secundum illud psalmiste. Immola deo sacrificiū laudis. Ideo dicit. Quoniam si voluisses. etc. vtique non delectaberis. Glossa ergo interl. exponit hūc passuz de sacrificijs antique legis que in aduentu Christi respuuntur, Dauid ergo in spiritu

prophetico preuidens tempus
aduentus ipsi⁹ christi seu tp̃s
gratie: in quo cessant sacrificia
et holocausta antique legis: eo
ꝙ christus qui est verum sacri
ficium ⁊ holocaustum fuit pro
nobis oblatus in cruce. Ideo
certus erat ꝙ deus nolebat sa
crificiũ de manibus ei⁹ absolu-
te: sed poti⁹ cordis contritionẽ
⁊ spiritum contribulatũ. Ideo
istud interius ⁊ mẽtale sacrifi-
cium habuit penes se in visceri
bus cordis sui: et ipsum domi-
no obtulit cum dicit. Peccaui
dño. ij. Reg. xij. Quod quidem
spirituale sacrificiũ valde fuit
deo acceptum: quod patet per
id quod sequitur. Dñs (inquit
Nathan ad eum) transtulit ad
peccatum tuum.

A ¶ Sed contra videtur ꝙ
dominus voluerit huiusmodi
sacrificia. Nam precepit Abra
he Gen. xv. dicens. Sume (in-
quit) mihi vaccam triennem et
caprã triuiã: et arietem anno-
rum trium: turturem quoqꝫ et
columbã: et offer ea supple mi-
hi igitur. Responsio. Dñs nun
quã absolute ⁊ simpliciter hec
⁊ his similia voluit: secundum
illud Esaye. i. Sanguinem tau
rorum et hircorum nolui. Sed
quia populus ille erat pronus
ad ydolatriam et ad immolan-
dum demonibus: ideo magis
deus voluit illa sibi immolari
quam demonibus. Ita dt hie.
secundum ꝙ recitatur. xxij. q. i.
cõsidera. Uel potest dici ꝙ hu
iusmodi sacrificia veteris legis
non erant deo accepta secun-
dum se: sed bene ex fide ⁊ deuo
tione offerẽtium. In cuius rei
testimonium dicitur Genesis.
iiij. ꝙ respexit deus ad abel et
ad munera eius. Non enim re-
spexit ad munera: nisi propter
bonitatem offerentis. Quia er
go homo est qui peccauit: et
non bos aut aries: ideo nõ est
puniendus aut immolandus
bos: sed homo. vt dicit domin⁹
Hugo cardina. Propter ea di-
cebat Paul. Romanos. xij. Ob
secro vos per misericordiã dei
vt exhibeatis corda vestra ho-
stiam viuentem sanctam, et
deo placentem. Dicat ergo pe-
nitens ad dominum. Domine
deus si voluisses sacrificium si
mile sacrificio veteris legis pa
ratus essem tibi illud offerre.
Sed quia legi i Propheta tuo
Dauid quod sacrificium tibi
acceptum est spiritus contri-
bulatus. Item in eodem legi ꝙ
sacrificium et oblationem no-
luisti: ideo sacrificium legis ti-
bi non offero: sed mentis: quia
sacrificium illud figurale ho-
die in istud quod mentale est,
mutatum est: ⁊ quod multo me
lius atqꝫ perfectus extat: quia
illud propter istud: et non i-
stud propter illud tibi acceptũ
est.

B ¶ Notãdum est ergo iuxta
primam partẽ huius versus ꝙ
triplex est sacrificium.

vcꝫ
- Legale.
- Mentale.
- Sacramentale.

¶ Primo igitur inuenit̃ vnũ
gen⁹ sacrificij quod legale dr
de quo habetur in lib. Leuiti.
et similiter. Nũerorum in mul
tis capl'is. Olim cũ Iudei sa-
crificabant dño oues: boues:
arietes: tauros columbas: tur-
tures: th⁹: farinã: vinũ et oleũ

de quo quidē sacrificio dr sap. xiiij. ꝙ cōstituit dñs sup seruos suos. i. iudeos sacra ⁊ sacrificia Et bene dic. super seruos suos quia reuera illa sacrificia erāt in onus ⁊ non in honorē a quibus absoluit benedictus deus filios suos christianos in lege libertatis et gratie. Et istud ostendit D. Petrus de Palu. in presenti passu duplici exemplo Primum est de floribꝰ arboris que cadunt fructu adueniente et similiter folia fructu recollecto. Ita adueniente illo vero fructu ventris virginalis Marie: de quo Luc. i. dicit Elizabeth ad ipsam dei matrem. Benedictus fructus ventris tui continuo ceciderunt et flores et folia antiquorū sacrificiorum presertim eo recollecto de arbore crucis et reposito in archa sepulchri. Secundū eiꝰ exēplū est de pueris qui delectantur ymaginibus rerum potius ꝙ ipsis rebus vt pote equo plumbeo potius quam equo vero: quas quidem ymagines viri graues abijciunt. Similiter ipsi paruuli effigiant paruulos masculum et femellam: et eos simul accubare faciunt: que omnia viri graues erubescerēt aspicere. Ita et in proposito illi qui erant sub veteri lege erant quasi paruuli et imperfecti: et ideo habebant multa sacrificia quasi quasdem ymagines futurorum mysteriorum. Sed hec omnia abhominantur illi qui militant sub lege gratie: q̄ sunt velut viri perfecti ratione vtētes. Et hoc est quod dicit Paulus. i. Cor. xiij. Cum essem paruulus loquebar vt paruulus: cogitabā vt paruulus: sapiebā vt paruulus cum autem factꝰ sum vir euacuaui que erāt paruuli. Ecce quomodo cessauerūt legalia sacrificia. Ita vt alta voce clamet et dicat hodie dominus per organum cythVaredi sui Dauid ad illum populum iudaicum. Audi populus meꝰ et loquar israel: supple si me audire volueris (⁊ testificabor tibi) .s. testimonio scripturarū et multitudine miraculorum: quia (deus tuus ego sum). Sed quia iudei possent dicere. O domine ex quo tu es deus noster ergo debemus tibi offerre sacrificia. Ad quod respondet ipse dñs di. Non in sacrificijs tuis arguā te: id est si non exhibeas mihi sacrificia pecudū non propterea puniā te Itē possent iudei dicere. Tu dñe fortassis nō curas de sacrificijs nostris: qr ex illis non habens nisi partē: cetera autem cedunt in vsus tā sacerdotum: quam offerentium sed holocausta que totaliter tibi exhibentur bene requiris et illa vis tibi offerri. Ad quod similiter respondet: ꝙ non plus delectatur nec reqrit holocausta quā sacrificia di. Holocausta autem tua in cōspectu meo sūt semper: supple quasi tediosa. Et talis modus loquēdi habetur Numeri. xi. Oculi nostri non vidēt nisi Man. Item possent iterum dicere. Esto ꝙ non arguas nec punias nos de nō exhibitis sacrificijs: saltem bene recipies oblata. Sed ad hoc respondet ꝙ etiam oblata gratanter non recipiet. Non accipiam inquit de domo tua. i. de templo: vbi solebat offerre vitu

los.s.in sacrificiū(neq; de gregib⁹ tuis hircos)Deinde ostendit causā quare ea nō accipiet eo q; talib⁹ nō indiget ad augēdas suas diuitias. Unde subdit.Quoniam mee sunt oues fere syluarū.Jumenta in montibus et boues. Jtē cognoui omnia volatilia celi:et pulchritudo egri mecum est:id est ad nutum mihi seruit.Et ideo si esuriero non dicam tibi:scilicet q; pascas me:quia meus est orbis terre et plenitudo ei⁹:id est omnes creature. Jtem quia iudei possēt falso estimare de deo tā quā de homine indicant [illegible] scilicet q; possit esurire et [illegible]re:ɀ ideo bonū est sibi sacrificia offerre ad hoc rñdet q; nō esurit neq; sitit/di. Nunquid manducabo carnes taurorum tanquā si essem esuriens:aut sanguinē hircorum potabo? scilicet tanquam sitiens.q.d.in hoc decipieris. Postquam ergo hec sacrificia non tibi placent:quib⁹ sacrificijs iram tuam placebo: cum cōtra peccata mea iratus fueris indica mihi. Et respondēs dicit.Jmmola deo sacrificium laudis.Sed de hoc sacrificio in sequēti puncto peramplius dicemus:ideo pertrāseamus. Jtem idem psal. in alio loco de antiquo ritu et sacrificio iudeorum loquitur ad dominum dic.Sacrificium ɀ oblationem noluisti. Differunt aūt sacrificium et oblatio. Nam sacrificium olim fiebat de animalibus:oblatio autem:de simila: et thure:vel oleo. Hec ergo nūquam voluit dominus:vt dicit glo.interl'.Sed querit Chrisostomus dicens. Ex quo dominus predicta noluit:quare ergo illa precepit sibi offerenda. Et respondet dicens:q; nō est mirum si dominus placatus retractauit:quod iratus precepit. Olim enim iratus contra illuʒ populū iudaicum propter suam ydolatriam precepit talia sibi offerri:ne ydolis offerētur secundū illud Leuiti.xvij.Adolebit sacerdos adipem in odorem suauitatis domino : et nequaquam immolabūt hostias suas demonibus. Sed ex quo deus pater placatus est p mortem et sacrificium filij sui/predicta sacrificia et oblationes retractauit dicens illud Esaye i.Ne offeratis vltra sacrificiuʒ frustra:incēsū abominabile est michi. Quod ergo di·glo.dñm nūq; predicta voluisse: intelligēdum est q; non voluit ea simpliciter:sed bene secūdario : id est non voluit ipsa sacrificia voluit tamen bene deuotionem offerentium. Unde dicit Augustinus quod nunquam in odoribus sacrificiorum delectatus dominus:nisi in fide et desiderio offerentium.Patet ergo qd circa talia voluit dominus : et quid non.

¶Secūdo inuenitur aliud genus sacrificij quod mentale dicimus quod valde placet deo. Et istud sacrificium fit : cum quis per sinceram deuotionem aut cordis contritionem se offert deo. Unde Gregorius libro nono Moralium ca.cxxxi. dicit quod nosipsos sacrificium deo offerimus : cum vitam nostram diuino cultui dedicamus.Ad hoc autem sacrificiuʒ offerendum inuitat et admo=

giosus et deo offerre cum ope ribus bonis. ideo subditur offeram tibi cum incenso arietũ. incensum enim deuotam orationem significat. aries autem qui olim in lege extra castra cremabatur ieiuniũ designat per quod cremantur corpora in seruitio domini. Tũc ita q religiosus offert domino holocausta medullata: cum incẽso arietum cum scilicet operibus sanctis. adiungit deuotã orationem cum ieiunio et hoc rationabiliter facit quia sunt nonnulle tentationes inimici que non plene neq bene superantur nisi per illa duo dicente saluatore Math. xvij. hoc genus demoniorum non eijcitur nisi per orationem ꝛ ieiunium Quod vbi vir religiosus hec domino offerre studuarit: tũc profecto in fine dierum poterit confidens dicere eidem domino cum psal. Introibo in domum tuam: videlicet celestem: et hoc cum exiero de hac domo terrestri. ꝛ fragili (in holocaustis). i. per debitam obseruantiam votorum cum igne charitatis. Interim autẽ reddam tibi vota mea que distinxerunt labia mea. id est discrete et distincte promiserunt in professione mea: cũ. s. dixi Ego frater talis: facio professionẽ ꝛ promitto obedientiam deo. ꝛc. Bene autem dicitur religiosus per regularem professionẽ holocaustum offerre domino eo quod illi offert quicquid habet et in futurum habere potest. Pro quo notandum q homo existens ĩ seculo potest habere triplex bonum. scilicet temporale vtpote possessiones redditus: pecunias: ꝛ huiusmodi. Item bonum corporale scilicet vsum et dominium sui corporis: potest enim contrahere libere matrimonium si vult. Item bonum spirituale videlicet animam et propriam voluntatem. Modo sic est q relinquens seculum ꝛ intrans religionem offert ista tria deo sub quibus continentur omnia bona. Nam per votum cõtinentie offert totaliter corpus suum domino: ita vt deinceps quacunq interueniente dispẽsatione: etiam summi pontificis etiam pro quocunq bono non [illegible] sit matrimonium intrare [illegible] t habetur extra de statu monachorum. c. cum ad monasterium. Per votum etiam paupertatis offert deo diuitias temporales quibus ex tũc abrenunciat presertim in particulari per votum autem obedientie offert ipsi domino animam ꝛ propriam voluntatem subdens se propter dominum voluntati prelati sui. vnde dominus videtur dicere patri naturali seu carnali habenti filium volentem religionem ingredi ꝛ se deo offerre per modum holocausti illud Genes. xxij. Tolle filium tuum quem diligis ꝛ offeres illum mihi in holocaustum super vnum mõtiũ quem dixero tibi. id est adduces ipsum ad aliquam religionem altam per contemplationem aut vite perfectionem et puritatem secundum quod tibi ꝛ filio tuo inspirauero Sed profecto modernis temporibus non queruntur tales montes

difficiles. id est austere religiones sed potius valles pingues amene et spaciose. id est religiones laxate ꝛ locupletes in quibus solent nobiles ꝛ alij filios suos ꝛ filias offerre i holocaustum nõ audeo dicere demonibus quia constat de multis quod non propter deum aut salutem ipsorũ paruulorum hec faciunt: sed potius vt in futurum magni fiant ꝛ alijs preficiantur. Et ideo talibus holocaustis nõ delectatur dominus sed potius abhorret et respuit secundum illud Jere. holocaustomata vestra nõ sũt accepta et victime vestre non placuerunt mihi. Et hoc est qđ hic dicit Psal. domino de talibus. Holocaustis inquit non delectaberis.

¶ Scđo viri perfecti qui ardẽt igne charitatis et dilectionis tam erga deum quã proximũ defacto offerunt domino sanctum holocaustum Unde de viro iusto potest intelligi illud Ezech. xlvi. faciet holocaustũ. domino cotidie. Nam quilibet deuotus catholicus omni die debet se totaliter deuouere domino et presertim hora matutina antequam iungat manuz ad opus debet instanter rogare dominum vt preseruet eum ab omni malo ꝛ promoueat ad bonum. atꝙ acceptum habeat quicquid boni dederit per illum fieri ipso die. quemadmodum faciebat qui dicebat. Benedictus dominus die quotidie id est semper ac iugiter. vnde alibi. Benedicam dominum in omni tempore semper laus eius in ore meo. Sequitur prosperum iter faciet nobis deus salutarium nostrorum. Tunc autem prosperum iter facit nobis dominus cum dat nobis gratiam recte incedendi p viam arctam mandatorũ eius que ducit ad vitam per quam pauci ambulant. Tale holocaustum ardentis charitatis obtulit christus deo patri. quã do animã suam posuit pro omnibus suis. Similiter ꝛ apostoli qui se et sua dederũt vt christum lucrifacerent ꝛ ad vitam eternam peruenirent. dicẽtes Math. xix. Ecce nos relinquimus omnia ꝛ secuti sumus te Item ꝛ sancti dei martyres q̃ vitam suam exposuerũt morti pro defensione fidei catholice. Nonne bonum holocaustum obtulit deo beatus laurẽtius cum corpus suum exurendum super carbones exhibuit? Unde de eo canit ecclesia Ego me obtuli sacrificium deo in odorem suauitatis. Item Gaudeo inquit plane quia hostia christi effici merui. Sed profecto hodie videtur verificari illud Dañ. iij. Non est in tempore hoc holocaustum. neꝙ sacrificium. neꝙ ablatio. neꝙ incensum Quomodo enim quis se libenter daret ad mortem propter christum qui nõ vellet dare pauperi turonum propter eum. Aut quis vellet exuere pellem qui vix in tota vita sua voluit ieiunare vnam quadragesimam? Certe hac nostra tẽpestate videtur impletum id quod figuratiue legitur. j. Machabeo. j. dicitur enim ibi qđ ille pessimus antiochus misit nuncios suos in hierusalem q̃

prohiberent holocausta et sacrificia offerri domino in eius tēplo. similiter et celebrari sabbatum, dieꝗ solennes. Ad propositum autem quis antiochus, nisi diabolus? qui mittit hodie in hierusalem: id est in vniuersum mundum: seruos suos hoc est septem capitalia vitia per ea prohibens et impediens in templo conscientie humane fieri et offerri deo holocausta bonarum cogitationum sanctarum affectionum ⁊ rectarum operationum Item ipse idem impedit sabbata, id est quietem ⁊ pacem interioris hominis. ⁊ similia.

¶ Tertio peruersi peccatores qui se totaliter dedicant cultui demonis offerunt holocaustum execrabile eidem demoni. de quibus Deuterononiue. tricesimo secundo. immolauerunt demoniis ⁊ non deo. Unde inter peccatores. quidam immolant asmodeo vt carnales ⁊ lubrici. quidam lucifero sicut arrogātes ⁊ superbi. quidā mā̄mone ⁊ tenaces ⁊ auari q̄dam belzebuch. qui est deus muscarum sicut qui nutriunt in cordibus suis turpes et immundas cogitationes. Preterea inter eos qui immolant demoniis ⁊ non deo quidam immolant ⁊ dedicant omnib⁹ demoniis linguas suas. cuiusmodi sunt viri linguosi mē daces, detractores: et periuri. Alii immolant oculos vt vani et curiosi. Alii aures vt detractionum et malorum verborum auditores affectissimi. Alii os vt blasphemi. Alii guttur ⁊ ventrē vt gulosi Alii manus vt fures ⁊ raptores aperti ⁊ sic de similibus. Propterea in figura huius execreabilis holocausti et abhominabilis oblationis: legitur primi. Machabeorum primo. quod rex anthiochus edificauit abhominandum ydolum super altare dei quod erat in Hierusalem et iussit illi offerri incensum et sacrificium. Applicatio est facilis Et quod omnem excedit malitiam non sufficit eis malitia sua. nec aliquibus nephandis peccatoribus seu etiam peccatricibus iniquitas propria. nisi ad similia sua damnatissimo exemplo inducant filios suos et filias. de quibus merito potest intelligi illud Psalmiste Immolauerunt filios suos et filias suas demoniis. scilicet ad peccatum directe aut indirecte trahendo. Et de talibus dicit Gregorius. quod tot mortibus digni sunt. quod perditionis exempla in alios scilicet filios suos aut seruos et ancillas transmiserunt. Attendant itaꝗ miseri peccatores quod talibus holocaustis non delectatur dominus. Dicat ergo verus penitens ad dominum illud quod legitur. quarti Regum. quinto. Naaman Syrus dixisse Helyseo prophete. Non faciet vltra seruus tu⁹ holocaustum diis alienis sed tantum domino.

¶ Lectio. lxv.

¶Sacrificium deo spirit⁹ contribulatus cor contritum & humiliatum de⁹ nõ despicies,

¶Postquam in precedenti lectione confessus est penitens dominũ holocaustis antique legis non delectari, consequẽter in hoc versu ostendit quid illi offerendum sit pro peccatis delendis tanquam sacrificium acceptissimum dicens. Sacrificium deo. supple acceptum. est spiritus contribulat⁹. videlicet per penitentiam ꝛ dolorem de peccatis vt dicit glo. Interl. Nec enim sacrificia antique legis erant deo accepta ex opere operato: sed tantum precedente contritione debita vt dicit de lyra. Deus enim inquit dominus card. non vult que sunt hominis dicente ps: Non accipiam de domo tua vitulos nec de gregib⁹ tuis hyrcos. Non enim bonorum nostrorum indiget sed vult ꝛ querit ipsum hominẽ ꝛ hoc pro salute sua ita vt merito dicere possit verbum sui discipuli pauli. ij. Corinth. vlti. Non quero q̃ vestra sunt sed vos. id est salutem vestram. Et nota quod dicit spiritus contribulatus et non corpus quia vt habet. ij. thi. iiij. exercitatio corporis ad modicum vtilis est scilicet cum est corporis tantum. Nihilominus cum corpus ꝛ spiritus simul exercitantur tunc hoc valde vtile est. Debet tamẽ corpus ꝛ spiritu tribulari ita vt sit dolor ĩ spiritu ꝛ afflictio in corpore. Properea dicit textus spiritus contribulatus. id est simul tribulatus. Et hoc est contra illos qui dolent spiritu sed non affligunt corpus suum ieiunijs disciplinis et huiusmodi. Et hoc nõ sufficit. eo maxime cum ĩ carne sit fomes peccati. Frustra ergo conquerũtur pauperes postq̃ peccauerũt quomodo scilicet deum placabunt sibi. Habet enim inquit de palude quilibet quamtuncunq̃ pauper quod domino offerat ad illũ placãdũ scilicet spiritũ contribulatũ. vnde psal. In me sunt deus vota tua q̃ reddã laudationes tibi. q. d. in me sunt anima ꝛ virtutes atq̃ merita que desideras ꝛ que etiam tibi deuoui q̃ reddam. maxime cũ scriptum sit in psalmo. Uenite ꝛ redite. laudationes tibi. id est ad tuam laudem ꝛ honorem. Ex quo patet quod domin⁹ plus diligit animam ꝛ bonam voluntatem quem censuz vel substãtiam exteriorem: quia vt dicit Grego. Non est vacua manus a munere. dũ archa cordis plena est bona voluntate. Et hoc est qđ precepit dominus Exo. xxiij. dicens. Non apparebis in conspectu meo vacuus. Unde dñs. Mat. xij. laudans oblationem mulieris vidue que obtulit duo minuta in gazophilaciũ templi dicit q plus obtulit quam multi diuites qui eadẽ hora multa obtulerãt. Omnes inq̃t xp̃s ex eo q habũdabat illic miserunt. hec vero de penuria sua oĩa q̃ habuit misit totũ victũ suũ. Sequit Cor contritũ ꝛ humiliatũ deus nõ despicies. Multi inq̃t Gregor.

habent cor contritum qui nō habēt cor humiliatū. Sunt eī plerique qui peccata sua fletib⁹ puniunt qui tamen pauperes opprimere potestatis sue dominatione non cessant. hi nimirum nequaquam purum sacrificium deo offerunt: quia detestabilis supbie illud ad mixtione corrumpunt. Uel sic secundum beatum Hieronymuz Illi conteruntur sed non humiliantur q̄ peccata q̄ commiserant deflent: sed tamen eadē committere etiam post flet⁹ nō timēt. dum enim errorum suorum consideratione reuocati ad ea que dimiserant redeunt se contra conditorem suum p prauitatis opera extollunt. Ex superbie namque vitio est timorem dei contemnere. conditoris precepta praue actionis transgressione calcare. celestis vite gaudia mansura negligere damnationi perpetue infinita supplicia non timere Illorum ergo sacrificium deus nō acceptat qui lachrymis quidē se compunctionis abluunt: sed eisdem quibus ante mundati esse videbantur peccatorū maculis in idipsum reuertentes sordescunt Et de talibus scriptum est Eccl. xxxiiij. Qui baptisatur a mortuo ꝛ iterū tangit mortuum quid prodest lauatio eius? Ille quippe lauatur a mortuo qui per penitentiam mūdatur a peccato ꝙ si contigerit eadem peccata q̄ punierat iterando committere. nichil contulisse videtur satisfactionis lauatio quem maculauit inhonestius iterata facidoris turpitudo Illos itaque superbiēdo ad peccata redeūt diuina iustitia respuit sed illos q̄ conterendo ꝛ humiliando post tergum non respiciūt clementiaz dei non despicit qz scriptū est Iaco. iiij. deus sup bis resistit, humilib⁹ dat gratiam. Et in ps. Prope est dñs his q̄ tribulato sunt corde et humiles spiritu saluabit hec Greg. super hoc passu. Cor igitur contritū. deo confitendo. et humiliatū. peccatū non excusando vt dicit glosa. Interl' de⁹ non despicies immo respicies secūdum illud Esay. lxvj. Ad quem respiciā nisi ad pauperculū et contritū spiritu et trementē sermones meos? vel sic Cor contritū de peccato dolendo ꝛ humiliatū. illud idem confitendo: quia vt habetur in glo. super illud. c. Sacrificium de pe. di. j. cor non est contritū si cōfiterit contemnit Idem habetur de cōfes. dist. iiij. Nō dubito. vel sic secūdū dominū albertū. Cor contritum penitendo non obstinatū peccando. et humiliatū confitendo. non elatū excusēdo tu deus q̄ cordis conspicis secreta nunque despicies sed in eo tanque in spirituali sacrificio delectaberis. Hoc patuit in effectu in magdalena. petro. paulo. Dauid. et huiusmodi. Nam quemadmodū homines delectantur corporaliter in fragrantia ꝛ odore specierꝫ aromaticorū qñ in mortariolo conterūtur qñ in sacculo reseruanł parum aut nullo modo redolent Ita ꝛ cor homini s quando conteritur ꝛ comprimitur per contritionē valde redolet in cōspectu domini

⁊ sanctorum angelorum eius ⁊ non alias. ita vt corde contritus merito possit dicere illud Ecclesi. vigesimo quarto. Sicut cynamomum et balsamum aromatizans odorem dedi. Deprecemur igitur omnes dominum dicentes id quod dixit sacerdos in missa ⁊ trahitur ex daniele. iij. c. In spiritu humilitatis ⁊ in animo contrito suscipiamur domine a te et sic fiat sacrificium nostrum et placeat tibi domine deus.

A ¶ Notādum est autem iuxta illud. Sacrificium deo spiritus. quod si velimus dignum sacrificium deo offerre de spiritu nostro debemus spiritualiter obseruare que olim obseruabātur circa sacrificia corporalia que i templo ipsi deo offerebantur. vt enim legitur. Leuit. v. vi. ⁊ vij. capitulis ritus sacrificiorum talis erat. Offerebantur enim animalia.

Uel
- Sine pelle
- Cum cauda.
- Cū sanguis effusione
- Cum sale
- Cum igne.
- Cum fermento

¶ Primo quidem offerebātur picta animalia siue boues aut oues capre aut huiusmodi sine pelle quia excoriabantur. Per quod mysterium moraliter designatur quod in sacrificio nr̄o spiritali seu mētali debemus deponere primo veterem pellem iniquitatis et peccati secundum illud Ephe. iiij. deponentes verterem hominē renouamini spiritu mentis vestre ⁊ induite nouum hominē qui secundum deum creatus est in iustitia ⁊ sanctitate veritatis Nota singula quia mysterio plena sunt. Quis enim vetus homo deponendus nisi vitiorum habitus. Quid autem est renouari spiritu mentis nostre nisi ad gratiam nos preparare: et illam in nobis habere. Nam sicut peccatum hominem interiorem: veterē reddit. id est similem veteri homini exteriori: ita et gratia eundem interiorem hominem renouat ⁊ iuuenescere facit: dicēte psalmista. Renouabitur vt aquile iuuentus tua. Cum enī aquilla sentit se habere rostrū antiquum et adeo longum ꝙ non potest vltius cibum sumere: ipsum allidit ad petrā: quo fracto renouatur in melius. Sic et peccatores debent allidere rostrum vetus. id est peccatum ad petrā christum propter ipsius amorem illud detestando. quod si fecerint: tunc renouare faciet interiorem eorum hominez. Quid deniqꝫ est induere nouum hominem nisi conformiter viuere pro modulo suo ad christuz: vtpote imitando eius charitatem: humilitatem: mansuetudinem: patiētiam lōganimitatem: et huiusmodi. Unde. i. petri. ij. Christus passus est pro nobis: vobis relinquens exemplum vt sequamini: vestigia ei9. Et hoc quod dicit idem paul9 Colo. iij. Expoliantes (inquit) vos veterem hominem. glosa interli. i. habitum peccatorum. Uetus enim homo nihil aliud est ꝙ vita vetus mala in qua multi inueterantur per longam cōtinuationem. Sequitur. In

duite nouum hominem: id est
habitum gratiarum et virtu=
tum Uel induite nouum homi
nez: i. satagite imitari vestigia
christi. Sed forte queris. Quo
modo potero excoriare z expo
liare hunc veterem hominem
vt dignum et acceptum possit
esse sacrificium in cõspectu do
mini? Rñsio. Hoc agas spũali
ter qd agit serpens corporali=
ter. Cum enim serpens sentit
se senio grauari, tunc intrat ar
ctum seu spinosum foramen z
ibi derelinquens veterem pel=
lem: consequenter corpus suũ
sic excoriatum extendit ad ca=
lorem solis: et sic renouatur p
aduentum noue pellis. Ita et
tu peccator satage intrare per
arctum foramem penitentie vt
pote ieiunando: carnem disci=
plinando: vigilando: et huius=
modi. secundum quod consu=
lit saluator Luce. xiij. dicens.
Contẽdite per angustam por
tam intrare. Et ad hoc nos vi
debatur admonere idem salua
tor cum dicebat Math. x. Esto
te (inquit) prudentes sicut ser
pentes. Quemadmodum ergo
diuus ille christi apostolus.
Bartholomeus secundum qd
tradit beatus Theodorus cor=
poraliter excoriatus est pellẽ
relinquens corporis vt celum
intraret. Ita z miseros pecca=
tores necesse est pellem relin=
quere peccati z spiritualiter ex=
coriari vt tanquam dignum sa
crificium valeant in conspectu
domini in celis presentari Iux
ta illud Job. ij. Pellem pro pel
le: et cuncta que habet dabit
homo pro anima sua. Sed proh
dolor multi in paschate viden
tur excoriare animas suas ab
omni peccato: sed post pascha
redeuntes ad vomitum dicunt
in effectu illud. Job. xix. Rur=
sum circundabor pelle mea.
Sed caueant ne priuentur ab
eo quod sequitur. Et in carne
mea videbo deum in celis.
¶ Secundo animalia olim of=
ferebantur domino in sacrificiũ
cum cauda. Cauda enim signi
ficat perseuerantiam in bono
incepto. Tunc ergo sacrificiũ
spiritus cõtribulati est deo ac
ceptum cum quis in eo perse=
uerat: quia scriptum est Mat=
thei. x. Qui perseuerauerit vs=
qz in finem hic saluus erit. Un
de de sancto illo Job legitur
eiusdem primo quod consur=
gens diluculo offerebat holo=
causta pro filijs suis timẽs ne
forte peccassent in suis conui
uijs sicut pleriqz facere solent.
Et postea sequitur. Sic facie=
bat Job cunctis diebus. In q
sancti operis perseuerãtia de
monstratur: vt dicit ibidem
Gre. Propterea idẽ Greg. xix.
moral. ca. lxxx. et. lxxxix. expo
nẽs illud Cant. vij. Mane sur
gamus ad vineas: videamus si
floruit vinea: si flores fructum
parturiunt. dicit sic. Florent
quippe vinee cum mentes fide
lium bona opera proponũt sed
fructus non pariũt si ab eo qd
proposuerunt aliquibus victi
erroribus infirmantur. Non er=
go intuendum est si vinee flo=
reant sed si flores ad partum
fructuũ conualescant quia mi
rũ non est si quis bona inchoat
sed valde mirabile est si inten=
tione recta in bono opere per
duret. Unde fit plerunqz vt si

in bono opere recta intētio nō tenetur: etiam ipsum hoc op9 quod bonum creditur amittatur. Nam quosdam sepe vidimus terrena que possederant reliquisse: et nil iam transitorium querere nullis pro hac vita iurgijs admisceri. Cum ita q̄ hoc in se fidelis anima ostēdit quasi oliua florem protulit Sed cum quidam ex talib9 rursus ceperint mundi gloriam quam contempserant querere et terrenis rebus quas spreuisse videbantur insatiabiliter inhiare: iurgijs vacare: proximorum lesiones exquirere: nimirum proijcit oliua florem quem proposuit: quia rudimēta boni studij ad perfecta opera non perducit hec Gregor. Item idē exponens illud Eze. j. Animalia non reuer. bātur cum incederēt Dicit quod electi significati per dicta animalia: sic ad bona tendunt vt ad mala perpetranda non redeāt quia vt ait saluator Luce. ix. Nemo mittēs manum ad aratrum & respiciens retro aptus est regno dei: Item de pe. dist. iij. Incassum. dicit ipse Grego Incassum bonum agitur si ante vite terminum deseratur: q2 frustra velociter currit q̄ prius quā ad metas venerit deficit. Studeamus igitur in bono opere perseuerare: quia vt dicit Bern. in quadam epistola. Perseuerantia est vnica filia summi regis: virtutum finis: earū q̄ consummatio: sine qua nemo deum videbit.

¶ Tertio olim in lege sacrificium de aialibus offerebatur cū sanguis effusiōe: p q̄d significatur q̄ tunc spiritus noster est dignum sacrificium in conspectu domini cū homo in aduersitate constitut9 recolit passionem Jesu christi: secundum quod admonet pau. Heb. xij. dicens. Recogitare eum qui talē sustinuit a peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem. Quod si quis dixerit aduersitatem seu tentationem exteriorem eum nimium grauare Audiat quid subiungat Paulus Nondum (inquit) vsq̄ ad sāguinē restitutus aduers9 peccatum repugnantes. q. di. Non debent vobis esse graue si quid molestum propter christū pati mini qui propter vos sanguinē suum fudit in cruce. Si autem homo non offerat sacrificiū spiritus contribulati deo cum p̄prij sanguinis effusione: saltem ipsum offerat cum lachrymarū inundatione et cordis contritione. Tale autem sacrificium obtulit domino ille publican9 qui percutiebat pectus suum dicens. De9 propiti9 esto mihi peccatori Luce. xviij. Sz profecto mali plus faciunt pro diabolo quam multi etiā boni faciant pro deo. Legitur enim iij. Re. xviij. q̄ sacerdotes baal incidebant se cultris et lanceolis donec perfunderentur sanguine inuocantes nomen ipsi9 baal. Et tamen simile tollerare propter christū esset valde durum multis bonis.

¶ Quarto sacrificia veteris legis offerebātur: cum sale. Per sal aūt frequenter in scriptura discretio significatur: s̄m illud Colo. iiij. Sermo vester semper ī grā sale sit cōditus vt sciatis

quomodo oporteat vos vnicuiqꝫ respondere. De isto etiã sale loquitur christus. Mathei quinto. dicens suis apostolis et per consequens omnibus prelatis et doctoribus ecclesie. Uos estis (inquit sal terre. id est vos estis qui per sapientiam et discretionem vestram debetis alios regere.

Istud igitur sal discretionis habere debemus in omnibus operibus nostris bonis. Non enim satis est bonum facere nisi etiam bene fiat. Unde i glo. super decretalem extra de collusione detegenda capi. Scripta. Legitur quod quidã magnus vir sapiens dixit Johãni andree quod deus non est remunerator nominum sed aduerbiorum. id est deus non remunerat bonum quod fit nisi etiam bene fiat. Propterea in figura huius legitur Leuiter. secundo. quod dominus precepit i omni sacrificio sal esse offerendum.

B ¶ Et ad hoc propositum doc. s. in iiij. sent. di. xvij. q. ij. ar. iij. q. ij. Ubi querit vtrum dolor contritionis possit esse nimius? Respõdet quod duplex est dolor de peccato. Unus est qui est in ratione. Alius autẽ in parte sensitiua. Loquendo ergo de primo dolore quo peccatum alicui displicet inquantum est offensa dei: sic non potest inquit dolor esse nimius: sicut neqꝫ amor charitatis a quo talis dolor ꝓcedit potest esse nimius sed si loquamur de dolore sensitiuo sic dicit potest esse nimius sicut ⁊ ieiuniũ potest esse nimium ⁊ indiscretum vtpote destructiuum sõni aut bone valitudinis ipsius. Propter quod dicit Paulus Rom xij. Rationabile sit obsequiuꝫ vestrum. Nec contra istud facit quod Aug. in libro confessionum dicit se esse dignum oculos cecare plorando quia et si indicaret se dignum amissione oculorum propter peccatum: maxime cum quilibet peccator non solum eterna: sed et quacunqꝫ temporali pena dignus sit: nõ tamen propter ea sequitur qđ voluerit sibi oculos eruere aut cecare plorãdo

C ¶ Unde democritus ditissimus de quo refert domin⁹ Anthoninus prima parte cronice sue titu. iiij. capi. j. §. x. q̄ patrimoniũ suum suis relinquẽs ciuibus athenas profectus est, vbi oculos sibi eruit vt vegetatiores cogitationes haberet: vel secundum alios ne mulieres ammodo videret: quas sine concupiscentia videre nõ poterat. Ex tali opere non venit laudandus quanuis bonũ intenderet: sed non bono medio. Item Aug. in lib. de ciuit. dei. capit. xix. dicit Lucretiam male egisse que seipsam interemit in odium et detestationem iniurie et oppressionis quam fuerat inuite passa a Tarquinio iuniore Habemus igitur semper istud sal discretionis i sacrificijs nostris: quia vt habetur. i. q. v. Presentium discretio est mater virtutum.

¶ Quinto predicta sacrificia antique legis fiebãt cum igne. Nam vt habetur Leuiter. vij. sacrificia presertim votiua diuidebantur in tres partes.

Prima quidem pars domino offerebatur et comburebatur. Secunda ministris templi deputabatur. Tertia vero illi q̄ sacrificium offerebat dabatur. Per ignem autem intelligitur charitas de quo Lu.xij. Ignem veni mittere in terrā: et quid volo nisi vt ardeat? Hunc itaq; ignem semper debemus habere nobiscum quotiens domino sacrificia bonorum operum offerimus. In cuius rei signum precepit dominus Leuit.vi. dicens. Ignis in altari semper ardebit quem nutriet sacerdos: subijciens ligna mane per singulos dies. Ignis est iste perpetuus q̄ nūquam deficiet in altari. Quod verbum pertractans Gregori. lib.xxv.moral.capi.xxiij.dicit sic. Altare quippe dei est cor nostrum in quo iubetur ignis semper ardere: quia necesse est ex illo charitatis flammam ad dominum indesinenter ascendere: cui per singulos dies sacerdos ligna subijcit ne extinguatur: cum quisq; fidelis qui sacerdos dicitur secundum illud Apoca.v. Fecisti nos deo nostro regnum et sacerdotium ne in eo charitatis flamma deficiat in corde suo: tam exempla precedentium quam sacre scripture testimonia congerere non desistit Nam quasi quedam fomenta igni dare est in exercitatione charitatis: vel exempla patrū vel precepta dominica ministrare. Bene autē precipitur vt illic mane ligna per singulos dies congregentur. Mane enim est prima diei pars: in qua postpositis cogitationibus vite presentis hoc priori loco quisq; fidelium cogitet vt charitatis ignem in se inflammet. Qui quidem ignis cito in corde nostro extinguitur nisi solerter adhibitis exēplis sanctorum patrum: et dominicis testimonijs reparetur hec Grego. Nonne hoc sacrificium spiritus cō tribulati cum igne charitatis offerebat domino psal. cum dicebat. In meditatione mea exardescet ignis. q.d. Cum recolo mala que cōmisi non possum non dolore atq; cum tali meditatione et dolore exardescet in me ignis caritates diuini amoris. Notanter autem dicit In meditatione mea quia iste ignis charitatis latet interius in anima significatus per illum ignem de quo legitur.ij. Macha.i. quod tempore Neemie acceptus est ignis de altari: et occulte absconditus in valle Iosaphat vbi erat puteus profundus: et ita ibi diu latuit vt omnibus ignotus esset locus. Sic et modo adeo latet iste ignis charitatis vt vix inueniri possit. Olim enim inueniebatur in tēplo seu altari. id est in domibꝰ ecclesiasticorum: sed inde ablatus est adeo quod si quis pau per necessitate vrgente querat auxilium charitatiuum a talibus vix inueniet nisi se obligauerit quod dabit decem pro cētum: aut centum pro mille. Similiter olim inueniebatur iste ignis in domibus diuitum et potentum mercatorum: sed inde ablatus est: quia vix hodie inuenitur aliquis inter eos q̄ velit alteri succurrere nisi cū

fraude et vsura: saltē palliata. Item olim inueniebatur in domibus religiosarum personarum huiusmodi ignis charitatis: sed inde ablatus est quasi vbiqȝ: quia hac tempestate vix inuenitur monasterium redditu atum: siue monachorum: siue monialium in quo quispos sit gratis recipi: sed conuentiones fiunt de certa pecunia dāda: aut de certis redditibus pcipiendis occasione illius qui inibi petit recipi. Cum tamen dicat dominus Antho. ij. parte titu. i. c. v. §. xviij. quod pro ingressu religionis siue monachorum siue monialium non licet aliquid exigere vel accipere quasi preciū. Et hoc expresse habet. i. q. ij. Sicut epm. Itē cap. camptio. vbi dicitur. Cesset omnis conuentio: absit omnis pactio scilicet inhonesta: vt dicit glosa. Hoc enim symoniacum esset: videlicet dare tēporalia pter spiritualia vel ediuerso. Sponte tamen (inqt Anthoninus) oblata quantacunqȝ sint non interueniente aliqua corrupta intentione licet recipere.

¶ Hic tamen notande sunt due propōnes prima est si monasterium sit tenue aut valde depressum nimia paupertate: tunc sine nota symonie illi de monasterio possunt dicere volēti ingredi hec verba.

Nos libenter et gratis recipimus te ad consortium nostrum. Sed cum bona nostra non sufficiāt nobis et tibi affer tecum vnde possis viuere. Si ergo postea talis aliqua bona afferat et recipiatur in fratrem non est symonia. Nec huic sētentie contrariatur id quod habetur de statu regularium capi. Periculoso. §. Sane. libro. vi. Ubi papa Bonifaci9 octauus prohibet ne in monasteriis ordinum non mendicantium alique recipiant decetero i sorores nisi quot poterunt de ipsorum monasteriorum bonis siue prouentibus absqȝ penuria sustentari: si secus actum fuerit irritum decernentes. Quānis em̄ dict9 textus prohibeat aliquas recipi ad religionem supra facultatem domus: non tamē prohibet quin aliqua afferens secum bona sufficientia ad sustentationem suā ibi possit recipi: quia tunc non erit i onus aliis. Facere tamē pactū intuitu paupertatis monasterij cū volentibus ingredi vtpote dicendo. Uos dabitis nobis tantum vel tantū alias non recipiemus vos. Hoc prohibetur districte extra de symonia lib. v. c. Qm̄ symoniaca. Unde contrauenientib9 huic deteriationi pena statuit ibidem. Scda ppositio: si monasteriū sit abūdās null9 debet ibi esse tractatus nec vlla questio de tpalib9 p ingressu illius. Et hoc est cōtra communē abusum. Nam qȝto monasteriū est abundantius et locupletius: tāto volūt abbates priores et alij maiora dona et dotes ampliores habere allegātes forte consuetudines domus: que sunt corrupte le damnatissime cēlende. Spōte tamē oblata possunt recipere. Hec incidētaliter dicta sūt et veniam dabit lector prolixitati nostre.

¶ Sexto animalia in veteri lege domino in sacrificium offerebantur absq3 fermento saltē aliqua: vtpote que offerebantur pro gratiarum actione: vt dicitur Leuiti.vij. Fermentu3 autem peccatum significat: secundum illud.j. Corinthio.v. Epulemur non in fermēto malitie z nequitie. Tunc ergo sacrificium cordis nostri est deo acceptu3 quando sine peccato offertur. sed cum azimis sinceritatis z veritatis: id est cū puritate mentis. In cuius rei signū legitur Genesis.iiij. quod respexit de9 ad Abel: z ad eius munera. Et nota q dicit deum primo respexisse ad Abel: dein de ad ei9 munera: quia nisi ipse primo placuisset domino: nequaquam eius munera illi placuissent. q3 vt dicit Gregorius. xxij. moral. c.xlvj. Ex dantis quippe corde id quod dat accipitur: z ideo non Abel ex muneribus: sed et Abel munera oblata placuerunt dn̄o. Studeamus itaq3 in sacrificijs nostris abijcere fermentum malitie: quia vt habetur Galath. v. Modicum fermenti totā massam corrūpit: id est vnicū mortale peccatum omnem oblationem nostram: z omne opus inficit: ne scilicet acceptum sit coram oculis domini. Et ideo bene consulit Apostolus: vbi supra: videlicet. i. Corinthiorum v. dicens. Expurgate vetus fermentum: id est peccatum vt sitis noua conspersio: id est puri z mundi in conspectu domini: secundum illud Ephes. iiij. Renouamini spū mētis vestre. ¶ Ceterum notandum iuxta secunda3 clausulam: in qua subditur. Cor contritū z humiliatū deus. q tria sunt que communiter non solent homines despicere: que spiritualiter intellecta tanguntur in verbis p̄dictis. Non em̄ solet despici

Uez. Res nobilis. Infirmus debilis. Prostratus flebilis.

¶ Primo igitur non solet despici res nobilis z preciosa: cuiusmodi sunt aurum: argentū: lapides p̄ciosi: z similia. Et propter hanc cōsideratiōnē deus non despicit cor penitentis: eo q nobilissimum est: immo ipse petit illud sibi dari dicēs illud Prouerbiorum. xxiij. Prebe fili mi cor tuu3 mihi. Ue ergo illi miserrimo peccatori qui non vult cor suum dare deo: sed potius diabolo carni: aut mūdo. Et beatus ille qui ipsum denegat predictis: sed totaliter dat deo. Ecclesiast. xxxix. Iustus cor suum tradet ad vigilandū diluculo ad deum qui fecit illum scilicet iustum talem qualis est. Quemadmodum ergo aues predales postquam ceperint predam non querunt principaliter nisi cor: z interiora illius. Sic dominus qui bonorum nostrorum non indiget nō petit aliud a nobis: nisi cor nostrum per amorē et dilectionē. Quod animaduertens beata Catherina Senensis cor suu3 corporale dedit in effectu spōso suo Christo vt ostenderet q iam illi dederat cor spirituale Sed vt oblatio et sacrificium quod facimus domino de corde nostro illi acceptū sit: ipsu3 primo lauare et mūdare debe-

mus ab omni inquinamēto: ad hoc petentes dei adiutorium ꝛ dicentes cum psalmista. Cor mundum. ꝛc.

¶ Secundo non solet despici infirmus debilis: saltem a viris iustis ꝛ virtuosis: quinimo solent tales illi compati ꝛ misereri. Et propter hanc rationem deus non despicit cor penitentis: considerans ꝙ infirmū est: et debile ad resistendum malo: et ad operandū bonuz. Et hoc notatur cum dicitur (cōtritū.) Res enim cōtrita in se debilis erat: alias conteri ꝛ comminui nequaquam potuisset. Quemadmoduz ergo pater carnalis non despicit filium infirmum ꝛ debilem: sed plus de illo solicitatur quaz de ceteris sanis: de quibus non videt curare. Sic et deus non curauit de malis angelis ruētibus: quia fortes erant ꝛ sani ex conditione naturalium suorum. Curauit autem de hominib⁹ lapsis in primis parentibus / eorum lapsuz in propria reparando. Et hoc est quod dicit Psalmista. Quomodo miseretur pater filiorū misertus est dominus timentibus se: quoniam ipse nouit figmentum nostrum: id est fragilitatem nostram. Figmentū eñ appellatur op⁹ figuli: q̄ d mul tum fragile est. Sic ꝛ homo. Et quia homo est ita fragilis ideo deus misericordia motus. Genesis. vi. Non permanebit spiritus meus: id est indignatio mea / in homine: id est cōtra hominē: quia caro est: hoc est fragilis ꝛ tot⁹ debilis. Ideo sequitur in Psal. Recordat⁹ est quoniaz puluis sumus. Cito enim in puluerē reuertemur: scilicet in morte: sicut ex puluere processimus: vt illic aque reuertāt vnde exeunt. Gene. iij. Puluis es ꝛ in puluerē reuerteris. De hac autem misericordia dei erga peccatorem contritum figura legitur. Luc. x. vbi dicitur ꝙ Samaritanus: per quem intelligitur Christus: non despexit hominem vulneratum a latronibus sicut leuita et sacerdos qui precesserāt. Sed misericordia motus super illū imposuit illum in iumentum suuz: quod factū est quādo ipse Christus peccata nostra in corpore suo portauit.

¶ Tertio non solet despici homo prostratus in terrā ꝛ flens: alias homo esset ferocior Leone: qui parcit prostratis: nisi ꝛ ipse parceret etiā inimico mortali: si videret eum corā se prostratum misericordiam postulans cū lachrymis. Et propter hanc rationem deus nō despicit cor penitētis maxime cum videt ipsum ex corde humiliatum. Et hoc notatur in verbis predictis cum subditur (ꝛ humiliatum.) Quādiu enim Nabugodonosor habuit cor eleuatum per superbiam dicens. Dan. iiij. Nonne hec est Babylon ciuitas magna: quam edificaui in domum regni in robore fortitudinis mee ꝛ in gloria decoris mei / despexit illū deus ita vt non solum priuaret eum regno suo: sed ꝛ cum feris ꝛ bestijs eum redigeret: atꝙ fenuz vt bos comederet. At vero vbi se humiliauit sub dei potestate et oculos ad celum leuauit misericordiam petens non illum

despexit dominus: sed sensum suũ illi reddidit: et ad regni gloriam atq; honorem restituit: vt habetur in eodem ca. Propterea de eo scribitur. xxiij. q. iiij. Nabugodonosor. quod penitẽtiam meruit fructuosam: et post innumeras impietates flagellatus: penituit: et regnum quod perdiderat rursus accepit. Humiliemus igitur ipsi domino animas nostras: quod si fecerimus nõ despiciet opus manuũ suarum: sed cito miserebitur nostri deus noster.

¶ Lectio. lxvi.

¶ Benigne fac domine in bona voluntate tua Syon: vt edificentur muri Hierusalem.

¶ Postquam in precedenti lectione ostensum est precipuum sacrificium et deo acceptissimũ: preter tamen sacramentũ altaris quod est sacrificium sacrificiorum esse sacrificium spiritus contribulati seu cordis contriti: quod quidem sacrificiũ nunquam deus despicit: ex quo puro corde sibi offertur. Hic consequenter penitens orat dominum: quatenus solita sibi benignitate et pro magnitudine sue bone voluntatis dignetur virtute et merito huiusmodi sacrificij spiritus cõtribulati restituere sibi precedentia merita: que per peccatũ fuerãt mortificata: quod notatur cum dicitur i presenti textu. Benigne fac domine. etc. vt edificẽtur: id est reedificentur et reparentur muri Hierusalem. Hierusalem est igitur anima deuota: cuius muri sunt virtutes et merita. Tunc ergo edificantur seu proprius reedificantur huiusmodi muri: cum penitenti restituuntur deperdita merita. Aliter autem. Ista potest esse petitio sanctorum patrum secundũ glosam Interlinearem: qui scilicet sancti patres dicebant ad deum patrem. O pater sanctissime: mitte filium tuum in terris iuxta bonam voluntatem tuam: quia per eum saluare decreuisti genus humanũ: et tunc benigne: id est magnã benignitatem facies Syon: hoc est ecclesie (vt edificentur muri Hierusalem) per primum hominem destructi. Hierusalem igitur in proposito est ecclesia que aliquomodo in Adam licet verius in Abel. Tunc ergo muri Hierusalẽ fuerunt destructi quando Adam et Eua per peccatum corruerũt: nec tunc aliquis iustus remansit in terris: sed tamen hos muros reedificauit Christus: qui venit querere et saluũ facere quod perierat. Et notãter dicit (benigne) quia sola benignitas fuit causa incarnationis filij dei: secundum illud Tit. iij. Apparuit benignitas et hũanitas saluatoris nostri dei. Tunc ergo deus benigne fecit Syon: quando filium suum in mundum misit. Quid enim (inquit Gregorius) benignius quam filium dei seruilẽ formam induere: mortis legibus subiacere: proprio sanguine nos redimere: eterne vite aditum quem culpa obstruxerat aperire: corpore suo nos pa-

scere? ⁊ de tenebrarum potesta
te erutos ad celestem gloriam
nos transferre? Quid denique
benignius quam quod deꝰ tra
didit filium: vt redimeret ser=
uum? Notanter autem inquit
Gregorius dicit (in bona volū
tate tua) vt intelligamus nihil
perfectum haberi posse ex me=
ritis: sed tantum conferri gra=
tuito munere diuine miseratio
nis. Dominus autem Petrus
de Pal. exponit hunc textū ad
literam de Hierusalē materia=
li quā Dauid preuidens in spi
ritu ꝓphetico per Caldeos de
struendā propter dei offensam
orat vt deus sua bonitate ⁊ be
nignitate filios Israel de sua
captiuitate reducat ad Hieru
salam reparandam: quod et
factū est sub Zorobabel: Esdra
et Neemia ꝓphetis addiuuan
tibus; ⁊ secundū hunc sensum
literalem textus planus est et
clarus.

A ¶ Per hoc autē quod Da=
uid orauit pro reparatione ci=
uitatis hierusalē: que est com=
mune bonum habitantiū in ea
⁊ non pro reparatione domus
regie: quamuis etiam preuide=
ret eam casuram: sicut ⁊ ciuita
tem: instruimur preferre bonū
commune bono priuato et sin=
gulari: ⁊ potius curare de do=
mo domini quā de domo par=
ticulari. Cuius contrarium fa
ciāt multi prelati qui edificāt
sibi magna palacia: ⁊ relinquūt
domum domini in ruinā ⁊ de=
structionem: cum tamen lega=
mus. iij. Regum. vj. ⁊. vij. capi=
tulo Salomonē primitus do=
mum domini: deinde domū re=
galē que saltus libani diceba=
tur edificasse. Item. j. Esdre. j.
legitur quod rex Cyrus quan
do licentiauit filios Israel: vt
de captiuitate possent redire li
bere in hierusalez: ante omnia
proposuit eis edictuz: vt domꝰ
domini que erat in hierusalez
repararetur. Item de apibus
legimus quod ante omnia edi
ficant domum seu cauernulam
regi suo. Ergo multo fortius
christiani dicunt super omnia
curam gerere de constructione
et reparatione domus domini
et deinde sibi prouidere iuxta
decentiā sui status de proprio
domicilio. Cuius contrarium
multi faciunt non tam layci ꝙ
regulares ⁊ clerici: qui edificāt
sibi domos plures quasi pala=
cia non attenstentes ꝙ aquila
auium nobilissima contētatur
vno nido: ⁊ leo rex bestiaꝝ vna
fouea: apes similiter inter ge=
nera muscharum prestātiores
vna cella. Itē legimꝰ aliquos
philosophos dolium olim pro
omni habitacl'o habuisse: sicut
refert Dominus Anthoninus
in prima parte sue cronice. tit.
iiij. cap. j. §. xxiiij. de Diogene
philosopho qui fuit tempore
Alexandri.

B ¶ Hic enī habitabat in ve=
stibulis portarum: ⁊ in portici
bus ciuitatum. Cumqꝫ se con=
torqueret ī dolio iocabatur se
domum volubilem habere: ⁊ se
cum tempore mutari. Nā tem=
pore frigoris os dolij vertebat
versus meridiē: ⁊ in estate ver=
sus semptentrionem. Ubicun=
que aūt se inclinabat sol Dio=
genes simul dolium vertebat
aspectum. Sunt etiam quidaꝫ
nobiles prouincie: in quibus

etiam modernis tēporibus homines vtuntur cauernis ꝓ domibus: sicut in historia Alexādri exēplificatur de Bragmannis. Sunt et alie prouincie in quib⁹ homines testudinū marinarum (que in illis partibus maxime sunt) singuli pro vno habitaculo contentantur sicut exemplificat Solinus. Ideo dicit Seneca quod breue tuguriuꝫ magnas virtutes recipit. C ¶ Iteꝫ Augustinus.xvi.de ciuitate dei.cap.ix.refert dicta aliquorum dicentium esse homines aliquos: qui pro omni protectione sui corporis contra estū: aut pluuiā sola planta pedis: q̄ largissima est vtuntur quam reuerti faciūt super caput. Augustinus tamen hoc ponit inter mirabilia mundi. nec dicit ita esse: sed quod ita narratur ab aliquibus ⁊ forte mendaciter sicut et multa alia que in eodem cap. ponit Augustinus. Item filij Israel inter quos multi erant nobiles ⁊ potentes tamen fuerunt quadraginta annis i desertis sine domorum habitaculis: sed solum habitabant sub tentorijs que de facili moueri poterant de loco ad locum. Patet ergo quod edificia non sunt amplianda / neqꝫ construenda in fastum et superbiam mundanam: sed habeat quisqꝫ habitaculuꝫ iuxta decentiam sui status.

D ¶ Notandum est ergo iuxta illud verbum. benigne fac domine.⁊c. quod deus in bona volūtate sua: id est pro magnitudine bone voluntatis sue benefacit Syon: id est nature humane tripliciter.

Peccatores redimendo.
Uez. Peccatores attrahēdo.
Premia conferendo.

¶ Primo igitur deus benigne et māsuete fecit toti nature humane cum in carnem venit / vt peccatores redimeret. Tūc cū vt habetur tit.iij. apparuit benignitas ⁊ humanitas saluatoris nostri dei. Nam tūc factus est dei filius tanquam agnus mansuetus qui ducitur ad victimā pro salute nostra immolatus. nullū ledens cunctis ꝓficiens omnibus benigne respōdēs. Sicut enim leo est animal benignum erga hominem: nec ipsum comedit nisi vrgēte maxima fame. Similiter mulierib⁹ ⁊ paruulis naturaliter parcere consueuit: quinimmo cum paruulis libenter ludit. Sic et deus erga homines valde benignus est: quia semper parcere consueuit atqꝫ misereri. Nōne benignus valde fuit coram pontificibus Anna ⁊ Caypha cū ibi ignominiose tractaret̄? Similiter coram Herode: cum ibi turpiter illuderetur? Item corā Pilato cuꝫ ibi crudeliter flagellaret̄? Itē nōne benign⁹ fuit coram oculis omniū i cruce cū ibi iniustissime ac vilissime occideretur? Tunc itaqꝫ dicere poterat id qđ de eo longe ante Hiere. ꝓphetauerat.xi.c.di. Ego quasi agnus mansuetus qui ducit̄ ad victimā: ⁊ nō cognoui q2 cogitauerūt super me consilia.i. dissimulaui ⁊ tacui: ac si nescirem insidias eoꝝ nec fugi ab eis: sed magis me querētibus occurri dicēs. Ego suꝫ. Ioā.xviij. De hac etiā benignitate ꝓdixerat. Esayas.xv

ca. dicens. Oblat⁹ est quia ipse voluit: et non aperuit os suum s. murmurando vel contradicẽdo: et hoc ideo: vt eius benignitas maior appareret. sequitur. Sicut ouis ad occisionem ducetur et quasi agnus coram tõdente se obmutescet: et non aperiet os suum. Hoc fuit impletũ quãdo ipse christus tacuit corã herode ꝛ pilato. Unde Mathe:. xxvij. dicitur ꝙ cum accusaretur a principibus sacerdotum et senioribus populi nihil respondit. Item cũ dixisset ei Pylat⁹. Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia: Non respondit ei ad vllũ verbum ita vt miraretur preses vehementer. Et hoc est quod dicitur. j. pet. ij. Cũ malediceretur non maledicebat cũ pateret nõ comminabatur. Propterea autem pauca respondere voluit ne multa dicendo differetur salus humani gener;. De hac autem benignitate quam habuit ipse christus peccatores redimendo longe ante prophetauerat Psalmista dicens. Domin⁹ supple pater dabit benignitatem: id est benignum filium. Sed vnde ipsum dabit. Certe ex vtero virgineo. ideo subditur. Et terra nostra dabit fructum suum. Terra enim nostra est virgo maria que facta est totaliter nostra incarnatione filij dei. Tunc autem dedit fructum suum quãdo peperit dei filium qui est fruct⁹ ille de quo Luc. j. Benedictus fructus ventris tui.

¶ Secundo benigne facit dominus peccatores attrahendo secundum illud. Rom. ij. Benignitas dei ad penitentiam te adducit: id est adducere debet. Cum enim peccator cõsiderat quam benignus sit domin⁹ erga peccatores ꝛ quam benigne receperit ad penitẽtiam thelonearii mattheum negantẽ discipulum persequẽtem apostolum conuictam adulteram peccatricem magdalenam ꝛ huius modi ex hoc assumit fidutiam et audaciam redeundi ad eum per penitentiam. Et hoc est qđ ait deuotus ille Ber. sermone. xxij. Omnino inquit propter mansuetudinem que de te predicatur o bone iesu curremus in odorem vnguentorum tuorum audientes ꝙ pauperẽ nõ spernis peccatorẽ non horreo. Non enim horruisti confitentem latronem. non lachrymantem peccatricem. nõ chananeã supplicantem. nõ in adulterio deprehensam non in theloneo sedentem non publicanum supplicantem non discipulum negantem non tuorum discipulorum persecutorem. non denice tuos crucifixores. Ecce quam benignus est dñs iesus christ⁹ in suspiciendo quosꝫ pctõres ad penitẽtiam. Hinc scribitur. xxvi. q. vi. his qui. quod misericordie domini nec mensuras possumus ponere nec tempora diffinire apud quem nullas patitur moras venie conuersio. Item de pe. dist. j. §. quia diuinitatis dicitur sic. Quia diuinitatis natura est clemens et pia magisꝙ ad indulgentiam quã ad vindictã prona. si quis post lapsum peccatoꝝ adveram penitentiam se conuertet a misericordie iudice veniã impetra=

bit. Sic tamen est misericors dominus vt etiam iustitiã non omittat quia vt habetur dist. xlv. disciplina. disciplina inquit Greg. in moral. lib. xx. c. xi. vel misericordia multum destituitur. si vna sine altera teneatur Et post pauca. Miscenda est le uitas cum seueritate. ita igitur notare debent qui omnia sua committunt diuine misericordie nihil attribuentes eius iustitie tanquam solum esset dominus misericors et nullo modo iustus cũ tamen dicat Psalmista. Misericordiam et iudicium cãtabo tibi domine. Sed profecto multi videntur contennere tantã dei attrahentis et allicientis ad penitentiam benignitatem. De quibus ipse conqueritur prouerb. i. di. vocaui et renuistis. extendi manũ meã et non fuit qui aspiceret. Item alibi conqueritur videlicet Esaye. v. di. Quid est quod vltra debui facere vinee mee et non feci ei: en quod expectaui vt faceret vuas et fecit labruscas: id est opera mala que sunt amara sicut labrusce. An inquit paulus Rom. ij. diuitias bonitatis eius et patientie et longaminitatis contẽnis: quasi dicat non debes tanta domini beneficia contennere quod si contempseris. non impune euades. sicut de multis pctõribus patuit quos cum dominus diu ad penitentiam expectasset durius damnauit di. illud Esaye primo peccata vestra facta sunt mihi molesta laboraui sustinens: quasi dicat non possum vltra ea tollerare.

¶ Tertio benigne facit dominus syõ: id est anime fideli premia in celis largiendo. Nonne est magna benignitas in domino pro breui penitentia eternã conferre gloriam; et pro potu aque frigide dare in celis fontem aque viue indeficientem. Unde de tanta benignitate admirans ps. dicit quod pro nihilo habuerunt terram desiderabilem. Similiter de hac benignitate loquitur idẽ Psalmista di. benedices corone anni benignitatis tue. Annus quippe benignitatis domini est annus eternitatis qui habet coronam quia caret fine. Et merito dicitur annus benignitatis quia benignum et affabilem se ostendit dominus electis in die iudicij. reprobis autem tunc se ostendet seuerũ et terribilem ita vt dicant montibus et petris cadite super nos et abscondite nos a facie sedentis super thronũ et ab ira agni quoniam venit dies magnus ire ipsorum. Et quis poterit stare. Apoc. vi. Tunc ergo christus benedicet corone anni benignitatis sue. quando dicet electis illud Matthei vigesimoquinto Uenite bñdicti patris mei possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi.

E ¶ Preterea notandum iuxta illud. edificẽtur muri hierusalem. quod triplex est hierusalem cuius muri debent edificari et reparari scilicet hierusalẽ que est.

Anima rationalis.
Ecclesia militaris.
Ciuitas triumphalis.

¶ Primo igitur hierusalem significat animam rationalẽ de qua hierusalez potest recte in=

telligi illud Cañ. vi. pulchra es amica mea suauis et decora sicut hierusalez. Est enim anima deuota pulchra. per confessionem secundum illud Psal. Cõfessio et pulchritudo in conspectu eius. amica dei per dilectionem et charitatem. suauis per misericordiam et pietatem decora per sanctam contemplationem. Huius hierusalem muri sunt virtutes quos quidẽ muros ille nimirũ edificat qui ex operibus iustitie et pietatis spirituale non cessat construere edificium. Orandus igitur est deus vt dignetur benigne agere cum ista paupere hierusalem vt scilicet edificentur nedum muri eius sed ⁊ fundamẽtum tectum et cetera similia. Sicut enim ciuitas regi rebellis et semel ad eius mandatum destructa non nisi de eius speciali licẽtia reparatur sicut patuit de ciuitate hierusalez que per caldeos destructa fuit ad mandatum regis nabugodonosor. ad cuius reparationem et restaurationem necesse fuit habere licentiam specialem ab eius successore cyrus nomine. Ita et muri anime peccantis ⁊ deo rebellantis in penam sui delicti destructi nõ possunt deinceps reparari nisi per gratiam et adiutorium dei. Quod attendens anima peccatrix orat instanter dominũ pro reparatione talis ruine di. benigne fac domine vt edificentur muri mei q̃ hirl'm sũt designata. Pro quo notandumq̧ sicut in edificio materiali plura requiruntur videlicet fundamentum, paries, tectum, cementum et huiusmodi. ita et in spirituali edificio aie. Primo ergo ibi requiritur fundamentum quod est fides de quo. j. Corinth. iij. Fũdamentũ aliud nemo põt ponere preter id qd̕ positũ est qd̕ est christꝰ iesus glo. inter. id est fides de diuinitate et humanitate iesu christi. Et qui non habet hoc fundamentum nullum edificium boni operis meritorũ potest ad deuz erigere quia vt dicitur hebre. xi. Sine fide impossibile est placere deo. Et quicunq̧ placuerunt deo p fidem placuerũt sicut ibi exemplificat apostolus de multis tam legis nature quam scripte Secundo in predicto spirituali edificio anime deuote requiritur paries qui vt firmior sit quadratꝰ esse debet et per hoc intelligit quadratura illa quã faciũt in predicto edificio quatuor virtutes cardinales. ita vt partem anteriorem constituat prudentia que est auriga virtutũ et que facit cognoscere que sunt agenda et que vitanda. partem posteriorem debet constituere iustitia vt scilicet homo puniat in se per eundem iã commissa delicta. partem dextram debet constituere temperantia faciens hominem bene ⁊ laudabiliter se habere in prosperis ne eleuetur per superbiam aut inanem gloriam partẽ vero sinistram debet constituere fortitudo faciens hominem virtuose se habere contra ventum aduersitatis ne succũbat per impatientiam in talibus. Tertio requiritur in predicto edificio tectum quod superueniet parietibus. per quod in-

telligitur spes premij celestis que quidem spes debet hominem elevare supra se per desiderium eternorum secundum quod admonet paulus collocenses tertio dicens. Que sursum sunt sapite: id est appetite non que super terram. Unde a magistro sen. in. iij. diffinitur spes q est certa expectatio future beatitudinis ex meritis et gratia proueniens. Quarto requiritur cementum quod omnia ligat et in vnum coaptat per quod itelligitur charitas que est vinculum perfectionis Dicit enim apostolus primo. Corinthiorum octauo q sciētia inflat sed charitas edificat Unde ricardus de sanctovictore. Cementum inquit est charitas que singulos coaptat atq vivificat et ne per aliquam discordiā inuicē discrepent vniformiter equat. Quinto requiruntur ligna per que significatur memoria dominice passionis hebreo. xij. Recogitare eum qui talem aduersus semet ipsum sustinuit contradictionem vt non fatigemini et cetera. Sexto et vltimo requiruntur claui: id est punctura contritionis propriorum delictorum et compassionis quo ad indigentias proximorum. Hec igitur sunt per que edificatur hierusalem interior seu dom9 conscientie pro summo rege recipiendo et hospitando.

¶ Secūdo hierusalem dicitur ecclesia militans de qua in ps. Edificans hierusalem domin9 dispersiones israelis congregabit. Cotidie enim edificat hāc hierusalem dominus cum paruulos regenerat sacro baptismate: et peccatores sanctificat cordis contritione et sacramētali confessione. Tandem autē ad hoc misticum edificium dispersiones israelis congregabit scilicet in fine seculi quādo quidem reliquie israelis salue fient vt habetur Esaye. x. Nam ad predicationem helye et inoch multi iudeorum conuertētur ad fidem scdm illud malach vi. Ecce ego mittam vobis helyan prophetem antequam veniat dies domini magn9 et horribilis et conuertat corda patrum ad filios et cor filiorū ad patres eorum vez per conformitatem fidei in christū in quē crediderunt patres antiqui vn Jo. viij. abrahā pater vester inquit christus vidit diem meum et c. Item Deut. iiij. Nouissimo tēpore reuerteris ad dn̄m deū tuū. Et hoc est quod predixit christus Jo. x. Alias inqt oues habeo scilicet iudeos predestinatos q̄ non sunt ex hoc ouili: secundū p̄sentē iustitiā: et illas oportet me adducere scilicet p seruos meos enoch et helyam et vocem meā. i. me per eos loquētem audient. vez in effectu credendo. et fiet vnum ouile. i. vna ecclesia iudeorum et gentilium seu xp̄ianorū et vnus pastor q̄ sum ego ipse q̄ posui aīam meā pro oībus ouibus meis. Qd ergo hic dicit christ9 vnum ouile prius in ps. vocat muros hierusalē. in cōgregatione fidelium. Modus aūt quo muri hui9 hierusalē. i. ecclie militātis edificātur a dn̄o talis est. Primo nempe sicut edificaturus domū materialē ante oīa extrahit lapis

des de lapidicina. i. de massa aliorum lapidum que gallice dicitur la carriere. Ita et dominus in edificio spirituali ecclesie militantis. Primo extrahit lapides:id est fideles de lapidicina:id est de medio infidelium et reproborum. Et hoc est maximum dei beneficium de quo ipsi fideles summas gratias debent agere ad dominum secundum illud Esaye.li. Attendite ad petram vnde excisi estis: id est considerate vos christiani durtiam cordis infidelium de quorum consortio excisi estis per gratiam baptismatis et ad cauernam laci.supple attendite de qua prescisi estis: id est cogitate fauces baratri de quibus estis misericorditer liberati. Secundo edificaturus domum materialez dolat lapides grossis et ponderosis malleis auferendo omnem superfluitatem et indecentiam ab eis vt sic possint aptari ad edificium construendum.Sic in proposito dolat dominus grossis malleis variarum tribulationum egritudinum et persecutionū temporaliū eos quos vult aptare suo edificio secundum illud Osee.vi.Dolaui eos in prophetis dolatores autem istorū lapidum sunt oppressores pauperum et principes tyranni qui dolauerunt corpora sanctorū martyrum ab vno auferēdo caput ab alio pellem ab alio brachia.ab alio oculos et huiusmodi. In cuius figura legitur. iij. Reg.vi. q salomon edificauit domū dñi de lapidib9 dolatis atq perfectis. Et nota q dicit de lapidibus dolatis ipsos autem lapides dolabant cementarij ipsius salomonis per quos intelliguntur satellites diaboli multipliciter affligentes iustos et bonos quos tamen multum appreciat dominus adeo vt illos ponat in edificio ecclesie sue diuersis officijs eos mācipando Ephesios. iiij. dedit quosdam apostolos alios prophetas,alios euangelistas,alios autem pastores et doctores ad consummationem sanctorū in opus ministerij in edificatione corporis christi scilicet mystici.Et sicut cum edificaretur templum malleus et securis et omne ferramentum non sunt ibi audita vt habetur in predicto passu Reg. Ita et in edificatione hirl'm militantis nō murmur resonat non querimonia: sed corde tacito mens bene cōscia conseruat patientiam.

Tertio in constructione domus materialis quandoq additur multe sculpture ad maiorem decorem et ornatum ipsius sicut patet in palacijs regum et principum ita et dominus in edificio ecclesie varias picturas depingit secundum illud Psalmiste Omnis gloria eius filie regis. id est ecclesie militantis que aliquando dicitur sponsa regis aliquando filia nō est supple ab extra sed ab intus in fimbrijs aureis circum amicta varietatibus. Et. ij.Corint.j.Gloria nostra hec est testimonium cōscientie nostre.Unde in figura huius legitur.iij.Regū.vj.quod nihil erat in templo quod non auro tegeretur. Ecce quomodo dominus edificat muros hie=

rusalem ecclesie militantis.
¶ Tertia hierusalē dicit̄ ecclesia triumphans: de qua ī psal. Hierusalem que edificatur vt ciuitas non saxorum molibus sed de viuis lapidib9.i. Pet.ij. Uos coedificamini tanquā lapides viui domos spirituales. Ista ergo superna hierusalem edificatur vt ciuitas: id est ad similitudinem ciuitatis. Ciuitas enim diuersos vicos habet sic et celestis hierusalem: secundū illud Jo.xiiij. In domo patris mei mansiones multe sunt. Item ciuitatis habet episcopū sic et illa habet illum episcopū de quo Heb.ix. Christus assistens pontifex futurorum. ₇c. Item ciuitas habet plures portas per quas intratur in eam: sic et illa habet. xij. apostolos tanquam.xij.portas per quorꝫ doctrinam fideles illic intrant cum abseruantia vtriusque legis.s.noue ₇veteris. Et de istis portis dicit̄ Apocalipsis.xxi. ꝙ.xij.porte.xij.margarite sunt per singulas: et singule porte erant ex singlis margaritis. Item ciuitas ciues incolas habet: sic illa pro ciuibus habet omnes electos ibi regnantes gloriose: secundū illud Ephe. ij. Jam non estis hospites ₇ aduene: sed estis ciues sanctorum et d.dei. Ut autem inquit Gregorius vnusquisqꝫ aut superne illius hierusalem ciuis est aut babylonis. Sicut eniꝫ per amorem dei sanctus quisqꝫ hierusalem ciuis constituitur: ita per amorem seculi omnis iniquus in babylonie structura adiungitur. Huius hierusalem muri edificantur cum fideles ad vitā predestinati tandem ad perfectionem iustitie consummate perducūtur. Uel dic quod muri illius edificantur cum numerus electorum indies completur: aut cum ruine angelice reparantur. Cunqꝫ dicti muri totaliter edificati fuerint tunc veniet cōsummatio seculi. Interest autem inter hanc hierusalem et illam: quia ista multiplici seruitute ₇ anxietatibus plena est. Illa autem que sursum est libera est: vt habetur Galatas.iiij. Item qui hanc intrat potest inde discedere: siue apostatādo a fide: siue quolibet letali crimine: sed qui semel illaꝫ intrauerit/perpetuo in ea manebit: dicente psalmista. Non commouebitur ineternum qui habitat in hierusalem. Sic ergo viuat vnusquisqꝫ in hac militanti ecclesia vt tandem illi benedicat dominus et videat bona hierusalem triumphantis ecclesie omnibus diebus vite sue.

¶ Lectio.lxviij.

¶ Tunc acceptabis sacrificium iustitie oblationes & holocausta, tunc imponent super altare tuum vitulos,

¶ Postquam in precedenti lectione facta est mentio de edicatione seu de reparatiōe murorum hierusalem: id est anime deuote quod maxime fit per penitentiam que restaurat vniuersa erigendo subuersos muros morum: prout significatuꝫ

fuit per muros hierusalem materialis: quos subuerterat nabuzardam: vt legit. iiij. Reg. vltimo. sed eos reparauit Neemias propheta domini: hic cōsequenter ostendit quantū bonum sequitur ex tali edificatio dicens. Tunc (scilicet edificatis muris spiritualis hierusalem per veram penitētiam) acceptabis sacrificium iustitie. ꝛc. quia opercra vere penitentium sunt sacrificia deo accepta. Non em̄ respicit de⁹ quid sibi offeratur sed quo animo ꝛ corde puro sacrificiorum bonorum operum sibi quisq; offerat. Prius enim respexit dominus ad Abel: deinde ad munera eius Gen̄. iiij. Quod ergo dicitur Tunc acceptabis sacrificium. ꝛc. possum⁹ exponere tripliciter: videlicet de christi passione: de ecclesia militāte: de ecclesia triumphāte. Primo sic. Tunc: scilicet cū venerit tempus gratie non acceptabis tu supple deus pater sacrificium pecudum: quia dixisti per os prophete tui Dauid. Non accipiā de domo tua vitulos / neq; de gregibus tuis hyrcos: sed acceptabis sacrificiū iustitie: id est passionē filij tui que fuit sacrificium iustum sanctum et immaculatum pro peccatis toti⁹ mundi tibi oblatum. Acceptabis etiam oblationes et holocausta. Oblationes enim minus sunt quam holocausta. Holocausta nempe totaliter deo dedicabātur per incēdium / non autem oblationes. Illi itaq; oblationes obtulerūt deo patri qui in aduentu filij eius susceperunt fidem ipsius. Sed illi obtulerunt holocausta qui non solum in eum crediderunt: sed se et sua illi deuonerunt. Quales fuerunt apostoli qui relictis rhetibus ꝛ naui secuti sunt eum Matthei quarto Deus ergo pater acceptissimas habuit oblationes credentium discipulorum. Sed multo plus holocausta sequentium apostolorum. In cuius rei testimoniū cum dixissent christo apostoli eius. Ecce nos relinquim⁹ omnia et secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Matthei decimonono. Respondit illis dominus sedebitis super sedes duodecim iudicātes duodecim tribus israel. Hoc autem non promisit discipulis in eum credentibus. Secundo exponitur predictum verbum de ecclesia militante sic. Tunc id est muris ecclesie militātis firmiter edificatis supra firmam petram christū tu supple pater acceptabis sacrificium iustitie. Sed quale sit illud sacrificium insinuat: cum ait. Oblationes ꝛ holocausta. Oblationes itaq; offerunt qui operibus vite actiue insudant. Illi autem holocausta que aliquid maius sunt offerunt qui se contemplationi totaliter mancipant Martha ergo oblationes obtulit que satagebat circa frequens ministerium. Maria autem holocausta que ad pedes christi sedens audiebat verbum illius Luce. x. Propter quod de ea dicit saluator q᷒ optimam partem eligit. Martha enim que oblationes obtulit bonam partem eligit: sed Maria que se in holocaustum dedicauit optimā partem eligit. Tertio predictum

verbum exponitur de ecclesia triumphante sic. Tunc scilicet constitutis et constructis muris celestis hierusalē per apertam visionem summam fruitionem et firmam tentionem acceptabis tu scilicet deus omnipotens sacrificium iustitie: id est laudis et iubilationis sanctorum tuorum que iugiter permanebit: secundum illud psal. In secula seculorum laudabūt te. Dicitur autem predicta iubilatio sanctorum sacrificium iustitie: quia iustum est et equū vt omnis spiritus sibi laudet dominum in secula seculorum.

Quod autem dicitur oblationes et holocausta potest referri ad disparitatem beatorum.

Qui enim minus beati erunt oblationes domino offerent de visceribus cordium suorū: sed qui beatiores holocausta domino presentabunt: qz tales ignis diuinus: id est feruor charitatis replebit. Unde et seraphin qui ceteris angelis beatiores sunt ardentes interpretantur. Hec pro parte dominus Hugo Cardinalis Dominus patriarcha de palude post Hieronymum dicit ꝙ sacrificium iustitie super omnia sacrificia acceptissimum deo patri est christus qui seipsū obtulit eidē in ara crucis pro nobis omnibus. Et dat talem similitudinē. Cū em (inquit) debitor est pauper: et offert creditori pro se aliquem diuitē et potentē fide iussorem creditor libenter eum acceptat et debitorē quitat: et a fide iussore solutionē expectat ponēs omne debitum super eum. Ita et nos (quia pauperes facti sumus nimis) nullo pacto poteramus soluere debitum deo patri pro peccato: nec minus pro Ade delicto. Hoc igitur attendens benignus Jesus: qui est diues in omnes qui inuocant illum/constituit se fideiussorem apud deum patrem pro nobis omnibus. Et tandem deus pater posuit in eo iniquitates omnium nostrum. Et tunc super bancum crucisque non rapuit exsoluit. Nec dicit deus pater Nolo persolui in tali moneta qualis est mors filij mei.

Quinimmo tale sacrificium acceptissimum habuit: quod simul fuit sacrificium iustitie et misericordie iustitie quidem in ordine ad deum patrē apud quā iustum erat vt illi satisfieret ꝓ peccato Ade. Misericordie autem in ordine ad naturam humanam que non poterat seipsā redimere. Unde psal. Apud dominum misericordia: scilicet in redimendo humanum genus. Ideo immediate subditur. Et copiosa apud eum redemptio et ipse redimet israel. etc. Quod si dicatur christū obtulisse deo patri holocaustum vt in precedentibus dictū est: ergo non sacrificium. Ad hoc respōdet de palude ꝙ christus patiens in cruce potest dupliciter considerari. Primo modo quo ad vtrāꝗ naturam: et sic dicitur moriendo sacrificium obtulisse et pō holocaustum: quia sola natura humana mortua est / et non natura diuina seu deitas: quāuis enim ista concedatur a theologis: deus mortuus est/ non tamen deitas. Secundo modo potest considerari quo

ad naturam humanam tantũ: et tunc dicitur moriendo holocaustum obtulisse: quia quicq̃d fuit in humanitate: siue caro: siue sanguis aut anima/ totum fuit incensum et oblatũ in cruce deo patri: modo de ratione holocausti est q̄ totum incẽdatur. Ideo postquam psalmista de hoc sacrificio dicit ad deum patrem loquens. Tunc (scilicet hora passiõis filij tui) acceptabis sacrificiũ iustitie: id est mortem filij tui consequenter subdit. Oblationes et holocausta: quia reuera christi caro in cruce fuit oblatio et holocaustum similiter hui⁹ sanguis fuit oblatio et holocaustum: similiter et ei⁹ vita fuit oblatio et holocaustum. Propterea dicit pluraliter oblationes et holocausta. Sequitur. Tunc imponent super altare tuum vitulos. Vituli em̃ secũdum glo. interl. sunt populi nouiter ad fidem cõuersi. Boues autem significant illos qui diu triuerunt que fidei sunt: altare autem christus est. Tunc ergo: scilicet muris hierusalem ecclesie militantis: et signanter ecclesie christiane edificatis imponent: videlicet peccatores euangelici super altare tuum: id est super fidem christi: vitulos: id est nouos populos et nouiter conuersos. Vel vituli secundum glo. ord. significant sctõs dei martyres quos tyranni immolauerunt et sacrificauerunt deo licet preter intẽtum; nunc in locis priuatis et in occulto pro vitanda populi fidelis commotione; nunc in aperto: nunc in locis sacris etiam dum aliqui ex ipsis sacramenta offerẽt omnipotẽti deo in altari. Et de hoc historiam habemus de beato Thoma cãtuarieñ. in ecclesia occiso. Item de beato Vuãzeslao boemorum duce quem frater suus in odium fidei christiane procumbentẽ ante fores ecclesie et orantem velut alter Cayn crudeli morte necauit. Item legitur de beato Adalberto bohemo et episcopo q̄ cum sacra celebrasset et eucharistiã sumpsisset sacerdos idolorum adueniens cum populis christum lancea septies transfigi fecit. Et sic orans expensis in celum manibus volauit anima eius ad celum. Item legitur in historia tripartita q̄ frequenter arriani intrabant ecclesias fidelium: et ibi occidebãt quotquot inueniebant veros christianos. Et profecto hoc videre erat miseria.

A ¶ Notãdum est autem iuxta illud. Tunc acceptabis sacrificium iustitie. quod triplex est sacrificium iustitie deo acceptum: videlicet.

Sacrificium iustitie inchoate.
Sacrificiũ iustitie continuate.
Sacrificium iustitie consummate.

B ¶ Primum sacrificium est deo acceptum: secundum acceptius: tertium acceptissimum. Primum est penitentium: secũdum claustralium: tertium regnantium. De primo scribitur in psalmo. Sacrificate: vos supple penitentes: sacrificium iustitie: id est penitentiã per quã facit homo iustitiam de seipso. Aut enim homo punit aut deus punit. Istud autem sacrifi-

cium debet concidi & diuidi in tria frusta. Unde primum frustum est cordis cōtritio: de qua psalmista. Sacrificium supple deo acceptum est spiritus contribulatus cor contritum & humiliatum deus non despicies. Ut enim dicit Augustinus. Deus non vult sacrificium cruentati pecoris: sed sacrificium contriti cordis. Secūdum frustum est oris confessio psalmi. Voluntarie sacrificabo tibi: et confitebor nomini tuo domine non quidem solum de mortalibus quod est de necessitate: sed etiam de venialibus quod est de mera voluntate. Deinde subdit idem psalm. Quoniam bonum est. supple de huiusmodi venialibus confiteri. Quod si de mortalib⁹ intelligatur adhuc de illis cōfiteri bonum est: id est valde salubre: eo maxime quod confessio sacramentalis absoluit reum: vbi tamen confessio facta in foro exteriori suspendit ipsum. Bonum igitur est confiteri domino: quia sine ipsa nulli peccatori patet via ascendenti in celum dicente apostolo Roṁ. x. Ore confessio fit ad salutem. Tertium frustū huius sacrificij est operis satisfactio que includit eleemosynam ieiunium et orationem. De sacrificio eleemosyne scribitur in psalmo. Eleuatio manuum mearum (scilicet ad opera pietatis) sacrificium vespertinum: id est pertinet ad satisfactionem que est vltima pars penitētie. De sacrificio ieiunij scribitur Roṁ. xij. Exhibete corpora vestra hostiam viuentem sanctam deo placentem.

De sacrificio vero orationis scribitur in psal. Sacrificium laudis honorificabit me. Istud autem sacrificium iustitie. id est penitentie obtulit domino ipse Hieronymus secundum quod de seipso scribens in epistola ad Eustochium dicit sic. Quotiens in heremo cōstitut⁹ in illa vasta solitudine q̄ exusta solis ardoribus: horridum monachis prestat habitaculum: putabam me romanis delitijs interesse: horrebāt sacco membra deformis squalida cutis situm ethiopice carnis obduxerat: quotidie lachryme quotidie gemitus. Et si quando repugnantem somnus imminens oppresisset nuda humo vix ossa herentia collidebam: de cibis vero et potu taceo: cum etiam languentes monachi / aqua frigida vix vtantur: et coctum aliquid accepisse luxuria sit. Tali autem carceri me damnaueram: scorpionum tantum socius et ferarum ob gehenne metum. Hec ille.

C ¶ Nonne etiam sacrificiuȝ iustitie obtulit ille papa dict⁹ Silvertus: de quo refert dominus Anthoninus florentinus in sua cronica. ij. pte ti. xvi. c. i. §. xvij quod cū primum fuisset factus monachus in monasterio floriaceṅ. in dyocesi Aurelignensis tandem dedit se magicis artibus et incantationibus. Hic ergo cum per nephas peruenisset ad summum pontificium petijt a demone sibi familiari quanto tempore viueret. Cui ille. Tādiu (inq̄t) viues Quousq̧ celebres mis-

sam apud. Hierusalem. Quo audio gauisus est firmiter proponens nunquam ire Hierusalem. Sed a demone decept⁹ quadam die quadragesime ex officio celebrauit missam rome in capella sancte crucis de hierusalem infra muros: in qua nūc sūt cartusiani. Tūc ergo affuerunt demones maximum strepitum ibidem facientes. Super quo admiratus cecidit in grauem febrem: inquirens in quo loco esset. Quo cognito reuocauit se q̄ se dedisset diabolo: et ordinauit q̄ eo mortuo corp⁹ suum membratim scinderetur: et solus truncus relinqueretur qui tandem poneretur in curru adiūctis equis ferocissimis qui liberi abire permitterentur et vbi sero quiescerent: illic corpus suum sepeliretur. Uide reliqua huius historie vbi supra Sat est pro presenti cognoscere: qualiter predictus Silbertus sacrificauit domino sacrificium iustitie: qui de seipso tantam iustitiam ob enormitatem sui peccati fieri iussit. Pertranseo sacrificium iustitie: quod Maria Magdalena post fluxe carnis scandala de seipsa fecit et domino obtulit: que in quadam rupe excelsa asperrimam vitam ducens: plus quam triginta annis incognita permāsit hominib⁹. Similiter et Maria egyptiaca: que multo plus tempore in desertis soli deo cognita permansit: adeo vt solis crinibus tegeretur. &c.

D ¶ Secūdum sacrificiū deo acceptum dicitur iustitie continuate: quod offerunt domino veri cultores religionis: qui relinquentes mundum dicunt illud Exaudi quinto. Eamus viam trium dierum: id est trium votorum: vt sacrificemus deo nostro in solitudine: id est in religione: que est quedam solitudo sequestra in strepitu mundi. De isto autem sacrificio legimus figuram Leuit. primo quod animalia que in veteri testamento debebant domino immolari hoc modo aptabantur. Primo enim ligabantur pedes eorum. Secundo excoriabantur. Tertio lauabantur. Sic et religiosi ad hoc quod sint dignum et acceptum coram domino sacrificium: debēt primo ligari per votum obedientie: vt a cetero non deducantur proprio motu: sed motu et voluntate sui prelati sicut equus ducitur freno: ab eo qui super eum sedet. In huius autem rei testimonium christus dixit Petro Johannis vigesimoprimo. Cum esses iunior cingebas te et ambulabas vbi volebas: cum autem senueris extendes manus tuas: et alius te cinget: et ducet quo tu non vis.

Sed profecto multi sunt tanquam equi indomiti: qui non volunt permittere se ligari neque duci a suis prelatis: nisi p̄sertim ducantur secundum desyderium cordis sui: qui libenter haberent prelatum mollem qui diceret illis quod christus respondit ceco. Luce vigesimooctauo. Quid tibi vis faciam? At vero obedientia virorum religiosorum est ad instar obedientie Pauli: qui a domino de celo vocatus et in terram prostratus mox respondit ei dicens.

Domine quid me vis facere? Act.ix. Dicat ergo sincerus religiosus cum Psalmista. Paratum cor meum deus paratum cor meum. Item cum Esaya: dicente ad dominum. Ecce ego mitte me. Eccl'.vj. Item cum Samuele respondente ad dominum cum eum vocaret in somnis. Ecce ego quia vocasti me. primi Regum. tertio. Ecce quomodo tales dignum domino offerebant sacrificium: maxime cum eorum voluntas esset cum domino ligata. Secundo religiosi debent ad instar animalium excoriari per votum paupertatis. De qua excoriatione scribitur Job. secundo. Pellem pro pelle et cuncta que habet dabit homo pro anima sua. id est ad salutem anime sue. An se non excoriauerunt apostoli quando dixerunt christo Matthei. xix. Ecce nos relinquimus omnia et secuti sumus te. Item nonne spiritualiter se excoriauerunt Petrus et Andreas: quando ad vocationem xpi relictis rhetibus et naui secuti sunt eum. Matthei. quarto. Huiusmodi autem excoriationis modum docuit saluator verbo: quando adolescenti eum interroganti / quid illi opus esset: vt saluus fieri posset. Respondit dicens. Si vis inquit perfectus esse: vade et vende omnia que habes et da pauperibus et veni et sequere me Math. xix. Secularesautem vacantes operibus nunc non se totaliter excoriant: sed tantum secundum partem quia si dent fructum arboris non tamen totum nec arborem In cuius signum dicit zacheus diues ad dominum: Ecce dimidium bonorum meorum domine do pauperibus. Sed aduertendum quod sicut difficilius ad excoriandum in animalibus est caput: ita et maiores in aliquibus religionibus: vtpote abbates et priores atque officiales in religionibus reddituatis. Similiter doctores et prelati in religionibus mendicantium difficilius excoriantur per paupertatem. Tales nempe vt in pluribus aut reformationem impugnant ne omnia cogantur ponere in communi. aut si consentiunt hoc faciunt tituli pacto: quod remanebunt in suis officiis cum administratione bonorum ipsius comunitatis: et tales plus frequentant hospitum domum aut infirmariam: quam refectorium aut ecclesiam Et tales male attendunt ad id quod sub figura scribitur Job. j. Boues arabant et asine pascebantur iuxta eos Sed qui boues in religione nisi prelati et maiores qui debent alios precedere verbo et exemplo arando terram sancte religionis: asine autem sunt infirmi non tam corpore quam mente: qui tunc pascuntur iuxta boues quando ad exemplum maiorum inuitantur ad bene agendum et ad obseruantias regulares obseruandum. Tertio viri religiosi debent lauari per votum castitatis: vt sint digni presentari in conspectu diuine maiestatis in templo eius in quo omnes dicent gloriam. Propterea ad hec eos admonet scriptura Esa. i. dicens. Lauamini mundi estote. scilicet mente et corpore. Unde lotio que fit per professionem sacre religionis ap-

probate est tante efficacie: vt nedū remittat culpam: sed τ penam omnem in disposito subiecto: secundum quod tradit Do. S. xxij. q. vlt. ar. ij. ad. iij. di. quod per professionem probabiliter dr haberi remissio omnium peccatorum. scilicet quo ad culpam et quo ad penam: si tamē inquit cum deuotione et proposito fiat propterea dicitur Eccl. j. quod religiositas iustificabit cor. i. purgabit. Unde in vit. patrum leg. quod eādem gratiam consequuntur religionem intrantes quam et baptizati. Religiosi itaq; merito dicere possunt illud. ij. Cor. vij. Mundemus nos ab omni inquinamento carnis et spūs perficientes sctificationem nostram in timore dei. hec autez mundicia carnis et spirit⁹ maxime conseruatur per continentiam.

¶ Tertium sacrificium deo acceptissimum dicitur iusticie cō summate: τ illud est quod offerunt domino ipsi beati ī celis. De quo potest intelligi illud Psal. Sacrificium laudis honorificabit me. Nam vt inquit Greg. edificata celesti hierusalem: solum sacrificium iusticie erit acceptuz domino: quia nō erit opus ibi offerri sacrificium pro peccato: aut sacrificiū zelotipie et huiusmodi: quia ibi nullum erit peccatum nec zelotypia carnalis: sed tantuz spiritualis circa amorem dei. Secus autem est in hac misera vita: in qua in multis quotidie offēdimus omnes: τ ideo opus est vt offeramus deo sacrificium spūs contribulati et contriti cordis. Sacrificium itaq; iustitie sancti in eterna vita deo offerent: quia solo in conditoris amore intenti indefessas remuneratori suo in leticia cordis laudes dicēs scdʒ illud Psal. Bti q̄ habitant in dō tua dñe: ī scl'a seculorū laudabūt te. Et alibi. Uox exultationis τ salutis in tabernaculis iustorum. Tunc ergo dominus electorum suorum sacrificia acceptissima habebit: quia sanctas eorum meditationes nullius prauitatis admixtio commaculabit Item holocausta eorundem acceptissima suscipiet: quia totum quod ī eis erit flamma diuine charitatis accendet.

¶ Preterea notandum iuxta illam secundam partem. Tunc imponent super altare tuum vitulos quod triplex est altare super quo imponuntur vituli videlicet.

Altare crucis triumphalis.
Altare ecclesie militantis.
Altare populi ydolatrantis.

¶ Primo igitur inuenitur altare crucis triumphantis de quo potest intelligi illud Esa. xix. In die illa scilicet sācte parasceues erit altare domini in medio terre: τ titulus domini iuxta terminum eius. Iste autem titulus ille quem huic altari fecit affligi pylatus videlicet Jesus nazaren⁹ rex Judeorum Uitulus autem huic altari impositus fuit christus de q̄ vitulo parabolice legitur Lu. decimo quinto. quod pater iussit seruis suis vt occiderent vitulum saginatum pro iocūdo aduentu filij sui prodigi τ ad

ipsum comedendum simulque cōmmunandum vicinos inuitauit. Ad propositum vitulus saginatus est christus quem pater voluit occidi pro reparatione et inuentione filii proditi. i. populi gentilis ac totius humani generis secundum illud Ro viii. proprio filio suo non pepercit deus sed pro nobis omnibus tradidit illum. nunc autem ad ipsum vitulum iam assatum in ligno crucis igne caritatis et doloris ingentis tradit nobis deus pater manducandum in mensa altaris. In cuius etiam figura legitur Gene. decimo octauo quod abraham volens recreare tres viros quos ad hospitium inuitauerat cucurrit ad armentum et tulit inde vitulum tenerrimum et optimum deditque eum puero qui festinauit et coxit illum. Sic in proposito deus pater qui per abraham designatur quia vterque pater multarū gentium volens pascere totum genus humanum inuitat ipsū ad conuiuium sumendum in domo sua que est ecclesia catholica. Tulit autem de armento vitulū quando de celis fecit descendere in hunc mundū filium suum. vbi post dictam decoctionem in ara crucis ipsum offert nobis sumendum in mensa altaris. O preciosum et admirandum conuiuium et omni suauitate repletum in quo nō carnes vitulorum vt olim in lege sed christus nobis proponitur sumendus verus deus. Iste igitur est vitulus deo patri acceptissimus secundum illud ps. Placebit deo super vitulū nouellum. quod autem subditur. cornua producentem et vngulas ad secundum domini aduentum potest referri. Tunc enim tanquam bos cornua producet et vngulas contra malos. Super dictum igitur altare crucis impii Iudei imposuerunt hunc nostrum vitulum christum tanquam oblationē et holocaustum deo patri oblatum ad totius humani generis redemptionem quamuis tantum bonum hoc ipsi non intenderent.

¶ Secundo inuenitur altare ecclesie militantis siue proprius ecclesie materialis de quo potest intelligi illud Psalmi. Circundabo altare tuum domine. Super hoc autem altare signanter matris ecclesie solent imponi pastores electi a clero cantando Te deum laudamus. Olim autem super huiusmodi altare domini solebāt imponi non vituli sed boues grandes. id est viri maturi moribus et scientia adornati fortes et robusti virtute animi ad tollerandum queque aduersa et qui opere et sermone resistebāt hereticis ac tyrannis: et qui erāt ad martyrium primi secū dum illud prouerb. vii. Quasi bos ductus ad victimam. Propterea quales debeant esse qui ad curam pastoralem eliguntur palam manifestatur extra de electione et elec. po. c. cum in cunctis. vbi dicitur quod precipue in episcopo debent ista tria concurrere videlicet etatis maturitas morum grauitas et literarum scientia. Et post pauca. Presenti decre

to statuimus vt nullus in epi scopum eligatur nisi qui iam. xxx. annum etatis exegerit. id est attigerit complete et de legitimo matrimonio sit natus qui etiam vita et scientia commendabilis demonstretur.

Item eadem causa et questione. capitulum. Cum vinto nen. dicitur quod qui eligunt scienter indignum eligendi pro illa vice perdunt potestatem et per triennium ecclesiasticis beneficijs priuari debent. Sed prochdolor hac nostra tempestate reseruantur maxime dignitates et latissime dyoceses nonnullis paruulis vix alphabetum scientibus quod preuidens spiritu prophetico Psalmista sic ait. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij constitues eos principes super omnem terram quia vni prouidetur de abbatia alteri de archidiaconatu. alteri de episcopatu. alteri vero de archiepiscopatu et huiusmondi. Ecce quomodo constituuntur principes. Et notanter dicitur principes quia multi ex illis incedunt cum apparatu principum tam in equitaturis quam in famulis. canibus volucribus et huiusmodi. Et de hac miseria conqueritur pauper christi sponsa ecclesia dicens illud Psalmiste. Circundederunt me vituli multi thauri pingues obsederunt me.

Bene autem dicuntur tales paruuli iam laute et abunde prouisi de patrimonio crucifixi vituli. tum quia frequentur lasciui. tum quia non querunt nisi saltare chorisando currere venando et tempus consumere ludendo. tum quia adhuc quasi lacte pascuntur. Circundant ergo tales vituli qui reuera hodie multi sunt matrem ecclesiam non propter hierusalem tantum: sed vt de lacte suorum verbum. id est beneficiorum pascantur. Quod autem dicitur thauri pingues. etcet. refertur ad illos dominos temporales qui quamuis sint impinguati bonis temporalibus nichilominus quando vident quod habent proles multas. vnam aut plures ponunt in ecclesia aut religione: quo fit vt successu temporis capta beniuolentia et consensu principis per viam: facti semota vis iuris intrudantur ad ecclesiasticas dignitates. Ecce quare dicit ecclesia. Tauri pingues obsederunt me. Et demum constituuntur vi et est violentia in sede tam quam possessionem beneficij accipientes. Ecce quomodo ipsi thauri pingues imponunt super altare domini vitulos filios suos.

¶ Tertio inuenitur altare populi ydolatrantis secundum illud. tertio Regum. vigesimo primo. Extruxit manasses in templum domini altaria vniuerse militie celi. i duobus atrijs ipsius templi. Quod enim iussserat dominus sibi offerendum videlicet oues et boues vitulos et huiusmodi. ipsi ydolatre immolabant dijs suis sicut patet de hieroboam. iij. Regum. xiij. Non solum autem super altare vitulos imponebant sacrificando suis ydolis. verum et proprios filios dicente psa. Inmolauerunt filios suos et

filias suas demonijs. Unde expresse legitur. iiij. Reg. xxi. de ipso manasse quod traduxit filium suum per ignem. id est sacrificauit ipsum dijs suis igne comburendo. Et hoc fuit maxima crudelitas. Uidemus enim animalia etiam ferocissima pro suis fetibus saluandis se exponere morti: et homo qui inter cetera animalia deberet ex conditione nature esse mitissimus et pijssimus ad hanc peruenit crudelitatem vt filium suũ igni tradat comburendum. Secus si dominus precepisset sicut patet de Abraham cui dixit dominus. Tolle filium tuum quẽ diligis Isaac. &c. Genesi. xxij. Propterea ad eorum increpationem loquitur prophetando Psalmista dicens. Immolauerunt filios suos et filias suas demonijs. Sicut etiam patet de Achaz. iiij. Reg. xvi. Item ij. paralip. xxviij. Ubi expresse dicitur de eo quod lustrauit. id est immolauit filios suos in igne iuxta ritum gentium. Ritus autem gentium talis erat secundum de lyra. Fecerant ei vnum ydolum quod vocabant Moloch: quod erat de cupro: Erectum quidem erat: sed concauũ. Intra ipm igitur ydolũ secrete ponebant sacerdotes ignem: et incenso ydolo ponebant inter brachia ipsius filios et filias ydolatrantium. Uirtute autem ignis resoluebantur quasi in vapores. Ne autem audiretur gemit⁹ taliũ ipsi sacerdotes fortiter pulsabant ante dictuz ydolum cum tympanis. Et sic illudebãt miseros homines, etiã reges dãtes eis intelligere quod per talez modum insensibiliter paruuli eorum transferebantur de hac vita mortali ad vitam immortalem cum dijs suis. Nos autem catholici sacerdotes talia horrori habentes imponam⁹ super altare dñi vitulum saginatum. i. xpm sub specie panis et vini ipsum offerẽtes deo patri in remissionẽ peccatorum.

¶ Sequitur quintus psalmus pñialis.

¶ Lectio. lxviij.

Domine exaudi orationẽ meaz & clamor meus ad te veniat.

¶ Iste est quintus Psalmus penitẽtialis: qui secundũ Hieronymuz. et Gregorium intitulatur (Oratio pauperis) scilicet Dauid: quia hunc psalmũ ipse edidit cum angustiaretur et a regno expelleretur a filio suo Absalon: contra quam persecutionem ipse Dauid fudit ad dominum precem suam. Et hoc rationabiliter: cum enim ignorem⁹ quid agere debem⁹ hoc solum residuu habemus vt oculos nostros dirigamus ad dominum vt dicitur. secundo parali. vigesimo dicẽte psal. Ad te leuaui oculos meos: qui hitas in celis. Predict⁹ etiam

titulus valde cõgruit peniten ti qui se reputat pauperem in conspectu domini dei sui eo q' amiserit per suam culpaz illos infinitos thezauros gratiaruz et virtutum: quos sibi commi= serat dominus i baptismo: vel in sacramentali reconciliatio= ne priusquã relaberetur in cul pam sequentem. Unde merito potest dicere illud Psalmiste. Ego autem mendicus sum: et pauper: adeo supple quod co= gor mendicare panẽ gratie ab omnibus sanctis impetratiue: et a domino Jesu Christo col= latiue. Sed confido quia domi nus solicit⁹ est mei: ex quo sci= licet solicitor de propria salu= te eam hincinde mendicando. Bene etiam congruit dictus ti tul⁹ ordini materie: de qua tra ctatur in his psalmis peniten tialibus. Ut enim superius dif fusius ostẽdim⁹ in primo psal= mo habituz est de contritione: que est prima pars penitentie: in secũdo de cõfessione: in ter= tio de satisfactione: in quarto de vtrisq; mixtum: vt ostẽsum fuit in principio eiusdem. Nũc cõsequenter in isto quinto tra ctatu de oratione que est pars satisfactiõis: cum dicitur. Do= mine exaudi orationem meaz. ⁊c. Dicat ergo penitens ad do minum. (Domine) qui omnia potes: et qui solus potes peti= tionem meam ad effectũ dedu= cere (exaudi) id est ad commo= dum meum audi: non autez ad votum nisi fuerit discretum: si= cut audisti Paulum nõ ad vo= luntatem: sed ad vtilitatem: se= cundum quod de seipso ait. ij. Corinthiorum. xij. Ne magni= tudo reuelationuz extollat me datus est mihi stimulus. ⁊c. Se quitur. Ter rogaui dominum: vt discederet a me ⁊ dicit mihi. Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficit. Item (exaudi) id est extra aut supra id quod presumo petere audi: secundum quod Grego= rius in quadã collecta dicens Adijcias/ inquit/ domine deus quod oratio nõ presumit. Sic enim exaudiuit dominus Sa= lomonem: qui cum solum pete= ret scientiam ad regendũ suuz populum: hoc illi concessit do= minus adijciẽs diuitias ⁊ glo riam tantam: vt nemo similis illi fuerit in regibus cũctis re= tro diebus. iij. Regum. iij. Itez Matth. ix. leg. quod cum fuis= set domino oblatus quidã pa= raliticus iacens in lecto: qua= tenus vellet eũ sanare a para= lysi: sanauit eum spiritualiter dicens. Confide fili remittũtur tibi peccata tua. Deide corpo= raliter dicẽs Surge tolle lectũ tuum ⁊ vade in domum tuam. Qui surrexit et iuit in domum suam. Dicit ergo penitens ad dominum. O domine deus/ ex= audi orationem meam q̃ prin= cipaliter est de remissione pec= cati: nec potes te excusare qd hoc beneficium permaximum mihi dare non possis: quia tu olim in auribus cuiuslibet pec catoris per organum prophe= te tui Esaye intonasti dicens. Ego suz qui deleo iniquitates tuas propter me. Esaye. xliij. Et nota quod dicit ꝑpter me. id est sine tuis meritis: sed pro pter magnam clementiã meaz. Uel propter me: supple hono=

randum ⁊ glorificandum. Itez quod hoc possis testes sunt inimici tui Iudei: qui cum te viderent in terris hominem factuz et peccata remittentem Marie peccatrici dixerunt. Quis est hic qui peccata dimittit? Luc. vij. Profecto domine in ditione tua cuncta sunt posita: ⁊ nō est qui possit resistere voluntati tue: ⁊ ideo si decreueris saluare nos peccata nostra remittendo/ cōtinuo liberabimur ergo (exaudi orationem meam) Sequitur. (Et clamor me⁹ ad te veniat) Ubi nota secundum Gorram quod clamor vltra orationem dicit intentionē cordis: que est ex feruēti deuotione. Dicit ergo penitens ad dominum. Et clamor meus: scilicet cordis: qui est ex intētione desiderij non impediatur per peccata mea: qui (ad te veniat) efficaciter. Ubi aduertendū secundum dominum Petrum de Palude quod sicut nubes impedit transitū radij solaris ad nos: ita ⁊ peccatum mentē obnubilās impedit ne oratio nostra lucē gratie nobꝫ obtineat: et ne vsqꝫ ad deū perueniat impetrando qđ petitur. Est enim peccatum tanquam murus inter deum ⁊ nos secunduz illud Esaye. lix. Iniquitates vestre diuiserunt inter vos ⁊ deum ⁊ peccata vestra absconderūt faciē eius a vobis ne exaudiret: supple vos in tempore tribulationis et angustie clamantes. At vero si ipsa oratio corde deuoto porrigatur domino dictas iniquitates rumpet et per medium trāsibit velint nolint dicente Psalmista in persona ipsiusmet orationis. In deo meo transgrediar murū: scilicet peccati. In cuius figura legitur Iosue. vj. quod populo Israelitico vociferante: ⁊ clangentibus tubis: postquam in aures multitudinis vox sonitusqꝫ increpuit/ muri Hierico illico corruerunt: ⁊ ascendit vnusquisqꝫ per locum: qui contra se erat: et sic ceperunt ciuitatē. Applicatio est facilis. Penitēs ergo in pricipio huius psalmi orat dominum pro peccatoruz suorum remissione: vt sic ipsis remissis/ ipsius oratio sine vllo obstaculo aut impedimento vsque ad dominū peruenire possit. Dominus Cardinalis post beatum Gregoriū exponit hūc passum allegorice de Christo: et hoc satis cōgruit titulo huius psalmi. qui est talis (Oratio pauperis) Quis enim pauperior Christo: qui cū esset diues propter nos egen⁹ factus est: vt illius inopia diuites essemus: vt habetur. ij. Corin. viij. Unde ⁊ de paupertate sua ipsemet loquens dicebat. Matthei viij. Uulpes foueas habent: et volucres celi nidos: filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet: fuit siquidē pauper in natiuitate: quia ī tugurio natus est: in vita: qꝫ domum nō habuit: in morte: quia nudatus fuit proprijs vestimētis: post mortez quia in alieno sepulchro positus fuit corpus eius. Hic ergo talis ac tantus pauper in principio hui⁹ psalmi penitentialis dominum patrem deprecatur pro suis membris/ in eorum persona loquēs et dicens (Domine) supple pa

ter (exaudi orationem meam: et clamor. etc.) Pro membris ergo orat caput Christus in hoc psalmo: vt inquit Gregorius: vt scilicet corporis sui mystici orationem deus pater exaudiat: et vt eius clamor ad diuine maiestatis aures ascendat. Nec cessat ipse Christus pro ecclesia orare secundum quod testatur Apostolus. Romanorum. viij. dicens. Sedens ad dexteram dei patris interpellat pro nobis. Denique: vt dicitur. i. Joan. ij. ipse est propiciatio pro peccatis nostris: id est qui propiciatum nobis reddit patrē iratū contra peccata nostra. Nonne etiam clamor Christi ad deū patrem peruenit: quando quidē oratione facta ad ipsum patrē in cruce pro inimicis suis: tandem eo mortuo multi reuertebantur in ciuitatem percutientes pectora sua de eo scilicet quod consensissent in mortem ipsius/petentes eum crucifigi: et Barrabaz dimitti. Cum enim inquit Paulus Hebreorum. v. clamasset ad deum patrem cum clamore valido: et lachrymis exauditus est pro sua reuerētia. Nonne etiam eius clamor ad deum patrem peruenit: quando voce magna clamans et dicēs. Pater in manus tuas commendo spiritū meum: mox emisit spiritum? Item quando dixit, Hely hely lamazabatani: hoc est deus meus: deus meus vt quid. etc.

A. ¶ Sed pro maiori declaratione notandū iuxta illud. Domine exaudi orationem meam: quod deus libenter exaudit tria genera hominum.

Feruenter diligentes.
Vez. Attente clamantes.
Dulciter miserantes.

¶ Primo igitur libenter exaudit feruenter diligentes. Unde Psalmist. Dilexi quoniā exaudiet dominus vocem orationis mee. Et nota quod pmittit dilectionem orationi per hoc significans ipsam orationē tunc merito a domino exaudiendā quando ex feruore pcedit charitatis. Uidemus enim quod quanto fumus a maiori igne procedit: tanto altius ascēdit. Ita in proposito quanto oratio abundantiori igne charitatis procedit: tūc certe facilius ascendit ad dominum: vt exaudiatur. Feruēter diligebat dominum Magdalena: de qua dicitur in hymno quod plus ardebat ceteris: et ideo exaudita est cum a magistro suo veniam petens audire meruit. Remittūtur tibi peccata tua, quoniā dilexisti multum. Luc. vij. Feruenter diligebat Petrus Christum: ita vt illi diceret. Domine tecum paratus sum: et in carcerem: et in mortē ire. Luc. xxij. Et ideo cum post ternam negationē fleuisset amare ab eo exauditus est/remissionem consequens delicti cōmissi. Feruenter diligebat dominum Paulus adeo vt diceret. Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio: an angustia: an fames an nuditas: an periculum: an persecutio: an gladius? quasi dicat nullum taliū poterit nos separare a dicta charitate: vt ibi concludit. Et ideo cum ter rogasset dominum vt ab eo discederet angelus Sathane ex

audiuit eum dominus ad vtili tatem: licet non ad voluntatez: vt prius dicebatur. Et per oppositum qui nō manet in dilectione dei & proximi non est dignus a domino exaudiri. Unde postquam Psalmista in persona Christi dixisset de iudeis Posuerunt aduersuz me mala pro bonis: et odium pro dilectione mea. Consequenter particulariter loquendo de Juda dicens. Oratio eius fiat in peccatum: id est cum peccato: ita vt non possit exaudiri. Itez de Esau dixit Paulus Hebreorū. xij. quod nō inuenit locum penitentie: quanquam cū lachrymis inquisisset eam: cuius ratio assignatur. Genesis. xxvij. Oderat semper Esau Jacob ꝑ benedictione qua benedixerat ei pater: dicebatq̄ i corde suo. Venient dies luctus patris mei et occidam Jacob fratrē meū. Patet ergo quod non vere penitebat. Qui ergo vult orationem suā a domino exaudiri debet feruere in dilectione dei et proximi.

¶ Secundo dominus libenter exaudit attente ad eū clamantes secundum illud Psalmiste. Ad dominum cum tribularer clamaui et exaudiui me. Dicit ergo Psalmista in persona penitentis. Cum tribularer: videlicet suggestionibus demonuz linguis aduersantium: & iniurijs persequētium: clamaui ad dominum: non tam voce quam corde: quia nō clamor oris: sed amor cordis clamat in ore dei viuentis. Unde di. xxxviij. cap. sedulo. dicitur quod orationis voces ad aures dei nō dirigun tur: nisi cū animi affectu. Item de consequenti distinctione. v. ca. non mediocriter dicitur qđ non verbis tantum: sed corde orandum est domino. Recte autem dicit. Clamaui ad dominū quia: vt dicebat ille rex Josaphat. ij. Paralipome. xx. Cum ignoramus quid agere debeamus hoc solum residui habemus. vt oculos nostros dirigamus ad te: supple domine. Patet ergo quod necessitas facit clamare ad dominuz: secundū quod scriptum est Osee. vi. In tribulatione sua consurgēt ad me. Et Gregorius. Mala que nos hic premunt ad deuz nos ire cōpellunt. Sed vt dicit Augustinus. Felix necessitas que ad meliora compellit. De hoc autem historiam habemus in Jona propheta: qui de seipso sic inquit. Clamaui ad dominū de tribulatione mea: & exaudiuit me de ventre inferi clamaui & exaudisti vocē meā. Eiusdem. ij. Loquitur autem de tribulatione: quā passus est quando fuit proiectus in mare. Lege etiam Judith. iiij. quod cuz Holofernes vellet intrare Judeam: vt eam subiugaret imperio regis Nabugodonosor filij Israel clamauerunt ad dominum instantia magna & humiliauerunt animas suas in ieiunijs & orationibus. Et induerunt se sacerdotes cilicijs: infantes prostrauerunt cōtra faciem templi domini: & clamauerunt ad dominū deum Israel vnanimiter: ne infantes eoruz darentur in predam: et vxores eorum in diuisionem: & ciuitates eorum in exterminium: et

ſancta eorum in pollutionem: et fierent in opprobrium gentibus. Cumqꝫ ſic multū clamaſſent tandem exaudiuit eos dominus: quando ſcilicet Judith abſtulit caput Holofernis obſidentis Berthuliam ciuitatē Jude. Eiuſdem. xiij. Similiter legitur Matthei. xiiij. quod cū Petrꝰ ambularet ſuper aquas vt veniret ad Chriſtum. vidēs quod cepiſſet mergi, clamauit dicēs. Domine ſaluum me fac. Et continuo Jesus extendens manum apprehendit eum. Ecce quomodo dominus libēter ſuccurrit inuocantibus eū in veritate ⁊ in corde perfecto.

¶ Tertio dominus libēter exaudit dulciter ⁊ pie aliis miſerantes. Unde cū Eſayas. lviij. c. in perſona domini premiſiſſet dicens. Frange eſurienti panem tuū: ⁊ egenos vagoſqꝫ ⁊c. ſtatim ſubiunxit. Tunc inuocabis ⁊ dominꝰ exaudiet. clamabis ⁊ dicet ecce aſſum quia miſericors ſum dominꝰ deꝰ tuus Unde ad propoſitum legitur Act. x. de Cornelio Centurione quod faciebat eleemoſynas multas plebi: et deprecabatur deum ſemper propter quod dictum eſt ei a voce de celo lapſa Orationes tue et eleemoſyne aſcēderunt in memoriā in conſpectu dei. Tandem autem nutu diuino miſſus eſt ad eū Petrus apoſtolus qui eum baptizaret ⁊ in fide plenius inſtrueret. Nota ergo ſeriē textus. primo etenim Cornelius legitur eleemoſynas multas feciſſe. deinde dominum deprecatū fuiſſe ⁊ poſterius in effectu exauditū fuiſſe. per quod patet intentum. Et per oppoſitum illi qui nolūt exaudire pauperes, nec ipſi exaudiētur cum clamauerūt ad dominū ſecūdum quod ſcriptum eſt Prouerbiorū. xxi: Qui obturat aures ſuas ne audiat pauperem clamabit ipſe: et non exaudietur. Juſtū enim eſt vt qua menſura menſus eſt pauperi: pater pauperū remetiatur ei: ſecundum illud Senece verbum. Ab altero expecta: alteri quod feceris. Exemplū ad hoc eſt de diuite epulone: q̇ Lazarū clamantem ad ianuā ſuā audire noluit: ⁊ ideo poſtea in tormentis poſitus, cum clamaret dicit. Pater Abrahā miſerere mei: ⁊ mitte Lazarum vt. ⁊c. non fuit exauditus. Luce. xvi. Cuius rationē aſſignat Jacobus in ſua canonica. ij. c. dicens. Judiciū ſine miſericordia fiet illi qui non fecerit miſericordiā. Si itaqꝫ optamus orationes noſtras a domino exaudiri, neceſſe eſt primū habere tria que prediximꝰ: vt ſcilicet feruēter diligamus: attente clamemꝰ: ⁊ dulciter miſereamur.

B ¶ Ceterum aduertendum iuxta illud. Et clamor meus ad te veniat. quod iſta verba poſſunt dicere varia perſonarum genera.

	Creator.
Uez.	Peccator.
	Predicator.

¶ Primo igitur piiſſimus creator deus qui non vult mortem peccatoris: ſed vt cōuertatur et viuat: qui etiam neminē vult perire: ſed omnes ad viam veritatis peruenire: vidēs quod peccator eum multipliciter of‑

fendit: adhuc clamat ad eum: quasi rogans ipsum et dicens. Clamor me⁹ ad te veniat. Clamat ergo ad eum propter tria. ¶ Primo quidem vt ad eũ per penitentiam redeat dicens illud. Hierem.iij. Tu supple anima peccatrix fornicata es cum amatoribus multis: id est cum pluribus peccatis illis consentiendo. tamen reuertere ad me. ¶ ¶ Modus autem reuersionis nobis insinuat̃. Eccle xvij vbi sic dicitur. Conuertere ad dominũ ꝛ relinque peccata tua precare faciẽ domini: ꝛ minue offendicula. Reuertere ad dominũ: ꝛ auertere ab iniustitia tua ꝛ nimis odito execrationẽ ꝛ cognosce: id est time iustitias et iudicia dei. Item Esay.lviij. Derelinquat impius viã suam et vir iniqu⁹ cogitatiões suas et reuertatur ad dominũ ꝛ miserebitur eius. O quãta est domino solicitudo atq̃ toti celesti curie de reuocatione peccatoris ad penitentiã: vnde Canticorum.vj. Reuertere reuertere sunamitis. reuertere reuertere vt intueamur te scilicet illo oculo quo respectus Petrus fleuit amare. Matt.xxvi. Item illo oculo quo dominus vidit Mattheum in Teloneo sedentem: in cuius aspectu ille subito perfecte cõuersus est: ita vt ad vnũ verbũ: scilicet sequere me: relictis omnibus seq̃retur eum Matthei.ix. Est enĩ dominus vt caladrius positus ante infirmũ: qui si oculos in illum dirigat signũ est salutis future si autem auertat: signũ est mortis propinque. Audiat ergo miser peccator clamorẽ dñi ad penitetiã inuitãtis: prout eũ admonet scriptura. Esa.xxv.dic. Aures tue audiãt verbũ monẽtis post tergũ. Et benedicit monẽtis post tergũ. Nam peccator nõ vult deũ habere ante se dicẽte psalmista. Non est deus in cõspectu eius: sed ipsum ꝓijcit post se: de quo ipse dñs conqueritur.iij.Regũ.xiiij.dicẽs. Me aũt ꝓiecisti post tergũ tuũ. Nec tñ obstãte tãta ingratitudine ipsum totaliter dereliquit: sed frequenter admonet clamans post tergũ illi⁹. Patet ergo quãta sit dei benignitas qui non cessat clamare ad peccatorem dicens. clamor meus ad te veniat. quanta deniq̃ sit ipsius peccatoris ingratitudo manifestatur qui tantum ac talem dominum vocantem audire ꝛ sequi contẽnit. Nam vt inquit Gregorius. Tãto grauiori improbitate dominus a nobis contemnitur quanto contemptus adhuc vocare nõ dedignatur.

¶ Scdo clamat deus ad peccatorem vt contemnat huius seculi fastum ꝛ gloriam eo quod omnia transeunt cito pieter id quod ineternum permanet: scilicet gloria in celis vel supplicium in inferis primũ propter bonos: secundum propter malos. Et de isto clamore scribitur. Esaye.xx. Vox dicẽtis: quasi dicat. Esa. Vox domini audita est a me dicentis mihi. Clama. Et dixi. Quid clamabo? Et respondit supple mihi domin⁹ dicens. Omnis caro fenum: id est omnes homines siue nobiles siue ignobiles: siue reges aut principes: fragiles sunt ex

parte corporis etiam fragilio=
res vitro quod diu durat si tu
te custodiatur: homo aūt quā=
tumcunqꝫ adhibeatur ei medi=
camina nihilominus cito trāś
it. ideo bene comparatur feno.
Fenū enim nascendo habet vi=
rorem. crescendo decorem ⁊ flo
rem: sed postquam fuerit falce
precisum ⁊ ardore solis exsic=
catuz teritur in pulverem. Sic
homo habet virorem in pueri=
li etate decorem ⁊ florem in iu=
uentute: sed tandē redit in pul
uerem postquā fuerit precisus
a terra per falcem mortis. que
adeo scindit quod nihil desu=
per tandem relinquit: sed om=
nes homines ad terrā proster=
nit absqꝫ misericordia. ideo se=
quitur in Esaya. Exsiccatū est
fenū scilicet iuuentutis in mor
te ⁊ cecidit flos videlicet mun
dane prosperitatis: quia spiri=
tus: id est voluntas seu iudiciū
domini sufflauit i eo: videlicet
dissoluendo corpus ab anima
per grauem infirmitatem. Se=
quitur vere fenum est populus
Ecce quomodo declarat Esay=
as predicta. Jacob. i. Exortus
est sol: id est mors. cum ardore:
id est cum dolore: ⁊ arefecit fe=
num ⁊ flos eius decidit: et de=
cor vultus eiꝰ deperijt: scilicet
per mortem ⁊ corruptionem in
sepulchro. Unde Augustinus.
ad fratres i heremo. ser. xlviij
sic ait. Euntes vos o iuuenes ⁊
potentes ad sepulchra patruz
vestroꝝ considerate quid sunt
quid fuerunt. Monumenta eo
rū aperiamꝰ ⁊ videamus quis
dominus: quis seruus: q̇s pul=
cher: quis turpis: quis rectus:
quis curuus inter eos fuerit.
Uerum et indubitanter verum
mihi experto credite qđ in ca=
pitibus eorum inuenietis buf=
fones salientes. ex cerebro ge=
neratos. In renibus serpentes
generatos circa lumbos ambu
lantes. in ventre vermes scatu
rientes generatos ex visceribꝰ
Ecce quid sumus ⁊ quid iā eri
mus. Quid ergo inflaris o di=
ues. cur non attendis que au=
dis cur non cōuerteris. cū hec
cotidie experiris. Mementote
ergo fratres hec omnia ⁊ agite
penitentiam in fletu antequaz
veniant dies illi amari valde ⁊
pleni miserie ⁊ tristitie. hec ille.
Item deuotus Bernar. in lib.
meditationū. cap. ij. sic ait. Cū
sepulchra mortuoruz respicio
in eis non inuenio nisi cineres
et vermen fetorem ⁊ horrorez.
Quod ego sum fuerunt ⁊ ipsi ⁊
quod ipsi sunt ego ero. Itez. c.
iij. dicit sic. Dic mihi vbi sunt
amatores mundi qui ante pau
ca tēpora nobiscū erant. Certe
nihil ex eis remansit nisi cine=
res ⁊ vermes. Attende diligen
ter quid sunt vel quid fuerunt
homines fuerūt sicut tu: come=
derunt: biberunt: riserūt in bo=
nis dies suos duxerūt ⁊ in pū=
cto ad inferna descenderunt.
Hic caro eorum vermibus ⁊ il=
lic anime eternis deputantur
ignibꝰ. dona rursus ifelici col=
legio colligati sempiternis in=
uoluantur incendijs qui socij
fuerunt in vicijs. vna nanque
pena implicat quos vnꝰ amor
in crimine ligat. Quid profuit
illis inanis gloria: breuis leti
cia: mūdi potentia: carnis vo
luptas: false diuitie: magna fa
milia et mala concupiscentia:

vbi risus vbi iocus? vbi iactātia vbi arrogantia? de tanta leticia quanta tristitia? post tantillam voluptatem tam grauis miseria de illa exultatione ceciderunt in magnam miseriam in grandem ruinam ꝛ in maxima tormēta. Quicquid illis accidit tibi accidere potest: quia homo es sicut et illi fuerunt. Hec Bernardus. Ex his patet liquide quod merito debemus audire vocem domini et eius clamorem: per quem nos admonet vt presentia bona contemnamus.

¶ Tertio clamat deus ad peccatorem vt eius iudicium timeat. de quo clamore scribitur Matthei vigesimoquinto. media nocte clamor factus est: id est fiet dicens supple. Ecce spōsus venit: exite obuiā ei. Et sequitur. Et que parate erant intrauerunt cum eo ad nuptias: et clausa est ianua. Ecce mirabile verbum quod debet incutere timorē. Item incutitur timor diuini iudicij cuilibet peccatori cū subditur. vigilate itaque quia nescitis diem neque horam. Ut enim dicitur Matthei decimotertio. De die illo vel hora nemo scit: neque angeli in celo: neque filius. nisi pater. De isto etiam clamore loquitur Psalmista dicens a voce tonitrui tui formidabunt. Uox enim tonitrui erit illa stupēda Christi vox ad reprobos Discedite a me maledicti. ꝛc. Tunc enim formidabunt dominum aduersarij eius: id est peccatores qui in presenti in nullo videntur eū timere ꝛ super ipsos in celis tonabit proferendo contra eos predictam terribilem sententiam. Ista cōsiderans Psalmista dicebat ad dominum. Confige: id est configes timore tuo carnes meas a iudicijs enim tuis timui. ideo feci iudicium ꝛ iustitiam supple de meipso vt nō tradas me in tuo iudicio calumniātibus me. Patet ergo quomodo ipse dominus clamat tripliciter ad peccatorem ꝛ quasi eum deprecatur vt ipsum audire velit. dicens. Clamor meus ad te veniat.

D ¶ Secundo principaliter dico qđ peccator a deo veniaȝ querens rogat vt eius clamor ad ipsum efficaciter perueniat dicēs. O domine deus supplex rogo vt clamor meus ad te veniat. i. a te exaudiat. Tria autem sunt que faciunt eum clamare ad dominum.

¶ Primum est quia anima ipsius a demonio per peccatum possidetur: ꝛ ideo clamat vt liberetur. In cuius figura legit. Matthei. xv. qđ mulier Chananea per quā intelligit quelibet rationalis creatura i peccato existēs. clamabat ad christum dicens. Miserere mei domine fili Dauid filia mea male a demonio vexatur. Filia autē ista est conscientia que tūc male a demonio vexatur cū in peccato detinetur secundum illud Hiere. xvi. seruietis dijs alienis die ac nocte qui nō dabūt vobis requiem.

¶ Secundum est: quia multis tētationibus subijcitur: ꝛ ideo clamat vt ab ipsis eripiat. Unde i vitis patrū legitur q̄ quidam sanctus pater clamabat

ad dominum dicens. Domine volo saluus fieri: sed non permittunt tentationes mee. Sed quanuis videatur deus nō statim hominem a tentationibus liberare. non tamen propterea debet ipse homo. a clamore desistere: quia quicunq in petendo perseuerauerunt. tandem a domino exanditi sunt secūdū illud Psalmiste. Clamauerunt ad dominum cū tribularentur et de necessitatibus eorum liberauit eos. Ita em̄ promisit saluator. Matth.xi. dicens. Quecunq orātes petitis credite q accipietis et euenient vobis.

¶ Tertium est quia in tenebris detinetur et ideo clamat vt lumine gratie illuminetur dicēs cum ceco mendico de quo Luce.xviij. Domine vt videam videlicet peccati mei horrorem et grauitatem tue iustitie contra malos: rigorem tue misericordie erga penitētes et bonos affabilitatem. Uel vt videam videlicet quam misera et transitoria sit hec vita vt eam contemnam quam grauia sint tartarorum supplicia vt illa pertimescā q grandia sint celestia gaudia vt illa toto corde concupiscā. Ecce quid petit videre peccator cū proponit penitere dicens orando ad dominū. Clamor meus ad te veniat.

E ¶ Tertio principaliter dico quod deuotus predicator q̄ vult fructum facere in populo dicit corde et opere ad circunstantem populū. Clamor meus ad te veniat. Et de isto clamore scribitur Esaye.lviij. Clama tu supple predicator veritatis id est aperte predica et alte atque affectuose. Nec tantū sufficit semel aut bis in anno clamare sicut faciunt illi qui non predicant nisi in precipuis festiuitatibus. ideo subdit ne cesses supple clamare predicādo iuxta quod scriptum est.ij. Timoth.iiij. predica verbum. insta opportune importune. Talis predicator erat Paul⁹ qui act.xx. dicebat. Nō cessaui per triennium die ac nocte cum lachrymis monens vnumquenq vestrū. sequitur quasi tuba exalta vocem tuam. Non ergo debet predicator parcere voci sue peccatoribus predicando pro quibus saluandis etiam dei filius non pepercit proprio sanguini vt dicit Augustin⁹. Nec adulatorie loqueris tu predicator sed annūcia populo meo scelera eorum et domui Jacob peccata eorum. Ubi notandum quod popul⁹ dei significat cetum ecclesiasticorū. domus autem Jacob multitudinē laicorum qui luctantur cū mundo. Preterea sciēdum quod scelus est grauior offensa. Quādo ergo ecclesiastici peccant scelus committunt. laici autem peccatum: quia ceteris paribus grauius peccant quam laici. Uult ergo dominus quod p̄dicator veritatis clamet cōtra ecclesiasticos malos arguendo eos de sceleribus suis: et ostendendo eis qualiter grauius peccāt laicis: tum ratione status: tum ratione scientie maioris: tum ratione scandali. Item cōtra laicos et ceteros clamare debet increpando peccata eorum. Contra ergo vtrosq clamare debet eo quod vtriq sunt in multis

reprehensibiles. Nam vt dicit Augustinus in sermone de cõuersione beati apostoli Pauli. Uniuersitas populi christiani videtur hodie coniurasse contra benignum Christum. A minimo enim vsq ad maximum a planta pedis vsq ad verticem nõ est sanitas vlla. Egressa inquit est iniquitas a senibus iudicibus vicariis Jesu Christi qui videntur regere populum eius. Deinde subdit. Heu heu domine deus illi sunt in persecutione tua primi. qui videntur in ecclesia tua primatũ dirigere et principatum gerere. Nempe misera eorum conuersatio plebi tue miserabilis subuersio est. hec ille. Sed dicet aliquis. Clamo et non cesso nec tamen proficere me video: sed vnde hoc nescio. Sciat ergo talis quod clamor eius non peruenit vsq ad cor auditoris propter eiusdem malitiã. Non mirum inquit Gregorius. xj. libro moral. cap. vj. si a corde reprobo predicator minime auditur dum nonnunquam ipse quoq dominus in his que loquitur resistentiũ moribus impugnatur. Hinc est enim quod Caym ex diuina voce admoneri potuit: sed mutari nõ potuit quia exigente culpa malitie. iam intus deus cor eius reliquerat: cui foris ad testimonium verba faciebat. Hinc Ecclesia. vij. scribitur. Considera opera dei quod nemo possit corrigere quem ille despexerit. Nonnunquam etiam hoc impedimentum prouenit ex culpa ipsiusmet predicatoris quia vt dicit idẽ Gregorius cuius vita despicitur restat vt eius predicatio et doctrina contemnatur. Item super Ezechiel. homelia tertia. dicit idem Gregorius quod non facile predicatio illius accipitur qui leuis in moribus esse videtur. Deinde homelia decima dicit quod illorũ predicatio audientibus dulcis est quorum actio contraria suis predicationibus non est. Nam sermo inquit dulcedinem non habet quem vita reproba intra conscientiã remordet. Et post pauca. Ad predicãdũ inquit plus conscientia sancti amoris edificat quã exercitatio sermonis: quia amando celestia intra semetipsum predicator legit quomodo persuadeat vt despici debeant terrena. Item in suo pastorali capitulo secũdo de malis predicatoribus et curiosis loquens sic inquit. Sunt nonnulli qui solerti cura spiritalia precepta perscrutãtur: sed que intelligendo penetrant viuendo conculcant: et quod verbis predicant moribus impugnãt. hec ille. Studeat ergo predicator veritatis taliter viuere: vt possit populo proficere et dicere. Clamor meus ad te veniat: id est non sit inanis et transitoria predicatio mea: sed i te qui eam audis cum effectu permaneat: vt salus tua ad salutem meam cooperetur.

¶ Lectio. lxix.

¶ Non auertas faciem tuã a me in quacunq3 die tribulor inclina ad me aurẽ tuã.

¶ Postquam in precedenti lectione penitẽs petiuit in generali orationem suaz a domino exaudiri atq3 clamorem suum ad eũ peruenire: nec quid orando peteret insinuauit: ideo specialiter hoc indicat in hoc versu cum inquit. Nõ auertas faciem tuam a me repellendo: scilicet orationem meam: sicut solet homo auertere faciez suam ab eo quem non vult exaudire Hic ergo loquitur penitẽs de domino: secundum Gregorium ad similitudinem dominorum qui cum ab aliquo de famulis suis grauiter offenduntur solent eum a cõspectu suo expellere: ɀ ab aliorum familiarium assistentium collegio separare. quod si supplicauerit prouenia faciem auertũt ɀ veniam denegant. Ipse vero deus licet cum peccãdo ab eo auertimur/a nobis per iustitiam auertatur: tamen cũ contriti ɀ humiliati ad ipsum cõuertimur/ ad nos per misericordiam conuerti nõ dedignatur. Ipse enim est qui dicit. Conuertimini ad me ɀ ego conuertar ad vos. Zacharie.i. Itez Ezechie.xviij. Si impius egerit penitẽtiam ab omnibus peccatis suis que operatus est et fecerit iudicium ɀ iustitiam vita viuet ɀ non morietur: omnium iniquitatũ eius quas operatus est non recordabor: in iustitia sua quam operatus est viuet. Ecce quomodo patet nobis sinus misericordie dei. Quare ergo misericordiã dei a nobis excludimus? Quare vocationem eius audire dissimulamus? Non enim solũ a conuersis non auertitur: sed etiã auersos vt conuertantur hortatur. Ipse enim est q̃ dicit Hiere.iij. Si dimiserit vir vxorem suam: et illa recedens duxerit virum alium: nunquid reuertetur ad eam vltra? Tu autem fornicata es cũ amatoribus tuis multis: tamẽ reuertere ad me dicit dominus. Ad inuitantez itaq3 nos deum saltem post peccata reuertamur: vt si iustitiam vindicãtis formidare negligimus saltẽ vocantis ɀ miserentis pietatem erubescamus.

Rogat ergo penitens dñm dicens. Non auertas faciẽ tuam (in quam scilicet desiderãt angeli prospicere) a me: quasi cõtra me iratus: sed iterum atq3 iterum rogo ne auertas faciez tuam a puero tuo: sed quoniaz tribulor intus de peccatis dolẽdo velociter exaudi me. Noli inq̃ auertere faciem tuam: sed eã nobis penitentib9 ostende ɀ salui erimus. Auerte quidẽ faciem tuã a peccatis meis vt illa nõ videas ad penam eternã imputando: sed noli faciẽ misericordie tue q̃ suauis est ɀ decora auertere a me: quinimmo in quacũq3 die tribulor: videlz ab hostib9 meis siue visibilib9 aut inuisibilib9 q̃ plures sunt. Naz teste psal. Multiplicati sunt q̃ tribulãt me: multi insurgũt aduersum me: multi dicũt anime mee: nõ est sal9 ipsi i deo ei9. Inclina ad me: hũiliter ꝓ auxilio supplicãtez aurẽ tuã. Eger enĩ sum nec possum me ad te erige=

re: sed tu more pij et fidelis me dici inclina ad me aurem tuam Non enim erigo meam ceruicem: sciens quod si me erexero longius discedes: si autem me humiliauero propici⁹ accedes Nempe sicut humiliato appropinquas ita te ab elato elongas. Uel inclina ad me aurem tuam: sicut bonus sacerdos ad confitentem vt in secreto confiteatur: quia etiam volo tibi confiteri in secreto mētis mee. Patet ergo quod penitens in hoc versu petit a domino ī duobus exaudiri. Primo quidem in faciei conuersione. Secundo in auris inclinatione. Hec enim sunt duo signa propiciationis. Nam a re que displicet faciem auertimus non aurem a re que placet. Item inimico non damus libenter audientiam: amico autem inclinamus aurem. Non ergo auertas faciem tuam a me: immo magis conuertas. Insuper in quacunque die tribulor: siue interius siue exteri⁹ inclina ad me aurem tuam. Uel sic. In quacunque die tribulor per veram contritionem inclina ad me aurem tuam exaudiendo petitionem meā que est de peccatorū remissione et gratie collatione.

A ¶ Notandum est ergo iuxta illam primam clausulam. Non auertas faciem tuā a me q̄ hic est questio de facie misericordie dei quam ipse pijssimus deus non auertit a nobis sed potius ad nos conuertit: et illā nobis ostendit tripliciter. vz. In peccatorū coertione. In gratiarū largitione. In premiorū cōcessione.

¶ Primo igitur. &c. Signū enim diuine dilectionis est corercere hominē a malo futuro et punire pro priori dilecto. Prouer. iij. Quem diligit dominus corripit. Unde de domo Dauid loquitur dominus in psalmo ita dicens. Si dereliq̄rint filij ei⁹: scilicet Dauid regem meā: et in iudicijs meis non ābulauerint si iustitias meas proph. et mād. mea non custo. Uisitabo in virga iniquitates eorū et in verb. p. e. Misericordiam aūt meam non dispergam ab eo. Cum ergo quis corripitur a domīo in presenti: aut a malis coercetur que alias esset cōmissurus: non est signum ire sed magne misericordie: et q̄ talis pie respicitur a dn̄o. Ita enim dicitur. ij. Macha. vi. Etenim multo tempore non sinere peccatorib⁹ ex sententia agere: sed statim vltiones adhibere magni beneficij est indicium. Nō enim sicut in alijs nationibus dominus patienter expectat vt eas cū iudicij dies aduenerit ī plenitudine peccatorū puniat. Ita et in nobis sup. christianis statuit vt peccatis nostris in finem deuolutis ita demum in nos vindicet: ꝓpter quod nunq̄ quidē a nobis miam suā amouet: corripiens vero in aduersis populum suū non derelinquit. Unde btūs Greg. lib. vi. mora. c. xlviij exponēs illud Job. v. Btūs hō qui corripitur a dn̄o. dicit sic. Plerumq̄ non solum immineντes culpas minime vitemus: verū etiam nec cōmissas agnoscimus. Unde fit plerunq̄ diuini muneris largitate: vt culpā

pena subsequatur: et flagella oculos delinquentis aperiant quos inter vicia securitas ceca bat. Torpens quippe animus tangitur percutionibus vt exci tetur: quatenus qui statum sue rectitudinis securus perdidit/ afflictus consideret quo iacet. Hinc voce angelica dominus ad Joannem loquitur dicens Apocalipsis tertio. Ego quos amo arguo et castigo.

Ecce quam beatus dicitur qui a domino corripitur. Et per op positum maledictus est qui in presenti semper letatur: qr gra uissima supplicia ei post hanc vitam reseruantur: secundum illud Job. xxi. In diem perdi tionis seruatur malus: et ad diem furoris ducetur. Quod exponens. Greg. xv. lib. moral. ca. xcij. dicit sic. Sepe etem diu diuina patiētia tollerat: quos iam ad prescita supplicia con demnat: permittit florere quos adhuc cernit deteriora perpe trare. Quia enim videt ad quē damnationis foueam tendant hoc eis pro nichilo esse existi mant. qꝫ hic peruersi relinquē da multiplicant. Sed ad hoc primum propositum speciali ter redeuntes dicimus qꝫ tunc permaxime dominus cōuertit ad nos faciem misericordie sue cum nostros animos coercet a futuris malis culpe: secundum illd Treñ. iij. Misericordie do mini quia non sumus consum pti: scilicet multis flagitijs vt dicit glo. ord. Ut em̄ dicit Au. j. De trinitate. Omnia peccata sic habenda sunt tanquam di mittantur a quibus domin⁹ cu stodit ꝛ preseruet ne committā tur. Et Berñ. in quodā sermo ne. Quis (inquit non videat qꝫ sicut i multis cecidi: sic ꝛ i aliā poteram cecidisse peccata nisi omnipotentis pietas me con seruasset: fateor et fatebor nisi quia domin⁹ adiuuit me pau lominus cecidisset in omne pec catum anima mea. hec ille. Ec ce quomodo dominus conuer tit faciem misericordie sue er ga peccatorem eum a peccatis multis cohibendo: in que alias esset casurus. Et per oppositū quandocunqꝫ de⁹ permittit ho minem secundum voluntatem suam et passiones suas vagari per diuersa pctā nec ipm corri pit signum est nō mie sed maxi me iracundie: non cōpassionis sed indignationis.

¶ Secundo dominus conuer tit et ostendit penitenti faciem suam gratias et virtutes largi endo. Nam quotiens ipse largi tur nobis aliquod speciale be neficinm: siue illud sit peccato rum remissio: siue alicui⁹ bo ni inspiratio: siue ad se attra ctio: siue gratie collatio ꝛ hu iusmodi: dicitur ostendere no bis faciem mie sue: de qua facie potest intelligi illud Apoca. x. Facies ei⁹ sicut sol radios (sci licet gratiarum) emittendo. vñ ps. Mia et veritas precedent faciem tuā. Ecce quomodo di cta facies diuine misericordie emittit radios suos sicut sol. In cuius rei signū etiā in trās figuratione domini resplēduit facies ei⁹ sicut sol Matth. xvij. Unde et de Paulo quē diuina miseratio de statu culpe traxit ad statum apostolus et gratie dicitur qꝫ circunfulsit eum lux

de celo Act.ix. Cunq; in terrã prostratus audisset vocem dicẽtem ei. Saule saule quid me persequeris. intellexissetq; esse dominum iesum christum. Mox subiūxit. Domine quid me vis facere? Ecce quomodo dominus ostendit ei faciem gratiarum suarum illum non tam exterius quam interius illuminando.

¶ Tertio domin9 conuertit ad nos faciẽ misericordie sue eterna premia pollicendo ꝛ peram plius largiendo in effectu: quã faciem tunc ostendit omnibus electis in celo. De qua facie figuratiue scribitur.ij. Paralip. ix. ꝙ ois terra desiderabat videre faciem Salomonis. Unde et ob hãc causam venit a finib9 terre regina Sabba ad eũ ꝛ vt audiret sapientiam quam loq̄batur: cuius famam audierat in terra sua. Sic ꝛ nos christiani quamdiu peregrinamur in hoc mortali corpore laborare debemus venire ad verum regem Salomonem iesum christum regnantem in celis vt possimus cum angelis ꝛ omnibus sanctis intueri faciem eius. De qua scriptum est.i.Pet.i. ꝙ in eam desiderãt angeli prospicere. Et hoc nõ immerito: quia audiuimus famam eius in terra nostra: id est in hoc mundo nobis loquentibus et referentib9 certa noua prophetis/euãgelistis et apostolis in scripturis suis quas nobis reliquerũt Unde cum illam faciem plenã gratiarum clare intueri nobis dederit dominus/ tunc merito dicere poterimus illud psalmiste. Sicut audiuimus sic vidimus in ciuitate domini virtutum in ciuitate dei nostri. Immo multo plura ibi videbimus quam hic audierimus. In cui9 figura legitur.iij.Reg. decimo ꝙ postquam dicta regina saba peruenit ad salomonem: ꝛ audiuit sapientiam eius contemplataq; est maximã politiam et ornatum domus sue: dixit. Non credebam narrantibus mihi donec ipsa veni et vidi oculis meis et ꝓbaui quod media pars mihi nunciata nõ fuit. Item de hac facie beatifica alia figura legitur videlicet Hester decimoquinto. Ubi legitur Hester dixisse regi Assuero per quem prefigurabatur de9 maiestatis. Ualde (inquit) admirabilis es domine: et facies tua plena est gratiarum. Circa quod notandum quod deus est similis speculo cui si faciem ostenderis etiam faciem tibi ostendet: si autem dorsum illi verteris dorsuz similiter tibi vertet. Sic etiam est de nobis in ordine ad deum.

Nam si faciem cõscientie ꝛ cordis nostri ad eum conuertim9 per penitentiam ꝛ morum emẽdationem profecto ipse in presenti conuertet ad nos faciem misericordie sue et gratiarum: et tandem in futuro ostendet nobis faciem glorie sue.

Quod si ei dorsum verterim9: vtpote nec de eo nec de ei9 mandatis curantes: et quasi in despectum ipsius ad oppositum nos conuersantes: scilicet ad peccatum/ certe absque omni dubitatione ipse vertet contra nos dorsum sue ire et indignationis: non tam in presenti

quam in futuro:et presertim in die iudicij:secundum quod ipse comminatur ipsis reprobis Hieremie decimooctauo dicēs. Dorsum et non faciem ostendam eis in die perditionis eorum. Et hoc erit quando dicet reprobis illud Matthei vigesimoquinto. Nescio vos. Quod si tunc quereretur ab ipso domino Jesu christo. O domine quare faciem tuam auertis a peccatoribus ad sinistra positis?profecto posset respondere illud Hieremie secundo. Uerterunt ad me tergum et non faciem:id est contempserunt me. Sequitur. Et in tempore afflictionis sue:id est in die iudicij quando vndiquaqꝫ reprobi affligentur dicent supple ad me: surge ꝛ libera nos:videlicet de omnibus angustijs nostris sed hoc nō faciam quinimmo sicut de me non curauerunt in omni vita sua:sic neqꝫ de ipsis curabo in maxima necessitate sua. Conuertamus igitur faciē cōscientie ad ipsum dominum in presenti:similiter ꝛ faciem exteriorem pauperibus et egenis propter eum:vt tandem ipse cōuertat ad nos faciem misericordie sue et glorie in futuro. Ita enim dicebat rogando ipsum dominum psalmi. Exquisiuit (inquit) te facies mea faciem tuam domine requiram. Ne igitur auertas faciem tuam a me: et non declines in ira a seruo tuo:sed adiutor meus esto:scilicet in ipso die iudicij: et non derelinquas me neqꝫ despicias me deus salutaris meꝰ: sed tūc ostende nobis faciem tuam et salui erimus:cum scilicet dices electis ad dexterā positis. Uenite benedicti.ꝛc.

B ¶ Propterea notandum iuxta illam secundam partem. In quacunqꝫ die tribulor.ꝛ cetera qꝫ multi possunt rationabiliter quilibet pro se dicere.

In quacunqꝫ die.ꝛc.

vel Tentatus. / Flagellatus. / Cruciatus.

¶ Primo igitur tentatus sentiens se tribulari: modo a carne: modo a demone: modo a mundo:nec tantum semel in vita sed ferme omni die et momēto:merito debet ad diuinum refugere auxilium:dicens. O domine deus in quacunqꝫ die tribulor: scilicet ab inimicis meis tam visibilibus quam inuisibilibus inclina ad me aurem tuam:me scilicet adiuuando et liberando de tot et tantis angustijs. Nam mundus tribulat me et tantat per auaritiam caro per concupiscentiam: demon autem per superbiam et inanam gloriam. Et hoc quod scribitur prime Joānis secundo. Omne quod est in mundo concupiscentia carnis est:ꝛ cōcupiscentia oculorum et superbiavite. Iste enim sunt ille tres lancee quas infixit in corde Absalō Joab miles regis Dauid.ij. Regum decimooctauo. De quibus etiā loquitur psal. dicens. Sagitte tue infixe sunt mihi. Quis igitur absalon in bello constitutus: nisi homo omni tentationi in hoc campo certaminis constitutus?secundum illud Job septimo. Militia est vita hominis super terram. Et que lancee nisi varie

tentationes suscitare ab inimicis salutis humane. His itaque sagittis seu lanceis vulnerantur prohdolor hodie multi peccatores eo potissimū quod non incendunt bene muniti et armati in terra inimicorum iugiter inter eos conuersando: qui tamen ex omni parte / et in omni loco illis studiose insidiantur.

¶ Primo igitur qualiť tribulatur hō a demone patere potest per sequentem figuram.

C ¶ Leg. enim .iij. Reg. vlt. ꝙ cum esset grauissimum bellum inter Achab regem israel parte ex vna: et regem syrie parte ex altera: quidam sagitttarius tetendit arcuz suum dirigens in incertum sagittam et casu percussit Achab regem israel inter pulmonē ꝛ stomachum. Et sic ipso die mortuus est.

¶ Ad propositū sagitta est demonis tentatio: que pro tanto dicitur per aerem circunferri ꝛ volitare: quia de sublimitate et status altitudine communiter hominem tentat. Et hec est sagitta illa de qua Psal. A sagitta volante in die: supple libera nos domine. Ubi per diem intelliguntur viri docti et literati: qui potius tētatur de superbia aut inani gloria quā indocti et simplices. Hanc igitur sagittam superbie facit volare demon in die .i. sup viros claros intellectu: vt sic eos percutiat et vulneret ad mortē eternā: et talem volatum ferme oī die renouat: ideo debet hō: precipue doctus omni die orare vt eum preseruet a tali sagittario ꝛ eiꝰ sagitta dicendo cum psalmista In quacunqꝫ die tribulor: scilicet a demonio meridiano (inclina ad me aurem tuam) me exaudiendo: vt non preualeat cōtra me inimicus meus: nequando possit se iactare dicens. Preualui aduersus eum.

Qui enim tribulant me exultabūt si motꝰ fuero: scilicet a sancto ꝓposito: quod in me te operante incepit.

D ¶ Secundo modus quo homo tribulatur a carne prefiguratur secundi Regum duodecimo. Per illa verba que dicit Nathan ad Dauid.

Non recedit inquit gladius de domo tua vsqꝫ in sempiternum eo quod despexeris me: et tuleris vxorem. Urie ethei. ꝛc. Ad propositum per Dauid intelligitur Adam: et quilibet ab eo descendens per viam nature: cui in penam sui peccati dicitur a domino. Non recedet gladius: id est rebellio carnis contra rationem de domo tua .i. de carne tua vsqꝫ in sempiternum hoc est quandiu in hac mortali vita manseris. Unde etiam post baptismum adhuc manet fomes in carne. Hunc autem gladium seu tribulationem in carne sua sentiebat Paulus: cum dicebat. Sentio aliam legem in membris meis / repugnantem legi mentis mee: et captiuantem me in lege peccati: que est in membris meis.

Deinde exclamat dicens. Infelix ego homo / quis me liberabit de corpore mortis huius? Romanorum .vij. Ista autē tribulatio est valde periculosa: tum quia a domestico inimico: scilicet a carne; tum quia cōtinua:

tum quia ibi est rara victoria scdm Hieronymū. Et ideo frequenter est orandus dominus contra eam dicēdo cū psal. sicut prius: videlicet. In quacūqꝫ die tribulor: suppl. a carne (inclina) tu domine (ad me aurem tuam) Hec est ergo illa tribulatio: de qua cōquerebatur psal. dicens. Multi sunt qui ꝑsequuntur me et tribulant me quia reuera cōcupiscentie carnales et motus excitati a carne sunt plures et varij: qui ꝓ tanto tribulant spiritum: quia non relinquunt eum in pace. Naz vt dicitur Gal. v. Caro cōcupiscit aduersus spiritum. Sed quale remedium. Profecto aliud non video nisi recursus ad diuinum auxilium/ dicendo cum Psalmi. Miserere mei deus quoniam conculcauit me homo. i. caro mea. Homo enim dicitur ab humo: caro autem dicitur esse sumpta de humo. Iste igitur est exterior homo qui conculcat interiorem hominem: hoc est spiritum: quando nititur contra ipsum preualere in prosequendo suas concupiscentias; Nec tantum semel i vita aut in anno: sed omni die quod notatur cum subditur. Tota die īpugnans tribulauit me.

E ¶ Tertio modus quo homo tribulatur et tētatur a mūdo prefiguratus est. iiij. Regū. v. vbi dicitur ꝙ postquā Giezi seruus Helysei prophete domini accepisset argentum ⁊ munera a Naaman syro postquam eum sanauerat ipse Helyseus a sua lepra. Dixit ei magister suus Helyseus. Lepra naamā adherebit tibi: et semini tuo vsqꝫ in sempiternum. Quo dicto mox exiuit ab eo leprosus quasi nix. Ad propositum giezi totus auarus presentem mundū ꝑcat: qui totus in maligno positus est: id eū igne concupiscē tie oculorum. Ecce quomodo est leprosus. Nec sufficit sibi malitia sua: nisi etiam inficiat lepra auaritie quosqꝫ homines ꝗtum in ipō est: tam seculares quam regulares: tam laycosqꝫ ecclesiasticos: quia vt dicitur Iere. vi. A minore vsqꝫ ad maiorem omnes auaritie student et a propheta vsqꝫ ad sacerdotem cuncti faciunt dolum. Modus autem quo contrahit quis hanc leprā auaritie aperte mōstratur Ecclesie. xiij. cum dicitur. Qui tetigerit picem inquinabitur ab eo. Ille itaqꝫ tangit picem coinquinantem non manum sed animam qui plus debito amat mundum et temporalia. Et similiter qui libenter conuersatur cum hominibus mundanis: auaris vsurarijs: et huiusmodi. Propterea salubre consilium dat cunctis beatus Iohannes in sua prima canō. ij. c. ita di. Nolite diligere mundum neqꝫ ea que in mundo sunt. Quemadmodum ergo lepra Naaman adhesit ipsi giezi ⁊ semini eius vsqꝫ in sēpiternum. Ita ⁊ auaritia lepra spiritualis adheret quasi inseparabiliter bonis terrenis: q̄ non cessant torquere ⁊ tribulare paupere animam: modo per graues solicitudines in acquirendo, modo per continuos timores in custodiendo: modo per indicibiles dolores in per

dendo. A quibus penis et malis qui vult liberari debet ad dominum recurrere et dicere cum regio propheta. In quacunque die tribulor inclina ad me aurem tuam. Quicunque autem sic recurrerit ad dominum ipsum inueniet adiutorem: et propicium. Unde cum psalmi. premisisset. Ad dominum cum tribularer clamaui. Mox subiunxit. Et exaudiuit me: id est ad effectum audiuit, me liberando ab omnibus inimicis meis.

¶ Secundo principaliter flagellatus siue aduersa patiens ne in tribulatione succumbat: debet cum omni instantia orare dominum et di. O domine deus meus supplex te rogo: vt (in quacunque die tribulor inclina) .id est. inclinare velis (ad me aurem tuam) Et nota quod flagellatus non orat dominum sicut neque debet: vt ab eo amoueat omnem tribulationem: sed vt dignetur ad eum inclinare aurem suam: cum videt eum tribulari. Sicut solet pater carnalis inclinare aurem suam ad filium infirmum: ab eo querens et dicens. Fili mi quomodo est vobis Cunque illi responderit filius. O pater valde infirmor. Mox solet subiungere. Habete patientiam fili spero quod dominus miserebitur vobis. Ita etiam solet dominus tribulatos consolari, dicens illud psalmi. Viriliter agite et confortetur cor vestrum omnes qui speratis in domino: id est in me qui sum dominus vester. Propterea idem Psalmi. in persona domini loquitur di. Cum ipso, scilicet aduersa patientie sum in tribulatione: sed non semper eum sic relinquam: quinimmo tandem eripiam eum et glorificabo eum scilicet post mortem.

F ¶ Quia autem oporteat nos in presenti tribulari siue flagellari si velimus in futuro dominum faciem suam a nobis non auertere: sed benigne conuertere, patere potest multipliciter.

¶ Primo quidem per figuram. Leg. enim Exod. xiii. quod dominus non circunduxit populum hebreum de egypto in terram promissionis per viam planam et rectam: siue per viam faciliorem et breuiorem: sed per viam deserti que erat aspera et dura: et in qua ipse populus habuit sufferre multos labores etiam longo tempore: et tandem peruenerunt ad terram illam promissionis lacte et melle manantem. Ad propositum desertum designat presentem mundum: in quo iusti priusquam perueniant ad terram illam celestem habent multa pati: quia non meruit dulcia qui non gustauit amara: vt inquit Grego. Et hoc est quod ait dominus cuilibet volenti ire in celum. Osee. ij. Propter hoc vt scilicet non patiaris in futuro: sed recta via tendas in celum post mortem (ecce ego sepiam viam tuam spinis) videlicet tribulationum presentis vite: vt sic purgeris ab offensis commissis.

¶ Secundo hoc idem probatur per auctoritates. Nam sap. x. de viro iusto dicitur. Iustus

deduxit dominus per vias rectas. id est per vias mandatorum dei: que sunt vie recte ducentes ad regnum celeste: secundum illud Matthei. xix. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. Sequitur. Et ostendit illi regnum dei: videlicet propter fidem: et dedit illi scientiam sanctorum. Scientia autem sanctorum secundum Bernar. est qua sancti elegerunt temporaliter cruciari vt in eternum glorificarentur. Talem aut scientiam habet quilibet iustus qui mauult hic temporaliter puniri: quam in futuro perpetuo cruciari. Sequitur consequenter principale intentum cum subditur. Honestauit. id est honorabilem et gloriosum fecit illum in laboribus. Item Hiere. tricesimo primo. satis ad propositum loquitur dominus dicens Adducam eos per torrentes aquarum in via recta: id est ad viam rectam. Torrentes autem aquarum significant tribulationes et aduersitates huius mundi. per quas ipse dominus adducit electos ad viam rectam que ducit ad celum: quia vt inquit Pau: Act. decimo quarto. per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei.

Item psalmista. Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me: scilicet per gratiam in presenti: et per gloriam in futuro. Propterea Judich. octauo. dicebat illa sancta Judich ad populum bethulie eo in tempore quo Olofernes ipsam ciuitatem obsidebat. Memores inquit esse debetis quomodo pater noster Abraham tentatus est: et per multas tribulationes probatus dei amicus effectus est. Sic Isaac: sic Jacob: sic Moyses: et omnes qui placuerunt deo per multas tribulationes transierunt fideles. Illi autem qui tentationes non susceperunt in timore domini: et impatientiam suam: et improperium murmurationis sue contra dominum protulerunt, exterminati sunt ab exterminatore et a serpentibus perierunt Hec ibi. Item ad propositum principale loquitur Gregori. secundum quod reci. de pe. di. i. si peccatum. ita dicens. Deus ab electis suis iniquitatum maculas studet temporali afflictione tergere: quas in perpetuum non in eis videre vult. Non omnis ergo inquit Aug. ad Vincentium donatistam: et recitatur. quinto questione quinta. non omnis qui parcit amicus est: nec omnis qui verberat inimicus est. Quis inquit potest nos amplius amare quam deus et tamen non solum docere suauiter verum etiam salubriter terrere non cessat. Nam fomentis lenibus quibus ipse omnes consolatur sepe mordacissimum tribulationis medicamentum adiungit: exercet enim fame patriarchas: vt Jacob et filios eius secundum glo. qui per famem coacti descenderunt egyptum. etc.

¶ Tertio idem propositum probatur ratione sic. Teste enim Saluatore Mat. x. Non est discipulus super magistrum: nec seruus super dominum suum. Non sic est quod ipse benignissimus et innocentissimus chri

stus Jesus tot & tanta pass⁹ est in presenti quod lingua fari non potest de quo etiam dicit Lu.xxiiij. quod oportuit ipsū pati: et ita intrare in gloriam suam: ergo a fortiori debemus pati. &c.

¶ Quarto hoc ipsum probat similitudine. Videmus enim ꝙ hyems exponit multis ventis grandinibus et pluuijs Estas vero per contrarium floribus: fructibus: et multis solatijs. Sic & presēs vita subijcit mul tis calamitatibus et miserijs: ita vt dicatur Job.xiiij. ꝙ homo natus de muliere breui viuens tempore repletur multis miserijs. Gl'ia autem illa celestis abūdat & omni delectatione & iocunditate. Et ideo sicut de hyeme ad estatē: & de estate ad hyemē ꝑuenimus: ita et de hyeme tribulationū pñtis vite ad estatē celestē ꝑtingimus. Et ediuerso de estate pñtiū cōsolationū ad hyemē futurarū tribulationū veniūt mali. Jtē sicut videm⁹ ꝙ ī insulā marinam nō intramus nisi ꝑ mare ꝓus trāsfretem⁹ Sic neqꝫ paradysū ingredimur: nisi primo dū viuimus ꝑ ipm̄ mare tribulationū trāseam⁹. Et sicut nauis qñ trāsit ꝑ mare subijcitur multis vētorū impulsib⁹: multis aquarū fluctibus: et m'ltis pyratarū insultibus atqꝫ cum vnū ꝑiculū ꝑtrāsierit ad aliud deuenit. Jta et q̄diu hō nauigat per mare hui⁹ mundi semper subest ventis tribulationū atqꝫ de vna tribulatione ad aliam deuenit: et cū euasisse omnia se credit: statim noua tribulatio insurgit. Et ita absqꝫ tribulationibus non erim⁹ quousqꝫ ad portum salutis peruenerimus.

G ¶ Unde fertur de quodam rege q̄ proposuit semel ad minus vnum diem transire cum leticia et absqꝫ vlla aduersitate qui cum lete deambularet ꝑ palacium suum regio cultu indutus cum maximo apparatu & comitatu dominorū et dominarum speciosarum ecce subito execat⁹ est stercore hyrundinis desuper volantis. Qđ si quispiam querat quare dominus miscuit presentem vitam tot & tantis tribulationibus. Jlli respondet Gre. dicēs hoc ideo factū esse. vt dum iter vite pñtis plenuꝫ tribulationibus conspicimus in ea pedē sistere nō amemus & ne viam pro termino acceptem⁹ sed vt ipsis tribulationibus impulsi ꝑ bona opa quietē queramus eternaꝫ Uidemus eñ ꝑ cerui & alie fere nō libenter morātur in illa ꝑte nemoris in qua solent coti die a canibus & venatoribus īfestari Sic neqꝫ homo debꝫ appetare diu morari in isto mundo in quo tot insultibus tribulationum & tentationum diabolicarum videt & sentit se taꝫ frequenter subiacere qꝛ sicut dicit quidam poeta. Post vinum verba post ymbrem nascitur herba. post flores fructus. post maxima gaudia luctus.

H ¶ Quinto ꝓbat idē intentum exēplo de Lazaro mendico vlceribus pleno quem post mortē āgeli detulerūt in sinū abrahe Luce. decimo sexto.

I ¶ Jtē probatur exemplo de seruulo: de quo refert Grego.

lib.iiij.dialogorum.c.xvi. Hic itaq; Seruulus sic dictus pauper erat vt pote viuens ex eleemosynis. Non enim se sustentare poterat:quia paraclytic9 erat:patientissimus tamen fuit et quasi assidue orationi vacās Cumq; appropinquaret morti hortabatur astātes pauperes in hospitali cum eo degentes: vt surgerent: et cum eo psalmos pro expectatione sui exitus decantarent. Cumq; et ipse cum eis psalleret/repente cōpescuit voces psallentium cum terrore magni clamoris dicēs Taceatis in nomine domini. Nunquid non auditis quante resonant laudes in celo:quo dicto sancta illa anima carne relicta volauit ad celos: odorem mirificum relinquens in dicto loco.

I ¶ Item capitulo decimo sexto eiusdem libri refert idem Gregori.de sancta tarsilla virgine:que febre correpta ad diem venit extremum.

Cumq; multe vtriusq; sexus pſone ad ipsius obitum conuenissent tunc subito illa sursum respiciens vidit christum ad se venire:et tunc cum magna animaduersione cepit circunstantibus clamare et dicere. Recedite :recedite: quia Jesus venit. Cumq; oculis fixis in eum tenderet:quem videbat sancta illa anima a corpore egressa est. Et ecce subito tanta odoris mirifici fragrātia locus ille aspersus est:vt cunctis palam fieret actorem suauitatis illic aduenisse. Hec Gre. q̄ etiā i eisdē capitulis testatur sepe animabus iustorum exeuntib9 dulces solere celestes laudes erumpere.nonnunquam etiam in consolationem morientium iustorum christū retributorem vite celestis apparere.quaten9 dum illū vident:et simul angelicos audiunt cantus:dissolutionem carnis ab anima sentire minime permittantur. Propterea ipsi electi merito nunc possunt dicere ad dominū quilibet pro se illud Psalmiste.

O domine quantas ostendisti mihi supple in mundo tribulationes multas et malas sed pfecto hoc fecisti ad maximam vtilitatem meam:quia cum me peccante esses a me auersus.tādem ex misericordia conuers9. viuificasti me . supple per gratiam qui prius mortuus eram per culpam et de abyssis terre iterū reduxisti me:id est de periculo eterne damnationis liberasti me. Tandē in morte mea multiplicasti magnificentiā tuam.tum a reliquijs peccatorū me purgando.tum gratiam finalis perseuerantie mihi conferendo.tum ad celestem gloriam me introducendo : et tunc conuersus qui prius videbaris auersus et quasi de me non curare.consolatus es me clare et nude anime mee apparendo.

¶ Tertio principaliter cruciatus et afflictus in purgatorio merito dicere potest charo suo amico aut consanguineo. Non auertas faciem tuam a me : sed in quacunq; die tribulor scilicet in istis maximis penis purgatorij.inclina ad me aurē tuā scilicet me iuuando orationib9 ieiunijs eleemosynis aut missarum sacrificijs.

R ¶ Isti enim sunt quatuor speciales modi quibus potest succuri ipsis animabus purgatorij secundum quod habetur .xiij.q.ij.anime. Item capi. Non estimemus. De hac autem pia petitione ipsarum animarum scribitur Job.ix. Miseremini mei. miseremini mei saltē vos amici mei. Ratio huius petitionis assignatur cum subdītur quia manus domini tetigit me. Nec quidem leuiter sed adeo grauiter vt nulla pena sit huic comparabilis Ita enim testatur Aug. secundum quod recitatur in decretis dist.xxv. q̄ in aliud. Hic inquit ignis et si non sit eternus miro tamē modo grauis est. superat enim omnem penam quam vnquā passus est aliquis in hac vita vel pati potest. Idem habetur de pe.di.vij. nullus vbi expresse dicitur quod illa pena excedit tormenta que sustinuerūt martyres in hac vita. Unde dicit Aug. quod si totū mare influeret in illum ignem non plus de eo extingueret quam faceret vna parua gutta proiecta in fornacem ardentem. Grauitas igitur illius pene et propinquitas ipsorum defunctorum ad nos. debent nos inducere ad prestandnm eis aurem. Uidemus enim quod cum tempore belli aliqui capiūtur ab aduersarijs et ponuntur in rationetunc mittunt: ad parentes et propinquos suos rogantes vt eis subueniāt in tali necessitate. quod si fecerint illico liberabuntur a carcere Nonne ergo ille esset valde peruersus qui haberet bona illius captiui nec vellet ei succurreere? Aut etiam dato quod nihil de bonis illius ad eum peruenerit: quia tamen propinqu⁹ est et potens. certe si ei non succurrat valde ingrat⁹ est ita in proposito Et ad hoc possent adduci multa exempla que breuitatis causa missa facio.

¶ Lectio .lxx.

¶ In quacunq; die inuocauero te velociter exau. me.

¶ Postquam in precedenti lectione ostēsum fuit quomodo penitens petijt a domino exaudiri quotiens tribulationem patitur aut ipsam tribulationem totaliter auferendo quando scilicet est vitiosa qualis est tribulatio que a carne. aut ipsam mitigando et virtutem preualendi conferēdo qualis est illa que a demone est aut a mundo. Hic consequenter petit non tantum exaudiri sed velociter exaudiri et hoc propter magnitudinem ipsius tribulationis ne scilicet succūbat sub ea et derideatur ab his qui ipsum tribulant secundum illud psal. Qui tribulant me exultabūt si motus fuero. Et hoc est quod dicit In quacunq; die inuocauero te velociter exaudi me. Non iam terrena desiderātem sed a peccato liberatus celestia concupiscentem. Exaudi ergo me orantem non pro diuitijs huius seculi non p gloria temporali non pro assecutione malorum desideriorum non deniq; pro morte inimicorū. Uelociter ergo exaudi me

vt adimpleas in me quod dixisti. Adhuc loquente te. dicā ecce assum. Esay. lii. Item abacuc. i. Usquequo domine clamabo et nō exaudies vociferabor ad te vim patiens et non saluabis, q. d. hoc non permittes. Sed profecto multi vocant deum scd̄m Greg. qui ipsum non inuocant. quales sunt illi qui labiis tantummodo et non cordis affectu orant. Qui vero deum toto corde desiderat. confidenter clamat di. In quacunque die inuocauero te vel. ex. Hoc supple debes facere maxime cū dicat apostolus tuus paulus Ro. x. Quicūque inuocauerit nomen domini saluus erit. velociter inquam exaudi me. quia cito deiiciar nisi succurras. Itē velociter exaudi me: quia mora dantis denigrat meritum. prouer. iii. Ne dicas amico tuo. vade et cras reuertere et dabo tibi cum statim possis dare. Itē velociter exaudi me sicut promisisti. Esay. penult: Antequā clament exaudiam et adhuc illis loquentibus ego exaudiā. In quibus verbis notatur celeritas exauditionis quia antequam orationem cōpleuerāt vel etiā anteque clamorē inchoauerant dicit et promittit se eos exauditurū. Multa enī tribuit dn̄s etiā anteque petamus. Ad hoc etiam propositum facit illud Esay. xxx. Ad vocē clamoris tui statim vt audierit respōdebit tibi. Et eiusdē. lviii. Tūc inuocabis et dn̄s exaudiet clamabis et dicet. ecce. assū. Et notādū iuxta hunc versū et duos precedentesque datur nobis forma recurrendi ad deum ab omni necessitate nostra et non ad diuinos aut carminatores seu carminatrices Tum quia demon non est beneficus neque diues vt possit aliquid dare Tū quia hoc est prohibitum diuina lege. Deut. xviii. Non sit qui cōsulat diuinos. Similiter idē prohibet lex ecclesiastica sicut patet diffuse. xxvi. q. i. ii. iii. iiii. et quinta per totum. vnde ibidem. q. v. epi. dr quod illi a diabolo captiui tenentur qui relicto creatore diaboli auxilia querunt Tum quia tales inuocatores demonum seu diuinatores et huiusmodi incurrunt damnationem secundum quod in figura dictum est. Dan. vi. Omnis qui petierit aliquā petitionem a quocunque deo vel homine nisi a te rex mittatur in lacum leonum. id est in infernū vbi sunt multi crudelissimi leones. Allegorice autē dominus card. similiter et de palude exponūt hūc passum de xp̄o q̄ semper et velociter fuit a patre exauditus. Semper quidē quia quicquid a deo patre petiuit siue pro se siue pro aliis voluntate deliberata et absoluta semper obtinuit scd̄m quod pulchre deducit. d. s. liii. p. q. xxi. art. iiii. per totum hoc etiam vult paulus cum dicit de xp̄o hebre. v. quod cū clamore valido et lachrymis offerēs exauditus est pro sua reuerētia. Et hoc est quod dicebat Jo. xi ad patrem orans Ego sciebam quia sēper me audis Quod vero velociter fuerit a patre exauditus patet quia tertia die fuit resuscitatus. propter itaque primum dicit ad patrē In quacunque die inuocauero te. pro-

pter vero secundum subdit. velociter exaudi me. Nec enim debuit exaudiri super acceleratione sue resurrectionis ante tertium diem sicut nec petiuit quia tunc venisset in dubiū mors sua. Moraliter etiā istud potest exponi de tēpore legis grē p cōpatione ad tēp⁹ legis nature aut scripte. Tunc enim multi inuocabant dominū vt daret eis requiem sempiternā et celestem gloriam quos tamen velociter non exaudiuit: sed ecce in lege gratie latro qui primum os aperuit et dicit ad christum. Memento mei rc. statim audiuit tale responsū quale nullus ante eum siue patriarcha siue propheta siue Johannes baptista audierat. videlicet hodie mecum eris in paradiso. Luc. xxiij. Ecce quomodo velociter exauditus est Itē ante christi aduentum merces operariorum multo tempore differebatur. Sed i nouo testamento dicit deus pater ad seruum suum postquam sero factum est. id est mortis hora se offert. Uoca operarios et redde illis mercedem Matthei vigesimo.

A ¶ Notandū est aūt q quāuis multa sint dicta in p̄cedentib⁹ de oratione adhuc nihilomin⁹ in p̄senti propter materiā subiectā aliqua differēda sunt. vbi describemus sex ipsius conditiones quas quicū habuerit in quacū die inuocauerit dominū velociter exaudiet ipm.

B ¶ Prima igitur cōditio orationis exaudibilis a dño vocatur iustitia. Qui em̄ vult bene orare debet iustitiam secum habere. Hoc autē potest tripliciter intelligi. Primo qui orādo vult exaudiri velociter debet in se iust⁹ esse quia vt habet Jo. ix. Si quis dei cultor est et volūtatem eius facit. hunc deus exaudiuit. Dei aūt cultor est qui ei seruit cū puritate mentis et attētione cordis. Uel dic q dei cultores sumus per fidem sed voluntatem eius facimus per rectā operationē. Nō ergo sufficit q dei cultores simus per fidem. ad hoc q nos exaudiat dñs maxime cum dicatur. Ja. ij. q fides sine operibus occisa est. i. inutilis ad salutem. Ipse igitur dominus libenter exaudit iustos scdm illud Psal. Oculi dñi sup iustos et aures ei⁹ in preces eorum. Item in eodē ps. Clamauerunt iusti et dominus exaudiuit eos: et ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. Notanter autem dicit ex omnibus tribulationibus eorum: quia multe tribulationes iustorum supple sunt Omnes enim qui pie volunt viuere in xp̄o Jesu. persecutionem patiuntur. Mali autem homines et seductores p̄ficient in peius vt habet. ij. thi. iij. Sicut ergo dominus libenter exaudiuit p̄ces iustorū. Ita p opposittū repudiat preces pctōrū dicente Psal. Iniquitatē si aspexi in corde meo non exaudiet dñs. Itē Jo. ix. deus pctōres nō audit scz q̄diu volūt esse tales. Scdo orantē debere secum necessario habere iustitiā pōt sic intelligi vt scz pro iusto fiat oratio: et p eo q̄ meret p̄cipere fructū orationis. Sepe em̄ fit vt pctm̄ illius pro quo iustus

orat impediat oratiōis effectū
ſecundum quod loquitur do=
minus Jere. vij. dicens. Tu no
li orare pro populo hoc nec aſ
ſumas pro eis laudē et oratio
nem ⁊ non obſiſtas mihi quia
non exaudiam te. Ad hoc pro
poſitum facit exemplū de yma
gine crucifixi que viſa eſt digi
tis ſuis obturare aures ſuas
ne audiret orationem que fie=
bat pro diuite vſurario. Item
huic ꝓpoſito alludit illud do
mini verbum ad ſamuelem.
Uſqꝫquo inquit tu luges ſaul
cum ego proiecerim eum ne re
gnet ſuper iſael. j. Re. xvj. Se=
cus autem cum quis orat pro
peccatore non obſtinato.
C ¶ Unde refert dominus an
thoninus in ſecūda parte ſue
croni. t. x. c. viij. quod cum mor
tuus fuiſſet pater beati Aug. ī
infidelitate ſua erat enim gen
tilis; ſancta monica mater ei⁹
non ceſſabat orare dominum
pro conuerſione ipſius Aug.
ad fidem catholicam. aſſidue ī
plorans ſuffragia ſanctorum
virorum. Uenit itaqꝫ ſemel ad
beatum Ambroſium mediola
nenſem epm rogans vt pro fi=
lio ſuo oraret atqꝫ cum eo cō=
ferre dignaretur de miſterijs
fidei catholice: ⁊ vt eum ab er=
rore ſuo reuocaret Cui tandē
importunitate deuictus reſpō
diſſe fertur Uade inquit ſecu=
ra impoſſibile enim eſt vt filius
tentarum orationum ⁊ lachry
marum aliquando pereat. qđ ⁊
rei probauit euentus. Tertio
predictum verbum poteſt ſic ī
telligi vt ſcilicet oratio ſine iu
ſto fiat vt eſt illud Math. vj. ⁊
Luc. vj. Adueniat regnū tuū.
fiat voluntas tua. Qui vero in
debito fine orat non meretur a
domino exaudiri. qualiter ora
bāt duo filij zebedeiq̄ per orga
num matris ſue petebāt a chri
ſto vt eſſent primi in regno ſuo
non quidem celeſti: qꝛ de terre
ſtri ⁊ temporali loquebantur.
Eſtimabant enim falſo chriſtū
temporoliter regnaturum.
Sed eorum orationem mani=
feſte declarauit ipſe chriſtus
iniuſtam ex parte finis quādo
dicit eis. Neſcitis quid peta=
tis Mat. xx. Similit̃ ſine inde=
bito orabant eundem chriſtū
ipſimet Johannes ⁊ Jacobus
de quib⁹ legitur Luc. ix ꝙ cū
chriſt⁹ promiſiſſet eos vt para
rent ſibi hoſpitiū apud ſama=
riam ⁊ viderent ipſos ſamari=
tanos nolle magiſtrum ſuum
recipere dixerunt ipſi chriſto.
Domine vis dicemus vt ignis
deſcendat de celo et conſumat
illos? hoc enim dicebant non
zelo iuſtitie ſed appetitu vindi
cte ſcđm Ambro. Et ideo incre
pauit eos chriſtus dicens. Ne
ſcitis cuius ſpūs eſtis. Nō er=
go orabāt ſine iuſto: ⁊ ideo nō
fuerūt exauditi qꝛ vt đt Criſ.
ſup Math. Neſcitis iuſtū pa
trociniū deus dare criminib⁹
Uidiſtis inqͣt euntē ad furtum
orare vt bene proſperetur in
furto: aut fornicatorē ſignum
crucis ſibi facere vt nō cōpre=
hendat. Qđ ſi fecerit tanto ci
ti⁹ capietur. Patet ergo ꝙ orō
debet habere ſecū iuſtitiam vt
ſcilicet q̄ orat iuſtus ſit: ⁊ pro
iuſto oret. atqꝫ pro ſine iuſto.
¶ Secunda cōditio orationis
eſt charitas Qui enim vult bn̄
orare et a domino velociter ex

audiri debet charitatē ad omnes habere vt sic sua oratio possit omnibus indigentibus prodesse. Propterea dicebat paulus.j.Corint.xiij.Si linguis hominum loquar & angelorū supple orando charitatem aūt nō habeam. factus sum velut es sonans.aut cymbaluz tynniēs Ad nostrum aut propositū cōfirmandum facit verbum cristo.sup Math.sic dicentis Pro se orare necessitas cogit:pro alijs autem charitatis fraternitatis hortatur.Dulcior autez est ante deū oratio:non quam necessitas transmittit sed quā charitas fraternitatis commendat. Item Cyprianus de oratione dominica dicit sic. Ideo nō dicim⁹ pater me⁹ sed noster:nec da michi sed da nobis:quia magister vnitatis noluit priuatim precē fieri:vt scz quis ꝑ se deprecetꝰ.Unū ei orare ꝑ oib⁹voluit qñ in vno oēs ipse portauit.Item Ambro.in exameron lib.vlt.Si ꝑ te tātū roges ꝑ te sol⁹ rogabis:sī aūt ꝑ oib⁹roges oēs ꝑ te rogabūt Sed forte queris q̄nta debeat esse latitudo charitatis haben de in oratiōe:Respōsio.Tāta debet esse vt se extendat etiam vsq ad inimicos Ita enim precepit xp̄s Mat.v.Orate(inq̄t) pro persequentibus & calūniātivos Nam vt dicit Greg.i moral.Illa oratio maxime commendatur auribus conditoris quas pro inimicis quoq intercedere nitimur.Ille quoq suas preces multum inualescere facit:qui eas pro inimicis effūdit. Sic enim orauit christus in cruce cū pateretur.Sic Stephanus cum crudeliter lapidaretur.Sic Paulus cum irridetur:secundum quod ipse ait.j.Corin.iiij.Maledicimur et benedicimus. Ideo ad sic orandum ipse idem nos admonet. Romanos.xij.dicens. Benedicite persequentibus vos benedicite et nolite maledicere.

Nec solum ad quosq viuentes homines:siue amicos siue inimicos:siue bonos siue malos:nostra debet dirigi et se extēdere oratio;verum etiam ad eos qui in purgatorio patiuntur.Sācta(inquit ille Judas machabeus)et salubris ex cogitatio pro defunctis exorare vt a peccatis soluantur.i.a pena debita pro peccatis.ij.Machab.xij.Non autem loquitur de illis qui nichil purgabile secum deferunt:quales sunt qui nunc sunt beati:qr vt habetur Extra de celebra.mis.ca.Cum Martyr.Iniuriam facit martyri qui orat pro martyre. Et similis est ratio de omnib⁹beatis quando scilicet cognoscuntur in particulari esse tales.

Nec similiter loquitur de damnatis/quia i inferno nulla est redemptio.Restat ergo q̄d loquatur de existentibus in purgatorio.Ora igitur(inquit Augu.ad fratres in heremo :sermone.xliiij.)pro defunctis vt dum fuerint in eterna vita pro te orare non negligant. Expectant te vt iuuentur per te. Sed heu clamāt quotidie qui iacent in tormentis : et pauci sunt qui respondeant. Ululāt et non est qui consoletur eos. Ecce ergo quomodo oratio nostra debet esse charitatiua:vt

pote communis viuis et mor-
tuis. Ita enim dr.xiij.quest.ij.
Non estimemus.et multis ca-
pitulis sequentib⁹. Sed dices.
Nam ex iam dictis ptz oratio
nes viuentium non valere bea
tis aut damnatis :quare ergo
pro omnibus orãdum est? Ad
hoc respondet. Augu.in dicto
capitulo. Non estimemus. Di-
cẽs ꝙ qr non discernimus qui
sunt tales ⁊ qui non ideo o-
portet pro omnibus regenera
tis orare vt nullus eorum pre
termittatur ad quos hec bene
ficia possint ⁊ debeant perue-
nire Melius enim supererunt
ista hisquibus nec obsunt nec
prosunt quam deerunt quib⁹
prosunt.hec ille.

¶ Tertia conditio orationis
est fiducialitas. Jaco.i. Postu
let in fide nichil hesitans. Su-
per quo dicit deuotus Bern.ꝙ
indignus celesti benedictione
conuincitur qui dominum du
bio querit affectu. Qui ergo o
rat nihil debet hesitare seu du
bitare de diuina potentia:aut
etiam voluntate dũmodo oret
pro se. Pie ⁊perseueranter pro
se quidem:quia si oraret pro a
lio posset impediri per malitiã
illius. Item pie:quia si peteret
contra propriam salutem non
mereretur exaudiri. Item per-
seueranter quia quandoqꝫ de⁹
differt dare vt discamus perse
uerare. Non ergo satis est do-
minum semel orasse pro pecca-
torum remissione aut celestis
glorie assecutione:sed opus est
perseuerare. Ad instar illorum
qui habent aliquem magnum
processum in curia parlamenti
apud Pharisius : quibus non
satis est semel in anno commẽ
dare causam suam:sed opz per
singulos dies supplicationes
porrigere pro audientia ⁊ ex-
peditione. Ecce enim iam anni
plures transierunt ex quo mu-
itus aliquis petiuit a dño. Ad
ueniat regnum tuum: necdum
tamen ad ipsum peruenit si de
celesti ⁊ eterno regno intelligi
debeat:nec tandem ad ipsum p
uenturum se credat nisi perse-
uerauerit pulsans. Non enim
dicit saluator Qui inchoaue-
rit saluus erit:sed qui perseue
rauerit Mat.x. Sed ad propo
situm redeuntes quãta debeat
esse fiducia in oratione haben
da aperte insinuat christus
Math.xvij.dicens. Si habue-
ritis fidem sicut granum sina-
pis dicetis monti huic/ transi
hinc et transibit:⁊ nihil impos
sibile erit vobis. Nec tamen in
proposito granum sinapis qđ
inter omnia semina olerum mi
nimum est/paruam ⁊ remissam
fidem significat:sicut false ca-
lumniantur sanctum euange-
lium infideles:sed potius hu-
militatẽ habendam in oratio
ne designat. Uel potius granũ
sinapis qđ intus latentem fer-
uorem cõtinet fidem feruẽtem
per charitatẽ significat. Nam
⁊ fides per charitatem operat
Eãdem aũt ꝓmissionem repli
cat ipse xp̃s Math.xxi.ita di-
cens. Si habueritis fidem ⁊nõ
hesitauerititis non solum de fi
culnea facietis : quod scilicet
continuo arefiat : sicut modo
vos discipuli mei vidistis sup.
sed ⁊ si monti huic dixeritis /
tolle et iacta te in mare.fiet.
Super quo verb.dicit Hie.sic

Credim⁹ apostolos hoc fecisse sed ideo scriptū non esse ne infidelibus maior daretur cōtra dicendi occasio. quandoquidē minoribus ꝛ faciliorib⁹ signis que facta sunt non credūt. Adde quod sicut mlta signa fecit Jesus in conspectu discipuloꝝ suorum que nō sunt scripta in libro hoc: scilicet sanctorū euāgeliorum vt habetur Joan. xxi. Ita similiter sancti dei apostoli multa operati sunt: et multa docuerunt que ad nos nō peruenerunt. Uel ideo quia scriptis ea non commendauerunt: aut forte qꝛ translata nō sunt. Nec mireris si Hieronym⁹ dicat apostolos mōtes ad literā de loco ad locū trāstulisse: maxime cum ꝛ viri sancti lōge minoris meriti legāt hoc fecisse.

D ¶ Ut enim aliquando scripsimus: ꝛ refert dominus Hugo Cardi. in postilla sua super Matth. Gregorius Cesariēsis virtute oratiōis restrixit quēdam montē pro dilatanda sua ecclesia. Similiter ferꝫ de beato Bernardo quod eadem virtute amouit grande saxum impediens ortum suum: et ipsum transtulit ad alium locum. Uidi ꝛ ego ingentem admodū lapidem i porticu ecclesie monasterij Cluniacensis in quo est insculpta imago Christi i forma iudicis: quem ferunt sanctum Petrum abbatem: ꝛ dicte ecclesie fundatorē/ virtute orationis de terra ad dictum locū eleuasse: eo quod operarij asserebant se hoc non posse humanitus facere.

E ¶ Preterea etiam id quod tradūt historiographi de Alexandro magno quāuis gentili quod cum venisset ad montes caspios qui sunt in regno Macedonum/ ad eum miserunt filij Israel decem tribuū qui ibi tenebantur captiui/ petentes ab eo licentiam illinc egrediendi. Cūqꝫ eos interrogasset cur ibi tanto tempore captiui tenerētur: ꝛ ab eis audisset eo quod a vero deo Israel recessissent immolando idolis et vitulis aureis: tunc ipse adiecit eos esse dignos arctius includi. Cū ergo ad hunc finem orasset dominum deum Israel subito accesserunt ad seinuicem prerupta montium: ꝛ vsqꝫ in hodiernum diem predicte decem tribus ibi incluse predicantur. Quas tamen opere demonis inde liberabit antichristus in fine seculi: quarum medio multos seducet: prout videtur dicere Joā. Apocalypsis. xx. Cū (inquit) consummati fuerint mille anni soluetur Sathanas de carcere suo ꝛ exibit: ꝛ seducet gentes q̄ sunt super quatuor angulos terre gog ꝛ magog: ꝛ cōgregabit eos in prelium quorum numerus est sicut arena maris: qꝛ vt dicūt aliqui predicte decem trib⁹ adeo ibi mltiplicate sunt quod de se reddiderunt ꝛ fecerunt. xxiij. regna. De hoc vide August. xx. de ci. ca. xi quia videtur aliter sentire. Supposita igiꝫ veritate historie: q̄d facturus est de⁹ p fidelib⁹ si tātū fecit pro principe infideli?

F ¶ Siliꝫ historie Frācoꝝ tradūt Carolum magnū pstrasse muros fortissimos Pampillone: que in introitu Hispaniaꝝ sita est ad hoc munit⁹ virtute

fidei & orationis. Tūc enim tēporis Barbarica gens Hispanias occupabat: quas dictus Carolus fugauit. Patet ergo quomodo oratio debet fieri: et porrigi ad dominū cum firma fiducia: quia vt habetur Marci nono. Omnia possibilia sunt credenti.

¶ Quarta cōditio deuote orationis est diligentia. Debet enī omnis orans diligenter attendere siue ad ea q̄ dicit: siue ad ipsum dominum. Non enim est necesse vt orās attēdat ad substantiam verborum alias simplices et illiterati non possent bene orare dominū nisi in lingua vulgari. De ista diligentia attētionis loquitur Psalmista dicens. Psallite sapiēter. Psallit autem domino sapiēter qui psallit diligenter & attente non tam ore quam corde. vnde Augustinus in regula ad fratres. Psalmis & hymnis cum oratis deum hoc versetur in corde qđ profertur in ore. Et hunc psallendi modum insinuat Psalmista cum dicit ad dominū. Psallam tibi in cythara sanctus Israel: id est qui es sanctus & qui deus Israel vocaris. Quemadmodum ergo ad hoc quod cythara bene resonet & reddat bonam atq; iocundam et suauem armoniam necesse est vt chorde illius sint adinuicē proportionate & subalternate. Ita in ꝓposito oratio vocalis nō bene resonat in auribus dei: nisi subalternetur orationi mētali Et hoc voluit insinuare Psalmista cum dicit. Psallite domino. psallite sapiēter. Psallit q̄dem domino qui aperit os ad ipsum laudandum: sed psallit sapiēter qui psallit corde. Taliter psallebat Paulus qui dicebat. j. Corinthiorum. xxiiij. Orabo spiritu orabo et mente: psallam spiritu psallam & mente. Hinc Christus. Matth. xij. ait. Ex abūdantia cordis os loquitur: id est loqui debet supple in oratione. Item Psalmista de recte orāte ait. Dabit voci sue vocē virtutis. Quid enim queso est dare voci sue vocem virtutis in oratione/ nisi talem formare in conspectu domini orationem que digna sit exauditione. Studeat ergo vnusq̄sque dare voci sue vocem virtutis/ quod fiet si modo attente & diligenter orare studeat. Non simus ergo de numero illorum de quibus saluator loquitur. Matthei. xv. dicens. Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum lōge est a me. Quid enim (inquit Isidorus) prodest strepitus oris vbi est cor mutū Sicut enim vox sine modulatione est quasi vox porcorū: sic oratio sine deuotione est quasi mugitus boū. Consideret quisque quoniam edificatio turris Babel impedita fuit eo q̄ mutuo se non intelligebant homines. Genesis. vi. Ita & edificium spirituale & interiorē hominis tunc impeditur quando cor et os mutuo se non intelligunt. Sed profecto multi possunt dicere illud deuoti Bernard. verbum. cap. viij. suarum meditationum. Sepe (inquit) dū oro non attendo qđ dico: oro quidem ore sed mēte foris vagante orationis fructu priuor: corpore sum interius sed corde ex-

terius: et ideo perdo quod dico parum enim prodest sola voce cantare sine cordis intentione Profecto magna peruersitas: immo magna insania est quando cum domino maiestatis loqui in oratione presumimus et insensati mentem auertimus: et nescio ad quas ineptias cor cõuertimus. Et post pauca. Magnam (inquit) iniuriam deo facimus cum illum deprecamur vt nostras preces exaudiat: quas qui fundim⁹ nõ audimus. Deprecamur illum vt nobis intendat: et nos nec nobis nec illi intẽdimus: sed quod deterius est immũda in corde versando: fetorem horribilem eius aspectibus ingerimus. hec ille. Cũ igitur ad orandũ siue ad psallendum in ecclesiam intrauerim⁹/ fluctuantium cogitationũ tumultus exterius relinquamus curamq exteriorem penit⁹ obliuiscamur vt soli deo vacare possimus: quia fieri non potest vt tunc cũ deo loquamur: quãdo cũ toto mundo etiam tacentes fabulamur. Intendam⁹ ergo domino orantes si velimus quod ipse nobis intendat nos exaudiendo: quia irridet deuz qui petit vt orationi sue intendat cũ tamen ipsemet non vult illi intendere.

¶ Quinta orationis conditio est societas. Non vult enim hec domina oratio sola ire ante cõspectum diuine maiestatis nisi iuxta nobilitatẽ suam adornetur decenti comitatu. Vult ergo secum habere ieiuniũ et eleemosynam. Ieiuniuz quidem vt ipsam sursum eleuet: secunduz quod canit ecclesia, Qui corporali ieiunio: vicia cõprimis: mentem eleuas: virtutẽ largiris et premia. Eleemosynam vero vt viam mundam faciat: secundũ quod scriptum est Luc. xi. Quod superest date eleemosynam: et ecce omnia munda sunt vobis Et hoc est quod dicit angelus Raphael. Thob. xij. Bona (inquit) est oratio cum ieiunio et eleemosyna. Nã ipsa oratio est quasi quedam auicula que volat ante deum quo caro ire nequit: ibiq legationẽ suam pro homine facit: cuius quidẽ auicule due ale sunt illa duo q̃ diximus: scilicet ieiunium et eleemosyna. Unde beatus Gregorius. lib. xviij. moral. ca. xij. exponens illud Tren. iij. Leuemus corda nostra cum manibus ad deum in celo: dicit. Cor cuz manibus ad deũ leuat qui orationem suam operibus sanctis roborat. Nam quisquis orat sz operari dissimulat: cor leuat sed manus nõ leuat. Quisquis vero operatur et non orat: manus leuat et cor non leuat. hec ille. Augustin⁹ autem homel. xlij. dicit quod due ale orationis sunt gemine eleemosyne. Tũc (inquit) secure mitte orationem in celum dummodo habeat duas alas: id est geminas eleemosynas. Sed quid est (inquit) dicere geminas eleemosynas nisi offensarum remissionem et eleemosynarum largitionẽ? De quibus ait saluator Luce vi. Dimittite et dimittetur vobis: date et dabitur vobis. Prima eleemosyna fit de corde quãdo scilicet fratri tuo peccatum dimittis. Alia autez eleemosyna est q̃ fit de substantia quan-

do scilicet panem pauperi porrigis. Ambas igit fac eleemosynas: ne sine vna ala remaneat oratio tua. hec ille. Possumus ergo dicere quod bona est oratio cum eleemosyna et iniuriarum remissione.

¶ Sexta orationis cōditio est humilitas. Debet enim humiliter oratio porrigi domino: quia vt habetur Ecclesiastici. xxxv. Oratio humiliantis se nubes penetrabit: et donec propinquet: supple ad deum non consolabitur: et non discēdet donec altissimus aspiciat: scilicet eā exaudiendo. Debet itaque orans humiliter dicere ad dominū illud quod dicebat Abraham. Geñ. xviij. Loquar ad dominū meū (scilicet orando) cum sim puluis et cinis. q. d. Vereor in memetipso loqui ad dominū maiestatis ego q̄ sum miser et fragilis: quia cinis et puluis. Nam vt dicit Augusti. super psalmū lxxxv. oratio tua locutio est ad deum. Quādo enim legis deus tibi loquitur: sed quando oras tunc cum deo loqueris. Item Gregorius lib. ij. moral. c. ciiij. quod ille veram orationem deo exhibet qui semetipsum qz puluis sit humiliter videt: qui nihil sibi virtutis tribuit: qui bona q̄ agit esse de misericordia cōditoris agnoscit. Et quicūque humilitatem in orando obseruat ad dominum exauditur ab eo. Hoc patuit in Cēturione dicente Christo. Domine nō sum dign⁹ vt intres sub tectū meū. Et exauditus fuit pro seruo. Matth. viij. Similiter hoc patuit in muliere Chananea que dñm adorans et se catellā confitens sanitatem pro filia impetrauit. Matt. xv. Item hoc patuit in Magdalena: q̄ stans ex humilitate retro sec⁹ pedes domini: tandem ab eo audire meruit. Remittuntur tibi peccata Luce. vij. Hoc enim responsum et non aliud beneficium a dño expectabat. Preterea publicanus qui ex humilitate nolebat oculos ad celū leuare: sed percutiens pectus suum dicebat. Deus propicius esto mihi peccatori: tandem descendit iustificatus in domum suam. Luce. xviij. Et breuiter quicunque dominū humiliter rogauit ab eo exauditus fuit: eo quod orationem illi humiliter porrectā repudiare non potest: secundum q̧ dicebat sancta illa vidua Judich. Nec iquit superbi ab initio placuerunt tibi domine: sed humilium et mansuetorum semper tibi placuit depcatio. Humiliem⁹ igitur illi animas nostras corda pariter et corpora vt ab eo velociter exaudiri mereamur in quacunque die eū inuocauerimus.

¶ Lectio. lxxi.

¶ Quia defecerunt sicut fumus dies mei, & ossa mea sicut cremium aruerunt.

¶ Postquam in precedenti lectione penitēs petiuit a domino velociter exaudiri: quotiēs ad eum clamauerit: videlicet p peccatorum suorum remissione et gratie collatione. Hic consequēter huius clamoris subdit rationē et motiuū dicens (quia

defecerūt sicut fum⁹ dies mei) q.d. O domie ideo velociter pe to a te exaudiri: sciens q̄ dies vite mee valde breues sunt: qui bus consumptis et expiratis nunq̄ ineternū exaudies si me contingat ad infernū semel de-scendere. Congrue autem vita hominis fumo comparatur: q: sicut fumus subito apparet: et subito disperat: etiam homine non percipiēte quo vadit. ⁊ stu pet homo: eo q̄ videt fumū ma gnum ascēdere ⁊ subito euane-scere: nec deinceps vltra appa-rere. Ita ⁊ hominis vita paula tim ab infantia vsq̄ ad senium ascēdēs imperceptibiliter eua nescit ⁊ deficit: ita etiam vt qui hodie sanus ac letus apparet cras ad sepulchrum deferri vi-deatur: nec postea vlterius ap-paret. Nam vt dicit Augu. xiij. lib. de ciuitate dei. cap. x. Tem-pus huius vite nihil aliud est q̄ cursus ad mortē: in quo ne-mo aut paululum stare: vel ali-quando tardius ire permitti?: sed vrgentur omnes pari motu nec diuerso impelluntur acces-su. De hac autem breuitate hu mane vite tota pene scriptura referta est. Ecce enim sanctus ille Job clamat di. Dies mei ve lociores fuerunt cursore fugie runt ⁊ non viderunt bonū: per transierunt quasi naues poma portantes: sicut aquila volans ad escam. In quib⁹ verbis no-tat ipse Job quatuor d̄ vita hu mana. Primo dicit quod dies hominis velociores sunt curso re. Cursor enim aliquādo pau sare permittitur a domino suo Sz neminē pausare mors per-mittit vltra terminū prefixum a deo. Unde Esa. xxxviij. viuēs conqueritur de morte dicens. Precisa est veluti a texente vi-ta mea dum adhuc ordirer suc cidit me de mane vsq̄ ad vespe ram finies me. Nam quandoq̄ qui mane sanus surgit a lecto: vespere ad alium trāsfertur le ctum: videlicet sepulchri. Se-cundo dicit quod dies eius fu gierunt et non viderunt bonū quia de facto talis nō fecit bo-num in vita sua: aut si fecit for te parum adeo fuit: q̄ non de-bet ꝓ aliquo reputari. Tertio dicit quod dies sui transierūt tanquam naues poma portan tes: quia sicut naues poma re-dolentia portantes per locum per quem trāseunt subitū cau-sant odorē qui ipsis trāsactis cito euanescit. Ita multi in vi-ta videntur redolere / siue per scientiam aut diuitiarū copiā: siue per seculi pompam: aut fa-mam: ⁊ huiusmodi. Sed ipsis mortuis statim expirat ⁊ eua-nescit eorum odor: gloria ⁊ fa-ma. Quarto comparat vitā hu manam aquile volanti ad escā que capta p̄da mox euolat ad propria. Ita etiā multi volan-tes ad escā siue ad mensam pre ueniuntur ab insperata morte sicut ebrij ⁊ gulosi. Unde Psal-mista. Adhuc esce erant in ore peccatorum: et ira dei ascendit super eos: et occidit pingues eorum. Similiter de eadem bre uitate humane vite loquitur idem Job. xiiij. cap. dicēs. Bre ues dies hominis sunt: nume-rus mensium eius apud te est. Constituisti: tu supple de⁹ ter minos eius qui preteriri non poterunt. Item Ecclesiastici. x.

Rex hodie est: et cras morietur Item eiusdez. xxxviij. loquitur mortuus ad viuentem dicens. Memor esto iudicij mei: sic enim erit et tuū. Mihi heri et tibi hodie. Item. i. Matthei. ij. Gloria hominis stercus et vermis est Hodie extollitur et cras non inuenietur: quia non conuersus est in terram suam. Item Jacobi. iiij. Que est vita vestra? Uapor ad modicum parens. Item in Psalmista. Uidi hominē superexaltatum et eleuatuz sicut cedros libani: transiui et non erat; quesiui eum et non est inuentus locus eius quia de amatoribus mundi: et qui edificāt sibi magna palatia tanquam si deberent semper viuere in hoc mundo. Scriptum est in psalmo. Eijciātur de habitationibus suis. Ecce quomodo deficiunt dies hois cito et raptim sicut fumus qui cito euanescit.

A ¶ In cuius rei signum referunt nonnulli: quod electo summo Pontifice et in cathedram pontificalem sublimato: quidā ad hoc commissus accensa coram eo stipula clamat dicens. Sanctissime pater: sic transit gloria mundi.

B ¶ Item legitur in legenda beati Joannis Eliarij: quod olim ipso die quo aliquis creabatur imperator / aliquis edificator sepulchrorum ad eum veniebat tenens in manu quatuor vel quinque differentias lapidum marmoreorum dicens ei. Imperator maxime elige tibi: et dic ex quo genere istorum lapidum vis tibi erigi sepulchrū Responsione quoque eius habita / operarius festinabat construere sepulchrum eius. Et hoc deberet vnumquenque valde prouocare ad mundi contemptum Dominus autem Hugo Cardi. exponit hunc passum moraliter de ecclesia: cuius dies sunt doctores sacerdotes et religiosi: de quibus dicitur in ps°. Dies dici eructat verbum. Isti dies debent illuminare vniuersum mundum doctrinis et exēplis. Unde ad eos loquitur saluator. Matthei. v. dicens. Uos estis lux mundi. Item isti sunt dies quos voluit semper dominus esse diuisos a tenebris. Sed profecto hodie conqueritur ecclesia dicens. Defecerunt sicut fumus dies mei. videlicet per elationem. Nam sicut fumus deficit ascendēdo, ita hodiernis tēporibus tam clerici quam religiosi deficiunt vt in pluribus cum ad officia et dignitates super alios eleuantur ita vt verū sit quod vulgo dicitur. honores mutant mores: sed non semper in meliores. Quod autem subditur. Et ossa mea sicut cremium aruerunt. per ossa specialiter religiosi intelligi possunt quia debent esse pre ceteris mēbris ecclesie huiusmodi ossa cādida per vite puritatem dura per animi constantiam et abiecta per humilitatem. Sed profecto ista ossa hodie, sicut cremium aruerunt. Nam sicut cremium est illud quod de carne pingui frixa ī patella remanet. Sic et diabolus hodiernis temporibus ponit religiosas personas in frixorio carnaliū voluptatum et delitiarum temporalium. vbi tota eorum pinguedo spiritualis deperditur. Is

eut permaxime patere potest in illis qui volūt sequi curias principum ⁊ magnatum vt magni appareant et fiant. In fine autem in tali frixorio non remanet nisi feces et immundicie, culpa et omnis miseria.

Uel dic ꝙ per ossa fortia possunt specialiter intelligi ecclesie prelati qui deberent portare pondus diei et estus. Nam sicut per ossa corpus sustentatur ita et per prelatos corpus ecclesie sustentari debet. Sed profecto hac tempestate huiusmodi ossa sicut cremium aruerunt. videlicet ad ignem cupiditatis ⁊ auaritie secundum illud. Luce.xxi. arescentibus hominibus pre timore et expectatione. Arescūt enim hodie prelati interius dupliciter. primo quidē pre timore ne scilicet perdant gratiam principum. vel pre timore perdendi aliquē magnum processum. solent enim tales multis processibus et litigijs implicari eo quod volunt multa amplecti. Secundo arescunt expectatione. Nam quādoqꝫ impetrant a sede apostolica gratiam preuentionis aut preseruationis de aliquo beneficio vocaturo per mortē occupantis: ⁊ tunc arescunt pre tristitia quando vident superstitem tanto tempore viuere. Uel ista verba diriguntur ad quemlibet auarum cuius ossa ⁊ carnes arescunt sicut cremium eo ꝙ desiccantur ab ardore cupiditatis a deo vt nullus humor nulla pinguedo humane compassiōis in ipsis reperiatur eo quod omnes auaritie student.

C ¶ Notandum est autem ꝙ multa hominū genera possunt dicere. Defecerūt sicut fumus dies mei.

vel
- Superbus.
- Luxuriosus.
- Scandalosus.

¶ Primo igitur quilibet superbus merito pōt dicere. defecerūt sicut fum⁹ dies mei. Nā sicut fumus sursum eleuatus faciliter et cito euanescit. Sic et omnis superbus quamuis videatur quandoqꝫ multum alte extolli siue in corde suo, siue exteri⁹ p honores, ⁊ gl'iam mūdanam ita vt ambulet in magnis et in mirabilibus supra se. nihilominus adueniente modico vento aduersitatis citius multo cadit et turpius quā fuerit exaltatus. sicut potissimum videre ē in curijs principū in quibus quilibet alterū nititur deprimere vt exaltetur. Et de hoc historiam habemus de aman qui multum laborauit ad deiectionem mardochei et gētis iudeorum: sed tandem eiectus a conspectu regis assueri suspensus est in patibulo quod parauerat ipsi mardocheo. hester. vij. Ille ergo qui prius fuerat exaltat⁹ videns se turpiter deiectum dicere potest cum adonibezech. Sicut feci ita reddidit mihi deus. Iudi.j. Item Psalmista. Redde retributionē superbis. Propterea de talib⁹ quibus quandoqꝫ arridet mūdana prosperitas et felicitas. loquitur Psalmista in alio passu dicens. Sicut defecit fum⁹ deficient.

D ¶ Notādum ergo est quod superbi comparant fumo multis de causis.

¶ Primo quidem quia sicut fumus continue ascendit quousq3 omnino euaporetur et euanescat. ita et natura superborum est continue crescere et gradatim ascendere ad mūdanos honores et fastus seculi quoadusque turpiter deijciatur siue in presenti siue i futuro. Et de tali ascensu loquitur Psal. dicēs Superbia eorū qui te oderunt ascendit semper. i. ascendere nititur et alios submittere sibi. vñ Hiero. in quadā epistola Superbia inquit natione celestis sublimium appetit mentes. et quasi da ꝓprie s. reuolās ortus appetit gloriam et puritatē hominum irrumpere que de glīa et puritate angelorum erupit vt quos inuenit participes nature faciat consortes ruine. Item hugo de sancto victore lib. j. de anima sic ait. Superbia in celo nata est: sed velut immemor qua via inde cecidit illuc postea redire nō potuit. Unde de talibus superbis potest intelligi illud Psal. Ascendūt vsq3 ad celos: scilicet arroganter se extollendo: et descendunt vsq3 ad abyssos. turpiter a statu sublimitatis cadendo. Qui cecidit inquit Boetius de consolatione. lib. j. met. j: stabili non erat ille gradu. hoc patuit in ruina angelorū qui de summo celi fastigio ad profūdum abyssi prolapsi sunt secundum q̄ dictum est primo angelo peccādi Esa. xiiij. Propterea iudicū. i. legitur q̄ ipse adonibezech de quo prius dictum est videns se captum a filijs israel etiam cesis summitatibus manuum ac pedum eius dixit. Septuaginta reges amputatis manuum ac pedum summatibus colligebāt sub mensa mea ciborum reliquias sed sicut feci ita reddidit mihi deus. Ecce quomodo gloria superborū et ois apparatus eorum ad instar fumi cito euanescit et transit.

¶ Secundo superbi comparantur fumo quia sicut fumus est de natura sua niger atq3 nigredinis causatiuus sicut patet in camino ignis in cacabo olla. et huiusmodi. Sic et conscientia superborum est nigra secundum illud baruch: sexto. Nigre sunt facies eorum a fumo qui in domo est supple conscientie. Immo conscientia talium est nigrior carbonibus secundum illud Treñ. quarto de nigrata est facies eorum super carbones: id est plusquam carbones. Sicut enim carbo ignitus rubeus est: sed extinctus niger. Ita anima in charitate existens colorata est et pulchra sed quando incidit in peccatum et presertim superbie. tunc subito deturpatur Naū. secundo. Facies omnium supple superborum sicut nigredo olle. Sequitur in Jeremia. Et non sunt cognitu in plateis. scilicet paradisi: quia scriptum est in psalmo. Non habitabit in medio domus mee qui facit superbiam.

¶ Tertio predicti superbi sunt similes fumo i hoc quod sicut fumus quantumcunque magnus cito deficit et ad modicum ventum pulsus euanescit. Ita gloria et fastus huius seculi cito transit.

Unde Psalmista. Inimici do-

mini mox honorificati vt fuerit et exaltati deficientes quemadmodum fumus deficient.

Notanter autem vocat psalmista ipsos superbos: inimicos domini: quia reuera inimicantur illi volentes ab eo auferre quod suum est et sibi proprium videlicet gloriam: cum tamen ipse dicat Esaye quadragesimosecundo. Ego dominus hoc est nomen meum: gloriam meã alteri non dabo. Tales itaque inimici domini postq̃ ad summum fastigium honorum peruenerint / non permittũtur ibi diu stare: sed deficiunt admodum fumi. vnde Ecclesiastici. x Notanter dicitur q̃ omnis potentatus vita breuis. Ubi queso est nunc potentatus et dominium regis Assueri de quo legitur Hester. viij. q̃ regnauerit super. cxxvij. prouincias. Ubi similiter potentatus regis Alexandri: de quo legit. i. Machabeorum. i. q̃ postquã percussit Darium regem persarum et medorum constituit prelia multa et obtinuit omniũ munitiones et interfecit reges terre: et pertrãsijt vsq̃ ad fines terre: et accepit spolia multitudinis gentium: et siluit terra in conspectu eius. Et congregauit virtutem et exercitum fortem nimis Et exaltatum est et eleuatũ cor eius: et obtinuit regiones gentium et tyrannos: et facti sunt illi in tributum. Sed post tantam superbiam et gloriã quid secutum fuerit audire. Et post hec (inquit textus) decidit in lectulum: et vidit quod moreretur. Regnauit ergo ãnis duodecim: et mortuus est.

Ecce quãparũ durauit gloria ipsi⁹. Ubi etiam est nunc superbia et potentatus Hannibalis de quo meminit Augustin⁹. iij. libro de ci. dei. cap. xix. Similiter Orosius. q̃ cum esset dux. Carthagineñ. inito bello contra hostes romanos tantã stragem fecit de eis q̃ vna die misit Carthaginem tres modios plenos anulis aureis acceptis ab eis quos in bello occiderat vt per hoc melius cognosceret quantus esset alius numerus intefectorum. Maxime cum solum apud romanos maiores anulis vterentur aureis.

Multa alia de bellis ac victorijs ipsius refert dominus Anthoninus in prima parte cronice sue. titu. quarto capi. quinto paragrapho. xv. Quid etiam dicendum erit de victorijs scipionis affricani. De pompeio fortissimo propugnatore qui fertur superasse vigintaquinq̃. Reges in oriente: et eos romano imperio subegisse.

Quid similiter de Julio cesare qui totam galliã romanis subiugauit? Aut etiam quinquaginta vicibus dimicasse legitur. Quid denique de nostris gallis senonibus: qui etiam romam preter capitolium bello ceperũt: deinde profugati grecie maximam partem conquisierunt: quam gallo greciam nuncupari voluerunt.

Quid tandem de victorijs et pugnis Judei machabei referendum erit?

Quid deniq̃ de gestis caroli octaui regis francorum? Nonne post deuictos britannos italiam ingressus regnũ Neapo-

litanum glorianter ac ſtrenue in ſuam redegit poteſtatem? Quid deniũ de prelijs et victorijs noſtri moderni chriſtianiſſimi regis Ludouici.xij. dicemus? Nõne ſuperatis vi armorum mediolanenſibus/ianuenſibus/et cremonenſibus: tota terra tremere videtur ante cõſpectum ipſius? Etiam audito ſolo nomine illius cuncti hoſtes galli nominis terrentur et fugantur. Et tamen hi omnes reges et principes vſqꝫ ad eum quem vltimo nominamus poſt breuem gloriam viam vniuerſe carnis ingreſſi:nũc in ſepulchris ſigillatim clamare videntur:dicentes. Defecerunt ſicut fumus dies mei. Ve igitur ſuperbis qui neſciunt in preſenti vita tã breui ⁊ exigua humiliari/que poſtquam declinauerit velut vmbra velint nolint humiliabũtur in futuro:quia ſcriptum eſt Luce.xiiij.ꝙ qui ſe exaltat humiliabitur.

E ¶ Secundo principaliter luxurioſus inter cruciatus tartarorum exiſtẽs merito remordente et ſtimulente conſciẽtia dicere poteſt. Defecerunt ſicut fumus dies mei. Et hoc propt̃ tria que operatur fumus.

	Oculis nocet.
Nam fumꝰ	Sepe fetet.
	Ignem docet.

¶ Primo igitur fumus nocet oculis et eos lachrymari facit Sic ⁊ luxuria nocet oculis mẽtis et eos frequenter excecat. Impedit enim rationis iudiciuz. Unde de luxurioſis loquitur pſalm̃.dicẽs. Supercecidit (ſcilicet carnalis concupiſcentie)et nonviderunt ſolem:id eſt non viguit in talibus rationis iudicium. Unde merito dicere poſſunt reprobi luxurioſi illud Sapiẽ.v. Sol intelligentie non eſt ortus nobis:quia ſi diligenter intelligerent qualiter per momentanea ſolatia tranſeunt ad eterna ſupplicia/omnino precauerent ſibi a tanto malo. Unde Dañ.xiij. dicitur ꝙ illi nequiſſimi ſacerdotes q̃ debant in concupiſcẽtiam Suſanne/ declinauerunt oculos ſuos vt non viderent celum neque recordarẽtur iuſtorum iudiciorum dei. Sicut enim vrſꝰ excecatur ad peluim calidam quando ponitur ante oculos eius: ita luxurioſus excecatur ad ignem concupiſcentie vt etiam de deo vix vnquam cogitet quia vt dicit Gregorius in moralibꝰ libro vigeſimoprimo Cum luxuria ſemel mentem inuaſerit/nullum bonum cogitare permittit. Et non ſolum de deo non cogitat execatus luxurioſus:ſed neqꝫ etiam de diabolo qui eum ligatum ducit ad infernum. Sicut enim ille qui ducit cecũ precipitat eũ in foueã aut in aquam ſi voluerit:ita et diabolꝰ facit erga luxurioſam perſonam.

¶ Secundo fumus ſepe fetet:⁊ preſertim quando eſt ſulphureus. Ita etiam fumus luxurie qui eſt totus ſulphureus valde fetet coram deo et angelis eius:ac honeſtis perſonis. Joelis.i. Conputrueꝛũt iumẽta in ſtercore ſuo. Quod exponens. Greg.xxiiij.lib.moraliũ. ca.xvi.dicit ſic. Jumenta quippe in ſtercore ſuo computreſcere eſt carnales homines in fe

tore luxurie vitam finire: q̄ nō homines sed iumenta dicūtur et apellātur in scriptura sacra secundum illud Hire.v. Unusquisq̄ ad vxorem proximi sui hinniebat. Et in ps. Homo cū in honore esset ꝛ ce. De huiusmodi autem fumo habet Esa. xxxiiij. Ascendit fum⁹ eius (videlicet luxuriosi) a generatiōe in generationem. Et bene dicit a generatione in generationē: quia vir aut mulier vitam ducens impudicam persepe ascendere facit fumum luxurie sue in prolem propter exemplū datū. De hoc historia legit̄ Mar. vi. De Herodiade concubina Herodis regis et saltatrice filia eius que veri similiter creditur imitatrix extitisse materni sceleris. Patrem enim sequitur sua proles. In cuius figura legitur Judic. ix. ꝙ Abimelech succendit turrem Sichimoꝝ quo factum est vt fumo et igne mille hominum intra eam pariter necarentur. Sic et vno succendente ignem carnalis luxurie in corpore suo multi ei⁹ exemplo incenduntur. Unde in legenda beate Agathe legitur ꝙ erat quedam impudica mulier in Sicilia dicta Affrodosia / habens secum septem filias imitatrices sue impudentie. Cui tradidit Quintianus consularis ipsam beatam Agatham: vt exemplo tam illius quam filiarū suarum traheretur et alliceretur ad luxuriam.

¶ Tertio fumus ignem docet Uulgari enim sermone dicitur ꝙ nunquam est fum⁹ sine igne. Sic enim in proposito quādo quis habet verba impudica q̄ sunt tanquam fum⁹ procedens a corde / signatum est ꝙ habet immundam conscientiam: quia vt testatur saluator matth. xv. De corde exeunt cogitationes male: homicidia: adulteria: fornicationes ꝛ huiusmodi. In cuius figura legitur Apoca. ix. ꝙ apertus est puteus abyssi: ꝛ exiuit fumus sicut fumus fornacis magne: ꝛ obscuratus est sol de fumo putei. Ad propositum pute⁹ abyssi est humana caro in quo quidem puteo ardet et feruet quasi continue fornax concupiscentie: qui tanto plus nutritur et inflammatur quanto quis diligentius studet delicate nutrire corpus exquisitis cibis et potibus. Ab huiusmodi autem fornace exit fumus iniquorum desideriorum qui obscurat solem. i. iudicium rectū. Uel dic ꝙ iste fumus qui exit a fornace carnalis concupiscentie significat aspectus impudicos: vel verba turpia que obscurant solem: id est per que pudice ꝛ caste virgines violantur saltem interius: quia vt habetur. j. Corint. xv. Corrūpunt bonos mores colloquia praua. Sed dicunt ruffiani et impudici viri cum reprehenduntur de huiusmodi turpiloquijs ꝙ nō cogitant malum. Sed vere nescio quod bonum tunc cogitāt Ad mille ergo demones bonū quod inde pretendunt. Quemadmodum ergo fumus exiens de camino est infallibile signū ꝙ intus in ignis ardens. Ita et turpia verba impudici aspectus et tactus: item pomposus et vanus ornatus sunt signa latentis concupiscentie

in corde: propter quod sicut
pauperes et mendici quampri-
mum vident magnum fumum
prosilientem de domo diuitis
illuc currunt festinanter: et ex
omni parte opinātes illic adesse
se festum et bonam coquinam:
et quod ad minus poterūt ha-
bere de brodio festi. Ita et de-
mones quamprimum vident fu-
mum carnalis concupiscentie
procedere exterius per os: aut
oculos siue tactus impudicos
statim indicant in corde latere
ignem luxurie: et ideo mox ac-
currunt. In cuius figu. leg. Iu-
dicum. xx. ꝙ cum filij israel pu-
gnarent contra ciuitatem Ga-
baa: in qua erant filij Benia-
min: ex omni parte eam obsidē-
tes: tandem quidam ex ipsis la-
tenter illic ingressi sunt: qui sta-
tim ignem accenderunt vt per
fumum inde in altum ascenden-
tem socijs qui extra erant de-
monstrarent captam ciuitatem
Cumqz illi qui deforis erant vi-
dissent huiusmodi fumum for-
tius instabant ad expugnan-
dam ciuitatem: et sic in breui
eam ceperunt ad propositum
ciuitas Gabaa ab inimicis ob-
sessa est humanum corpus: quod
mille demones quotidie impu-
gnant: qui si viderint semel fu-
mum luxurie prosilire per ali-
quem sensuum exteriorum: ex
tunc iudicant miserā animam
per consensum ad peccatum ca-
ptam propter quod audatius
illuc accurrunt: et intrantes sibi
fiūt nouissima hōis illius peiora
prioribus. De hoc habemus hi-
sto. in. iij. lib. dialogorum Gre-
gorij cap. septimo de illo An-
drea episcopo Fundane ciuita-
tis: qui et si esset virtutibus ple-
nas nichilominus tandem ce-
pit curiose intueri speciem cu-
iusdam sanctimonialis: que mo-
rabatur intra septa domus pa-
storalis: et delectatus in tali aspe-
ctu cepit de nefando actu cogi-
tare. Super quo facto apparuit
cuidā iudeo multitudo demo-
num inter quos vnus qui pre-
erat rogauit illum: qui episco-
pum iam tentauerat: vt quod
ceperat opere compleret. Sed
deo propicio non preualuit ini-
micus. Ecce ergo quomodo lu-
xuria comparatur fumo. Dicat
ergo miser luxuriosus. Defece-
rūt sicut fumus dies mei. dies
inquam mundane letitie et de-
lectationis veneree. Habet in-
quit Gregorius super hoc pas-
su. in hac vita diem suum ani-
ma peruersa: que transitorio
gaudet in tēpore: et letifera car-
nalis delectationis perfruitur
iocunditate. In cuius rei signū
dominus flens super ciuitatem
hierusalem dicit. Et quidem in
hac die tua: que ad pacem tibi
Luce decimonono.

F ¶ Tertio principaliter dico
ꝙ homo scandalosus recte po-
test dicere. Defecerunt sicut fu-
mus dies mei. Sicut enim fu-
mus communiter est fetidus: vt
dictum est et hoc etiam patet
in candela extincta: cuius fu-
mus facit equam pregnātem pa-
rere abortiuum. Sic profecto
conuersatio aliquorū est adeo
fetida et fumosa infamis et scā-
dalosa: quod eorum exemplo
eque: id est simplices et illitera-
te persone faciunt abortiuum
malorum operū. Contra quos
loquitur Saluator Matthei.

xxiij.dicit. Ue vobis scribe et pharisei qui circuitis mare et aridam vt faciatis proselitum vnū: et cū fuerit fact⁹: facitis ipsum filium gehenne duplo peiorem quam vos. Super quo dicit de lyra q pharisei circuibant per terras gentilium: vt quererent filios eorum et adducerent ad ritum iudeorum seruandum. Post cuius factū tales proseliti.i.de gentilitate ad iudaismum conuersi videntes malam vitam phariseorum et scribarum scandalizabantur. Propter quod aliquando relicto iudaismo redibant apostatando ad priorem ritum: et sic grauius peccabant quam si nūquam suscepisset huiusmodi ritum iudeorum. Nonnulli autē perpetuo remanebant cum eis et imittabantur pessimam eorū vitam: quinimmo quādo adolescebant efficiebantur deteriores illis: qui suo malo exemplo ipsos corruperant. Et hoc est quod dicit Salua. Et cum inquit factus fuerit proselit⁹ facitis eum filiū gehenne duplo peiorem quam vos. Sic et hodie inquit ipse de lyra faciunt multi religiosi solum nomen religionis habentes: qui trahunt et alliciunt ad religionem bonos iuuenes: qui facti religiosi videntes pessimam vitā: quā ducunt q eos attraxerunt quādoq ad seculum redeunt ante professionem: nonnulli autem post celebratam professionem apostatant a religione. Alij vero remanent qui suo tempore efficiuntur duplo peiores quā patres seu predecessores eorū. Et iste abus⁹ potissime reperit in religionibus non formatis tam virorum quam mulierum. Quilibet ergo talis cum venerit ad extremum vite merito dicere poterit. Defecerunt sicut fumus dies mei.id est vita mea irreligiosa et scandaloza perijt et defecit raptim sicut fum⁹ fetidus: et non remansit michi nisi culpa et pena.

S ¶ Preterea notandum iuxta illam secundam partam. Ossa mea sicut cremium aruerunt. q ista verba possunt dicere tria genera hominum.

vez. Xp̄s patiens. Afflictus penitēs. In sepulchro iacens

¶ Primo itaq christus hora passionis merito potuit dicere de apostolis Ossa mea sicut cremium arue.&c. Nempe apostoli fuerunt ossa et adherentia christo per fidā et charitatem ante ipsi⁹ passionem. Sed huiusmodi ossa aruerunt sicut cremium per infidelitatem imminēte ipsa passione secundum q Job loquitur in persona ipsi⁹ christi trigesimo capitulo dicens. Cutis mea denigrata est super me: et ossa mea aruerūt pre caumate: id est ardore infidelitatis Nam vt testantur euangeliste: relicto eo omnes fugierunt: vt scilicet vnus non posset irridere alterum. Fugierunt inquam non tam gestibus corporeis quam affectibus mentis. Unde psalmista in persona ipsius christi dicit sic. Sicut aqua effusus sum id est sanguis meus effusus est sicut aqua in circuitu hierusalem: et dispersa sunt omnia ossa mea,i, apostoli qui tanq ossa

erant ceteris antea firmiores dispersi sunt quādo christo in horto capto fugierunt. Nihilo minus huiusmodi ossa sic arida iterum viruerunt et impinguata sūt: quādo post ascētionē christi repleti sunt spiritussancti gratia: nec deiceps aruerunt per mortalem culpam.

¶ Secundo afflictus penitens merito potest clamare et dicere Ossa mea sicut cremium aruerunt videlicet premia vite austeritate: que consistit in ieiunijs: disciplinis vigilijs ac ceteris laboribus: et exercitijs corporeis. Taliter sicut cremium aruerāt ossa Job qui seipso loquens / eiusdem. vij. ca. cum sederet in sterquilinio et testa raderet cutem suam et saniē eiebat. Induta est caro mea putredine et sordibus pulueris: cutis mea aruit et contracta est. Similiter Dauid cū persequeretur a filio suo Absalon et habitaret in montibus et desertis dicebat. Aruit tanquam testa virtus mea: sup. corporea. Et alibi ego sicut fenū arui. Nonne queso ossa sanctissimi illius Hieronimi sicut cremium aruerūt: qui de seipso ad Eustomahium scribens ait. Quotiens in heremo constitutus in illa vasta solitudine: que exusta solis ardoribus / horridum monachis prestat habitaculum: putabam me romanis interesse delicijs: horrebant sacco membra: deformis squalida cutis situm ethiopice carnis obduxerat: quotidie lachryme: quotidie gemitus. &c. Quid etiam dignum dicere poterimus de incredibili abstinentia et austeritate sanctorum illorum patrū: de quibus meminit ipse Hieronymus in vitis patrum: vt sunt Anthoninus: Paulus Macharius: Apollo: Pathomius: Agathon: Sysoius: Moyses: Hylarion: et pene infiniti alij quorū certe conuersatio: et vita potius admiranda: quā imitanda et amplectenda venit. De quibus potest ad literam intelligi illud Treñ. iiij. Denigrata est super carbones facies eorum videlicet pre ardore solis et locorū in quibus habitabant: et non sunt cogniti in plateis. Non enim communiter viuebant cum alijs: sed habitabant in desertis locis. Adhesit cutis eorum ossibus: et factum est quasi lignum supple siccum et aridū pre nimia abstinentia. Unde quilibet eorum merito potest dicere illud Job decimonono. Pelli mee cōsumptis carnibus adhesit os meum et derelicta sunt tantum modo labia circa dentes meos. Heu si in viridi hec facta sunt in arido quid fiet? id est si sancti dei amici tot et tanta passi sunt: vt ad celestem peruenirent gloriam quomodo illuc se credunt peruenturos miseri peccatores virides in cordeque concupiscentias carnales: et virides in corpore per delicias corporeas et mundanas?

Certe non sic fiet: sed tandem tollentur: et in ignem inferni detrudentur sine fine arsuri: et nunquam consumendi.

¶ Tertio mortuus et in sepulchro iacens quantum ad corpus iuste potest dicere. Ossa mea sicut cremium aruerunt

rūt. Cremium enim dicitur id quod de carnibus remanet in patella postquam frixe sunt et pinguedo extracta: vt dictum est: per mortem autem frixatur humanum corpus in terra.
Nam pinguedo illius resoluitur in terram ꝛ putrefactionē: et de toto corpore nihil remanet integrum preter ossa: que propter sui soliditatem et duriciam incinerari defacili nequeunt. Et ad hoc propositum loquitur scriptura Esaye.xv.di. Aruit herba: defecit germen: viror omnis interijt. Per herbam autem humana caro significatur: que virescit in iuuentute: sed arescit in senectute ꝛ potissime in morte secundum illō psalmiste. Mane sicut herba transeat mane floreat et transeat vespere: id est ī morte decidat induret et arescat. Et bene dicit induret: quia reuera corpus mortuum efficitur durum et rigidum et similiter arescit per defectum humoris: sicut patet in diu languentibus. Mors ergo est similis cribro in quo non remanet nisi granum grossum. sic et de homine mortuo non remanent nisi ossa tanquam grossiores partes humani corporis. Et hoc est quod dicit Psalmista in persona hominis mortui. Aruit tanquam testa virtus mea: id est corpus meum: in quo consistit humana fortitudo / et lingua mea adhesit faucibus meis: ita vt non possit supple / amplius moueri ad loquendū: et in puluerem mortis deduxisti me.
Nam in sepulchro ossa arescūt carnes autem in puluerem deducuntur secundum ꝙ dictum est a domino primo penitenti ꝛ omni homini viuenti. Genesis tertio: puluis es ꝛ in puluerem reuerteris. Sed parum est ꝙ ossa humana arescāt post mortem: nam et hoc commune est tam diuitibus quam pauperibus: tam regibus et principibꝰ quam rusticis et simplicibus: et ideo quia commune parū timendum. Super omnia autem timendum est ne anime frixentur in inferno a demonibus.
Aduertēdum est autem ꝙ postquā ossa humana sic aruerint sub terra: tendem virescent in generali resurrectiōe secundū ꝙ ostensum fuit Ezechieli propheta: qui.xxxvij.cap.libri sui dicit ꝙ ductus est in medio campi qui erat plenus ossibus: ꝛ dictum est ei. Fili hominis putas ne viuent ossa ista. Et dixi. Domine deus tu nosti. Et dixit ad me. Uaticinare de ossibus istis et dices eis. Ossa arida audite verbū domini. hec dicit dominus ossibus eis. Ecce ego intromittam in vos spiritum ꝛ viuetis et dabo super vos neruos: ꝛ succrescere faciem super vos carnes: et superextendam super vos cutem: et dabo vobis spiritum et viuetis: et scietis quia ego dominus. Et prophetaui sicut preceperat mihi dominus. Et factus est sonitꝰ prophete de me: et ecce commotio: et accesserunt ossa ad ossa: vnumquodqꝫ ad iuncturā suā. Et vidi. et ecce super ea nerui ꝛ carnes extenterunt: et extenta est in eis cutis desuper. et cetera. Ecce quam aparte loquitur Prephcta de generali resurre=

ctiōe in qua ossa arida iterum virescent et reparabuntur mul to pulchriora quam ante mortem fuerunt: et hoc quo ad bonos. Studeat ergo quisq̧ esse de numero bonorum in presenti: vt sit de numero illorum in futuro.

¶ Lectio.lxxij.

¶ Percussus sum vt fenum et aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panē meum.

¶ Postquam in precedenti lectione ostensum fuit quomodo penitens descripsit vite sue breuitatem comparendo eam fumo: qui cito euanescit: nec vltra apparet. Hic consequenter iterum eam descri bit per comparationem ad fenum dicens. Percussus sum vt fenū et aruit cor meum: quia oblitus sum co medere panem meum. ⁊ cetera. Cū ergo ipse penitens conside rat quod viror iuuentutis cito transit in ariditatem senectutis. et viror vite in siccitatem mortis: et flos sanitatis cito transit in palorem egritudinis sicut fenum agri quod hodie est ⁊ cras in clibanum mittitur vt habetur Matthei sexto: ex omnibus istis concipit penam per quam obliuiscitur solitas delicias carnis vt illum deus alat pane vite et intellectus et potat aqua sapientie salutaris
A ¶ Sed quoniam prosequē do sequētem diuisionem simul ꝓsequemur declarationē hui⁹ vers⁹ ipsū postulando ideo breuitatis causa notandum quod tria hominum genera possunt merito dicere cum Dauid. Percussus sum vt fenum: et aruit cor meum quia oblitus sum co mere panem meum.

Vez: homo primus / homo xp̄s / Homo vanus

B ¶ Primo igitur primus homo adam postquam peccauit ⁊ dominus ab eo iustitiam originalem abstulit. Utiq̧ dicere potuit. percussus sum vt fenum: ⁊ aruit cor meum. ⁊ce. Quandiu enim in iustitia originali permansit. tanquam herba virens fuit. nec immerito quia in pede conscientie aquam gratie ⁊ omnis virtutis tunc habuit: sed quamprimum de pomo vetito contra dei mādatum gustauit percussus false illi⁹ diuine sententie Genesis secundo. in qua cunq̧ die comederis de ligno scientie boni et mali morte morieris statim vt fenum intus in conscientia aruit. Dicat ergo ipse homo primus. Percussus sum vt fenum: id est mortalis sum fact⁹: vt expo. glo. ord. Et aruit cor meū: scilicet per amissionem gratie: ⁊ hoc ideo (quia oblitus sum comedere panem meum): id est seruare dei preceptū mihi factū: vcz de nō edendo de ligno scientie boni ⁊ mali. Sicut ergo herba virens cū falce precinditur: deinde ⁊ ardo rem solis desiccatur: et tandem fenum factum de prato euellitur. Sicut. Sic homo primus fuit herba virens quamdiu stetit: eo tn̄ habente per pctm̄ prescissus est a dei speciali amore ⁊

dilectione: deinde desiccatus ab ardore inordinate concupiscentie et a vento tentationis diabolice et tandem conuulsus est de paradysi terrestris horto. Ecce quomodo Adam herba virens factus est fenū: quo factum est: vt quotquot deinceps genuit filios aut filias nō tanquā herbam virentem per originalem iustitiam sed poti⁹ tanquam fenum aridum ꝛ siccum originalem culpam ꝛ gratie curentiam propagauerit. Propter quod Es. exclamat dicens. Omnis caro fenum. Eiusdem. xl. Radix autem huius feni humani fuit ipse prim⁹ parens. Merito ergo quilibet dicere potest. percussus sum vt fenum. scilicet in radice que est Adam. Unde Luc. iij. Securis ad radicem arboris posita est. i. diuina sententia cōtra Adā: qui fuit radix arboris. i. toti⁹ humani generis lata est: qñ. s. di. deus ad Adam. puluis es ꝛ in puluerem reuerteris Geñ. iij. Nam sicut fenum in radice secatum de necessitate moritur ꝛ arescit. Ita et nos in radice nostra. i. in Adam falce peccati percussi contraximus necessitatem moriendi. Pro quo notandum scḋm dñm card. q̄ caro nostra assimulatur feno ꝓpter quatuor que contingunt circa fenum ꝛ que implicite dicta sunt de Adaz. Nam fenum primo falce ꝑcutit̄ Secūdo sole desiccatur Tertio rastris voluitur. Quarto sterile efficitur Non enim reddit granū sicut spica tritici vel ordei. Sic ꝛ caro nostra hodie. primo ꝑcussa est falce. i. dura sententia mortis quia vt habetur. ij. Regū. xiiij. Omnes morimur secundo caro nostra sole tribulationis desiccatur sicut patet in infirmis ꝛ in pauperib⁹ agricolis qui non habent nisi pellem et ossa. tertio rastris hinc inde voluitur. per rastrum autem qḋ habet dentes ligneos intelliguntur detractores q̄ voluunt ꝛ reuoluunt vitia alioꝝ si qua in eis esse cognouerint vt sic eos infament. quarto caro nostra non habet granā bona ad esum. de se enim sterilis est ad bonum scḋm illud Jo. vj. Caro non prodest quicquam. Nō solum autem percussus est homo in carne propter peccatuz ade verum etiam in anima. qḋ notatur cum subditur. Et aruit coꝛ meū. i. sterilis facta est aia mea ab omni bono. Ita vt non possit nec bene cogitare. nec bene velle nisi a deo specialiter impinguetur, siue per specialem assistentiam siue per gratiaz ꝛ huiusmodi ratio assignatur cū subditur. quia oblitus sum comedere panem meum. i. seruare dei preceptū primis parentibus ꝓ se ꝛ sua posteritate datum videlicet de non edēdo de ligno scientie boni ꝛ mali.

¶ Scḋo scḋs nr̄ Adam xp̄s hora passionis vtiq̄ dicere potuit. Percussus sum vt fenum. Pro quo notandum qḋ sicut fenū qñ falcat̄ remanet tñ radix illius abscondita integra ꝛ humida cuius virtute fenum iterū virescit ꝛ crescit Sic christi caro ꝑ mortē defecit ꝛ desiccata est. ab ardore solis. i. doloris vehementis sed tñ radix. i. diuinitas abscōdita sub terra

humani corporis semper permansit in suo virore. Virtute cuius iterum tertia die caro ipsius refloruit et pulchrior quā vnquam surrexit. Et de hoc loquebatur ipse esayas. xl. c. cuz dicebat. Exsiccatum est fenum et cecidit flos verbum autē domini manet ineternū. operans supple hanc reuerētiā de qua psal. in psona xpi loquitur dicens. Refloruit caro mea vide licet in resurrectione que marcesserat in passione Istud est sāctissimum illud fenū quod nobis datur in pabulum in mensa altaris de quo figuratiue dicitur. Jo. vi. quod erat fenum multum in loco in quo christus iussit homines discunbere quando fecit miraculum de quinqz panibus. Sic et in ecclesia in qua ipse christus iubet homines puros discumbere. vt percipiant panem angelorum. est fenum multuz: quia ipsum xpi corpus nusqz diminuitur quātuncunqz a multis sumatur.

Sed prochdolor multi illic cōueniunt nō quasi homines ratione vtentes sed potius tanqz iumenta eo quod non videntur ponere differentiam inter ipsum fenum seu panez celestē et panem vsualem. Unde psal. Producens fenum iumentis. q. d. minister ecclesie tunc producit fenum iumētis cum porrigit eucharistie sacramentū peccatoribus miseris et brutalibus hominibus. Aduerte tamen quod vbi minister seu curatus cognosceret eos esse tales nequaquam illis tam sanctum fenum dare deberet. nisi forte propter vitando scandalo vt pote si essent occulti peccatores et publice ipsum peterent. Audiat ergo manducaturus hoc fenum paulum admonentem et dicentem. i. Corinth. xi. Probet seipsum homo et sic de pane illo edat et de calice bibat quia qui manducat et bibit indigne iudicium sibi mādu cat et bibit non dijudicans corpus domini. id est non discernens ipsum per oculū fidei ab alijs cibis. vt exponit glo. Ecce ergo quomodo nobis datur in mensa altaris i illud fenum qd pro nobis redimendis et saluādis percussum est i ara crucis de quo ipsemet christus dicit percussus sum vt fenum scilicet in passione mea. Sequitur et aruit cor meum. quia tūc ab illo sanctissimo feno ablatus fuit omnis humor radicalis secundum illud psal. in persona domini. Aruit tanqz testa virtus mea. Sicut enim testa pinguis postquam fuerit in ignē proiecta statim arescit ab ardore ignis deuorantis eius pinguedinem Ita factū est de humanitate christi postquā fuit exposita doloribus passionis. Uel dic quod hora passionis aruit cor christi pre tristitia et dolore quem tūc intus habuit de Judeorum ingratitudine et obstinatione qui visis tot et tātis signis adhuc nolebant credere eum esse dei filiū. Et iste dolor interior secundum Ber. magis afflixit christum quam dolor quem patiebatur in carne. ideo sequitur quia oblitus sum comedere panem meum. Ubi nota quod cum panē mā ducamus ipsum nobis incorpo=

ramus xps autem in cruce pẽdens non incorporauit sibi de nouo per fidem et charitatem nisi vnum latronez: quinimmo apostolos ꝛ iudeos prius incorporatos euomuit a se quia tũc recesserũt p infidelitatẽ. Et hoc est qḋ dicit. Aruit cor meũ videlicet pre dolore qꝛ oblitus sum comedere panẽ meũ. i. ad modũ obliuiscentis comedere panẽ suũ me habui. cũ iudeos tũc incorpare mihi nõ potui. D ¶ Tertio hõ vanus ꝛ pomposus postꝙ superueneri sibi grauis infirmitas merito dicere põt pcussus sum vt fenum. q. d. Olim eram viuens per iuuentutem ꝛ corporis formositatẽ atꝙ coloris faciei viuacitatem sed adueniente modica febre vel huiusmodi. pcussus sum vt fenũ qꝛ factus sum totus macillentus. Et hoc est qḋ Jac. i. Exortus est sol cũ ardore. i. feruẽs infirmitas statim secuta est hominis ortum ꝛ iuuẽtutez ꝛ arefecit scilicet predict9 ardor fenũ. i. hoiem: qꝛ ois caro fenũ. Esay. xl. et flos eius. i. pulchritudo ꝛ formositas exterior decidit ꝛ decor vultus ei9 deperit. hec eñ cito transeunt et euanescunt ad instar glaciei in martio que ad modicum ardorem solis statim resoluitur. Unde Psal. Fiant sicut fenum tectorum quod priusꝙ euellatur exaruit. Sicut ergo fenum quod est super tecta domoruz aliqñ arescit multo tẽpore anteꝙ euellatur. eo ꝙ non habet multũ de humore in radice ita etiã nõnulli hoies post florem iuuentutis qñꝙ decidũt in lõgos languores vt sunt paraliticí ethici ꝛ huiusmodi qui iuxta vulgare prouerbium moriũtur sup pedes ecce quomodo arescũt priusꝙ per mortem euellantur de mundo isto. Sũt etiam nonnulli quibus nõ sufficit naturalis pulchritudo sed volentes perficere op9 dei quasi ipse illud nonbene fecerit ornant facies suas modo vnguẽtis. modo aquis aromaticis ꝛ huiusmodi in quibus abusib9 pl9 solent peccare iuuenes mulieres ꝙ alie persone q̃ dicunt illud Sap. ij. Uino precioso et vnguentis nos impleamus et nõ pretereat nos flos tẽporis. Coronemus nos rosis anteꝙ marcescant nullum pratum sit quod non pertranseat luxuria nostra. Ubiꝙ relinquamus signa leticie videlicet in capite. in facie in sinu seu pectore. in zonis vestimentis ꝛ ceteris similib9. qm̃ hec est pars nostra ꝛ hec est sors nostra. q. d. Ducamus in bonis dies nostros qꝛ non habebimus alium paradisum. Deinde in eodem capitulo sequitur. hec cogitauerũt ꝛ errauerũt excecauit enim illos malitia eorum ꝛ nescierunt sacramenta dei neꝙ mercedez sperauerunt iustitie. nec iudicauerunt honorem animarum sanctarum. i. non considerauerunt quantum ꝛ qualem honorem deberent deferre suis animabus ad ymaginẽ dei formatis et pro quibus mortuus est dei filius. que ideo deberent esse sancte. Unde beatus Hiero. super illo verbo Psal. Cum exorti fuerint peccatores sicut fenum dicit sic. Uidisti imperatores. vidisti prefectos. vidisti vi

ctorias & triumphos. heri fue
rūt & hodie nō sūt. heri virebat
herba. hodie siccata est vbi pul
chritudo illa. certe nihil bonū
est nisi q̄ eternū est. Quodcū
finem habet nec inter bona nu
merādum est. Quid enim mihi
prodest si heri pfectus fui: & ho
die fame moriar? Quid mihi p
dest si ante diem rex fui. & ho=
die carcere crutior? Oīne quod
preteritum est & finem habet ni
hil est. Recordemur iurātie no
stre recordemur fortūe. & vnus
quisq pro virib⁹ suis habuit
quod potuit. Ecce quō trāsim⁹
ab hac vita. Vbi ergo sūt oia il
la cogitata. certe magis inge=
runt dolorem q̄ satiant volu=
ptatem. hec Hiero. Omniū ita=
q istorum consideratio debet
nos ad mundi comtemptum &
mortis memoriam inducere.

E ¶ Preterea iuxta illud. et a
ruit cor meum q2 oblitus sum
comedere panē meū. notandū
est q̄ cor hois cōiter arescit eo
quod ipse homo obliuiscit co
medere pane tripliciter.

	Doctrine
Vcz	Eucharistie
	Penitentie

¶ Primo igitur cor hominis
desiccatur propter defectū pa
nis doctrine de quo Eccl. xv.
Cibabit illum pane vite & in=
tellect⁹. dicitur autem iste pa=
nis doctrine. panis vite: quia
vitam facit inuenire eternam.
Vel quia disponit ipsum susci
pientem ad vitam gratie secū=
dum illud christi verbū Mat.
iiij. Non in solo pane viuit ho
mo sed in omni verbo quod p
cedit de ore dei. Sed profecto
aret cor illorum qui hunc pa=
nem obliuiscuntur et negligūt
comedere seu sumere. Unde me
rito dicere possunt illud. Nu=
meri. xi. anima nostra arida est
Quantum autem grauiter ta=
les peccēt aperte insinuat Au.
j. q. j. interrogo. vbi dicit quod
non minus sit verbum dei quā
corpus xpi. immo quantū ad a
liquem effectū est aliquid ma
ius quia vt dicitur in glo. ibi=
dem predicatio plures cōuer=
tit & plus facit compungi ho=
minem ita vt oia pctā p eā tol
lantur per corpus autem chri=
sti tantum tolluntur venialia
vt patet de cōf. dist. ij. iteratur
& ca. quotidie. Et ideo inquit
Aug. quanta sollicitudine ob=
seruamus quando nobis chri=
sti corpus ministratur vt nihil
de ipso de manibus nostris in
terram cadat. tanta sollicitudi
ne obseruemus ne verbum do
mini quod nobis erogatur pe
reat. Deinde infert mirabilem
propositionem dicēs quod nō
minus erit reus qui verbū dei
negligenter audierit. quam il=
le qui christi corpus sua negli
gentia ī terram cadere permi=
serit. hec ille. De pena autem il
lius qui christi corpus negli=
genter in terram cadere pmit=
tit. dr de cōf. di. ij. qui bene. q̄
dz peniteere p. xxx. dies hoc
tñ dn̄t intelligi qñ id qđ de sa=
cramēto in terrā cadit nō repe
ritur vt habetur in eodē textu.

F ¶ Secundo cor hominis
aret & desiccatur propter defe
ctum panis eucharistie de quo
ipsemet saluator Jo. vj. ait Ego
suz panis viuus qui de celo de
scēdi Si quis mādūcauerit ex
hoc pane viuet ieternū. Et sap⁹

xvi. Panem de celo prestitisti eis omne delectamentum in se habentem. Hic est etiã panis de quo figuratiue dicit abrahã angelis quos homines esse credebat ponam bucellam panis & confortetur cor vestrũ & post ea transibitis. Gen. xviij. Et in psal. Panis cor hominis confirmet. Quemadmodũ ergo corpus humanum arescit & deficit ob defectũ panis materialis, nec potest homo diu persistere absq corporali cibo eo quod humiduz radicale continue diminuitur & tandem deficeret nisi per cibum restauraretur Sic spiritualiter non potest hõ diu intus per gratiam viuere qui non fuerit refectus illo celesti pane sed cito aret per indeuotionem & oĩs spũalis dulcedinis carentiam. Ob quam causam ordinatũ est ab vl'i ecclesia vt oĩs xpianus q̃ attigit annos discretionis ad minus semel ĩ anno sumat altaris sacramentũ vt habetur extra de pe. & re. omnis vtriusq sex⁹ nisi de cõsilio proprij sacerdotis ob aliquam rationabilem causã. ad tẽpus ad huiusmodi perceptione dixerit abstinendũ alioquin & viuens ab ingressu ecclesie arceatur & moriens xpiana careat sepultura Et nota q decretalis dicit ad minus semel in anno. Non enim prohibet qui pluries quis cõicet in anno p̃cipue in potioribus festiuitatibus. Unde & antiqua iura hoc precipiebãt sicut patet de cõs. dist. ij. etsi non frequentius vbi sic habetur Et si non frequentius saltem ter in anno homines cõicent in pascha videlicet & penthecoste et natali dñi nisi forte quis maioribus quibuslibet criminibus impediat Item di. eadem. c. seculares &c sic Seculares qui in natali domini pascha & penthecoste nõ cõicauerint catholici non credãtur nec inter catholicos habeantur Nec michi placet glo. illa super dicto. ca. seculares q̃ dicit illud intelligi de clericis & non de laicis. Non enim sufficit clericis tantum ter in anno cõicare seu diuina celebrare vt patet p illud c. Quotidie quotidie inquit Aug. eucharistie cõionem accipere nec laudo nec vitupero. omnibus tamen dñicis dieb⁹ cõmunicãdũ hortor si tamen mẽs in affectu peccandi non sit. Nam qui ad sacerdotium promouetur nec ordine suo tempore et loco vtitur ingratus habetur et reputatur. Talis enim abscõdit talentũ dñi sui Quis enim princeps aut rex equo anĩo ferret si scutifer suus cui magna dat stipendia. tñ bis aut ter in anno accederet ad eius mensam iuxta officiũ suũ famulatũ impensurus? Nunq̃d etiã sacerdos legis veteris tãtũ bis aut ter sacrificium dño offerebat p delictis pp'lorum? Absit quin immo in lege quotidianũ erat sacrificiũ q̃d dño offerebat sacerdos p quotidianis delictis pp'li sui. q̃to magis ergo sacerdotes euangelici & p̃cipue curã aĩarũ habẽtes hoc sanctissimũ sacrificiũ dño pro se & suis offerre debent nõ quidẽ tantũ dñicis diebus & festis: sed et p singulos dies nisi mens in affectu peccãdi fuerit aut deuo-

tio remissior inde efficiatur. Ut enim dicitur in decretis distinctione. iiij. Denique. Uita clericorum debet esse religiosior vita laicorum. Nolo tamen asserere eos negligentiam incurrere mortalem quia quotidiana diuinorum celebratione abstinent. Sed eos audacter reprehendo qui morā gerentes summi pōtificis antique legis tantum semel in anno. Sancta sanctorum intrant missam celebraturi: qui iniuste sibi vendicant fructus beneficiorum suorum: maxime cum beneficium detur propter officiū. Item Paulus. ij. Tessal. iij. dicit quod qui nō vult operari non mādūcet. Restat ergo vt dictum decretum. Seculares. non tantum de clericis verum etiam de laicis intelligatur. Modo tamen videtur esse abrogatum per decreta lē. Omnis vtriusque sexus. Studeat ergo sacerdos iuxta officium suum domino offerre sacrificium sacrificiorum ne merito dicere possit. Aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panem meum.

¶ Tertio cor humanum desiccatur propter defectum panis penitentie: de quo Genesis. iij. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Et in psalmo. Surgite postquam sederitis qui mādūcatis panem doloris. Olim enim multi erant qui comedebant panem suum: qualis erat ipse Dauid qui dicebat. Cinerem tanquam panem mādūcabam: et potum meum cum fletu miscebam: a facie ire indignationis tue. quasi dicat. Ne a te punirer domine studui meipsum punire. Hunc etiam panem comedit ipse Helyas: de quo dicitur. iij. Regū. xix. quod ad monitionem angeli respexit ad caput suum: et inuenit subcinericium panem et vas aque qui comedit et bibit: et postea ambulauit in fortitudine cibi illius. xl. diebus et. xl. noctibus vsque ad montem dei oreb. Quid autem subcinericius panis nisi panis penitentie: que merito dicitur panis: quia mentes reficit. Et non dicitur penitentia qualiscunque panis: sed subcinericius quia erigitur de cinere: id est de memoria mortis. Cum enim quis cogitat se moriturum et de omnibus tandem rationē redditurum incitatur ad penitentiam. Uas autem aque repertū cum subcinericio pane significat aquam lachrymarum debere simul concurrere cum pane penitentie: secundum quod dicunt veri penitentes ad dominum cum Psalmista. Cibabis nos pane lachrymarum. Non enim satis est facere opera de genere bonorum: vtpote ieiunare: carnē disciplinis castigare: cilicium deferre et huiusmodi nisi talia permisceantur aqua cōtritionis et doloris. Sed profecto hodie iste panis penitētie adeo insipidus apparet hominibus quod vix inueniunt alii qui velint de illo gustare et pasci: sed dicunt illud. Nume. xxj. Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo. Et ideo multi possunt dicere. Aruit cor meum quia oblitus sum comedere panem meū. Ubi enim hodie ieiunia? vbi abstinētie? vbi vigilie? vbi discipline? et si qua

sunt similia. Olim eñ christiani ieiunabant quartis et sextis ferijs vt patet de consequen. di stin. iij. Ieiunia. Ieiunia (inqt textus) in quarta et sexta feria non sunt soluenda nisi grãdis aliqua necessitas fuerit: quia quarta feria Iudas traditionem domini cogitauit: sexta feria crucifixus est saluator. Videtur ergo qui in his dieb⁹ sine necessitate soluerit statuta ieiunia: vel cũ tradente tradere saluatorem: vel cum crucifigentibus crucifigere. Dicit tamen glosa quod istud decretũ quamuis in primitiua ecclesia fuerit necessitatis: tamẽ modo est consilij tantum. Sed nõ mirum si istud consiliũ a modernis nõ obseruetur: maxime cum nec ieiunia que sub precepto cadunt a maiori parte christianorum obseruentur. Ecce quomodo oblitus est homo peccator comedere panem doloris et penitentie quem si in presenti non comederit profecto panem glorie in futuro non gustabit.

Lectio. lxxiij.

¶ A voce gemitus mei adhesit os meum carni mee.

¶ Postquam in precedenti lectione penitens ostendit quantum malum passus est ex defectu et carentia illi⁹ triplicis panis quẽ ibi descripsimus (quia de facto aruit cor eius per defectum illorum effectuũ quos predicti tres panes operant) hic consequenter gemit vehementer talem obliuionẽ seu negligentiam dicens. A voce gemitus mei. &c. q. d. Quia enim oblitus sum comedere panem meum: scilicet doctrine eucharistie et penitentie: ideo nũc vehemẽter gemo: non quidẽ pro terrenis sed pro spiritualibus et eternis: vt dicit glosa interl. Dominus autẽ Petrus de Palude exponit passum istum ad literam de Dauid: qui tempore persecutionis filij sui Absalon intãtum gemebat quod ossa eius adherebat cuti eius pre nimia macie. In quo facto ipẽ rex Dauid dedit ceteris penitentibus exemplum quomodo debeant crucifigere carnem suam ita vt scilicet ossa cuti adhereant. Et talem egit penitentiam Iob: secundum quod de seipso dicebat. Pelli mee consumptis carnibus adhesit os meum: et derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. Eiusdẽ xix. Propterea beatus Hieronym⁹ super hoc passu dicit sic. Discant qui agunt penitentiã quomodo illam agere debeant Ita eñ exsiccauit seipsum Dauid vt sine carne esset: et pelles sue hererent ossibus suis. Moraliter autem idem doctor hoc exponit de viris perfectis qui sunt ossa ecclesie: et tales debẽt pro peccatoribus qui sunt carnes seu carnales gemere. Maxime pro eo quod illi aut non gemunt quando debent sed potius gaudent puta de peccato suo commisso. Ut luxuriosi qui letantur cũ male fecerint et exultant in rebus pessimis. Aut si gemunt tamen male gemunt et non pro eo pro quo oportet eos gemere. Gemũt quidem pro damno temporali: pro leui in-

firmitate: aut parentum morte sed non pro sua aut amicorum culpa et ruina. Et talem gemitum non approbat dominus. Est ergo gemendum pro malis culpe proprijs et alienis: et quandoque etiā pro malis pene alienis. Sed utique gaudendum pro malis pene proprijs: et similiter pro bonis spiritualib⁹: proprijs aut alienis: sicut dicit Paulus Romanorum duodecimo. Gaudete (inquit) cū gaudentibus: flete cum flentibus. Taliter autem gaudebant sancti dei apostoli: de quibus legitur Actuum quinto. qd ibant gaudentes a conspectu consilij quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati. Sed profecto hac tempestate potius et abundantius gemunt homines mūdani si pungantur spina in pede vel digito quod si vulnerentur in conscientia aliquo graui peccato: atque in hanc deuenimus dementiaz ut magis plangamus et compatiamur corpori moriture: quam anime incternū victure. Hoc igitur attendāt parentes carnales qui quandoque quasi inconsolabiliter deflent mortes natorum suoruz: et non deflent perditionem animaruz suarum. In cuius figura Exodi duodecimo legitur quod factus est planctus magnus in Egypto in morte primogenitorum iumentorum: et in destructione vinearum: segetū: et huiusmodi.

A ¶ Notandum est ergo iuxta hūc passum quod multi possunt dicere. A voce gemit⁹ mei adhesit. &c.

Videlcz. Christus crucifix⁹. pauper oppressus. penitens cōtritus. Aspirās perfectus. Condolens pius. Afflictus reprobus

¶ Primo igitur Christus duz penderet in cruce merito dicere poterat. A voce gemit⁹ mei adhesit. &c. Os em̄ Christi fuit beatus Joannes euangelista: per quem nobis loquitur ipse Christ⁹ in euangelio. Caro autem ipsius fuit eius intemerata mater. Sed vox sui gemitus fuit illud pium verbū quo dixit ad matrem. Mulier ecce filius tuus. Deinde ad discipulum. Fili: ecce mater tua. Joan. xix. Et tunc adhesit os suū carni sue quando discipulus accepit eam: videlicet Christi matrem in suam scilicet matrem: aut in suam custodiaz. Ita em̄ exponit dominus Cardi. Sed domin⁹ Petrus de Palude in eodē sensu allegorico hūc passum exponit de eodez Christo qui in cruce clamabat voce magna et gemebat dicens, Heloy heloy lamazabathani: hoc est deus meus deus meus ut quid me dereliquisti. Item quando dixit. Sitio. Ad cui⁹ vocē quasi gementis obtulerūt ori eius acetum: sed cū gustasset noluit bibere: quia verisimile est guttur eius tunc fuisse adeo exsiccatū ut vix posset ipsum transglutire: et ideo tunc adheserūt carni sue ossa eius: eo maxime quod subtractus esset tot⁹ sanguis et humor de sua sanctissima carne. Ecce quanta passus est dei filius pro nobis et in nostra carne ab impijs Judeis

Ergo compatiamur sibi: maxime cum elementa & creature insensibiles sibi cōpasse sint quādo audierunt vocem gemitus ipsius: secundum quod ait Hieronymus super Mattheum. Omnis (inqt) creatura Christo morienti compatitur: sol obscuratur: terra mouetur: petre scinduntur: velum templi diuiditur: sepulchra aperiūtur: solus miser homo non compatitur pro quo solo Christus mo rit. Audiāt ergo ingrati christiani piissimum Jesum cū gemitu ad eos clamantem et dicentem. O homo vide que pro te patior: non est dolor sicut quo crucior: ad te clamo qui pro te morior: vide penas quibus afficior: vide clauos quib⁹ confodior: cum sit dolor tantus exterior / interior est planct⁹ grauior cum te tam ingratum experior. hec Bernardus in quodam sermone in persona Christi. Item idem Bernardus in quodā alio sermone exponens illud Psalmiste. Super dolorē vulnerum meorum addiderūt in persona eiusdem Christi dicit sic. Nonne satis propter te vulneratus sum? Nūquid pro iniquitate tua afflictus sum? Cur addis afflictionem afflicto? Magis aggrauant me vulnera tui peccati: quam vulnera corporis mei. Hec ille. Audiamus ergo vocem gemitus ipsius benignissimi saluatoris et a peccato penitus abstineamus.

¶ Secundo pauper oppressus merito potest dicere. A voce gemitus mei adhesit. &c. Nam diuites & potentes plerūq adeo opprimūt pauperes: modo per fraudes: modo per vsuras: modo per torturas et violentias quod faciūt eos gemere & mortez quandoq desiderare: sicut gemit asin⁹ quādo nimio onere grauatur. Ita vt quilibet talis pauper sic oppressus merito possit dicere illud Psalmist. Defecit in dolore vita mea: et anni mei in gemitib⁹: id est cōsumūtur in gemitu & fletu. Sequit. Infirmata est in paupertate virtus mea: quia postquā potentes rapuerūt bona & substantiam pauperum sepe fit vt pre necessitudine & defectu tēporaliū cadant in varias egritudines dicti pauperes. Et ossa mea (inquit pauper) conturbata sunt. Hoc fit ad literam quando nobiles & potentes in tantam deueniunt crudelitatē vt etiam siue per se siue per famulos suos percutiunt ipsos pauperes adeo seuere vt quandoq frangant eis ossa: siue ad caput percutiendo siue ad brachia & huiusmodi. Propterea ipse dn̄s cōqueritur de talibus tyrannis Michee. iij. dicens. Comederūt carnē populi mei & pellē eorū desuper excoriauerunt: & ossa eorū confregerunt et cōciderūt sicut i lebete & quasi carnem in medio olle. Nā sicut carnes quādo frixantur in lebete depurantur a pinguedine sua: ita etiā tyrāni bn̄ sciūt depurare substātiam pauperū sub diuersis colorib⁹ & palliationibus: sicut pulche declaratur Job. xxiiij. Asinum pupillorum abegerunt: & abstulerūt pro pignore bouem vidue: subuerterūt pauperū viā: videlz

prohibentes eos transire per certa loca: vtpote per agros et hortos eorum. Et per hūc modum supple oppresserunt mansuetos terre: id est simplicis et pauperes. Qualiter autē id faciant declarat cū subdit. Agrū non suum demetunt: ⁊ vineam eius quem vi oppresserunt vindemiant. Nudos dimittunt homines indumēta tollētes: quibus non est operimētum in frigore: quos imbres montium rigant ⁊ non habentes velamen amplexantur lapides. Uult ergo dicere propheta quod tales tyranni quandoq₃ adeo opprimunt subditos suos vt etiam ab eis auferāt vestes ⁊ lectisternia pro soluēdis censib⁹: quando scilicet non inueniunt aliaʒ predam aut substantiam apud eos: quo fit vt etiam cogāt eos exulare dimissa propria habitatione. Et tunc quandoq₃ coguntur in speluncis ⁊ in cauernis terre habitare. Et hoc est quod dicit. Quos imbres montiū rigant: ⁊ non habentes velamen: id est domum aut hospitium: amplexantur lapides: id est se diuertunt ad speluncas: in quibus amplexātur lapides pro ceruicali. Alij autem proprio solo relicto penetrant interiora syluarum ⁊ nemorū loca: vbi constructa domuncula forte ad radicē alicuius quercus ibi cum feris se ⁊ familiam recondunt et abscondunt. Testes omnium horum sunt oculi eoꝝ qui vagantur per regnum Francie. Attamen multo nunc mitius agitur cū plebanis: hoc agēte magna prouidētia ⁊ humanitate Ludouici. xij. moderni: quam retro habitis temporibus extiterit obseruatū. Sequitur in predicto textu. Uim fecerūt depredantes pupillos et vulgum pauperem spoliauerunt. Nudis ⁊ incedentib⁹ absque vestitu esurientibus tulerunt spicas. De ciuitatibus fecerunt viros gemere. Nā postquam tales principes tyranni exhauserunt substantiam pauperum agricolarum: tandem se conuertūt ad ciuitates ibidem operaturi: et tunc faciūt viros de ciuitatibus gemere. Sequitur. Et anima vulneratorū clamauit ⁊ deus inultū abire non patitur: quia vt habetur Jacobi. ij. Judicium sine misericordia fiet ei qui non fecerit misericordiam. Taliter autem ipse Pharao faciebat gemere filios Jsrael: de quibus dicitur Exodi. ij. quod ingemiscentes propter opera vociferati sūt. Ascēdit autem clamor eoꝝ ad deuʒ ab operibus: ⁊ audiuit gemitū eorum: ⁊ tunc adhesit os eoruʒ carni sue pre nimia afflictione quando ipse Pharao studuit eos affligere ī operibus duris luti ⁊ lateris. Cumq₃ super hoc clamarent ad eū dicentes: Cur ita agis cōtra seruos tuos Palee non dantur nobis ⁊ lateres similiter imperantur. Et famuli tui flagellis cedimur ⁊ iniuste agitur contra populum tuū Eos super hoc minime audire voluit vt patet diffuse. Exo. v.

¶ Tertio penitens ꝯtritus potest dicere. A voce gemitus mei adhesit os meum carni mee: scilicet pre nimio labore ⁊ dolore quem habui in gemendo peccata mea.

B ¶ Ubi notandum quod verus penitens debet summopere gemere de tribus.

¶ Primo quidem de transacte culpe commissione. Et hac de causa gemebat David post cōmissum adulterium: secundum quod ipsemet testatur in Psalmista dicens. Laboraui in gemitu meo: lauabo per singulas noctes lectum meū lachrymis. etc. Si enim homo gemit ꝑ morte sui amici: aut pro incommodo suo tēporali: multo magis pro morte anime sue quam facit peccatum. Propterea dicit Augustinus. Sciat (inquit) se peccator culpabiliter reū si deflet damna rerum/ et non deflet animam suam deperditam ex peccatis. Ad talē igitur gemitum de peccatis habendū nos admonet scriptura. Treñ. ij. dicens. Deduc quasi torrentē lachrymas per diez et noctē: non des requiē tibi: neqꝫ taceat pupilla oculi tui. Item Hiere. vj. Luctū vnigeniti fac tibi planctum amarum. Unde de anima penitente dicitur Treñ. i. Ipsa autem gemens conuersa est retrorsum: scilicet ad cōmissa peccata illa detestando et deflēdo. Propterea Augustinus in tertio sermōe de natiuitate domini dicit sic. Quādo sic penitēs: vt tibi amarum sapiat in animo quod ante dulce fuit in vita: et quod te prius delectabat in corpore: ipsum te cruciat in mente. Jam tunc bene ingemiscis ad deum et dicis. Tibi soli peccaui et malum coram te feci hec ille. Et per hoc soluitur dubitatio illorum qui dicunt. Semꝑ ego frequēter peccata mea sꝫ nescio si gemitꝰ meus sit domino absconditus: aut illi gratus.

¶ Secundo debet verus penitens gemere de dei dānabili desertione. Hiere. ij. Scito et vide quia malum et amarum est dereliquisse te dominū deū tuū. Sicut enī turtur de amisso cōpare continue dolet et gemituꝫ pro cātu reddit/ de ramo in ramum transuolans: et suo gemitu ipsum cōparem amissum reuocans. Ita penitēs anima debet cū gemitu et dolore de peccatis suis querere spōsum suū Christum: et per talem gemituꝫ ipsum ad se reuocare/ dicendo illud. Cañ. i. Indica mihi queꝫ diligit anima mea: vbi pascas vbi cubes in meridie. Sed dicis/ dominum quero: nec ipsuꝫ inuenire possum: quale igitur remedium. Certe optimum: scilicet recursus ad sanctos et sanctas dei: qui optime norūt vbi cubat in meridie: id est in celo: et illis dicendo illud. Canti. v. Adiuro vos filie Hierusaleꝫ si inueneritis dilectum meum (si pro quia) vt nuncietis ei: quia amore langueo. Nōne optime eū quesiuit illa peccatrix Magdalena de qua dicitur Luce. vij. quod quamprimuꝫ cognouit quam accubuisset Jesus in domo Simonis Leprosi attulit alabastrum vnguenti: et stās retro secus pedes eius lachrymis cepit rigare pedes eius: ecce cordis contritio: et capillis capitis sui tergebat: ecce operis satifactio: et osculabatur pedes eius: ecce oris confessio: et vnguento vngebat: ecce mētis deuotio. Quicunqꝫ ergo Chri

stum peccando perdiderit/ ipsum requirat illo quadruplici modo: quo eum quesiuit Magdalena ꝛ indefectibiliter ipsū cum ea inueniet.

¶ Tertio sincerus penitēs debet gemere pro penarum eternarum euasione: quas peccando meruit incurrere: quia vt dicit. Prosper in sententijs ꝛ recitatur de penultima distinc. i. porro/ temporalib⁹ penis mutantur eterna supplicia: et lachrymis ex vera cordis contritione fluentibus extinguūtur eterni ignis incendia. Vñ etiā xiij. q. ij. quesitū. dicitur quod illi qui suspenduntur pro suis sceleribus si modo confiteant: et vere peniteant: tunc pro peccatis suis extremam penā persoluunt. Vult autem dicere canon quod tales sic in extremis penitentes puniuntur temporaliter ꝛ nunquaꝫ eternaliter. Propterea dicit Salua. Matthei. v. Beati qui lugent: videlicet peccata commissa: quoniaꝫ ipsi consolabuntur: scilicet de spe remissionis peccatorū concepta: ꝛ eterni incendij euasione. Sed aduertendū quod non sufficit qualiscunque dolor de peccatis in penitente: sed vehementer debet gemere: quod notatur cum dicitur. A voce gemitus mei adhesit os meū carni mee, quasi dicat: penitens: adeo gemui pro peccatis meis ꝙ inde caro mea cōtracta est.

¶ Quarto principaliter perfectus homo qui aspirat ad patriam celestem merito potest dicere. A voce gemitus mei. ꝛc. Considerans enim vir perfect⁹ deuotus ꝛ contēplatiu⁹ quanta sit felicitas in celesti patria: vbi nullum bonum deerit: nullum malum aderit: vbi vacatur dei laudib⁹: vbi iugiter sonant organa sanctoꝝ: vbi angeli et archangeli hymnum decantāt ante thronum dei claraqꝫ facie ipsum deum qui est summū bonum intuentur: vbi omne desideriū impletur: vbi nulla necessitas neqꝫ corporꝫ neqꝫ anime repertur: vbi nulle insidie demonū: vbi terror gehenne procul: vbi nemo ledit: nemo irascitur: nemo inuidet: vbi cupiditas nulla exardescit vbi nullum cibi desiderium: vbi nulla honoris pulsat aut potestatis ambitio: vbi cuncta consona et tranquilla: vbi vita sine fine iocūda: summopere summoqꝫ studio ꝛ desiderio illuc peruenire appetit. Sed dum attendit ꝙ omni die est in periculo tantaꝫ felicitatem perdendi irreparabiliter ꝛ imperpetuum videlicet si cū peccato decesserit: ideo vehemēter gemit ꝛ suspirat intra seipsum: adeo quod etiā exterius in corpore quādoqꝫ apparet totus macilētus magis gerens effigiem mortis ꝙ vite ita vt merito dicere possit. Adhesit os meū carni mee. Et ad hoc propositū loquebat Paulus cū dicebat Rom. viij. Omnis creatura. i. omnis homo perfectus terrenoruꝫ contemptor et celestium appetitor: ingemiscit. i. cum magno desiderio et gemitu desiderat liberari: ꝛ parturit. i. cū magno dolore facit quod facit: vsqꝫ adhuc. i. in presenti. Non solum aūt illa creatura sed ꝛ nos: supple apostoli primicias spiritus habentes: ꝛ

ipsi intra nos gemimus ado=ptionez filiorum dei: que perfecte fiet i celo. Iste igitur est gemi= amarosus quē habet anima deuota ex ardenti desiderio vi dēdi spōsum suū Jesum Chri=stū. Et tales viri perfecti sunt similes cygno: q est auis albis=sima: que in fluminibus cōuer satur assidue que solet semper gemere et nunq cantare nisi so lum quando debet mori. Sic et viri perfecti: q cōtinue versant i aquis lachrymarū et deuotio nis: et q candore castitatis quo ad corpus: et puritatis: quo ad spiritū vestiuntur / semper ge=munt pro dilatione patrie cele stis: et solū tunc gaudent quan do mors de proximo eis instat et quando sperant cito ad cele stem patriam se de hoc mundo nequ transituros. De quibus ad literā pōt intelligi illud Treñ. i. Sacerdotes eius gementes: virgines eius squalide. i. aspe=re: supple per duram penitē=tiā: et ipsa scilicet deuota et san cta anima oppressa amaritudi ne: id est dolore pro tanta dila tione. Unde di. temporalis ani ma deuota illud Psalmi. Heu me: quia incolatus meus pro=longatus est. Talis erat sctūs ille Job qui dicit. Tedet ani=mam meam vite mee. Eiusdem x. Similiter sanctus ille senex Simeon: qui Christo palpato dicit. Nunc dimittis seruum tuum domine: secunduz verbū tuum in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuum. Luce ij. Talis etiam erat sanctus il=le propheta Helias de quo di citur. iij. Regum. xix. quod cum fugeret a facie impijssime Je=zabel et ingressus fuisset deser=tum sedit subter vnam iunipe=rum: et petiuit anime sue vt mo reretur et ait. Sufficit mihi do mine tolle animam meam. Ta=lis denique erat apostolus Pau lus qui Philip. i. dicebat. Desi deriuz habeo dissolui et esse cū Christo.

¶ Quinto pius homo condo=lens necessitatibus et miserijs aliorum tam spiritualibus q corporalibus iuste potest dice re. A voce gemitus mei. etc. Si enim aliquis haberet multos fratres et videret ex vna parte vnum ex illis paralyticum: ex alia parte alium leprosuz: aliū demoniacum: alium fame peri clitari: alium peste infirmari: et ab omnibus derelinqui: alium depredari: alium grauiter per cuti: alium ad patibulum duci alium propter Christum exco riari: et in penis deficere: alium cum desperatiōe mori. et sic de alijs. Nonne queso talis habe ret maximam causaz gemendi toto tēpore vite sue? Certe vti=que etiā si tantū viueret quan tum Mathusalem: de quo dici tur Genesis. v. quod vixit nō=gētis sexaginta. ix. annis. Pro fecto ista calamitas et miseria contingit quotidie cuilibet no strū. Sumus enim omnes fra=tres dicente Christo. Matthei xxiij. Unus est enim pater ve=ster qui in celis est. Uos autez oēs fratres estis. Cū ergo videa mus fratres nostros christia=nos tot miserias et penas ferre tā in corporibus q in aīabus debemus merito illis cōpati et cōtinue deflere dāna et pericla eorū. Si enim licitū sit deflere

mortem corporalem amici ſui: iuxta illud Eccleſiaſt. xxij. Modicum plora ſuper mortuo: defecit enim lux eius: multomagis deflenda eſt mors ſpiritualis ⁊ eterna ipſius. Cuius tamē op-poſitū multi faciunt: quos re-prehendit Auguſtinus dicens Sunt ne chriſtiane in te viſce-ra pietatis: qui deplangis cor-pus a quo receſſit anima: ⁊ nō plangis animam a qua receſſit deus. Permaxime autem cōue-nit platis gemere peccata ſub-ditorum ſuorum ſecundum il-lud Johelis. ij. Inter veſtibulū et altare plorabunt ſacerdotes miniſtri domini: ⁊ dicent. Par-ce domine: parce populo tuo: ⁊ ne des hereditatē tuā. ⁊c. Ta-lis fuit Samuel de quo legitur i. Regum. xvj. quod multo tem-pore fleuit pro peccato Saul. Talis fuit Moyſes qui vidēs iram domini ſeuiſſe in populū ſuum orauit dominum dicēs. Cur iraſcitur furor tuus domi-ne contra populuz tuum: quez eduxiſti de terra Egypti in for-titudine magna. ⁊c. Itē. Quie-ſcat/ inquit/ ira tua: ⁊ eſto pla-cabilis ſuper nequitiam popu-li tui. Exo. xxxij. Itē in fine di-cti capituli leg. quod cū popu-lus idolatraſſet circa vitulum aureū: ipſe Moyſes iterū aſcen-dit ad dominum: vt ipſum de-precaretur cū populo. ⁊ dicēs. Aut dimitte eis hanc noxam: aut ſi nō facis dele me de libro tuo quem ſcripſiſti. Talis de-niqꝫ fuit mūdi ſaluator: qui vi-dens ciuitatem Hieruſalem fle-uit ſuper illam dicens: quia ſi cognouiſſes: ſupple mala que futura ſunt tibi: ⁊ tu ſupple fle-res. Luce. xix. Nonne etiā ſan-ctus pater noſter Dominicus merito dicere poterat. A voce gemitus mei. quem ſupple ha-beo cōdolendo peccatis ⁊ cul-pis proximoꝝ/ adheſit os meū carni mee. id eſt inde ſum tot⁹ attenuatus in corpore pre la-chrymis quas fundo. Unde de eo legitur quod cum appropin-quaret alicui magne ciuitati flebat vberrime: cogitans apud ſe peccata inhabitātium. Et vt dicitur in eius legēda dederat illi dominus ſpecialem gratiā flendi pro miſerijs alioꝝ: adeo quod interdum in oratione po-ſitus non poterat ſe continere quin vox eminus audiret: tan-quam ſi mortuuz lugeret. Sed profecto hodie multi ſunt qui nec ſua nec aliorum deflēt pec-cata.

¶ Sexto reprobus afflictus a-pud inferos merito pōt dicere A voce gemit⁹ mei adheſit os meū carni mee. Nam poſt diez iudicij quādo ipſi reprobi cru-ciabuntur in corpore ⁊ anima: intantum gemebunt ⁊ lamenta-buntur: tum propter perditum tempus miſerendi: tuz propter perpetuos cruciatus inferni: tum propter carentiam diuine viſionis: quod attenuabuntur et alterabunt in corpore adeo quod nō manebit in eis niſi cu-tis ſuper oſſa. Ita vt merito q̇-libet talis tunc dicere poſſit il-lud Pſalmiſte. Oſſa mea ſicut cremiū aruerunt. Et de hoc ge-mitu ſcribit Sapien. v. Uiden-tes: ſupple reprobi Chriſtuz ⁊ omnes electos ī die iudicij tur-babuntur timore horribili di-centes intra ſe penitētiā agen-

tes: et pre angustia spiritus gementes. Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum: et quorum vitam estimabamus insaniam. etc. Ipsi ergo reprobi dãnati sunt sicut vrsus qui de nouo in nemore captus: et cathenis ferreis ligatus non cessat gemere et rugire: atque pre desperatione euadendi cadere: rodere et mordere. Ita et ipsi damnati capti a mille demonibus et liga i mirabilibus cathenis igneis: que frãgi nulla humana arte possunt: post diem iudicij iubente iudice Christo recludentur in carcerẽ inferni inde nũquam exituri: nec lucem visuri. Ita enim dicitur. Matth. xxij. Ligatis manibus et pedibus mit. e. in te. ex. Et tũc gemebũt et rugient quando videbunt se sic captos et tractos ad infernũ et nunquam inde exituros. Et hoc est quod subditur in predicta authoritate: quod ibi erit fletus et stridor dentiũ. Et tunc quilibet eorũ dicere poterit illud psalmiste. Afflictus sum et humiliatus sum nimis rugiebã a gemitu cordis mei. Gemamus ergo charissimi peccata nostra in presenti: ne cõpellamur gemere in futuro.

Lectio. lxxiiij.

Similis factus sum pellicano solitudinis: & factus sum sicut nicticorax in domicilio.

Postquam in precedenti lectione habitũ est quomodo penitẽs vehementer gemit peccata commissa carnem quoque suã attenuat et affligit ne eum affligat deus in futuro. Consequẽter in hoc versu cõparat se pellicano: quia sicut pellicanus auis est desertis: et solitudinibus commorans. Ita et verus penitens debet volare ad desertum penitentie: et elongare se a praua societate quia vt dicitur Eccli. xiij. Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea: et qui communicauerit superbo induet superbiam: et sic de alijs generibus peccatorum. Item Psal. Cũ sancto sanctus eris: et cũ peruerso peruerteris. Secũdo comparat se nycticoraci: quia sicut nycticorax libenter frequentat et versatur circa domos et ecclesias. Ita etiã verus penitens libenter frequentat domum patris sui celestis: hoc est ecclesiam et loca sacra. Dominus aũt Cardi. dicit quod per pellicanum quĩ est auis amans solitudinem intelligunt boni heremite: quĩ amant viuere in solitudine ne inquietentur et impediantur a sua cõtẽplatione et perfectione a mũdo quales erant illi de quibus cõmemorat Hieronymus in vitis patrum. per nicticoracẽ autem qui est auis habitãs in domicilio et inter homines, intelligũtur illi qui faciunt penitentiam in seculo conuersando cũ alijs. Pellicano ergo fuit similis Maria Magdalena quĩ post Christi ascensionẽ vsque ad diẽ mortis habitauit in deserto loco apud prouinciam quem locum nunc incolunt fratres predicatores. Nicticoraci vero similis fuit soror eius Martha que in mũdo manens pietatis

opera circa pauperes exercere studuit. dicat ergo Maria Magdalena. Similis facta sum pellicano solitudinis. Dicat & Martha facta sum sicut nicticorax in domicilio.

A ¶ Notandum est ergo quod tria hominum genera possunt dicere quilibet pro se. Similis factus sum pellicano.

Vez. Christus. Contritus. Religiosus.

¶ Primo quidem Christus poterat dicere in hora passionis sue. Similis factus sum pellicano solitudinis. &c. Dicit enim Isidorus libr. xii. Etimolog. c. vii. quod pellicanus est auis Egyptiaca habitans in solitudine iuxta fluuium Nili. Fertur autem, inquit, si verum est eam occidere natos suos eosque per triduum lugere. deinde seipsam vulnerare. & sui sanguinis aspersione filios seu pullos suos viuificare. Talis auis fuit Christus qui suo sanguine nos mortuos peccato vificauit. Fuit etiam auis solitudinis in natiuitate quia solus de virgine natus. Item in vita: quia in deserto per dies quadraginta conuersatus et solus sine peccato conuersatus. Item in passione: quia in opere humane redemptionis solus. Item post mortem quia solus inter mortuos liber: supple a corruptione. Unde psalmista in persona ipsius. Singulariter sum ego donec transeam: scilicet de hoc mundo ad patrem. Potuit etiam ipse Christus dicere cum iaceret in sepulchro. Factus sum sicut nicticorax in domicilio. Nicticorax enim libenter habitat in cauernis petrarum ibique per diem dormit, et tandem excitatus incipit hinc inde volitare. Sic et Christus per triduum requieuit intra petram sepulchri: & postquam ibi quadraginta horarum spacio dormiuit, deus pater excitauit eum dicens. Surge gloria mea surge psalterium & cythara. Ipse autem quasi de graui somno euigilans et surgens diluculo hincinde cum alis agilitatis volitauit suam resurrectionem manifestando: modo Petro: modo duobus discipulis euntibus Emaus: modo Magd. modo. xi. congregatis; modo in mari: modo in terra: & huiusmodi: quousque tandem in die ascensionis, volando in celum factus est passer solitarius in tecto: id est in celo: vbi more passerum cantantium super tecta: non cessat cantare: et interpellare patrem suum pro nobis. Ecce quomodo saluator noster comparatur pellicano nicticoraci & passeri.

¶ Secundo contritus & vere penitens potest dicere. Similis factus sum pellicano solitudinis. Nam sicut pellicanus fertur vt premissum est pullos suos primum occidere: & deinde post triduum suo sanguine eos viuificare: ita etiam postquam homo peccando animam suam interemit tandem post triduum: id est post contritionem: confessionem: & satisfactionem eam viuificat mediante dei gratia. Uel dic quod pulli mortificati significant opera que aliquando fuerunt viua: sed postea per sequens peccatum mortificata tandem vero per veram peni-

tentiam incipiunt viuere et ac=ceptari in vitam eternam. vnde Osee. vi. Uiuificabit nos post duos dies in die tertia suscitabit nos et viuemus in conspe=ctu eius. pretcrea habet pelli=canus aliam proprietatem per quam designat verum peniten tem quia scilicet habitat liben ter in locis aquosis videlicet iuxta fluuium nili. Ita et peni tens libenter habitat iuxta a=quas lachrymarum quas fun=dit pro lauandis commissis de lictis dicens cum Psalmista. Exitus aquarum reduxerunt oculi mei quia nō custodierūt legem tuam. Et vere merito de=bet penitens peccator ex ocu=lis suis exitus aquarum de=ducere pro quo redimendo dei filius deduxit ex latere mani=bus et pedibus exitus sangui=neos absq remissione.

¶ Tertio vir religiosus iuste potest dicere. Similis fact⁹ sum pellicano so. Tum primo pro=pter vite solitudinem que sum=me necesseria est in religiōe ad hoc ꝙ mens facilius possit ele uari ad meditandū celestia vt pote christi passionem reprobo rum perditionē multorum pre=miationem ⁊ huiusmodi. a qui bus plurimum retardatur ⁊ im peditur homo cum mundanis viuens et ɔuersans. Unde. xvi. q. i. si cupis reprehendunt mo=nachi vagabundi sub hac for ma. Si cupis inquit hieroni. esse quod diceris manachus: id est solus quid facis in vrbi=bus? que vti quod non sunt so lorum habitacula sed multo=rum. Propterea de patrib⁹ car tusiensibus qui vsq hodie per seuerāt in apice sancte religio nis. Dicitur quod tria faciunt eos perseuerare videlicet so. vi. si hoc est solitudo silentium visi tatio: scilicet suorum superio=rum per que tria cartusia ma=net in vi. Tum secūdo propter sanguinis effusionem. Debent enim viri religiosi corpus su=um castigare tam per parsimo niam quam per disciplinaꝫ ad instar sanctorum illorum pa=trum qui ordines primit⁹ fun=darunt. Unde de beato domini co fundatore ordinis nostri le gitur ꝙ singulas noctes tres egregias suscipiebat discipli=nas vnā ꝓpropriis culpis que certe aut nulle aut leuissime e=rant. alteram pro peccatis am=bulantium in terris alteram ve ro pro liberatione animarū in purgatorio de gentium. Nec quidem irrationabiliter hanc tertiam suscipiebat disciplinā: quia si per ieiunia et elecmosi=nas possim⁹ suffragari anima=bus purgatorū vt habet. xiii. q. ii. anime defunctorum non video quin etiam illis possim⁹ per disciplinarum tollerantiā auxiliari. Tum tertio propter aquositatis frequētiam. Nam sicut pellicanus vt dictum est libenter moratur iuxta nili flu uium ita et veri religioni de=bent sūmopere diligere aquas lachrimarum quia vt habetur. xvi. q. i. monachus. Monach⁹ inquit Hiero. non dicentis sed plangentis habet officium qui vel se mūdū lugeat. i. vitā sua vel aliorū qui in mundo sunt lugeat vt exponit glo. Itē ibi=dem. c. placuit dicitur sic agno scat monachus nomen suum.

Monos enim grece latine est vnus achos grece latine est tristis. Unde monachus idem est qꝫ vnus tristis. Sedeat ergo tristis et officio suo vacet scilicet lugendo sua et aliorum peccata potissime eorum de quorum eleemosinis.

B. ¶ Ceterum notandum) viuit iuxta illam secundam partem huius versus. Et factus sum sicut nic. in do. qꝫ tria genera peccatorum possunt dicere. factus sum sicut nictic. in do.

Vez
Luxuriosus
Inuidus
Mundanus.

C ¶ Primo igitur immundus luxuriosus potest dicere. factus sum ꝛc. Nicticorax enim est auis immunda pascitur enim muribus et ideo solet frequentare horrea et loca in quibus abundant mures. Unde etiam in lege nicticorax inter aues immundas computabatur vt patet Deut. xiiij. Propter sui ergo immunditiam merito significat carnales homines qui adeo immundi sunt qꝫ eos comparat scriptura rebus immundis. modo iumentis vt ibi Joel. i. computruerunt iumenta in stercore suo. Modo equis et mulis. vt ibi. Nolite fieri sicut equus ꝛ mulus. Modo porcis vt ibi. Nolite proiicere margaritas ante porcos Mat. vij. q. d. saluator Nolite loqui de diuinis et spiritualibus ante viros luxuriosos quia animalis homo non percepit ea que sunt spiritus dei vt habetur. j. Cor. ij. Modo luto vt ibi. Ut lutum platearum delebo eos scilicet luxuriosos. Nam sicut lutum expellitur de platei secundum curribus et quadrigis et ducitur foras ciuitatem Ita hodie homines luxuriosi adeo multiplicati sunt qꝫ cum quadrigis ducuntur in morte extra ciuitatem huius mundi ꝛ deferuntur in sterquilinium inferni. Et breuiter tanta est immunditia huius nicticoracis. i. hominis carnalis qꝫ psal. clamat dicens inquinate sunt vie illius in omni tempore scilicet preterito presenti et futuro quia difficile est hominem carnalem retrahere a sordibus suis. vel in omni tempore dicit quia luxuriosus non discernit inter diem festum et non festum. inter diem celebrem et non celebrem. cuius duplicem assignat idem psal. causam quorum prima est dei obliuio. de qua premittit immediate. Non est inquit deus in conspectu eius. secunda vero est penarum inferni in consideratio de qua immediate subdit. Auferuntur iudicia tua a facie eius: id est a mente ꝛ memoria eius. Non enim considerat homo carnalis vel non sibi videtur qꝫ debeat eum damnare deus. dicens hoc vicium inter cetera minimum ꝛ maiori pietate dignum cum illud natura prouocet. Audiat ergo psal. eum increpantem et dicentem. Propter quid irritauit impius supple luxuriosus deum. Quod si dicat. Non irritaui deum. Certe immo. dicit enim in corde suo non requiret supple deus peccatum suum per penam eternam quod falsum est. Nam in hora mortis et iudicij veritatem requiret dominus. veritatem inquam vite iustitie ꝛ doctrine et cum diligenter requisierit per examinationem vite ꝛ operum

hominis quod dignum erit pe na multum non relinquet sed retribuet abūdanter scilicet penam multo maiorem infligendo in inferno quam sit pena tēporalis qua poterat in presenti se hō punire si sapiens fuisset Sed quibus sic retribuet abūdanter in futuro. Certi facientibus superbiā: id est quodcunqꝫ peccatū quia in quolibet peccato est superbia et contemptꝰ dei. Et de abundantia huius retributionis loquitur dominus malignis spiritibus qui sunt ministri et executores sue iustitie Apocalipsis decimooctauo. Reddite illi scilicet anime peccatrici duplicia secundum opera eiꝰ. O miseri peccatores nolite vlterius irritare deū nec irretimini ab eo. Nolite amplius dicere. Nonne deus requiret ista? supple mala que facimus. Utiqꝫ requiret ipse enim nouit abscondita cordis: quasi dicat Psalmista. Si dominus noscat abscondita cordis et illa requirat in iudicio secundū illud sapiētie primo. In cogitationibus impij interrogatio erit. Non debetis hesitare quin requisiturus sit opera vestra mala que etiam coram hominibus et ad lucem patent. Propterea ecclesiastici duodecimo dicitur ꝙ cuncta que fiunt adducet deꝰ in iudicium pro omni errato siue bonum siue malum. Nota etiam ꝙ concubina sacerdotis aut cuiuscunqꝫ alterius hominis que assidue cōmoratur cum suo concubinario/a pain et a pot galice merito potest dicere. Facta sum sicut nicticorax immundissima auis in domicilio supple concubinarij mei sicut solet manere proba mulier cum viro suo sub eodem tecto et in eodem lecto. Eijcient igitur omnes tales hāc nicticoracem cum pullis suis et nido de domicilio suo quia turpiter fedat coram deo et hominibus.

Et hoc est quod in figura dictum est abrahe. Eijce ancillā et filium eiꝰ. Genesis vigesimo primo. Sed sicut abraham dure accepit hoc mandatū signāter pro filio suo vt subditur ibidem. Ita lubrici homines ⁊ cōcubinarij dure accipiunt quando reprehenduntur in sermone siue quando suo prelato compelluntur eijcere ancillam et filium seu filios eius dicentes. Non possum esse sine ancilla quid preterea faciet pauper illa mulier que tanto tempore et tam fideliter mihi seruiuit? quid deniqꝫ facient pauperes filij. Sed vnicuiqꝫ tali respōdēdum est quod dicit dominus ad abraham. Non videatur tibi asperum super puero et super ancilla tua. Hoc enim supple fit ad salutem anime tue et illius et prosedendo scandalo populorum. Hāc autem eiectionē iura precipiūt vt patet dist. xxxij. Interdixit. Item di. lxxxi ca. clericus. Item extra de cohabitatione clericorum et mulierum. Si quisquam. dicitur quod clericus concubinam retinens postquam fuerit monitus expellere eam: debet excommunicari vel suspendi perpetuo ab officio et beneficio vt dicit. c. clericos et c. sicut ad extirpandam.

D ¶ Secundo homo inuidus potest merito dicere factus sum sicut nicticorax in do. Sicut enim nicticorax nō potest videre lucē solis absq; lesione sui visus. Ita neq; homo inuidus facilitatem et gloriam alterius videre potest quo non minus torqueatur ī corde suo. Et ad hoc propositū videtur loqui Psal. vbi ait. Peccator supple inuid⁹ videbit. scilicet prosperitatē alterius ꝛ irascetur in corde suo Dentibus suis fremet exterius et tabescit interius. desiderium peccatorum scilicet inuidorum peribit quia non poterunt implere quod desiderant scilicet alijs nocere et profectum eorū impedire et inde in semetipsis cruciātur. Nam vt dicit Horatius inuidus alterius macrescit rebus opimis. Propterea dicit Sen. Utinā inuidi oculos haberent in omnibus ciuitatibus vt de omnium felicitatib⁹ torquerentur. Nam quanta felicium sunt gaudia tanta sunt inuidorum gemitus ꝛ suspiria vnde tales bene prefigurantur per illū sacerdotē heli de quo dicitur. j. Reg. iij. ꝙ oculi eius caligauerant nec poterāt videre lucernam dei antequā extingueretur lucerna enim gloriam ꝛ famā proximi significat quā non potest videre inuidus absq; tormento eoꝗ caligauerunt oculi eius per venenū inuidie. Unde Psal. Obscurentur oculi eorum ne videant. Ecce bene comparatur inuidus nicticoraci quia sicut nicticorax pascitur rebus immundis vt dictum est. Ita etiam inuidus delectatur in aduersis aliorum et de prosperis tristatur quod est omnino contra charitatem que gaudet de bono proximi ꝛ tristatur de malo ꝛ infortunio ipsius. Unde Augustin⁹ super Joh. Tolle inuidiam et tuum est quod habeo. tolle inuidiam et meum est quod habes. Letatur ergo inuidus de egritudine proximi de amissione rerum suarum. de morte filiorum suorum gaudet si incarceretur si infametur si quouismodo tribuletur. Propterea bene dicitur prouerbiorum. xiiij. Putredo ossiū inuidia: quasi dicat sapiens ꝙ inuidus delectatur de putredine ossium: id est de corruptione virtutum aliorum ꝛ de infortunijs eorum. Sed forte queret aliquis quomodo potero euadere hanc immundā nicticoracem: id est inuidiam ita vt nullus mihi inuideat. Certe ad hoc remedium optimū dat Sen. dicens. Inuidiam effugies si te non ingesseris oculis aliorum si bona tua non iactaueris si scieris in sinu tuo gaudere. Item valerius maximus li. iiij. refert ꝙ cum quidam interrogasset quēdam sapientē quomodo inuidos non habet et, Respondit sapiens. Si nichil inquit ex magnis rebus habueris aut nichil feliciter gesseris tunc inuidiam vitabis. eo ꝙ sola miseria caret inuidia.

E ¶ Tertio homo mundan⁹ potest iuste dicere. Factus sum sicut nicticorax in domicilio. i. in hoc mundo qui non est nisi paruum et exiguum domiciliū respectu celestis habitationis dicit enim ysidorus: duodecimo libro ethi. ca. vij. circa me-

dium q nicticorax idem est q noctua et dicitur noctua quia noctem amat et lucem fugit.
Nam orto splendore solis vis9 illius hebetat. Et vt dicit Ambrosii. in exameron: quanto nox fuerit obscurior contra visum aliarum auium tanto melius videt et currit post predam.
Huic ergo noctue sunt similes homines mundani. qui melius vident de nocte quam de die: id est sunt magis astuti et sagatiores circa terrena et temporalia que sunt similia tenebris et que frequenter execant oculos hominum et eos tandem perducunt ad tenebras inferni. q sint circa spiritualia et diuina que perducunt ad lucem claritatis eterne. Nam circa diuina sunt hebetes et quasi ceci ita vt vix aliquādo sciant dicere perfecte symbolum fidei aut numerare precepta decalogi: quia vt habetur. i. Corinth. i. animalis homo non percipit ea que sunt spiritus dei. stultitia enim est illi et non potest intelligere q̄a spiritualiter examinatur: id est de spiritualib9 de quibus examinabitur in die iudicij vt pote si bene seruauerit precepta decalogi et huiusmodi. Unde dicit Chriso. q sicut ille qui graues et debiles habet oculos si ponatur in loco tenebroso melius videt quam si in sole. eo q oculi ipsius non sufferunt candorem solis. Sic et homo mundialis et terrestris q̄ habet oculos mentis valde obscuros et tenues si preferatur rebus mūdialibus sapit et plurimum in talibus astutus est et de talib9 melius loquitur quam multi boni. quod si traxeris eum ad res spirituales et diuinas nihil in illis sapit eo quod mens eius terrens desiderijs corrupta non sentit bona spiritualia. Et hoc est quod dicit saluator Luce decimosexto. Fuit (inquit) huius seculi: id est homines terreni et mundani prudētiores sunt filijs lucis in generatione sua. Et nota quod non dicit eos esse simpliciter prudentiores filijs lucis: sed tantum in generetione sua: id est quantum ad mundana negocia. Sicut videmus quod astutus aduocatus aut procurator citius inueniet vnam malam cautelam et fraudem quam bonus et iustus. Et hoc propositum est illud Boetij libro quarto de consolatione prosa quarta. Nequeunt (inquit) oculos tenebris assuetos homines ad lucem prospicue veritatis attollere. Similesq3 auibus sunt quarum intuitum nox illuminat / dies cecat.
Quod attendens sanctus pater Augustinus ad alipium exclamans dicit.
Quid patimur: surgunt indocti et rapiunt celum: et nos cū scientijs nostris demergimur in infernum. A quo malo nos preseruet dominus: qui est benedictus in secula.
Amen.

¶ Lectio. lxxv.

¶ Vigilaui & factus sum sicut passer solitarius in tecto.

¶ Postquam in precedenti lectione ostensum est quomodo penitens comparat se pellicano et nicticoraci consequenter in hoc versu comparat se passeri dicens. Fact⁹ sum sicut passer. Dicit ergo penitens. Uigilaui: scilicet per cognitionez peccati et miserie mee. Uigilaui in quam scilicet honestis vigilijs non inhonestis vt fures et latrones qui vigilāt vt alios expolient et iugulent. Non in lubricitatibus vt luxuriosi qui noctes ducunt insomnes vt vacent suis abhominationibus. Non vt gulosi qui vigilant vt comedant et ingurgitentur.
Non vt auari qui vigilant in ludis vt lucrentur. Sed vigilaui in dei laudib⁹ et sanctis meditationibus. Item vigilaui sup. in oratione vt non intrarem in tentionem. secundum illud christi verbum et consiliū: Uigilate et orate vt non intretis in tentationem Luce. xxij. Non satis enim est vigilare: sed opz vigilando orare. Multi enim vigilant quibus magis expediret bñ dormire: quales sunt illi quos immediate prediximus. Sequitur Et factus sum sicut passer solitarius in tecto. id est eleuatus sum pennis virtutum in tecto. id est i mundo isto in quo opz nutrire pennas virtutum et meritorum quibus volabimus in celum. Uel dic secundum glosa ordi. quod sicut passer fugit super tecta domorum vt euadat laqueos sibi insidiantium: ita et homo debet fugere ad alia virtutum vt euadat laqueos diaboli carnis et mundi. Et sicut passer est auis querulosa et cauta: ita et verus penitens nō debet cessare clamare ad dominum pro remissione peccatorū qua obtenta caute se custodiat ne iterum capiatur ab inimico diabolo vel peccato.
A ¶ Specialiter autem istud potest exponi de penitentia et statu claustralium qui debent vigilare de nocte quando alij quiescunt in lectis suis. Item debent esse parui vt passeres p humilitatem et obedientiam: que est precipua virtus claustralium. Item debent humiliter et non curiose indui ad instar passeris qui griseis pēnis vestitur. Item debent esse solitarij in tecto. id est in domo vt non fabulentur: neq simul cōueniant nisi tempore et loco.
Potissime autem passeres solitarij in tecto dicuntur fratres cartusienses: qui et si sub vno tecto maneant / tamen quodāmodo solitariam vitam ducere videntur. Ita vt merito quilibet talis possit dicere illud ps. Elongaui: sup. me a mundo fugiens occasiones malorum: et mansi in solitudine. scilicet claustrali. Ad hanc igitur solitudinem religionis attrahendi sunt homines de pelago mundi. Quia si quis in mundo adhuc degens dicat illis qui eum ad hoc alliciunt et inducūt Quomodo dicitis anime mee. Transmigra in montem sācte / videlicet religionis)

sicut passer? Certe illi respondendum est id quod subdit ps. Quoniam ecce peccatores. id est demones qui anthonomoti ce peccatores dicuntur: intenderunt arcum tentationis: parauerunt sagittas suas in pharetra. i. varias tentationes parant occulte in mundo vt sagittent in obscuro rectos corde. Et ideo vt tibi caueas a talibus sagittis que tanquã musce volitantes per aera multiplicantur in mundo/ transmigra in montem sancte religionis sicut passer. Non enim ibi dam faciliter poterũt te demones sagittare et vulnerare.
Uel dic quod per peccatores in proposito possunt intelligi mundani homines qui intendunt arcum ꝛ parant sagittas suas i pharetra quando de iustis et bonis obloquuntur.
Uel cum eos ad peccatum allicere nituntur: qui vt vitentur tutius est transmigrare ad mõtem religionis.
B ¶¶ Notandum est autem iuxta hunc textum quod tria genera hominum possunt dicere. Factus sum sicut passer.

videlz Christus. Justus. Iniquus.

C ¶ Primo igitur christus q̃ fuit tanquam pellicanus i passione ꝛ sicut nicticorax i morte quando fuit absconditus in foramine sepulchri: tandem dicit. Uigilaui scilicet in resurrectione mea a somno mortis: et factus sum sicut passer in mea ascensione volando in celum. Hic est igitur passer qui est signatus per passerem qui dimittebatur libere auolare i agro post immolationem alterius passeris: vt habetur Leui. xiiij Hic autem passer est solitari⁹ in tecto. i. in celo ꝛ in dextera dei patris. Et bene dicitur solitarius in tali tecto: quia solus ascendit super omnes celos: et solus sedet ad dexteraz dei patris. Uel vt dicit Greg. super hoc passu: ipse christus fuit pellicanus solitudinis qñ natus est in iudea que erat ciuitas sola plena populo: vt habetur Treñ. i. Prophetis sclz et iustis orbata et spiritussancti virtute destituta. Nicticorax autem extitit quando illis qui in tenebris erant regnum dei euangelizauit. Ex hoc est quod Joh. i. dicitur. Lux in tenebris lucet: et tenebre eã non comprehenderunt: quia si cognouissent/ nunquam dominũ glorie crucifixissent: vt habetur. i. Cor. ij. Tandem autem passer factus est in sua ascensione quando scilicet in celum volauit. ps. Ascendit sup cherubin ꝛ volauit: volauit super pennas ventorum. Nunc vero dicitur solitarius in tecto. id est in celo quod tetigit ꝛ abscõdit ab oculis nostris dei maiestatem ꝛ sanctorum gloriam. vnde Joh. iij. Nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo filius hominis qui est in celo. Merito ergo nunc potest dicere christus. Uigilaui ꝛ factus sum sicut passer solitari⁹ in tecto. In quibus verbis mũdi saluator et rerum omnium creator comparat se paruule auicule videlicet passeri. Et hoc propter tria secundum do

minum. Patriarcham de palude. Primo quidem: quia sicut passer patitur morbum caducum: sic et christus voluntarie passus est amarissimam mortem: et cecidit de cruce i sepulchrum quo ad corpus et i limbum quo ad animam: vtrobiq3 tamen manente plena diuinitate. Secundo quia sicut passer inueniens triticum in spica mira celeritate granum diuidit a palea ipsum granū sumens ꝛ paleam relinquens.
Sic ꝛ christus in sācto suo aduētu bene sciuit reprobare malum ꝛ eligere bonum: prout de eo fuerat prophetatum Esaye vij. Et hoc fuit quando veram et integram naturam assumpsit: sed paleā peccati reliquit. Tertio: quia sicut passer seruat nidum suum mundum a stercoribus proprijs: et preterea solet sordes pullorum suorum a nido eijcere. Sic ꝛ christus totus purus et mundus mundum seruauit nidum in q̄ requieuit mensibus nouem: scilicet matrem suam quo ad corpus ꝛ quo ad animam. Nunc autem clamat dicens Prouerbiorum octauo. Delitie mee esse cum filijs hominum. Si ergo velimus vt nobiscum habitet ꝛ moreretur op3 purgare nidum conscientiarum nostrarū. Non enim habitat in corpore subdito peccatis sed in animas sanctas se transfert: vt habet Sap. septimo.
D ¶ Secundo iustus potest dicere Uigilaui: scilicet: in bono opere: ꝛ in dei timore: secundum illud Math. xxv. Uigilate: quia nescitis diem neq3 horam. Et factus sum sicut passer solitarius in tecto. In quibus verbis ipse iustus se comparat passeri propter tria.

Uelocem motum.
ve3 ꝑpter Cor tremulentum.
Habitationis locū.

¶ Primo. ꝛc. Est eni passer velocis motus et volatus: eo q̄ est macer: agilis nature ꝛ plumosus: et propter hec faciliter mouetur et volitat per aera. Ita et iustus homo seu penitens verus est agilis per carnis macerationem: et plumosꝰ per virtutum et meritorum abundantiam: propter quod facillime mouetur ad bona operavtpote ad orationem: ad cōtemplationem ad lectionem ad peregrinationem et huiusmodi. Uel dic quod homo iustus ꝛ spiritualis est agilis ad volandum: nūc sursum per considerationem gaudiorum celi: nunc deorsum per considerationem suppliciorum inferni nunc a dextris/ nūc a sinistris bene se habendo in prosperis ꝛ aduersis: ita vt neq3 in ꝓsperis eleuetur: neq3 in aduersis deijciatur: nunc ante nunc retro per contemplationem sui principij ꝛ finis natiuitatis et mortis: considerans qualiter nudꝰ egressus est de vtero matris carnalis: et nudus reuertetur illuc: scilicet in vterū matris terrestris. Ut enim dicit. i Thimo. vi. Nichil intulimus in hunc mundum haud dubiū quia nec auferre quid possumus. Habentes ergo alimēta ꝛ quibus tegamur his contēti simus. Propterea dicit Job v. quod homo nascitur ad la-

borem:et auis ad volatuz. Ho mo inquam scilicet actiue vite nascitur et deputatur ad exer citia corporalia in quibus la bor est: vt sunt visitare infir mos vestire nudos: hospitare pauperes propter deum curā gerere de rebus secundis ꝛ fa milia domꝰ ꝛ huiusmodi. Sed auis. id est contemplatiuꝰ na scitur et ordinatur ad volatū modo predicto. Ecce quam be ne et quam suauiter dei proui dentia disponit de suis creatu ris diuersis officijs ea deputā do et ordinando.

¶ Secundo passer habet cor tremulentum ꝛ pauidum sicut ꝛ cetere aues. Nam cum colli git grana frequenter caput eri git hincinde respiciēdo ne cir cumueniatur. Ita ꝛ homo iu stus quantuncunqꝫ bonus ad huc semper pauidꝰ esse debet: quia nescit qualiter sibi erit in futurum. Multi enim bene in choauerunt: et in bono diu ꝑ seuerauerunt: qui tandem de fecerunt. Et hoc est quod dici tur Ecclesia. ix. Nescit homo finem suum: sed cuncta seruan tur in futurum incerta: Sed si cut pisces capiuntur hamo et aues cōprehenduntur laqueo sic capiuntur homines in tem pore malo: id est in mortis ar ticulo: cum exemplo. i. repente ꝛ ex improuiso superuenerit. Nullus ergo presumat de bo nis operibus que gessit quasi illa sibi sufficerent ad salutem ꝛ quasi iaz securitatem habēs de sua salute: quia vbi toto tē pore vite sue bene et sancte vi xisset ꝛ absqꝫ omni peccato: et non superesset de vita: cente sima pars hore adhuc in illa potest malus fieri/ et tandē dā nari si nō specialiter preseruet eum deus a ruina. Ecce enim faulteste scriptura iter bonos optimus vt habetur. i. Reg. ix. de quo tamen dr. i. Parali. x. ꝙ mortuus est propter iniquita tes suas Item Salomon toto tempore iuuentutis sue cū deo ambulauit: et ab eo valde dile ctus fuit et tamē postquam se nuit depranatum est cor eius per mulieres alienigenas. idest ydolatras a deo quod nō tan tum cum eis carnaliter pecca uit verum etiam ydolis earuz templum construxit ꝛ ea ado rauit: vt habetur. iij. Reguz. xi Item demones in primo instā ti sue creationis boni fuerunt et tamen tandem in eis inue nit dñs iniquitatem: ꝑpter qđ de summo celi fastigio ad ima turpiter corruerunt. Patet er go ꝙ nulla est stabilitas in bo no/ nisi in celo cū aperta dei vi sione: sed qui hodie bonus est cras potest deficere. Propter quod bonos ꝛ iustos admonet Paulus. i. Cor. x. dicens. Qui stat videat ne cadat Et sapiēs Prouer. xxviij. Beatus homo qui semper pauidus: qui vero mentis est dure corruet ī malū Qđ exponēs Gre. xvi. lib. mo ral. c. lxv. dicit ꝙ non sunt secu ra sed ꝑturbata corda bonorū qꝛ dū futuri examinis pōdꝰ cō siderāt: quietē hic hrē nō appe tūt: atqꝫ securitatē suā cōsidera tiōe ītime districtiōis ꝑturbāt

¶ Tertio passer habet certum habitationis locū. Non eī fo let quiescere in ramis arborū: aut nidificare sup terrā vt mul

te alie aui cule: sed communiter habitat in foraminibus petrarum. Sic et iustus libenter habitat per sanctam contemplationem in foraminibus illius petre: de qua. i. Corint. x. Petra erat christus. Foramina autē huius petre sunt quinque plage corporis christi: infra quas debet deuotus catholicus se totum per fidei deuotionem abscondere: maxime cū sentit turbinem venti carnalis tentationis: considerando quam dura supplicia pro eo sustinuit christus. Et ideo non debet delectari carnaliter: quia non decet sub spinoso capite membrū fieri delicatum. Item debet ibi se abscondere cum sentit auem predalem id est diabolicam tētationem eum circumuenientem vt ipsum capiat Et ad hoc faciendum ipsemet christus admonet animam deuotam Cantici. ij. dicens. Ueni amica mea ī foraminibus petre: et in cauerna macerie. Dicit ergo christus anime deuote. Ueni vt euadas predict: pericula in foraminibus petre. id est in fide vulnerum pedum et manuum mearum: et in cauerna macerie. id est in fide fossi profundissimi lateris mei. In quibus siquidem locis est tutum refugium secundum illud psalmiste. Montes excelsi ceruis petra refugium herinacijs. In quibus verbis vult dicere psalmista. quod sicut cerui quando venantur a canibus solent refugere ad excelsos montes: et similiter herinacij seu hericij refugiunt contra aduersa ad foramina petrarum. Ita et homo quem insequuntur canes illi infernales vt eum capiant et deuorēt debet refugere ad christum qui est mons domus domini inuertice montium Et qui similiter est petra habens multa foramina: donec pertranseat furor et rabies illorum canum infernalium. quod si fecerit certe tutus erit: illic ergo passeres. id est veri penitentes nidificabunt. Et hoc est quod idē psalmista alibi ait Passer. id est penitens vel iustus inuenit sibi domum: scilicet in foraminibus predicte petre: et turtur qui idem quod passer nidum vbi reponat pullos suos. idest bona sua opera in tutamen cō tra accipitrem. id est diabolū: quia talis auceps non audet ibi appropinquare: eo quod terribilis est sibi locus ille: qui nō est aliud quam domus dei et porta celi. Specialiter autem ī foraminibus pedum christi nidificat qui pie et deuote pro amore et honore ipsius pedes suos sanctis gressibus siue peregrinando siue aliter religiose ambulando exercet. In foraminibus vero manuum eius nidificat qui ob amorem ipsius operibus misericordie vacat. Audiat ergo iustus dominum eum admonentem et dicentem Esaie. ij. Ingredere in petram. id est confuge ad christum: et abscondere per iugem memoriam in fossa humo. id est ī carne christi confossa in cruce secundum illud psalmiste. in persona domini. Foderunt manus meas et pedes meos. Itē Exodi. xxxiij. Ponam te inquit dominus anime deuote. in fora-

mine petre: et protegam dextera mea. Igitur pauperes peccatores audite Jere. vos monentem et dicentem eiusdem. xlviij. Relinquite ciuitates. id est relinquite mundanam conuersationem vestram: quia dominus di. Osee. xi. Ego dominus ciuitatem non ingredior: et dicite cum psal. Ecce elõgaui fugiens sup. mundum: et mãsi in solitudine. Audite Hiero. dicentem. Oppidum michi carcer est: solitudo paradysus Unde Sene. Quotiens int homines fui: minus homo redij. Item in vitis patrum legi. quod cum quidam quereret ab Abbate pastore. O pater quomodo saluus ero? Respondit Fuge inquit homines: et tace et saluus eris. Sequitur in Jere. Et habitãt in petra habitatores moab. id est. vos qui prius habitastis cum mundo per amorem: nunc habitate cũ christo per fidei deuotionem et estote quasi columba nidificans in summo ore foraminis. idest in vulnere lateris christi. Unde de veris contemplatiuis dicitur admiratiue Esa. lx. Quisũt isti qui vt nubes volant: et quasi columbe ad fenestras suas. id est ad quinque vulnera christi. Et postquam ibi quis nidificauerit: caueat ne inde exeat: sed dicat illud Job. xxix. Inniduló meo moriar. i. quandiu vixero dominicam passionẽ meditabor. Qui ergo ita vixerit et fecerit iuste dicere poterit in fine vite sue. Uigilaui et factus sum sicut posser solitarius. etc. E. ¶ Tertio principaliter vir iniquus potest rationabiliter di. Uigilaui. scz. in malo opere et in seuitio diaboli: et factus sum sicut passer salitarius. etc. Non enim inconuenit quin eadem resmodo possit figurare vnũ modo reliquum. scdm varias proprietates illius. Nã leo ratione fortitudinis significat christum: ratione autem crudelitatis diabolum. Sic in proposito: quamuis passer vnomodo significet christum et aliomodo virum iustum vt dictum est. Nihilominus adhuc potest significare virum reprobũ et iniquum. Et hoc propter multa. ¶ Primo quidem propter instabilitatem. Passer enim est auis: qui nõ diu stat in loco sed modo est hic modo ibi. Sic peccator valde in stabilis est: scdm illud Treñ. i. Peccatum peccauit hierusalem: propterea instabilis facta est. Nonne magna instabilitas est in regno diaboli: et in conscientia peccatricis anime: quando vnum peccatũ mox suo pondere ad aliud trahit? Nam vt dicit psal. Abyssus abyssum inuocat. i. intus vocat sicut homines intra tabernam existẽtes vocant sancios suos qui foris sunt. Nam sicut in captione ciuitatis vel castri qui superius sunt iuuant eos qui inferius: et qui interius eos qui exterius. Ita in captione castri a lepctõ quiam intus ingressa sũt aduocant et adiuuant ea que exterius sunt petentia ingressum.

¶ Secũdo passer significat hominem pctõrem propter infirmitatem. Dicitur enim quod passer patitur morbum caducum certis tẽporibus. Sic et pctõr sepe cadit resupinus a rectitu

dine iustitie. Justi enim ꝛ si sep
ties in die cadant: ne tñ patiũ
tur morbũ caducũ: sed leuem
infirmitatẽ a qua possũt leui=
ter resurgere: qꝛ manet in eis
principium vite ec motus scili
cet charitas: sed peccans mor=
talr̃ difficulter resurgit: ꝛ nõ
nisi diuino adiutus munere.
Unde Psal' Spũs vadens ꝛ nõ
rediens: vadens inquam ꝑ pec
catũ: sed nõ rediens per seipsũ
Sicut enim hõ potest seipsum
interficere: sed nõ potest se in=
terfectũ suscitare. Sic in pro=
posito Unde idem psal. Jbi sci
licet ĩ abyssũ peccati ceciderũt
qui operantur iniquitatem: ex
pulsi sũt nec potuerunt stare.
Ecce quomodo ipsi peccatores
patiuntur morbum caducum.
Nam quotiens mortaliter pec
cant totiens profundius descẽ
dunt in infernum quãtum ad
reatum: quodlibet enim pecca
tum est vnus gradus ad illuc
descendendum. Nonne lucifer
qui cũ bonis angelis volabat
per medium celi: tanq̃ passer:
passus est morbum caducum
qñ cecidit de celo illuc vltra nõ
reuersurus? Nonne etiam Sy
mon magus passus est morbũ
caducum: cum scilicet ꝑ aerem
volens volare imperante Pe=
tro cecidit in terram mortuus
qui aũt ad aiam cecidit ꝓfun
dius qꝛ in inferno cũ demoni
bus? Nonne deniq̃ illa impia
Jezabel passa est morbum ca=
ducum qñ ad imperium Jehu
proiecta de fenestra in terram
cõculcata est ab equis transeũ
tibus? quarti. Regum. ix.
¶ Tertio passer peccatorẽ de=
signat propter vilitatem. Est
enim passer vilis auis et modi
ci precij per comparationẽ ad
alias aues quibus vescitur hõ
Unde Mat. x. di. christus: q̃
duo passeres asse veneũt. idest
pro precio vnius assis seu obo
li venduntur. Jtem Lu. xij. di
cit quod quinq̃ passeres vene
unt. i. venduntur dipondio. id
est. precio ĩ duplo maiori. Sic
et peccator pro vili pretio ven
dit animam suã diabolo et eter
nis obligat supplicijs. Nã lu=
xuriosus eam vendit pro vilis
sima ꝛ momẽtanea delectatio
ne. Jtem auarus pro nummo.
Jtem superbus pro vento. Jtẽ
gulosus pro modico potu aut
cibo. Et ideo Esa. ostendẽs gra=
tuitatẽ peccãtiũ. lij. c. di. Gra=
tis venũdati estis. Et nota: q̃
dicit gratis. id est vili ꝑcio Uñ
ꝑ̃s Uendidisti pplm̃ tuum sine
ꝑcio. Et nota qđ ly vendidisti
debet capi permissiue: quia nõ
aliter deus vendit pplm̃ suum
sed ipsemet homo vendit seip=
sũ executiue. Jtem nota q̃ dicit
cit sine precio qꝛ reuera si Au.
credatur pctm̃ nihil est. Jõ be
ne dictũ est Uẽdidisti populũ
tuũ sine precio. Uñ Prouerb. x
Cor impiorum pro nihilo sup
datur: vtpote pro mundi glĩa
quo ad supbos ꝓ delectatione
momentanea: quo ad luxurio=
sos: pro modica pecunia quo
ad auaros: scd̃m illud Eccli. x.
Nihil iniquius: q̃ amare pe=
cuniã: hic em̃ aiam suã vena=
lẽ habet. De luxuriosis autem
Joelis. iij. ca. Posuerũt puerũ
in ꝓstibulo: et puellã vendide=
rũt ꝓ vino vt biberẽt Jtẽ ꝓue.
vi. Preciũ scorti vix est vnius
panis: mulier autem viri ꝓcio=

iam aiam capit: scz p modica delectatione. Un Gen. xxxviij. dicitur q thamar consensit in copulam carnalem cum Juda dummodo promitteret sibi hedum de capris In figu. autem omnium hoc legi. Gen. xxv. qd Esau vendidit ius primogeniture sue fratri suo Jacob p edulio lenticule. Sic et miseri peccatores mercantur cu diabolo cum consentiut tentationi: et vendunt ius primogeniture sue. i. ius quod habebant prius ad regnum celeste p gratiam baptismalem pro edulio lenticule quando querunt delectari in creatura plusquam in creatore. Et vt dicit Aug. in quodam sermo. Ille qui dat p modica delectatione illud pro quo christus se tradidit: ipsu xpm stultu reputat mercatore

¶ Quarto passer significat peccatorem propter loquacitatez et garrulositatem. Est em passer garrulosa auis cuius cantus non est delectabilis multu neq gratus auditoribus: sed frequenter molestus. Sunt em quedam aues: que suo cantu delectant homines sicut philomena: alauda: que a laude dicitur / tarini: et huiusmodi. Sed non sic est de passere. Sic in proposito peccatores sunt multu loquaces et garrulosi: sicut videre est in detractoribus: blasphematoribus: periuris: mendacibus: iactatoribus: et hominibus mundanis: quia vt dicitur Jo. iij. Qui de terra est de terra loquitur. i. cuius affectio terrena est etiam eius locutio terrena et operatio tota est Na a lingua cognoscitur q n sit ho secundum quod dictum fuit. Pet. Math. xxvj. Uere tu ex illis es. Nam et loquella tua te manifestum facit. Unde legit. Judicum. xij. quod cum viri Galaadite oppugnarent effraim ecce homo de effraim credens fugere coprehensus est ab eis. Quem cum interrogassent si ex frateus esset: dicit quod non. Ad quem illi. Dic ergo sebboleth. Ille autem dicebat chebo leth. Ecce quomodo per loquelam iste deprehensus est esse de effraim. Sic etiam homo q no potest recte loqui de deo: neq de sanctis eius nisi iurando: neq de proximo nisi detrahendo: deprehenditur esse de seruis diaboli et de regione illius videlicet de inferno per reatu et eternam reprobationem. Et simile iudicium est de illis qui libenter loquuntur de turpibus et inhonestis: quia vt dicitur Mat. xij. Ex abundantia cordis os loquitur: et sicut bonus ho: de bono thesauro cordis sui profert bona ita malus homo de malo thezauro cordis sui mala profert: vt dicitur ibidem Propterea beatus Joha. loquens de huiusmodi hominibus mudanis in sua prima cano. c. iiij. dicit q de mundo sut ideo de Mundo loquuntur et mundus eos audit qr. s. vnum quodq diligit sibi simile.

¶ Quinto passer designat peccatorem propter voluptatem. Est enim passer auis valde libidinosa. Dicit em Ari. in lib. de logitudine et breuitate vite q auib9 masculi sut logioris vite femellis eo qd sut calidiores femellis: hoc tn intelligit

nisi sint magni coitus sicut inquit contingit in passeribus: in quibus masculi: eo qđ sunt magni coitus: non viuunt nisi per annum vbi femelle communiter viuunt. vij. annis. Sic et hodie multi pctōres sunt valde libinosi: siue sint vxorati siue soluti: siue ecclesiastici siue religiosi. Et nō solū viri sed et mulieres: etiam qñqꝫ deo sacrate: qđ grauissimū est. Et hoc est qđ di. psal. Exarsit ignis i synagoga eorū. i. in locis religiosarū personarū: ꝛ hoc primum latent ꝛ occulte dei de vsqꝫ ad flammā aperti pcti exit dictus ignis. Ideo subditur Flamma cōbussit peccatores. Sicut em̄ ignis materialis nū potest diu latere: quin tandē pateat aperte: siue per flammam siue p fumū. Ita neqꝫ ignis luxurie q̄ātūcunqꝫ etiā occulte fiat: sicut patuit de Dauid q̄ p̄uſq̄ꝫ dormiuit cū Bersabee: di. ad eum dñs per pphetā suū Nathan. Tu fecisti abscondite: ego aūt faciā verbū istud in conspectu oīs israel: ꝛ in conspectu solis huius. Et q̄uis omnis fornicatio sit grauis ꝛ deo odibilis p̄cipue tñ impudicā vita quorundam ecclesiasticorum ꝛ religiosoꝝ: qui cū deberent suis precibus placare dei iram aduersus populum: magis eā cōtra se prouocant per mala opera. Et hoc significatum est per diluuium quo deleuit dñs omnem carnem exceptis paucissimis: eo scilicet ꝙ filij dei videntes filias hominū ꝙ essent pulchre acceperant sibi vxores ex oibus quas elegerāt: vt dicit. Geñ. vi. Sed qui queso filij dei nisi viri ecclesiastici qui spāliter vocati sunt et assumpti in sortem dñi: de q̄bus psal. Ego dixi dij estis et filij excelsi omnes. Et q̄ filie hominū nisi mulieres vane ꝛ mūdane: quarū pulchritudine illecti non nulli filiorum dei eligunt sibi quales volūt siue ligatas siue solutas: ꝛ fiunt quasi vxores eorum: qꝛ tam familiariter et notorie cū eis conuersantur: ꝛ qñqꝫ commorant: tanq̄ꝫ essent eorum vere vxores galli a patre a pot: q̄ si volentes introducere in ecclesia latina cōsuetudinē grecorū clericorum: q̄ vtūtur matrimonio cōtracto ante susceptos sacros ordines: non tamen licet eis contrahere pl9 susceptos ordines: vt dicit di. xxxi. Nicena. At vero nonnulli clerici latini: tanquam canes redeuntes ad vomitū / sepe redeunt ad eas quas ante susceptos ordines cognouerant: in hoc ipsos grecos imitantes. Qđ tamen p̄hibet decretū: aliter di. eadē: ꝛ ꝙ neqꝫ ipsis neqꝫ grecis licet post susceptos ordines quasi vxores sibi eligūt nescio quas focarias seu mulierculas. Sed dicūt q̄ huiusmodi sunt. Nōne meli9 est vnā secum habere: quam passim ad plures accedere ꝛ thoros multos violare: constat ꝙ sic. Modo decretū di. ꝙ de duobus malis minus est eligendū: vt patet di. xiij duo. ꝛ c. sequenti: qđ incipit Nerui. Item. xxij. q. iiij. quod Dauid: et c. si aliquid. ꝛ duobus capitu. sequentibus. Sed hec dicim9 neutrā decere videlicet neqꝫ focariā habere neqꝫ ad plures accedendi esse

et ita neutrum esse eligendum. Et preterea quicquid dicant domini iuriste de electione mi noris mali respectu maioris: tamen secundum theologos nullum malum simpliciter eligendum est sed vitandum: maius tamen malum magis vitandum est: quam minus. Et vbi quis esset perplexus inter duo mala culpe ex conscientia erronea tunc in tali statu et ea stante deberet magis vitare quod maius est: nunquam tamen quod est minus eligere: sed potius debet talem conscientiam erroneam deponere: quod si dicat se non posse hoc facere non illi credimus.

¶ Sexto per passerem peccator designatur propter nidi suauitatem Passer enim non solet nidificare inter spinas sicut pica: et multe alie auicule: sed nidum suum collocat in feno molli: infra et iterius ponit molliora vtpote lanam plumas et huiusmodi. Sic et multi peccatores querunt in presenti suas delicias corporales tam in cibis et potibus: quam in lecticis eburneis et vestimentis mollibus De hoc historiam habemus Luc. xvi. de diuite epulone qui induebatur purpura et bisso et epulabatur cotidie splendide. Unde et saluator Math. xi. dicit quod qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt. Sed audiant tales Hiero dicentem quod impossibile est de delitiis transire ad delitias et hic replere ventrem et illic mentem Propterea vnicuique qui in presenti corporalibus fruitur delitiis dicitur Esaye. xiiii. Subter te sternetur tinea et operimentum tuum erunt vermes. Super quo dicit glo. ord. quod per tineam intelligitur pena gehenne quam habebunt reprobi quasi procul citra et per vermes designatur vermis conscientie qui cedet ipsis pro operimento secundum illud Iob. xxi. Simul in puluere dormient et operient eos vermes. Item eccl. x. Cum morietur homo supple peccator hereditabit serpentes et bestias et vermes. Propter et saluator noster, Luc. vi. ait. Ue vobis diuitibus qui habetis consolationem vestram. ve vobis qui saturati estis quia esurietis. ve vobis qui ridetis nunc quia lugebitis et flebitis. Item Iaco. v. Agite nunc diuites. plorate vlulantes in miseriis vestris que aduenient vobis Ecce quomodo omnis suauitas quam reprobi habent in presenti conuertetur in futuro in mirabilem duritiam Illic ergo scilicet in inferno posseres. id est miseri peccatores qui in presenti habuerunt suas delitias. nidificabunt.

¶ Lectio. lxxvi

¶ Tota die exprobrabant mihi inimici mei et qui laudabant me aduersum me iurabant.

¶ Postquam in prece. lect. habitum est quomodo penitens comparat se passeri solitario: ex eo quod vult a modo relinquere consortia eorum qui potius ducerent eum milesies in infernum: quam semel in para

dysum. Hic consequenter idez penitens tangit malitiam ipsorum malorum et mundanorum hominum cum ait. Tota die exprobrabant etc. Nam vt inquit glo. ord. plus cassiodorum penitens irridetur a membris diaboli: a quibus laudabatur dum cum eis vitam dissolutam et secularem ducebat. H. autem Card. hoc expo. de intrante religionem de quo conuiciantur et obloquuntur amatores huius seculi. Dicit ergo talis qui relicto seculo intrat claustrum. Tota die exprobra. m. ini. m. videlicet vocando me ypocritam et papelardum. Et benevocat eos inimicos suos: quia re vera aduersantur et que sunt inimicantur saluti sue: atque videtur quod pro mala habeant si ipse penitens relicto mundo et diabolo currat ad amplexandum christi crucem in religione.

Hi enim sunt: qui dicunt illud Sapientie secundo. Circumueniamus iustum: quoniam inutilis est nobis: et contrarius est operibus nostris et improperat nobis peccata legis: quia talis antequam ingrediatur sanctam religionem plerunque iam diuinitus tactus incipit abhorrere vitam et mores malorum eosque super suis insolentijs frequenter redrehendere et hoc est quod dicunt mali qui nolunt corrigi improperat nobis supple quilibet talis vir iustus peccata legis. i. transgressiones quas in legem committimus vt sunt adulteria ebrietates blasphemie et huiusmodi. Ecce quare mundani exprobrant bonis et eos in derisum habent secundum illud Job. xij. deridetur iusti simplicitas. Sequitur et qui laudabant me scilicet in aperto et in faciem. aduersum me inquit iustus iurabant scilicet in absentia mihi de trahendo. Uel potest exponi sic in persona illius qui intrat religionem qui inquit laudabant me dum scilicet essem cum eis. i. insolentijs, aduersum me iurabant. i. conspirabant ad me retrahendum et reuocandum a sancto proposito.

A ¶ Notandum est ergo iuxta primam partem huius versus quod tria hominum genera possunt dicere Tota die exprobrabant michi inimici mei videlicet.

Christus iniuriatus
Pauper spoliatus
Ad dei iudicium vocatus

B ¶ Primo igitur xps merito dicere poterat cum a iudeis siue ab alijs iniuriabatur. Tota die etc. ly autem tota die, refertur ad diem veneris sanctam et hoc per synodochen capiendo partem per toto. in qua scilicet die impij iudei qui erant inimici christi mortales sicut rei probauit euentus. in hoc scilicet quod petierunt barabam pessimum latronem dimitti et innocentissimum christum crucifigi: exprobrabant illi dicentes. Alios saluos fecit seipsum non potest saluum facere: Si rex israel est descendat de cruce et credimus ei. Confidit in deo liberet eum si vult. Math. xxvij. Item quando dixerunt. Uach. qui destruis templum dei et in tribus diebus illud reedificas. Saluum fac temetipsum descendens de cruce Mar. xv. Item quando velata eius facie dabant ei alapas dicentes Prophetiza nobis christe quis

est qui te percussit? Mat.xxvi. Et sic de aliis exprobrationib9 multis. O ꝓfunda humilitas. O mira patientia. O stupenda charitas sic enim voluit illudi sic vilipēdi ꝛ exprobrari dei filius: vt nos ab eterno opprobrio liberaret dicente Psalmista in persona ipsius. Opprobria exprobrātium tibi scilicet homini peccatori, ceciderūt super me. Nā deus pater exprobrabat homini peccatū suum dicens. O tu Adam quam miser fuisti: ꝛ quam ingratus transgrediendo preceptū meū tā facile ꝛ cui tot ꝛ tanta contuleram beneficia? Exprobrabat etiam Adaz vxori sue Eue quod eum deceperat dando sibi de ligno vetito vt comederet de illo. Exprobrabant denique omnes homines quotquot ex Adam descenderant ipsi Ade quod fuerat per suam culpam causa perditionis eorum. Sed hec omnia opprobria ꝛ similia ceciderunt super benedictū Jesum: qui intantum dilexit nostram salutem quod etiam paratus erat multo plura ꝛ maiora sustinere opprobria et cōtumelias si fuisset q̄ intulisset dicente Psalmista in persona ipsius improperium expectauit cor meum ꝛ miseriā: id est supplicium ꝛ penam maiorem. Audiat ergo christian9 ipsum benedictū Jesum voce pia ꝛ querulosa ei dicentem illud Psalmiste. Propter te sustinui opprobrium. Nec quidem solū in cruce pro nobis sustinuit opprobrium sed ꝛ frequenter vtpote quando Judei dixerunt ei. Nōne benedicim9 nos quia Samaritan9 es tu ꝛ demoniuz habes? Joan.viii. Item quando dixerunt de eo quod in belzebub principe demoniorū eiiciebat demonia. Luce.xi. Item quando dixerunt ceco nato illuminato. Scim9 quia hic homo peccator est. Joan.ix. et sic de multis aliis. O maxima Judeorū culpa ꝛ ingratitudo. Uenerat enim vt inquit Gregori9. dei filius in hunc mundum: vt auferret gemitum dolētium et vt nos reconciliaret deo patri et ecce impii Judei: quos iniquitatꝫ sue caligo excecauerat pro bonis mala retribuētes eū quasi hostem oderant atq3 maledictionis conuitia exprobrātes inferebant dicētes. Tu demonium habes. ꝛc. insanie deliramenta que euangeliste commemorant. Hec ille super hoc passu.

C ¶ Secundo pauper spoliatus bonis tēporalibus per aliquod infortuniū frequēter deridetur ab aliis propter qđ rationabiliter dicere potest tota die exprobrabāt mihi paupertatem ꝛ aduersitatē meā inimici mei. q̄ scilicet prius erāt mei amici cū scilicet ꝓsperitas arridebat mihi. Est aūt exprobrare idē q̄ diffamare seu ꝯuiciari et preteritā culpā opprobriose narrare. Taliter aūt agūt mūdani homies cū vidēt aliquos etiam cōsanguineos proprios prius felices ad paupertatē et miseriam deuenire de quib9 loquit̄ saluator. Matth.x. ꝛ sumptū ē ex Michea.vii.c. Inimici hoīs domestici eius cū tñ tunc maxime ꝛ p̄ ceteris deberēt illis ꝯpati ꝛ auxiliū ferre hi sūt

illi mundani homines ꝛ inhumanissimi peccatores/ contra quos loquitur Psalmist. dicēs ad dominum. Quem tu percussisti persecuti sunt. Nam dñs videtur percutere hominem secundum humanam estimationem cū super ipsum inducit infirmitatez aut paupertatem cū tamen magis medetur ꝙ percutiat secundum illud Job. v. percutit et manꝰ eius sanabūt. At vero mūdani homines more canino quamprimū vident dominū sic percutiētem ex vna parte pauperem: etiā ꝛ ipsi percutiūt ex altera parte linguis suis detrahendo ꝛ exprobrando dicentes per deum bene factum est. Gallice il est bien employe. Sequitur ꝛ super dolorem vulnerum meorū addiderunt non quidez fomentū olei vel emplastri: sed dolorem altius aduersitatis addentes afflictionem afflicto. Talis erat vxor Job q̄ cū videret eum percussuz vlcere pessimo a Sathā dicit ei. Adhuc tu permanens i simplicitate tua benedic deo/ id est maledic ꝛ morere. Job. ij. Tales etiam erant amici eius qui illi improperabant ꝙ propter peccata sua flagellasset eū dominus. Propterea Boetius de consolatione lib. iij. prosa. v in fine sic ꝯcludi. Que felicitas amicum fecit infortuniū faciet inimicum. Que vero pestis efficacior ad nocendum ꝙ familiaris inimicus. hec ille. Unde Sen. epistola nona sic inquit. Qui vtilitatis causa assumptꝰ fuerit tandiu placebit quādiu vtilis fuerit. amicoꝝ turba florētes circūsedit: sed circa euersos solitudo est. Hic poeta ait. Dum fortuna tonat fugientes terret amicos. Nam quis amet quis non vera procella docet. Sed etsi malum sit amicum in aducrsis relinquere: ꝛ cū eo in tēpore necessitatis non permanere qualiter operatur amicꝰ mēnse de amicitia tamen transire ad inimicitiam propter solius fortune et rerum secundarum mutationem omnem excedit culpam ꝛ malitiam.

D ¶ Tertio is qui ad dei iudicium vocatur in mortis articulo iuste potest tunc dicere. Tota die: id est quādiu durat iudiciuz meum. exprobrabant: id est exprobrāt mihi mala supple omnia et singula quecunqꝫ feci. Inimici mei. videlicet demones. Nam cum quis ad dei iudiciū vocatur assunt demones cōstanter eum accusantes et illi exprobrantes quecūqꝫ fecit mala secundum quod legimus de beato Anthonio quod dum in aere ab angelis leuaretur assunt demones eius ascensum in celum prohibētes peccata eius ab exordio natiuitatis obijcientes. Quibus sancti angeli dixerunt. Non debetis illa narrare q̄ Christi iam sunt pietate deleta. Sed si qua scitꝭ ex quo factus est monachus illa proferte. Cūqꝫ in probatione deficerent liber Anthonius in sublime tollitur: et liber deponitur. Unde quilibet in mortis articulo constitutus rationabiliter dicere pōt illud Psalmiste. Tota die verecūdia mea id est peccatum quod commisi de quo merito verecundari debeo pre illius infamia contra

me est. id est corã oculis meis venit et se offert ministerio demonis. Uel contra me est: id est meam petens damnationem et confusio faciei mee: id est conscientie cooperuit me: quasi dicat quod tũc aderit tanta confusio faciei conscientie: siue de iudicio particulari siue generali itelligatur quod homines libẽter abscõderẽt facies suas pre confusione. Sed vnde oriatur tanta confusio. Certe hoc aperte insinuat homo qui iudicaturus est dicens. A voce exprobrantis et obloquentis a facie inimici et persequentis: quasi dicat ideo confundor in memetipso et libenter me cooperirem. cũ audio vocem demonis exprobrantis mihi mala mea. exprimendo scilicet tempus et locum commissionis eorũ et obloquentis de me coram iudice Christo. Nihil enim verius nihil certius quam demones accusaturos miseros homines in hora mortis et die iudicij dicẽte Joanne Apocalyp. xij. proiectus est accusator fratrũ nostrorũ qui accusabat illos ante conspectum dei nostri die ac nocte. Et hoc est qd ait psalmista in persona morituri. Dum confringũtur ossa mea supple in morte exprobrauerunt mihi qui tribulãt me inimici mei scilicet demones qui anthono. dicuntur inimici hominis. ideo subdit idem Psalmista vbi supra. a facie inimici et persequẽtis: quasi dicat. Cõfusio faciei mee cooperuit me a facie: id est a presentia inimici et persequẽtis: id est demonis qui inimicatur mihi et persequitur me ad mortem eternam. Treñ. iiij. velociores fuerunt persecutores nostri aquilis. Nã sicut aquile velociter se transferũt de loco in locum pro preda capienda ita et demones adhuc velocius aduolant non solũ vnus sed multi ad obitum hominis pro rapienda eius anima. Tunc enim totum pondus plij vertitur in Saul. id est in morientẽ Sed quia aliqui possent dicere quod ista dicuntur ad terrorem: et nõ quod ita sit. ideo subdit Psalmista. hec omnia supple mala predicta venerunt super nos: id est vẽtura sunt. Unde ad denotandum rei veritatem vtitur verbo preterito pro futuro sicut quãdoq in dictis prophetarum reperitur ad maiorem rei certitudinem. Quod autem subditur. nec obliti sumus te de bonorũ obitu intelligi oportet. quoniam de malis dicitur in Psalmista. quod nõ est in morte qui memor sit tui: nec etiam suiipsius secundum illud Augustinus in sermone de innocentibus. hac animaduersione percutitur peccator vt moriens obliuiscatur sui qui dum viueret oblitus est dei. Ecce quam mirabiliter et quam constanter exprobrabunt demones homini indicando mala sua.

E ¶ Ceterum notandum iuxta illam secundam clausulam. Et qui laudabant me aduersũ etc. quod ista verba possunt dicere tria hominum genera. vz Christus de impijs Judeis. Adulatus de labijs iniquis. Idem de peruersis hereticis.

F ¶ Primo igitur Christus vtique poterat dicere de impijs Ju

deis. Qui laudabant me aduer suz me iurabant. Laudauerāt quidem Judei Christuz in die palmarum dicentes. osanna filios Dauid. benedictus qui venit in nomine domini. Matth. xxi. Et isti erāt simplices vt po te turbe secundum quod in eo dē capitulo dicitur. Sed principes sacerdotū ꝛ scribe videntes mirabilia que fecit: scilicet in eiectione mercatorū de templo et in euersione cathedrarū eoruz qui colūbas vendebant. Itē audientes pueros clamantes in tēplo ꝛ dicentes. hosanna filios Dauid idignati sunt: et dixerunt ei. Audis quid isti dicunt? Jesus autem dicit eis. Utiq. Nunquam legistis: quia ex ore infantium ꝛ lactentium perfecisti laudē. Ecce quomodo exprobrabāt ei maiores laudes quas de eo dicebant pueri et simplices. Nā ꝛ si principes et scribe extrinsecus ei aliquādo blandirētur intrinsecus tamen seuiebāt. sicut hi qui eum capere in sermone volentes dicebant. Magister scimus: quia verax es ꝛ viam dei in veritate doces ꝛ nō est tibi cura de aliquo. Magistrum siquidem euz vocabant qui venerant non intentione discendi: sed cupiditate nocendi. Nam quod ita res se habeat, ipsa veritas que est Christus manifestat cum tētatores eos vocat. Uel dic ꝙ aduersus Jesū impii Judei iurabant quando ad humidum aliquid cōtra eum ipsum adiurabant secundū ꝙ legitur Matt. xxvi. quod Caiphas princeps sacerdotum adiurauit eum dicens. Adiuro te per deum viuū vt dicas nobis si tu es Christus. Quo respondente. Tu dicis. Mox ille scidit vestimenta sua tanꝗ rabidus dicens. Blasphemauit. Nonne etiā aduersum eū iurauerant qui ex consilio contra eū mendacia confingebant? Sicut ergo tunc ita et nūc qui videntur Christū laudare vt mali ecclesiastici. aduersus eum iurant: id est coniurāt in persecutionē ipsius per morum prauitatez ita vt dicat Augustinus in sermone cōuersionis beati Pauli ꝙ illi sunt in persecutione Christi primi qui videntur in ecclesia gerere principatum.

5 ¶ Secūdo ipse idem Christus conqueritur de peruersis hereticis dicēs. Qui laudabāt me: id est laudare videbantur. aduersuz me iurabant. Plerique inquit Grego. super hoc passu i causa dei subdole ꝛ fallaciter intendentes: ꝛ se esse in corpore Christi simulāt ꝛ pacem ecclesie dei occulta machinatione perturbant. hi sunt qui iuxta domini sententiam veniūt in vestimentis ouium intrinsecus aūt sunt lupi rapaces: Mat. vii. Tales etenim in verbis socialē videntur habere mansuetudinem: sed in corde hostilem gestant furorem. Talis erat ille Simeon Magus ab apostolis baptizatus: sz postea ab apostolorum principe Petro propter nephande venalitatis ambitionem reprobatus. Unde et dictum est ei. Pecunia tua tecū sit in perditionem ac. viii. Non enim iusserat Christus gratiam miracula operādi precio debere cōparari: sz pceperat Mat. x.

dicēs gratis accepistis gratis date. Hec est, inquit idē Greg. Heresis illa que nascentis ecclesie rudimēta tentauit ⁊ que ante ceteras hereses prima apparuit cuius erroris vesania licet ex tunc dānata fuerit postea tamē in ecclesia germine pestifero pullulauit. Nostris vero maxime temporib9 malicie sue virus exercuit: ⁊ totius ferme ecclesie pacē schismatica infestatiōe perturbauit hec Gregorius. Aduertat tamen diligens lector quod Greg. hic capit heresim multum large. Ut enim habetur. i. q. i. quisquis. ⁊ ca. cū liqueat. Simoniaca prauitas dicit impia heresis sumpto nomine heresis large. Ad propositum igitur nostrum redeuntes dicimus quod heretici dicunt se Christum laudare dum parati sunt multa subire supplicia pro defendandis suis dogmatib9. Sed reuera magis eum blasphemant ꝙ laudant: quia extra ecclesie vnitatē nulla est laus deo grata: sicut nec ꝙ sal9: sicut habetur extra de sūma tri. ⁊ fi. ca. c. Firmiter. §. Una. Uel dic ꝙ Christum laudant dū aliqua que fidei sunt et prout eis placet suscipiūt et tenent: sed aduersus eū iurant dum alia negant que credēda tradit sancta mater ecclesia. Pro quo notādum quod nonnulli inter eos laudant dei essentiā: sed aduersus personas iurant cuiusmodi sunt Sabelliani qui vt habetur. xxiiij. q. iij. quidam autem hereti. asserunt patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti vnam tantum esse personā. Alij autem laudant deum patrem: sed aduersum filiū iurāt: cuiusmodi sunt arriani qui negant dei filiū esse patri coeternum ⁊ consubstantialem: vt habetur in p̄di. ca. Et de hoc plene habes in historia tripertita In qua habetur ꝙ ipse arrius huius heresis inuentor postꝙ condemnatus fuit in consilio Niceno tandem apud Cunstātino polim existens secessum petens ibi euisceratus ex toto miserabili morte interijt in spiritu ⁊ anima. De hoc plenius vide in dicta histo. lib. iij. cap. x. ¶ Item lib. vi. eiusdem historie cap. xliiij. legitur ꝙ quidam fidelis catholicus predixit eius miseram mortē de breui imminere. Hic enim catholicus pedagogus adolescentium interrogatus a quodam arriano: cui nomē Libani9, sub hac forma. Nunc (inquit) fabri filius quid putas agit i hoc nostram deridens religionē? Respondit ei, O sophista creator omnium quem tu fabri filiū nominasti: locellum sepulture Juliano ɔponit. Et ecce post paucos dies mors Juliani nunciatur: atqꝫ i locello defertur. Alij vero laudant patrem ⁊ filium, sed aduersuz spiritumsanctuz iurant cuiusmodi sunt Macedoniati negantes spiritūsanctum esse deum: vt habetur in predicto cap. Quidam aūt heretici. Sed quidā inter eos credunt eum esse quendam paruū hominez montanū: vt habetur de cōse. di. iiij. Hi vero. Quorū error ibid reprobat: ⁊ similiter de cō. di. v. De spū. Ecce qūo heretici dicuntur aliqualiter diuinitatem laudare: ⁊ aduersus

eam iurare: id est coniurare in vnum ad ipsius euersionem et impugnationem. Sed inuanuz laborant quoniam omnia falsa dogmata vincit veritas christiane religionis. Nam et si nauis Petri aliqualiter visa sit perturbari a ventis, non tamē periclitata est.

3 ¶ Tertio homo adulat⁹ cōqueritur de suis adulatoribus dicens. Qui laudabant me supple in aperto: aduersum me iurabant in occulto. Pro quo notandum quod huiusmodi adulatores alios laudant propter alterum istorum trium.

Aut vt decipiant.
vez Aut vt accipiant.
Aut vt placeant.

¶ Primo quidē quandoq laudant vt decipiant eos quibus applaudunt. Unde Prouerb. xvi. Uir iniquus lactat amicū et ducit eum per viam non bonam: id per viam perditionis. Et nota q dicit vir iniquus: quia reuera adulator est valde iniquus: eo q sub specie boni nititur decipere proximum suum. hic ergo vir iniqu⁹ tunc lactat amicum suū quando blāde loquitur ei: et ducit eū quādo scilicet sibi acquiescit per viam non bonam: id est per viam superbie vel inanis glorie: quia facit eum quem laudat adulādo superbire: aut saltem inaniter gloriari. De tali autem laudatore loquitur psalmista dicēs. Molliti sunt sermones ei⁹ super oleum quantum ad blanda et suauia verba que profert coram eo cui adulatur: et ipsi scilicet sermōes adulatoris sūt iacula: videlicet ī absentia per detractionez. Uel ly ipsi potest referre eū cui adulatur cui sermones blandientis sunt iacula: quia quandoq vulnerant eum vsq ad cor quando scilicet ex talib⁹ verbis incipit gloriari. Unde Prouerb. ij. homo qui blandis fictisq sermonib⁹ loquitur cum amico suo expandit rhete gressibus suis. Tales itaq adulatores sunt similes illi mulieri que primum dedit lac bibere sysare sitienti: et post modum infixo clauo in caput eius ipsum occidit Judic. iiij. Item sunt similes serpenti qui tētauit Euā: de quo refert Magister historiarum super Genesis post Bedam. q ante maledictionem quā recepit a deo erat erectus vt homo. Tale ergo genus serpentum elegit demō. cū virgineo vultu et mouit linguā eius ad loquendum. habebat tamen caudam serpentinam cū reliquo corpore. Ita et tales adulatores habent verba dulcia: sed reliqua omnia mala. Item sunt similes api que habet mel in ore sed aculeum in cauda. Dicat ergo homo adulat⁹. Qui laudabāt me aduersū me iurabāt: id est hoc faciebāt vt me deciperēt. Propterea clamat dominus Esaye. iij. dicēs Popule meus qui beatum te te dicunt ipsi te decipiunt: et viam gressuum tuorum dissipant: id est rectitudinem operum tuorum male te laudando peruertunt. Cum itaq aliqua honesta puella audit aliquos gallandos et viros mundanos eā laudātes de pulchritudine sua et dicētes. Uos estis pulchrior filia totius ciuitatis: profecto

tunc potest dicere. Qui laudabant me aduersum me iurabant.

¶ Secũdo aliqui laudãt alios vt accipiant scilicet aliquã cõmoditatem temporalem ab eis vt sic procurent eorum amicitiam ad se. Quid enim (inquit Alanus de complanctu nature) est adulationis vnctio: nisi donorum emunctio? Nam proprie adulator dicitur qui loquitur placentia vt per talem modum et astutiam possit ad se allicere et attrahere amorem et fauorem hominum quib⁹ adulatur: et exinde lucrum et emolumentum temporale acquirere. Et hoc maxime fit et exercetur in curijs regum principum et nobilium personarum: dicente christo Matthei.xi. Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt. Utinam nõ in domibus pontificum ⁊ ecclesiasticorum. Et bene tales dicuntur vestiti mollibus quia primum attendũt quo affectu ducitur is qui loquuntur ad eum de quo obloqui volunt: ⁊ deinde se illi coaptant loquentes que credunt illum libenter audire. Hi sunt de quib⁹ ps. Edidit terra eorum ranas in penetralibus regum ipsorũ. Et bene quidem dicũtur rane: quia quemadmodum rane crocitãt in absentia hominuz/in presentia autem tacent. Ita et tales adulatores solẽt detrahere de absentibus vt complaceant regibus et magnatibus qui prestant eis aurem: et tacent ad eorum presentiam. Et per talem modum solent plerũqꝫ magnã acquirere gratiam apud maiores. Unde et similes sunt cuidam signo celesti quod Aquarius dicitur. Hic autem aquarius secũdum poetas fingitur fuisse pincerna deorum: et super ipsorum manus aquas fudisse: et inde tantam gratiã acquisisse ꝙ ab ipsis dijs in celũ translatus est: vt dicit Isidor⁹ Ita et hac tempestate illi qui dijs: id est magnatibus et superioribus seruiunt aquã infundendo in mensa eorũ: id est verba adulatoria et mollia proferendo pro huiusmododi causas tranferũtur in celum.i. ad officia et prelaturas: etiam plerunqꝫ melioribus reiectis. Propterea.i.q.i. Multi dicitur in fine illius capituli ꝙ multi adulantur peccatoribus dummodo diuites sint. Contra quos loquitur Gregori⁹ et recitatur xi.q.iij. Nemo peritorum. Melius inquit est pro veritate pati supplicium quam pro adulatione beneficium.

¶ Tertio adulatores alios laudant vt placeant. Nam diuites et mũdani homines dicũt adulatoribus illud Esaye.xxx. Loquimini nobis placentia. Illis autem respondent adulatores quando scilicet laudant eos secundum desideria cordiũ suorum. Unde ps. Laudatur peccator in desiderijs anime sue: ⁊ iniquus benedicitur: id est homo mundanus ab adulatorib⁹ laudatur. Nonne peccator ecclesiasticus qui tenet plura beneficia laudatur in desiderijs anime sue: quando ab aliquo adulatore qui reputat doctus dicitur ei ꝙ potest commode ⁊ salua conscientia plura tenere

beneficia: tum propter decentiam sui status: tum propter ob tētam dispensationē: tum quia multi sūt tales etiā viri graues magni plura tenentes bn̄ficia. Ecce quomodo peccator lauda tur in desiderijs anime sue.
Sed vtinam tales adulatores qui se gerunt pro viris doctis bene vidissent et notassent capitulum. Priscis dist. lv. Ubi dicit Gelasius papa q̄ dicit dispensatio fieri nequaquam potest si ne magna et vrgente necessitate. Modo que necessitas aut que vtilitas ecclesie q̄ vnus ecclesiasticus indoctus et venator ditetur de patrimonio crucifixi: vbi vix doctus et bene morigeratus vix habet simplex et tenue beneficiū? Ita vt merito possit dicere illud Lu. xv. Quanti mercennarij in domo patris mei: hoc est in ecclesijs christi abundant panibus: ego autem hic fame pereo? Nonne etiam laudatur peccator i desiderijs anime sue / quando illi q̄ circūstant principem tyrannum approbant consilium et desideriū eius iniquum? Nam si dixerit esse pugnandum contra talem vel talem statim consecndunt voluntati sue siue subsit causa iusta siue iniusta. Propterea bene dic t saluator Matthei. xi. q̄ qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt. Nonne deniq̄ laudatur peccatrix in desiderijs anime sue quando alicui mulieri superbe et vane dicitur q̄ est pulchrior inter ceteras de ciuitate: vel quando laudatur de chorea: seu de venustate verborum et huiusmodi? Et breuiter lingue adulatorum linguant homines in peccatis: quia delectat ea facere in quibus laudatur operator. Tales itaq̄ debet longe a se repellere vir iustus: dicēs cū psalm. Oleum peccatoris non impinguet caput meum. i. falsa laus adulatoris non delectabit mētem meam. Propterea Salomō vnicuiq̄ dat salubre consilium Prouerb. j. dicens. Fili mi: si te lactauerint peccatores ne acquiescas eis. Item hieremias ad idem propositum loquitur dicens. Ne credas eis (scilicet adulatoribus) cum locuti fuerint tibi bona. Eiusdem. xij. Sicut christus non credidit iudeis quando locuti sunt ei bona: dicentes ei illud Mat. xxij. Magister scimus quia verax es: et viam dei in veritate doces: et non est tibi cura de aliquo. vnde Joannis. ij. de eo dicitur q̄ non credebat semetipsum eis Ipse enim sciebat quid esset in homine. Similiter bonum consilium contra tales adulatores dat ipse Seneca ita dicens. Intus teipsum considera: nō qualis sis alijs credas.

¶ Lectio. lxxvij.

¶ Quia cinerem tāquam panem mādu cabam, et potum meum cum fletu miscebam.

¶ Postquam in precedenti lectione verus penitens pie conquestus est ad dominum de ex=

probatione malorum et mundanorum hominum qui non cessant ei detrahere et maledicere: hic consequenter talis exprobationis / et detractionis subdit causam cum inquit.
Quia cinerem tanquam panem manducabam et potum me. &c. quasi dicat. Ideo michi exprobrabant peccatores et mundani homines quia eram illis dispar. Illi nempe dicebant illud Sapientie secudo. Uenite fruamur bonis que sunt: id est delicatis cibis. De potu autem ibi subditur. Uino precioso implemus nos. Ego autem econtrario cinerem tanquam panem manducabam: et potu meum cum fletu miscebam.
Dicunt ergo mali et iniqui iustum seu penitentem deridentes. Grauis est nobis etiam ad videndum quoniam dissimulis est alijs vita illius et immutate sunt vie eius. Sapientie secundo. Et bene dictum est de penitente quod immutate sunt vie eius. Nam prius erat superbus nunc humilis: prius gulosus nunc sobrius: prius lubricus nunc castus: prius amicus mundanorum hominum nunc amicus dei et angelorum: prius immundus nunc mundus: prius filius gehenne nunc filius gratie: prius in culpa nunc in gratia: hec ergo mutatio dextere excelsi.
Nonne queso cinerem tanquam panem manducabat sanctus ille Germanus altissiodorensis presul: de quo legitur quod in omni refectione cinerem prelibabat: et postmodum pane grosso et ordeaceo vtebatur. Hoc autem faciebat ne delicatus cibus nimium alliceret appetitum eius. Nonne etiam sanctus ille Thobias potum cum fletu miscebat quandoquidem audito quod vnus ex filijs israel iugulatus iaceret in platea reliquit prandium suum et ieiunus venit ad corpus et tollens illud portauit in domum suam occulte: vt dum sol occubuisset caute sepeliret ipsum. Cumque illud occultasset manducauit panem cum luctu et tremore. Thobie. ij. Dominus autem Petrus de Palude exponit hunc passum de penitente. Pro quo notat quod per cinerem intelliguntur reliquie peccatorum preteritorum. Nam sicut ex ligno combusto remanet cinis: ita ex peccato commisso quamuis per ignem charitatis et dilectionis dei super omnia: seu per ignem contritionis et doloris remissio: remanent adhuc alique reliquie tanquam cineres: vt pote reatus ad penam temporalem: et similiter quedam pronitas seu facilitas redeundi ad vomitum. Et hec sunt manducanda. i. consumenda a vero penitente. Dicat ergo penitens. Cinerem tanquam panem manducabam. i. studebam consumere reliquias peccatorum meorum. Nam et si aliquis possit habere moralem coniecturam de remissione culpe: non tamen sic est de remissione totalis pene. Et ad hunc sensum videtur posse intelligi illud Eccl'i. v. De propitiatio peccato noli esse sine metu. Debet enim verus penitens veri similiter dubitare quod non plene satisfacerit de pena in foro dei debita: que quia est sibi occulta quantum ad quantitatem: ideo de-

bet semper bonis operibus va
care vt sic eam totaliter persol
uat: aut saltem diminuat. Uel
secundum dominum Cardina
lē ille cinerem tanquam panē
manducat qui de memoria in-
firmitatis sue reficitur: et talis
panis bene masticatus valde
corroborat animam cōtra pec-
cata. Propterea in die cinerum
quando assumunt christicole
bellum cōtra vicia imponitur
cinis super capita eorum et di
citur eis. Memento quia cinis
es: et in cinerem reuerteris. q.
di. sacerdos. Per recordatio-
nem tue infirmitatis: defendes
te a tentatione peccati. Nam vt
inquit hieronymus: facile con
temnit omnia qui se semper co
gitat moriturum. Nonne cine-
rē tanquam panē manducabat ille
le rex Niniue qui audita predi
catione Jone descendit de so-
lio suo: et depositis regijs vesti
bus induit se sacco: et sedit in
cinere? Jone. iij. Quod autem
subditur. Et potum meum cū
fletu miscebam. de penitente in
telligi debet: qui secundū glosā
ordinariā: miscet potum cum
fletu quādo pro desiderio celi la
chrymatur.

A ¶ Notandum est autem quod
specialiter tria hominū genera
possunt dicere cum ps. Cinerē
tanquam panem manducabā.

	Uerus religiosus.
vez	Homo vanus.
	Christus iesus.

¶ Primo quidem sincerus et re
ligiosus merito dicere potest.
Cinerem tanquam panem mā
ducabam. Cinis itaque viles ci-
bos significat: quibus pascun-
tur veri religiosi: quia vt di-
cit Hieronymus. Non refert
dei seruo de quam preciosis ci
barijs conficiat stercora. Unde
de beato Bernardo legitur quod
tam ipse quam sui pulmentum
sepius ex folijs fagi conficie-
bant: et penem ex ordeo et mi-
lio et vicia comedebant. Item
Augustinus ad fratres in here-
mo / ser. xxi. de seipso loquitur
dic. Cum fratribus in pauper-
tate viuere cepi: non mācucās
carnes nisi non hospites veni-
unt. sed tantum olera et legumi
na absque oleo vel butiro. Et li-
cet in cathedra episcopali me
videatis tamen paupertatem
michi charam sponsam tenere
congratulor. Item eodem lib.
sermo. xxxix. sermonem faciēs
ad fratres in die sancto pasche
sic eos aloquitur. Non turbe-
mini fratres dilectissimi si com
pello vos vinum bibere: et pa-
nē tritici cū bletis butyro mix-
tis simul comedere: quia hodi-
erna die credimus filium homi
nis resurrexisse a mortuis: ideo
gaudere: et epulari oportet: quia
frater noster Jesus christus mor
tuus erat et reuixit perierat et
inuentus est. Sed que lingua
posset explicare quibus cibis
vescebantur in deserto sancti
illi patres: de quibus refert hie
ronimus. in vitis patrum? Ecce
enim inquit Paulo primo he-
remite Palma cibum et vesti-
mentum prebebat. Item refert
se vidisse monachum: qui per
triginta annos in speluca clau
sus permāsit solo ordeaceo pa
ne et lutulenta vtens aqua.
Item refert de abbate macha-
rio quod steterit viginti annis in
desertis: in quibus nunquam

semel plene fuit saturat⁹ pane et aqua: sed semꝑ pane pensatū seu libratum accipiebat: ꝛ aquā similiter ad mensuram. Et vt de ceteris taceam plures reperies quorum parsimonia potius ad miranda venit quā imitanda. Verus itaqꝫ religiosus in cibo et potu nō tā voluptatē quam necessitatē q̄rit quo fit vt que in seculo abhorrebat: in sancta religione cū gratiarū actione ꝛ auiditate sumat. Ob eam rem merito potest dicere illud Job. v. Que prius nolebat tangere aīa mea: nūc pre angustia cibi mei sunt: aīe aūt esurienti etiā amara dulcia esse videntur.

¶ Secundo homo van⁹ potest veraciter dicere. Cinerem tanquam panem mandu. Nam solatia et gaudia mundana sunt tanquam cinis et puluis: quibus aluntur miseri peccatores Sicut enim cinis est vilis materia: hominiqꝫ nociua si multum ex illa sumpserit: ita ꝛ mūdana solatia circa viles et immundas materias consistunt: ꝛ que sunt etiam valde homini interiori nociua. Sed hoc parū attendunt peccatores: quimmo dicunt ꝙ inueniunt dulcem gustum circa talia. Merito ergo potest homo mundan⁹ cui applaudit mundus in conferendo honores ꝛ diuitias dicere illud Treñ. iij. Cibauit me supple mund⁹ cinere. Sunt eñ homines mundani velut paruuli qui quandoqꝫ comedunt cineres et carbones: ex quibus deturpantur facies eorum. Sic ex cinere mundarū delectationum detupantur facies cōsciētiarum ita vt merito dicere possit peccator illud Job. xvi. Operui cinere carnem meam. i. cōscientiā meā operui cinere mūdanarum delectationum: ita vt non possit aliud cogitare nisi mundana et caduca. Nonne etiam auarus cinerem tāquam panem manducat: quando appetit desiderium suum bonis terrenis refici et satiari: que nil illud sunt: ꝛ quam cinis et puluis? Talis autem erat ille diues: de quo leg. Luc. xij. quod habebat bōa plurima reposita.

¶ Tertio Jesus christus potest merito dicere. Cinerem tanquam panem manducabā cū. s. in mundo cum mortalibus vitam degebam. Nam ad literam verisimile est christum qui pascit angelos et homines: aues ꝛ pisces / quādoqꝫ in hac mortali vita comedisse panem grossum et ordeaceum atque subcineritium. Venerat enim ad nos vt exemplum penitentie preberet et vt delicias mundiales calcaret: ꝛ calcādas ostenderet. Sed altiorem sensum requirentes / dicimus post Greg. tūc christū cinerem tanquā panē manducasse: quando in corpus suū iudeos traijciebat. Ipsi enim iudei cineres erant: vtpote nullo apti vsui: et sñ charitatis glutino omnino dissoluti Nichodemus tales cineres tanquā panem manducauit: quādo illos qui in eum crediderunt sibi incorporauit. Unde ipse dicebat Joannis quarto. Meus cibus est vt faciem voluntatē patris mei: id est vt conuertam peccatores ad rectam fidem et michi per charitatem incorporem. Nonne cinerem tanquam pa-

nem manducauit: quādo dicit latroni in cruce pendenti. Hodie mecū eris in paradiso. Luce vigesimotertio. Propterea autem scribe et pharisei ipsum ex hoc permaxime criminabantur: quia publicanos: et peccatores non solum nō respuebat: sed etiam cum illis in cibo et potu communicabat. Et de tanta beniuolentia quidam eorū indignabātur dicētes apostolis. Quare cum publicanis et peccatoribus manducat et bibit magister vester? Nō autem permisit suos discipulos ad propositam respōdere questionem sed in propriis voluit eam soluere dic. Non est opus sanis medicus sed male habentibus. Non enim veni vocare iustos sed peccatores. Matthei. ix. O immensa dei clementia. O ineffabilis misericordia et dulcedo. O summa diuine maiestatis dilectio et amor. Illos nempe volebat curare qui salutem nolebāt habere: et qui aduersus salutē suā armati atque more freneticorum medicum incusantes: volebant potius ex infirmitate mortem incurrere eternam: quam inuenire vitam et salutem. Quia ergo inquit ipse Greg. redēptor noster in mundum veniens vasa ire fecit vasa misericordie: et omnibus ad se venientibus pietatis sue sinum aperuit: recte nūc dic. Quia cinerem t.p.m. Nec hoc quidem totum est: sed (et potum meum cum fletu miscebā) id est cum flentibus bibebam: sicut patuit in conuersione Marie magdalene. Ipse enim christus ad mensam cum Symone residebat manducans et bibēs Maria autem ad pedes eius prostrata illos suis lachrymis rigabat. Ecce potus cū fletu mixtus. Nonne etiam potum cum fletu miscuit: quandoquidem ei in cruce pendenti oblatū est accetum. Ipse vero cum clamore valido et lachrymis orabat deum patrem pro inimicis.

B ¶ Preterea aduertendum iuxta secundam partem huius versus quod tria hominum genera possunt dicere cum regio propheta. Potum seu poculum meum: secundam aliam literā cum fletu miscebam.

vel { Mundi redemptor. / Mundanus pctōr. / Penitentie amator.

C ¶ Primo itaque mundi redemptor christus potest dicere. Potum cum fle. etc. quandiu sup. fui in terris cum mortalibus mortalis existens. Supposito igitur quod per potum letitia designetur: et per fletū tristitia volo consequēter dicere quod nulla iocūditas seu letitia legitur de christo: cui non fuerit mixta tristitia. Istud autem possumus inductiue persuadere et ostendere: quantum ad sex.

¶ Primo etenim eius annunciatio fuit valde gaudiosa in corde virginis: ita vt ipsa dic. Exultauit spiritus meus in d. sal. Luce primo. Exultabat siquidem spiritus eius de mundi incohata redemptione: sanctorum patrum in proximo liberatione: et celestium ruinarum futura restauratione. Sed etsi tantum exultauerit non tamen sine tristitia fuit eius exultatio. Huiusmodi audi ergo potus statim cum fletu

fuit mixtus: quando quidem humilis et tota verecunda virgo intellexit: quod Joseph vir eius voluit occulte dimittere eam quam scilicet videbat pregnantem. Matthei primo.
Quod autem dicit Augustinus: in Enchiridion capi. quadragesimoquinto. quod Joseph voluit mariam dimittere suspicans eam adulteram: quam sciebat nō de se grauidam. Si hoc ita se haberet et virgini innotuisset: vtique causa maioris tristitie fuisset. Dic tamen verisimiliter hic Augustinum excessiue locutum fuisse. Nam vt ait Ambrosius super Missus est.
Maluit dominus aliquos de suo ortu: quam de matris pudore dubitare. Sciebat enim teneram esse et virginis verecundiam et lubricam famā pudoris. Nec putauit ortus sui fidem matris iniuriis astruendam.
¶ Secundo christi natiuitas fuit valde iocunda: secundum quod innuit angelus pastoribus loquens. Luce secundo. Euangelizo inquit vobis gaudium magnum: quia natus est vobis hodie saluator. O quantum gaudium habuit sanctissima virgo maria mater iesu christi quando vidit pastores venientes (qui iam natiuitatis certi facti fuerant) tam humiliter et deuote adorare regem celorum filium suum? Sed tamē hunc potum gaudii cum fletu et tristitia miscuit: quando vidit quod necesse habuit filium suum: per quem omnia facta sunt reclinare in presepio: eo quod non erat ei locus in diuersorio: et pannis eum inuoluere. Item quando audiuit paruulum mox natum primam vocem aliis paruulis similem plorando emittere: prout prophetatum fuerat Sapiētie septimo Et hoc est quod canit ecclesia. Vagit: id est plorat infans inter arcta conditus presepia: membra pannis inuoluta virgo mater alligat: manus pedes atque crura stricta cingit fascia.
¶ Tertio apparitio natiuitatis christi magis facta per stellam fuit potus valde gaudiosus: secundum illud Matthei secundo. Videntes stellam magi gauisi sunt gaudio magno. Pie etiam creditur quod tunc beata virgo Maria valde gauisa fuit quando vidit eos intrantes domum et procidentes supplices adorare filium suum At vero tantum gaudium cum fletu mixtum fuit: quando quidem herodes videns quod illusus esset a magis: qui per aliā viam reuersi sunt in regionem suam: cruentam stragē fecit de paruulis: arbitrans inter eos christum periturū. O quis posset enarrare ciulatus et validos clamores piarū matrū plorantium filios suos quos videbāt violenter de brachiis suis euelli: et corā propriis oculis crudeli morte perire? secundum quod longe ante prophetatum fuerat. Jeremie tertio. Et eiusdē. xxxi. Vox in rama audita est ploratus. etc. Nonne etiam tūc pia christi mater potum cū fletu miscebat quandoquidē non multo post ipsius christi natiuitatem fugit in egyptū cum par

nulo suo: vt sic euaderet rabiē ipsius herodis querentis perdere filium dei? Ut enim legit. Matthei. ij. Angel⁹ domini apparuit in somnis Joseph, dicens. Surge ⁊ acci.

¶ Quarto christi transfiguratio fuit potus delicatissimus tribus apostolis qui eam plene viderunt. Tunc enim vt dicitur Matthei. xvij. resplēduit facies ei⁹ sicut sol: et vestimēta ei⁹ facta sunt alba sicut nix. Intantum enim tunc apostoli illi delectati sunt: ꝙ Pet. pro omnibus dicit. Domine bonum est nos hic esse. Si vis / faciamus hic tria tabernacula tibi vnū. ⁊c. Sed tantus ac talis potus fuit cum fletu permixtus: quoniam Moses ⁊ Helias: qui ibi apparuerant loquebantur cū iesu de excessu quem completurus erat in hierusalem: vt dicitur Luce. ix. Sed de quo aut quali excessu: profecto de excessu amoris quem ostensur⁹ erat toti mundo in hora passionis. Et de hoc excessu loquebatur Joh. xv. cum dicebat Maiorem dilectionem nemo habet vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Item de excessu doloris et passionis: de quo excessu loquitur scriptura in eius persona. Treñ. i. dicēs. O vos omnes qui transitis per viam attēdite et videte si est dolor si. s. d. me. Itē de excessu opprobrij et confusionis: quam in cruce sustinuit de quo excessu loquebantur ipsi Judei cum dicebāt Morte turpissima condemnemus eum. Sapientie secundo. Non enim satis illis erat condemnare iudicem viuorum et mortuorum morte turpi: vt pote per capitis truncationem: sicut factum est de Joanne baptiste aut turpiori. s. per lapidationem sicut factum est de stephano: nisi eum condemnarēt morte vilissimorum latronum et homicidarum quales forte erant qui cum eo crucifixi sunt Dismas et gesmas. Et hec est mors turpissima. Sed ⁊ si meruisset mori adhuc non tali genere mortis plectendus erat. Cum enim esset ex alto genere: nedum quo ad diuinitatem verum quo ad humanitatē: quia de stirpe Dauid: nequaꝗ̄ morte vilissimorum latronum ⁊ rusticorum plectendus venisset. Et in hoc patet excessus malitie iudeorum erga eum.

¶ Quinto iocunda ⁊ gaudiosa plurimum fuit christi receptio in hierusalem in die palmarum. Nam tūc vt dicit. Matthei. xxi. Plurima turba strauerunt vestimenta sua in via: alij autem cedebant ramos de arboribus: et sternebant in via Turbe autem quē precedebāt et que sequebantur clamabant dicentes. Osanna filio Dauid benedictus qui venit. et cetera. Sed ista letitia nō fuit sine tristitia: tum quia post talem honorem non inuenit ipse christ⁹ qui offerret ei micaȝ panis aut aque potum: sed cum sero factū esset abijt in Bethaniam ad domum hospitis sue Marthe: vt subditur ibi supra. Tum quia scribe et pharisei tante glorie inuidebant. Unde et dicebant ei. Audis quid isti dicunt. Tum quia post dictam receptionē principes sacerdotum

et scribe querebant eũ perdere vt habetur Luce.ix. Et profecto talis honor fuit sibi care vẽditus in die veneris sancta.
¶ Sexto gaudiosa fuit christi resurrectio. Nam vt habetur. Joh. xx. gauisi sunt discipuli viso domino. Precipue autem eius intemerata mater plusgauisa est que plus doluerat de ipsius morte. Unde illi poterat dicere illud Psalmiste. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tue letificauerunt animam meam. Sed tamen tantum gaudium mixtum fuit tristitia.
Non enim dubito quem ipsa pia mater doleret super tarditate discipulorum ad credendum resurrectionem filij sui.
O quam vulnerauit cor ipsius illud thome verbum. Nisi videro loca clauorum et mittam digitum meum in locum clauorũ et mittam manum meam in latus eius non credam. Joh.xx. Propterea Marc. xvi. legitur ꝙ ipsemet christus exprobrauit incredulitatem discipulorum et duritiam cordis ipsorũ quia his qui viderant eum resurrexisse non crediderant.
Patet ergo quomodo christus potum letitie que circa eum habita est semper miscuit et miscet voluit cũ fletu tristitie.
D ¶ Secundo principaliter mundanuspeccator postquam fuerit cum mille demonibus in inferno recordans presentis vite et gaudij mundani: merito dicere poterit. Potum meum cum fletu miscebam. Quasi dicat: quãtumcunqꝫ viderer gaudere et letari in mundo: semper tamen potus letitie mee fuit permixtus fletu anxietatis et tristitie. Cuius ratio est quia in mundo isto nunquam potest haberi gaudium purum sed semper mixtum: secundum illud Prouerbiorũ duodecimo quarto. Risus dolore miscebitur: et extrema gaudij luctus occupat. In celo enim est gaudium purum sine vlla tristitia. In inferno vero econtrario est tristitia et dolor purus sine vllo gaudio. Sed in presenti hec duo adinuicem sepe miscẽtur. Hoc autem possumus multipliciter declarare: etiam in diuersis generibus peccatorum: in quibus cõtingit homines peccatores vitiose delectari.
¶ Primo siquidem aliqui in presenti hauriũt cum dulcedine potum bonorum et officiorum in curijs principum ⁊ magnatũ ita vt inde inebrientur: et tales reputat mundus felices dicendo. Talis est felix: est enim bene apunctuatus in curia regis: aut talis principis. Unde Psalmista. Beatum dixerunt populum: cui hec sunt. Sed profecto quilibet talis potest merito dicere.
Potum meum cum fletu miscebam. Timet enim talis perdere gratiam principis et quod detur ei vna dierum de aqua benedicta curie in faciem.
Quis enim in curia vnquam in curia principum huius seculi maior fuit quam aman in domo regis assueri? Ita vt esset secundus post regem vt habetur Hester tertio: et tamen Paulo post suspensus est confusibiliter in patibulo quod paraue-

rat mardocheo vt habetur ibidem capitulo septimo. Nonne etiam ioseph cui phutifar princeps exercitus regis egypti cõmiserat vniuersam dispositionem domus sue paulopost falso accusatus et criminatus ab vxore dicti phutifar reclusus est in teterrimum carcerem. Genesis trigesimonono. Denique vrias miles strenuus et valde fidelis domino suo Dauid iussu ipsius regis in dolo occisus est secundi Regum vndecimo. Et breuiter deficiet mihi tempus omne si omnes ac singulos enumerare velim qui post exaltationem in curijs magnatum turpiter inde ceciderunt et sic potum cum miscuerunt propter quod sen. in tragedijs dicit.
Dum excelsus steti nunquã pauere destiti Et boetius de consol. lib. iiij. metro pri. sic aiebat Quas miseri toruos populi timent. cernes tyrannos exules. Ubi vult dicere quod miseri: id est pauperes populares videt quandoque toruos: id est crudeles tyrannos exules siue ab officio siue a patria quos tamen pauloante ipsi miseri summe timebant et formidabant.
¶ Secundo aliqui in presenti inebriantur potu diuitiarũ temporalium cuiusmodi sũt potentes et diuites huius seculi qui confidunt in virtute sua / et in multitudine diuitiarum suarum gloriantur. Sed sepe talis gloriatio permiscetur fletui et tristitie atque amaritudinibus cordis eo quod in diuitijs est labor in acquirendo, timor in conseruando et indicibilis dolor seu magis insanies in perdendo. Unde ad designandum quod huiusmodi letitia est mixta tristitijs christus cõparauit diuitias spinis pungentibus Matthei. xiij. et Luce octauo. Sepe etenim pungũt vsque ad cor per nimiam sollicitudinem nec permittunt suum possessorẽ quandoque habere bonam quietem et pacem. Propterea sapiens Ecclesiastici secundo sic inquit. Dixi in corde meo. Uadam et affligam delitijs et fruar bonis. Et vidi quod hoc esset vanitas et afflictio spiritus. Item Boetius primo de consol. metro primo sic ait. Terrenis quotiẽs flatibus acta. Crescit in immensum noxia cura.
¶ Tertio aliq̃ peccatores inebriantur potu delectationum venerearum vt sunt homines carnales et luxuriosi qui dicũt illud Sapientie secundo.
Coronemus nos rosis antequam marcescant nullum pratum sit quod non pertranseat luxuria nostra. Nemo vestrum expors sit luxurie nostre.
Ubique relinquamus signa letitie quoniã hec est pars nostra. et hec est sors nostra. Sed profecto tales frequenter miscent potum sue peruerse letitie cum fletu amaritudinis et tristitie. Unde salomon prouerbiorum quinto de voluptate loquens dicit quod nouissima illius sunt amara quasi absinthium. Itẽ Boetius. iij. de consol. prosa. vij. sic inquit tristes esse voluptatum exitus quisquis reminisci libidinum suarum volet intelliget Et de hoc historia manifesta legitur secundi. Regum. xiij.

De amon filio Dauid qui post quam vt oppressit thamar sororem suam. deinceps maiori odio est eam persecutus quam esset amor quo prius eam dilexerat Ad hoc etiam propositū facit historia de lucretia quaz cum oppressisset tarquinius iunior seipsam interemit vt patet primo lib. de ci. cap. xix. Ex quo facinore pene infinita mala secuta sunt. preterea de nicꝫ dinam filiam Jacob quam cum oppressisset sychen multa mala ꝛ hominum strages multe secute sunt vt patet Genesis trisesimo quarto. Ecce quam merito dicit peccator in inferno existens. Potum meum cuz fletu miscebam.

¶ Tertio principaliter verus penitētie amator ꝛ cultor postquam semel fuerit in celo tunc reminiscens bene actorum per eum in presenti vita. vticꝫ dicere poterit. Potum meum cū fletu mi. i. gaudium mundanū per memoriam mortis ꝛ diei iudicij temperabam. vel potum meum ad literam cum fletu miscebam. quando scilicet edēdo ꝛ bibendo iugiter flebam pctā mea in corde meo Talis autez erat ille sanctus Job qui dicebat Antequam comedam suspiro ꝛ quasi inundātis aque sic rugitus meus quia timor quē timebam euenit mich ꝛ quod verebar accidit scilicet peccatum de quo summe verecundandum est. Uel dic quod verus penitens pro tāto dicitur potum cum fletu miscere quia vt habetur de pe. di. iij. ca. i. §. Si apostolus. penitens dolet ꝛ de dolore gaudet dolere quidem de peccato cōmisso ꝛ gaudet quia dolorē de peccato habet Uel dolet de perpetrata culpa ꝛ gaudet de sperata venia.

¶ Lectio. lxxviij.

¶ A facie irę indignationis tuę quia eleuans allisisti me.

¶ Postquam in precedenti lectione penitens ostendit modum sue penitentie ꝛ austeritatem siue asperitatem illius tū ex parte cibi cum dicit quia cinerem tanquam panem manducabam. Tum etiam ex parte potus subdens. et potū meum cum fletu miscebam Hic cōsequenter tāte austeritatis rationem assignat dicens. A facie ire indignatio. tue. q. d. O domine deus ideo asperam penitentiam sustinui ꝛ assumpsi cinerem tāquam panem mā ducando ꝛ potū cū fletu miscēdo. quia timui faciem ire tue sciens quoniam homo auster⁹ es et durus per iustitiam his quos flagellas in inferno virga ferrea. Uel etiam quia timui faciem ire indignationis tuę quam in die iudicij ostensurus es cōtra reprobos. Dñs petrus de pal. refert irā dei ad pctm̄ origna. Indignationem aūt ad actuale Dicit ergo penitēs ad dñm Timui supple a facie ire indign. tue. i. qꝛ considerabaz me conceptū in origina li ꝛ hoc fuit ex ira tua qua iratus es primo parēti ꝫm illud ephe. ij. sumus natura filij ire et indignationis. qua scꝫ cōtra me indignaris eo ꝗ addidi ac

tualia ipsi originali quod ha= beo a primo parēte ideo timui ⁊ penitentia egi cinerem tan= quam panem manducando ⁊ potum meum cum fletu mi= scendo.
¶ Item timui quia eleuans al lisisti me scilicet in primo pa= rente. Deus enim valde ele= uauerat primum parentem et in eo totum genus humanum. Fecit enim eum ad ymaginē ⁊ similitudinem suam dando sci licet ei intellectum voluntatē ⁊ memoriā. Itē dando ei dn̄iū super omnem creaturam in fe= riorem ⁊ vt cuncta eum time= rent. Similiter dando eidē iu stitiam originalem. Quid plu= ra. Certe dederat ei rectam fi= guram vt non sicut cetera aīa lia terrā sēper aspiceret: sed vt celos contēplaretur vt ex hoc aperte cognosceret: q̄r ⁊ cor ad summa dirigere ⁊ mentē ad de um deberet leuare. Ecce quo= modo eleuauit deus hominē. quo sic eleuato allisit eum. i. eli sit non quidem effectiue sed po tius permisiue. Allisit ergo. i. allidi permisit etiam sub crea= turis irrationabilibus. Nā q̄n to ea stante fuit ceteris creatu ris altior ita eo peccante tāto factus est inferior ⁊ deiectior. Nulla enim alia creatura infe rior habent hāc miseriā pecca ti ⁊ gehenne nisi hō. Quod em̄ est pecus plangens reatū pcti: aut que auis timet gehennam ignis etni. vel dic q̄ scd̄m aliđ eleuauit deus hoiem ⁊ secun= dū aliud allisit. i. elisit. Eleua uit siquidē ipsum scd̄m spm̄ et aīam: sed ipsū elisit deorsū ſm corpus ⁊ carnē dando ei pon= dus corporis quo aīa deprimi tur. Et hoc est q̄ scribit. Job. xxx. eleuasti me et quasi super ventū ponens elisisti me vali= de. Itē sap. ix. Corpus q̄ cor= rūpitur aggrauat aīam et ter= rena inhabitatio deprimit sen sum multa cogitantē. Dn̄s au tē card. exponit hūc passum al legorice de xp̄o qui dicebat ad deum patrē O pater sancte. a facie ire indignationis tue. q̄r olim idignabaris contra pctā hoim. eleuans. i. eleuari pmit= tens in cruce. allisisti me. i. alli di permisisti per mortem ⁊ per descensū in sepulchrū Ex hoc est qđ dr Esay. liij. propter sce= lus ppl'i mei pcussi eum Item Ro. viij. proprio filio suo non pepercit deus sed pro nobis oī bus tradidit illum. Moraliter autem iste textus p̄t exponi de psperante temporaliter in vi= ta presenti ⁊ q̄ timet deum qui de hoc conqueritur apud dn̄m dicens. Potum meum cum fle= tu miscebam. i. tristis eram in= ter pspera. a facie ire indigna tionis tue. i. q̄r ostendisti te ira tum contra me dans mihi pro speritatem in tēporalibus ma xime cum dicat Greg. q̄ conti= nuus successus temporaliū et= ne reprobationis est iudicium Et hoc est qđ sequit. quia ele= uans allisisti me. eleuans in q̄n i temporalibus. allisisti me. in spiritualibus ⁊ eternis que ti= meo amittere propter tempo= ralia. Audio em̄ Job. xxiij. di centem de prosperātibus tpa= liter. Eleuati sunt inq̄t ad mo dicum ⁊ non subsistent ⁊ humi liabuntur sicut oīa ⁊ auferen= tur ⁊ sicut summitates spicar

conterentur. Hec igitur sunt q̄ ventura sunt his qui in presē ti prosperantur. Potest etiam istud esse verbum pctōris ad de monem qui eū eleuare pro cu rat ad officia ꝛ prelaturas sup alios vt sic enim de altiori ita tu cadere faciat ꝛ grauius alli dat. quia quanto status altior tanto casus grauior. Facit enī diabolus sicut cornix q̄ nucē sursum leuat vt tandem ipsam supra petram durissimam de= scendere permittat ꝛ eum fran gat nu. leuncꝫ accipiēs statim euolat. ita ꝛ diabolus postq̄ᵭ a liquos sedere fecit cū principi bus et solium glorie tenere. tā dem eos allidit ad petram du= rissimam mortis. vel forte duz equitant ad aliquod offēdicu lum vt sic eis frangat collum quo fracto nucleum. i. animam quam principaliter querit ac= cipit ꝛ secum ad infernum de= ducit. vnde Psal. Hunc humi liat ꝛ hūc exaltat Ordo prepo sterus sed necessario conutatꝰ Prius etenim diabolus homi nem exaltat. deinde eundē hu miliat sicut ad litteram fecit de symone mago quem primum per aera volare fecit. Sed sta= tim ad beati petri imperiū eū deorsum cadere permisit ꝛ to= taliter elisus expirauit misera biliter.

A ¶ Notandum est autē iux ta hunc passum quod etsi mul ta dicta sint de ira dei in pre= cedentibus Nihilominus ad= huc in presenti de ea differen= dum erit. Aduertendum ergo estꝙ etsi ipse dominus clemen tissimus in se sit. nihilominus ostendit faciem ire indignatio nis sue contra sex genera pctō rū a q̄bus auertit faciē mie sue

B ¶ Primo quidem cōtra de sides prelatos ꝛ iudices q̄ ne= gligunt corrigere insolentias et culpas subditorum suorum In cuiꝰ rei signum legitur Nu meri. xxv. quod cum populus israheliticus fuisset fornicatꝰ cum filiabus moab que tandē traxerunt eos ad orandū de= os earum. iratus est dominus dixitꝗ ad moysem. Tolle cun ctos principes populi ꝛ suspē de eos in patibulis contra so= lem vt auertatur furor meꝰ ab israel. voluit autem eos suspē di contra solem vt magis pate rentur. Causa autez quare ius sit tales principes suspen= di fuit eo ꝙ non corripuerunt insolētes homines vt dicit do minus hugo cardi. in sua po= stilla Item legit̄. j. Re. ij. ꝙ do= minus valde iratus est contra hely sacerdotem eo ꝙ non be= ne correxisset insolentiam filio rum suorum. Propterea dicit Hiero. ꝛ recitatur in decretis di. xlv. Sed illud ꝙ vno peccā te ira dei super oēm vplm ve= nit Et ibi in glo. datur exem= plum de achan qui furatꝰ fue rat regulam auream Josue. vij Unde ꝛ moyses Numeri. xvi. o rabat ad dominum dicēs. For tissime deus nunquid vno pec cante contra omnes ira tua de seuiet. Tunc enim erat questio de vltione quā volebꝫ dñs fa= cere de chore dathan et abyrō q̄ murmurauerant cōtra moy sen. Sed nunquid etiam legi= tur. ij. Reg. xxiiij. ꝙ mortui sūt de populo israel. lxx. milia viro rum propter peccatum regis

dauid quod commisit in numerando populum suum ex superbia et iactantia Item nonne exercitus regis saul sepe inualidatus est ab aduersariis propter malitiam ipsius regis.
Quid etiam dicendum erit de rege sennacherib propter cuius superbiam perierunt de populo suo .lxxxv. milia virorum vel latorum. Quid demum de pharaone qui propter suam crudelitatem in filios israel periit in mari rubro cum trecentis .l. milibus hoim. Ecce quod multi luunt quandoque peccatum vnius diuino vrgente iudicio et in dignatione magna.
C ¶ Secundo dominus ostendit faciem ire indignationis sue contra homines luxuriosos. Unde ephe. v. Hoc autem scitote intelligentes quoniam omnis fornicator aut immundus non habet partem in regno xpi et dei Nemo vos seducat inanibus verbis. Propter hec enim venit ira dei in filios diffidentie.
Nusquam enim legitur iram dei in tantum seuisse contra mundum sicut propter luxurie pctm Nonne propter hoc pctm periit in aquis diluuii ferme tota machina mundi octo tantum personis electis Gen. vii. Que etiam causa fuit cur dns perdidit sodomam et gomorram cum circumadiacentibus oppidis, nisi nephandum crimen carnis? Gen. xix. Nonne similiter propter hoc scelus mortui sunt de populo israel .xxiiii. milia? Nume. xxv Nonne etiam propter oppressionem vxoris hominis leuite ab hominibus de gabaa facta est cedes maxima? Nam vt habetur Judicum .xix. et .xx. capi. Post talem oppressionem rediens mulier ad hospitium viri sui corruit mortua coram ostio. Quam cum vir eius inuenisset iacentem mortuam causamque intellexisset menbratim diuisit corpus illius et inde fecit .xii. frusta que misit in omnes terminos filiorum israel vltionem expetens. Quo audito filii israel ad arma se parauerunt vt vindictam facerent de gabaonitis. Cumque initum esset bellum corruerunt primo ex eis .xxii. milia virorum: deinde die altero .xviii. milia. Tandem die altero ceciderunt de viris gabaa qui erant de tribu beniamin .xxv. milia: et postmodum capta ciuitate strages permaxima facta est. Videat etiam diligens lector quanta mala emerserunt propter ardentem libidinem Sychen filii emor qui dinam filiam iacob violenter oppressit Gen. xxxiiii Nonne denique dns ostendit faciem ire indignationis sue contra dauid propter hanc rem. Et similiter contra filium eius Salomonem iii Re. xi. Item glo. sup illa capi. Flagitia .xxxii. q. vii. Dicit quod propter hoc vitium frequenter dns iratus inducit sup terram tempestates et pestilentias. Merito ergo possumus dicere ad dnm illud Abacuc. iii. Numquid pro quare in fluminibus, i. in luxuriosis hominibus iratus es dne: aut in fluminibus furor tuus: vel in mari indignatio tua. Et nota quod bis dicit in fluminibus et semel in mari. Primo nempe dicit deum iratum in fluminibus. Scdo furorem suum sup. ostende in fluminibus. Tertio

vero in mari indignationē suā quia reuera dominus irascitur in fluminibus.i.in illis qui semel cadunt in lutum simplicis fornicationis: sed furit in fluminibus contra adulteros et incestuosos. vñ Heb.xiij. Fornicatores et adulteros iudicabit deus. Per mare autem quod fluit et refluit significantur incontinentes homines qui fluunt et refluunt scdm motū lune.i.tentationes carnis reiterantes nequitiam suam vsque in senectam et senium Nunc etiam accedētes ad solutā nunc ad ligatā: nunc ad affinem: nunc ad consanguineam: non plus discernētes quā brutū: quibus tantum indignatur dñs qd tradit eos quandoque in potestatem asmodei vt patet Thobie.vi. De hoc etiā habes prime Cor.v. Ubi legitur q Paulus instinctu spūssācti tradidit sathane corporaliter vexandum illum qui abutebatur sua nouerca.i.vxore patris sui: et hoc totum a facie ire indignationis domini.

D ¶ Tertio dominus ostendit faciem ire indignationis sue cōtra gulosos. Un de filijs israel legitur in psal. Manducauerūt et saturati sunt nimis quia vsque ad nauseam. Dabo (inquit dñs Nume.xi.) vobis carnes donec exeant per nares vestras et vertantur in nauseam Sequitur. Et desiderium eorum attulit eis: non sunt fraudati a desiderio suo Sed audite qd sequitur. Adhuc (inquit psal.) esce erant in ore ipsorum et ira dei ascendit super eos: et occidit pingues eorum.i.magnos et diuites: non ergo solum pauperes occidit. Et eadē sententia habetur Nume.xi. Ubi dicitur qd adhuc carnes erant in dentibus eorum et ecce furor domini concitatus est in populū suum: et percussit eum plaga magna nimis. Nunquid etiam ostendit dominus faciem ire indignationis sue contra gulosum Adam quandoquidem eiecit eum de paradiso voluptatis postq̄ comederat de fructu vetito: multis miserijs et calamitatibus atque morti crudeli eum obligans cum omni posteritate sua: Gen.iij. Ut enim dicit Ambro. et recitatur disti. xxxv. Sexto. Gula a paradiso regnantem expulit. Item Augusti. ad fratres in heremo sermone.xxv. sic ait. Eua quādiu abstinuit virgo fuit et in paradiso permansit: sed dum ieiunium violauit per gulam: in miseriam corruit libidinis: corruptiones persensit: sub domino constituta remansit: et de paradiso expulsa fuit. Item in eodem lib. ser.xxxiij. de gula Ade sic inquit. Quandiu adam abstinuit: tandiu obediens fuit tandiu bonus sanctus et iustus permansit. Sic et helyas tādiu miracula fecit quandiu pane et aqua refectus est: sed postquā carnes comedit et vinum bibit in saturitate: miracula minime legitur fecisse. Hec ille. Ista notare debent viri claustrales et cūcti qui titulo gloriari cupiunt castitatis. Unde idē Augu. lib. predicto, sermone.xlviij sic ait. Scire debemus et nullatenus dubitare quod castitas cum abundantia et fertilitate stare non pōt. Sed si michi nō

creditis/ Somorrensibus credite abundabant enim in cunctis bonis: et postquã comederant et biberant surrexerunt ludere. Sic et multi religiosi fertilitatẽ habent pane vino et cunctis bonis quib⁹ indigẽt: ideo timendum ne pereant. Hec ibi. Precipue autẽ illi gulosi iram dei et indignationem contra se prouocant qui cum fortes sint et validi: nihilominus absque causa rationabili ieiunia ecclesie a sanctis patribus instituta passim et indifferẽter violãt. Etiam quod deterius est palã: et publice nõ absq grauí scandalo pusillorũ comedendo horis indebitis. Et quod omnem excedit malitiaz nonnulli siue laici siue clerici plus se ingurgitant temporibus ieiuniorũ quam aliis diebus: et ideo non mirum si dominus quandoq eis ostẽdat faciem ire sue et indignationis. Pessimeq multis gulosis succederet frequenter si non obstarẽt preces ecclesie/ et sanctorum virorum secũduz quod in figura legitur. i. Reg. xiiij. de Saul qui voluit interficere filium suum Jonatham: eo qđ comedisset de melle modicũ contra prohibitionem ipsius. Ipsumq in effectu interfecisset si populus non occurrisset. Applicatio est facilis.

E ¶ Quarto deus ostẽdit faciem ire indignationis sue contra obstinatos et eos qui differunt emendare malam vitam suã. Et de hoc scribitur Ecclesiastic. v. Non tardes conuerti ad dominum: et ne differas de die in diem: subito enim veniet ira illius: et in tempore vindicte disperdet te. Tẽpus autem vindicte est tẽpus iudicij particularis quod fit in morte: cuiuslibet. Item est tempus et hora iudicij vniuersalis. Tunc enim disperdet domin⁹ vniuersa labia dolosa: et linguam magniloquam. Labia autem dolosa habent illi qui dicunt vnũ et faciunt totũ oppositũ. Promittunt enim in confessione emendare vitam suam: et tamen nihil faciunt: immo quandoq postea nequiores fiunt. Hi ergo i corde et corde locuti sunt. Linguam autem magniloquã habent illi qui magna loquuntur et promittunt dum confitẽtur: vtpote quod non solum restituent in integruz aliena sed quod etiam largiẽtur propria in pios vsus. Item quod querent veniam cum omni humilitate ab his quos offenderunt: et huiusmodi. Nullo itaq pacto differenda est morum et vite emendati[o].

F ¶ Unde legitur in vitis patrum de quodam cui cum sua cogitatio diceret. Cras penite. Respondebat/ non cras: sed hodie: quia dies crastina non est nostra: sed tantum hodierna et presens ad hoc nobis data est. Cras enim voluntas dei fiet. Nam crastina dies in dispositione dei est: et non in nostra. Ignoramus enim si crastinam diem habebimus. Ignoramus etiam si hoc sanctum propositum quod est speciale dei donum in nobis perseuerabit vsque ad horam: quibus enim et quando vult dat ipsuz deus: et quãdo vult ipsum reuocat. Unde Jacob. iiij. Ecce nũc dicitis

Hodie aut crastino ibimus ad illam ciuitatem: et faciemus ibi quidem annuz et mercabimur et lucrum faciemus: qui ignoratis quid erit in crastinuz. Que est enim vita vestra? Uapor est ad modicū parens: et deinceps exterminabitur pro eo: vt dicatis. Si dominus voluerit: et si vixerimus faciemus hoc aute illud. Propterea Christus. Act. i. reprehendit apostolos inquirentes dispositionē futuri temporis dicēs eis. Non est vestrū nosse tempora vel momēta que pater posuit in sua potestate. Ubi glo. Ita viuatz quasi quotidie iudicādi. Dum ergo tempus habemus operemur bonū vt dicit apostolus Galat. vi. vt possumus tandem euadere faciez ire indignationis domini.

G ¶ Quinto dominus ostendit faciē ire indignationis sue cōtra murmurantes. vnde Numeri. xi. legitur quod ortuz est murmur in populo Israel contra dominum quasi dolentium pro labore. Quod cuz audisset dominus iratus est vehementer: propter quod misit ignem qui deuorauit extremam partem castrorum. Similiter in eodem capitulo legitur quod valde oratus est dominus contra populum murmurantem de cibo. Abhorrebant enim manna de celo missum: et desiderabant cucumeres: pepones: porros: cepe: et allia: quibus abundabāt in Egypto. Sed neqz istud murmur mansit inultum: secūdum quod testatur Paulus. i. Corinthiorz. x. dicens. Neqz murmurauerititis sicut quidaz eorum murmurauerunt: et perierunt ab exterminatore: scilicet. xiiij milia. Ecce quam grauiter irascitur et indignatur dominus aduersus eos qui murmurant contra eum. Et per oppositū est sibi valde grata patientia in aduersis: et sub flagellis suis: quibus punit in presenti quos diligit ne eos puniat ī futuro. Unde Job fuit illi valde acceptissimus: eo quod in tot et tantis aduersitatibus quas passus est nō murmurauit contra eū: quinimmo vxori sue dicenti ei. Benedic deo: id est maledic: et morere. Respōdit dicēs Quasi vna de stultis mulieribus loquuta es. Si enim bona suscepimus de manu domini: mala autem quare non sustineamus? Et sequitur. In omnibus his nō peccauit Job labiis suis neqz stultū quid contra deū loquutus est. Eiusdē. i. et ij. capitulis. Quinimmo inter tot aduersa positus dicebat. Etiaz si me occiderit deus in ipso sperabo. Eiusdem. xiij. Similiter valde placuit deo patientia ipsius David: quia proprio filio suo Absalon regno expulsus: et ad mortem ab eo quesitus dixit cum maxima patientia. Si inuenero gratiā in oculis domini reducet me. Si autem dixerit mihi non places / presto sum: faciat quod bonum est coram se. ij. Regum. xv. Similiter valde placuit deo patiētia beati Lupi episcopi Trecensis. de quo legitur quod cum Attila rex Hunnorum totam Galliaz incendiis et gladio vastans deuenisset ante dictam ciuitatem cum ingenti exercitu sanctus presul supra portam ciuitatis

ascendens/quesiuit ab eo quis esset. Cui ille. Ego sum Atilla flagellum dei. Quo audito beatus Lupus reputans se et populum suũ dignos flagello dei voce benigna dixit. Bene venerit flagellum dei. Iussitqꝫ portas aperiri. Sed mox dicit hũni acrisia percussi per ciuitatẽ transeuntes neminẽ ledere potuerũt. Ecce quam bonum est patienter ferre flagella domini et non murmurare ne grauius irascatur deus.

h ¶ Sexto dominus ostendit faciẽ ire indignationis sue cõtra fallaces mercatores. Unde Michee. vi. Adhuc ignis (supple auaritie) ĩ domo impij: hoc est mercatoris ĩfidelis: thesauri iniquitatis ꝛ mẽsura minor ire plena. Ubi glo. interl. Mensura minor prouocat iram dei. Nunquid iustificabo stateram impiam: ꝛ sacelli pondera dolosa? glosa non: sed damnabo predicta. In quibus diuites eius: id est fallaces mercatores repleti sunt iniquitate: ꝛ habitantes in ea loquebantur mendacium: et lingua eorum fraudulenta in ore eorũ: quia vt habetur de penul. distin. v. Qualitas. Difficile ẽ inter emẽtis vẽdentisqꝫ commerciũ non interuenire peccatum: quia vt habetur in glosa ibidẽ. Contrahentibus naturale est seinuicẽ decipere. Huiusmodi autem fraudes siue in numerando siue in ponderando aut mensurando consistant: sunt multo grauiores ꝛ damnabiliores in diuitibus mercatoribꝰ quam in pauperibus: eo quod non compellit eos ad hoc pauptas nec necessitas: sed sola auaritia ꝛ malitia: ꝛ tamen citius ꝛ communius cõmittũt predictas fraudes quam pauperes. Hoc patet ad oculũ in magnis tabernis in quibus vinuꝫ braxatur et ex hoc in hoc inclinatur. Et similiter in magnis apothecarijs in quibus frequenter datur qui pro quo: ꝛ species iam tendẽtes ad corruptionẽ dantur pro bonis ꝛ integris. Et de talibus scribitur Ecclesiastici. xxv. Tres species odiuit anima mea: videlicet pauperem superbum: senem fatuum ꝛ insensatũ: id est luxuriosum: ꝛ diuitem mendacem: scilicet vendendo aut emẽdo. Uel diues mendax dicitur ille qui cum abundet bonis dicit tamen se pauca habere vel nihil: vt sic excuset a subuentione pauperum ꝛ indigentium amicorum ꝛ cõsanguineorum. Et breuiter tales nihil habent ad dandũ seu mutuandũ gratis: sed bene ad prestandum ad vsurã: vel ad emendum maneria: terras agros: et possessiones pauperum pro vili ꝑcio si possint. Uel dic quod diues mendax dicitur cautus mercator qui sub specie deuotionis decipit incautas personas. verbi gratia. Est aliquis simplex sacerdos aut religiosꝰ cui vẽdit cautus mercator pãnum aut aliquid aliud etiã forte vltra iustum precium: et tamen dicit ei qꝺ non daret mercantiam suam vni alteri pro tali precio: sed ideo facit sibi bonum forum vt sit particeps in orationibus suis: vel vt dicat duas aut tres missas pro intẽtione sua. Ecce quomodo men=

tita est iniquitas sibi. Hi ergo sunt de quibus loquitur scriptura. Job.xxxvi. dicēs. Simulatores et callidi prouocāt iram dei: et non clamabūt supple fructuose cum vincti fuerint: videlicet in inferno. Patēt ergo ex dictis sex genera peccatorum quibus deus irascitur et indignatur mirabiliter: et quibus i iudicio ostendet non faciem benignam misericordie sed seueram ire et indignationis sue: et cum eleuauerit vocem illam terribilē. Ite maledicti. tūc allidet eos et deijciet in abyssum.

¶ Lectio.lxxx.

¶ Dies mei sicut vmbra declinauerunt, & ego sicut fenum arui.

¶ Postquam in precedenti lectione penitens defleuit culpā primi parentis (quia quem dei gratia et bonitas eleuauerat supra omnem creaturam inferiorem: miserabiliter diuina iustitia allisit permissiue ad petram inobedientie: vel ipsum allisit: id est elisit quando corruptioni fecit eum obnoxium dicens. Puluis es et in puluerem reuerteris. Genesis. iij. Et hoc totum a facie ire indignationis sue: quia scilicet ipse Adam tam facile preceptū transgressus fuerat) Hic consequenter defleet ipse penitēs propriam miseriā que derelicta est ex tali culpa Ade dicens. Dies mei: id est mihi a domino concessi ad operandū propriam salutē in presenti: sicut vmbra declinauerūt: id est cito transierūt: et ideo debeo festinanter laborare cibū qui nō perit: quia post mortem venit nox et vmbra quando nemo potest operari: vt habetur Joan. ix. Quia ergo homo a vero die declinauit peccando secundum glo. ord. ideo dies eius sicut vmbra cito declinant et deficiunt. Moraliter istud potest exponi de ecclesia: cuius dies sunt sacri doctores qui eam illuminant suis sanctis exēplis. Sed profecto hodie ipsa cōqueritur dicens. Dies mei sicut vmbra declinauerūt: scilicet per mortem ita vt modo valde pauci remāserint i terris. Et hoc est quod dicitur Esay. lvij. Justus perit et non est qui recogitet in corde suo: et viri misericordie colliguntur: quia non est qui intelligat. Ubi queso nūc talis in ecclesia: sicut Augustinus: Hieronymus: Gregorius. etc. Ubi talis in religione qualis Benedictus: Dominicus: Franciscus. etc. Sequitur. Et ego sicut fenū arui. i. totū illum virorē: et florē pulchritudinis corporalis et iuuentutis cito et de facili amisi. Nam sicut in autumno adueniente modico gelu arbores et vites cito perdunt folia sua virentia: et quasi desiccari: et mori videntur.

¶ Ita adueniēte modica egritudine cito defluit omnis decor humani corporis. Et hoc est quod dicitur Esaye quadragesimo. Omnis caro fenum. et omnis gloria eius quasi flos feni exsiccatū est fenū et cecidit flos: quia spiritus domini: id est voluntas dei que dederat homini talem decorē; sufflauit in eo. i.

abstulit ipsam pulchritudinē: quādo voluit per modicā egritudinez. Uel dic quod spiritus domini dicitur mors que non videtur: quamuis bene sentiatur: ecce quomodo dicitur spiritus: dicitur etiā spiritus domini: quia est in solius domini potestate: secundum illud .i. Regum .ij. Dominus mortificat et viuificat. Iste ergo spirit⁹ domini sufflat in homine: quādo extinguit in eo lumen naturalis vite. Nec est q̄ possit se tueri contra talem flatum: quia tā facile extinguit deus per mortem lumen naturalis vite: quā facile magn⁹ ventus extinguit paruum ⁊ debile lumen positū in medio. Istud notare debent illi mundani homines: qui videntur quasi velle perpetuare vitam suam per diuersa medicamina: in quibus multa expēdunt ⁊ pro salute anime nihil: et tamen velint nolint morientur: quia vt habetur Job .xviij. Lux impij extinguetur. Et in Psalmista. Quis est homo: qui viuet ⁊ nō videbit mortē? quasi dicat nullus.

A ¶ Notandum est ergo iuxta primam partem huius versus: quod tria hominum genera possunt dicere. Dies mei sicut vmbra declinauerunt.

Adam homo primus.
Uez. Christus verus deus.
penitēs corde cōtrit⁹.

¶ Primo igitur Adam postq̄ peccauit vtique dicere potuit. Dies mei sicut vmbra declinauerunt. Illi enī contulerat de⁹ immortalitatem teste August. iij. lib. de ciuitate dei. Deus inquit de lege nature nullā mortem fecit: sed merito ipsa mors inflicta est pro peccatis: quando deus vindicans peccatū dicens homini in quo tunc omnes radicaliter eramus. Terra es ⁊ in terram ibis. Item idem in questionibus veteris ⁊ noui testamenti dicens sic. Deus hominem fecit: qui quandiu non peccaret immortalitate vigeret: vt ipse sibi author esset aut ad mortem aut ad vitā. At vero postquaz peccauit ⁊ deiecit eum deus: tunc breuissima vita viuit. Propterea idem Augustinus super hoc passu sic alloquitur Adam dicens. Poterāt quidem dies tui esse non deficientes: neqꝫ declinātes si tu a vero die non declinasses. Sed tu pauper homo declinasti a mandato domini: ⁊ ideo accepisti dies declinātes. Quid mirum si dies tui facti sunt similes tibi. Ipsi igitur dies tui sunt declinantes: quia deuiasti ⁊ declinasti a mandato dei tui. Itē dies tui sunt dies fumi: quia ⁊ tu contra creatorem tuum intumuisti. Hec ille. Quemadmodum ergo vmbra cito transit ⁊ euanescit: que transeunt nihil vlterius de illa apparet. Sic ⁊ dies hominis cito trāseunt: secundū illud Job .xiiij. Breues dies hominis sunt. Item idem cap. x. Paucitas dierum meorū finietur breui. Uel dic q̄ dies hominis significant mundanā prosperitatez. Et isti dies sicut vmbra transeunt: quia vt dicitur Ecclesiastici .x. Omnis potentatus vita breuis. Quis enim fortunatior inter reges aut potentior Alexandro? qui arte militari conquisiuit sibi im-

perium Persarum et Medorum: deuicto et occiso Dario: cū pene infinitis militibus suis: ante etiam cuius conspectum siluit terra: et tamen non vltra annos.xij. regnauit in gloria imperiali: vt habetur.i. Machab. i. De gloria autē ipsius refert dominus Anthonin⁹ in cronica sua.prima parte.ti. iiij.cap. ij.§.xv.quod nunquam cū hoste congressum fecit quem non superauerit: nullam vrbem obsedit: quam non expugnauerit. Nam tribus vicibus de Dario potētissimo gloriam ter triumphauit. Et tandem post multas habitas victorias anno regni sui.xij.etatis vero.xxx.veneno interijt: quod sibi propinauit medicus eius Thessal⁹: vel secundum alios soror sua. Pretereo bella et victorias Hānibalis contra Romanos: qui cum esset dux Carthaginensiū cōtra eos vna die tot ex eis occidit quod repleuit tria dolia annulis aureis ex nobilibus q̄ occubuerant ex parte Romanorum: et tamen hunc Scipio Africanus deuicit. Pretereo denique bella Pōpeij: qui ideo dictus est magn⁹ eo quod debellauerit.xxij.reges in oriente: et eos Romano subiecerit imperio quem tandem Ptholemeus rex Egypti decollari fecit et caput suum ad Julium Cesarem misit: cui aduersabat ipse Pompeius. Taceo eundem Julium Cesarem qui Gallias Romano subiecit imperio: qui etiā.l. vicibus fertur potenter dimicasse: qui tandē imperiū sibi vsurpans non minus quam. xxiiij. plagis lethalib⁹ impositis occiditur. Sed ne silentio preter eam⁹ gloriam nostrorum Gallorum aduertendum est: quod Galli Greciam inuaserūt: et potissime regnum Macedonum: quorum dux fuit Brennus habens in suo exercitu centum et quinquaginta milia peditū: equitum vero quindecim milia. Cum igitur predicti Galli facile superassent Sostenem regē Macedonū cum suis: tandē dederunt se prede: etiam vsque ad templa deorum: dicebant enim locupletes deos hominibus largiri debere. Cumque hec agerent ab aduersarijs: quantis paucis occiduntur: quod videns Brennus: que et iā vulneratus erat accepto pugione seipsum necauit. Hec ex prima parte cronice domini Anthonini. Ex quibus omnibus patet vera esse dicta sapientis dicentis. Quoniam omnis potentatus vita breuis. Ob qđ quilibet predictorum et similium nunc apud inferos cruciatus merito potest clamare et dicere. Dies mei: scilicet prosperitatis mundane: sicut vmbra declinauerūt: nec de omni gloria mea aliud mihi remansit preter penam et eternum supplicium. Et de hoc historia patet de diuite epulone. Luce.xvi.

¶ Secundo Christus poterat merito dicere de seipso in hora passiōis. Dies mei sicut vmbra declinauerunt: id est cito transierunt: sicut vmbra cito transit. Et notanter dicit dies mei: et non noctes: quia toto ipsius Christi vita fuit dies nihil habēs de nocte peccati. Joannis primo. Lux in tenebris

lucet: et tenebre eam non comprehenderunt. Isti itaque dies humane vite Christi cito transierunt: et declinauerunt sicut vmbra i morte: quia piissimus mundi saluator consummatus in breui: scilicet. xxxiij. annis expleuit tempora multa. Sap. iiij. i. satisfecit pro omnibus peccatis et peccatoribus tam prioribus quam presentibus: quam etiam subsequentibus. Et hoc est expleuisse tempora multa. Uel dic quod sicut vmbra declinauerunt dies eius: quia quam primum inclinato capite emisit spiritum: facte sunt tenebre super vniuersam terram ab hora sexta vsque ad horam nonam. Et hoc est quod dicit Psalmist. in persona ipsius Christi ad patrem loquentis. Oumbrasti/ inquit/ super caput meum in die belli: id est i die passionis quando ipse Christus conclauatis manibus et pedibus in cruce bellauit contra principem huius mundi: et ipsum vicit atque foras eiecit. Nunc inquit princeps mundi huius eiicietur foras. Ioannis. xij. Ex quo ergo dies Christi sicut vmbra declinauerunt/ valde fatuus est qui semper se cogitat victurum et nunquam recolit se moriturum. At tamen sicut dies Christi per mortem obtenebrati iterum per gloriam resurrectionis illumi nati sunt. Ita et qui bene vixerint in hac mortali vita: tandem deuicta morte in generali resurrectione: et fugatis tenebris induent lumen indeficiens. Rogandus est ergo deus a nobis miseris peccatoribus: vt hac vita mortali transacta tribuat frui vita perenni: et luce eterna.

¶ Tertio verus penitens et qui prius ceciderat a lumine gratie et virtutum / potest merito dicere. Dies mei sicut vmbra declinauerunt. Dies enim in proposito sunt opera meritoria: virtutes et dei dona que declinant sicut vmbra in corde recidentis ad tenebras peccatorum. Nam sicut in plenis tenebris nihil remanet de die. Ita neque in recidiuante aliquid remanet de omnibus precedentibus meritis: neque formaliter neque in acceptatione diuina: quandiu talis remanet in tenebris peccati. Et hoc quantum ad premium eternum. Et hoc est quod dicitur Ezechielis. xviij. Si auerterit se iustus a iustitia sua et fecerit iniquitatem: omnes iustitie quas fecerat non recordabuntur. Dicat ergo baptizatus relapsus: dicat iustificatus ab actualibus: et demum ad similia collapsus. Dicat religiosus a vita sancta auersus. Dicat Lucifer in abyssum deiectus. Dicat primus parens gratia destitutus. Dies mei sicut vmbra declinauerunt. Nempe omnibus his et eis similibus potest dicere dominus illud Deuteronomie tricesimoprimo. Declinabitis cito de via quam precepi vobis: et ideo occurrent vobis mala in extremo tempore: id est in die iudicij seu in inferno. Penitens ergo vt ait dominus Petrus de Palude in verbis predictis deflet in se duplex malum quod prouenit ex commisso delicto. Primo quidem ignorantiam cum dicit. Dies

miei sicut vmbra declinauerūt: id est iudicia practica et moralia que sunt preuia ad bonam operationem in me perierunt: quia plerunque peruersus affectus peruertit rectum iudiciū. Hinc est quod dicit Aristotel. quod omnis malus ignorans. Non est autem intētionis mee pro nūc disputare si cum recto dictamine practico in intellectu/ possit esse peccatum in volūtate: sed satis est mihi quod tunc peruertitur iudicium: cum res transit in affectum. Secundo penitēs defiet in se bone operationis sterilitatem/ subinquiens. Et ego sicut fenum arui. Fenum enim aridum nec virorem habet nec florem. Ita neque homines in peccato existentes: de quibus recte potest intelligi illud Psalmiste. Fiant sicut fenum tectorum: qđ priusquam euellatur exaruit.

B ¶ Consequenter notandū iuxta illam secundam partem. Et ego sicut fenum arui. quod vita humana tam misera est et fragilis: quod vix aut nunquā in sacra scriptura comparatur rei stabili et permanēti: sed plerunque rei fragili et transitorie: sicut in hoc versu comparatur vmbre et feno. Specialiter autem comparatur sex rebus valde transitorijs et caducis.

Videlicet.
- Vmbre.
- Feno.
- Rori.
- Hospiti.
- Vento.
- Texture.

C ¶ Primo igitur comparatur vita nostra vmbre. Unde Psalmista. Sicut vmbra cū declinat ablatus sum: supple de mundo isto. Specialiter autem vita humana comparatur vmbre triplici ratione. Primo quidem ratione trāsitionis. Postquam enim vmbra aliqua semel transierit et declinauerit nunquam postea eodem numero redibit. Sic postquam homo semel transierit passagium mortis: nunquam regulariter redibit ad hanc mortalem vitam dicente Psalmist. Spiritus vadens et non rediens. Item Sapientie.ij. Non est agnitus qui reuersus sit ab inferis. Quod si fiat instantia de spiritibus mortuorum: qui dicuntur frequenter apparere. Hoc iam solutum est per hoc quod dictum est regulariter. Preterea nō redeunt simpliciter ad hanc mortalem vitam. Ceterū tales apparitiones vt communius fiūt per angelos bonos: et hoc quo ad eos qui sunt in purgatorio quandoque etiam ab ipsis defunctis. Nam Durādus super quarto sententiarū. distinctione quadragesimaquinta: questione prima: articulo primo: questione tertia in solutiōe ad vltimū. tenet quod ex dispensatione diuine prouidentie possunt quidē apparere anime separate a corporibus sicut de multis refert Gregorius in.iiij. dialogorum. Et similiter tenet quod fiūt ab angelis malis: vt decipiant vel ab angelis bonis propter debitū finē: sed de hoc alias. Notanter autē dicit psal. Sicut vmbra cū declinat ablatus sum: quia sicut vmbra transeūte nullū vestigiū post ipsam remanet. Sic vita pōns et gloria et pōpa seculi

nullum post se vestigium relinquunt. Unde Psalmista. Transiui & ecce non erat: quesiui eum et non est inuentus locus eius. Ubi queso modo patriarche et prophete sanctissimi: ubi imperatores et reges potentissimi: ubi philosophi & viri doctissimi: ubi mundi rectores sapientissimi: ubi nobiles et mercatores ditissimi: ubi viri strenui et fortissimi: ubi mulieres speciosissime? Certe omnes tales et his similes transierunt velut umbra: nec nisi post se reliquerunt cadauera fetidissima qualia quisque abhorret intueri & videre. Quo autem abierunt eorum anime. nouit ille qui nihil ignorat. Propterea bene dicebat Psalmista. Homo, inquit, vanitati similis factus est dies eius sicut umbra perierunt. Umbra enim solis per interpositionem nubis bene videtur a nobis: sed tamen illam non possumus retinere eo quod non habet manendi firmitatem. Ita & modo videmus homines viuos sed neque nos neque medici peritissimi possunt eos semper detinere.

¶ Secundo vita humana comparatur umbre ratione velocitatis. Nam sicut umbra velociter transit videlicet transeunte obstaculo quod est inter ipsam et corpus luminosum. Sic etiam est de vita nostra que consistit ex coniunctione corporis & anime. Et quia ipsum medium cito defluit. quia corpus nostrum nunquam in eodem statu permanet: sed est pene infinitis mutationibus et alterationibus subiectum. Hinc est quod necesse est nos cito mori. Nam quamprimum ponimus pedem in mundo isto nequam iam incipimus tendere ad mortem. Propterea dicit Augustinus. xiij. libro de ciuitate dei. capi. x. quod tempus vite nostre nihil aliud est quam cursus ad mortem in quo nemo aut paululum stare: vel aliquando tardius ire permittitur: sed urgentur omnes pari motu nec diuerso impelluntur accessu. Et preterea, ut inquit idem Augustinus in quodam sermone si Adam adhuc viueret: & hodie moreretur: quid illi longitudo vite profuisset? Sed audiant miseri peccatores qui gloriantur in rebus vanis: & qui libenter semper hic manerent. Adhuc, inquit Psalmista, pusillum & non erit peccator. Unde deuotus Bernardus in lib. suarum meditationum. ca. iij. sic exclamat. O miser peccator qui non attendis te cito moriturum, dic mihi ubi sunt amatores mundi: qui ante pauca tempora nobiscum erant: nihil certe ex eis remansit nisi cineres & vermes: attende diligenter quid sunt: vel quid fuerunt: homines fuerunt sicut tu: comederunt: biberunt: riserunt: dies suos in bonis duxerunt: & in puncto ad inferna descenderunt. Quid ergo illis profuit inanis gloria? breuis letitia? mundi potentia? carnis voluptas? magna familia? magne diuitie? etsi qua sunt similia. Ubi nunc risus: ubi iocus ubi arrogantia: ubi iactantia: de tanta letitia: quanta tristitia: post tantillam voluptatem, tam grandis miseria. Nam de tanta exultatione ceciderunt in

magnam miseriā: ⁊ in maxima tormenta. Quicquid illis accidit tibi accidere potest: q: homo es sicut ⁊ illi fuerūt. Hec ille. Unde Boetius lib. ij. de consolatione metro. vij. satis ad ꝓpositum sic inquit. Mors spernit altam gloriam: inuoluit humile pariter ⁊ celsum caput: equatq; summis infima: vbi nūc fidelis ossa Fabricij manent? Quid Brutus aut rigidus Cato? Signat superstes fama tenuis pauculis inane nomen literis. In quib⁹ verbis vult dicere Boetius quod mors non plus parcit nobili quam ignobili: nō plus diuiti quam pauperi. Et ad hoc probandū adducit multiplex exemplum primo quidē de Fabritio qui apō Romanos fuit vita superstite gloriosus miles. Item de Bruto qui similiter grandia bella gessit. Item de Catone. Deinde concludit quod tota eorum gloria consistit nunc in breuibus epitaphijs ⁊ chartulis super sepulchra eorū descriptis. ¶ Tertio humana vita comparatur vmbre ratione extensionis. Umbra enim aliquādo apparet magna: aliquādo parua secundum maiorē accessum vel recessum solis a nobis. Naȝ cū sol est super nos i meridie. tūc vmbra corporis nostri est breuis: sed cum eo aduesperascente elongatur a nobis. tunc vmbra nostra lōga apparet. Sed de vera quantitate ipsius experientiaȝ accipimus quando extendim⁹ nosipsos super terram. Ita in proposito quando lumen vere recognitionis nostre miserie ⁊ finis recedit a nobis per obliuionem. tunc vita nostra videtur nobis longa: et semper duratura: ita vt dicat miser peccator illud psalmiste Non mouebor in eternuȝ. Sed vnde tanta cecitas et vesania. Certe ex nimia prosperitate q̄ illi arridet. ideo ibidem premittitur. Ego autem dixi in abundantia mea: supple existens: id est in abundantia diuitiarum et bonorum temporaliuȝ. Sed cum predictū lumen incipit redire: ⁊ lucem super nos per cōsiderationem nostre fragilitatis ⁊ finis propinqne. tunc arbitramur vitam nostram breuem: et momentanee transituram. Et hoc apparebit quando vna dierum corpus nostrū miserum extendetur in sepulchro. nec pl⁹ occupabit de terra quam sit sua magnitudo. Tunc enim manifeste apparebit quoniam vita nostra non erat nisi quedam vmbra celeriter euanescens: in qua tamen multum confidebamus. Sed profecto ipsa vita nostra est tā quam baculus arundineus in quo confidēs de facili cadit in terram siue in lutum. Hec deberent animaduertere homines mundani: cupidi: et auari qui tantum laborant pro congregandis temporalibus diuitijs ⁊ possessionibus quib⁹ nō sufficeret totus mundus. Sed tandeȝ non plus habebunt de terra quam pauperior totius mūdi quia nō plus quam longitudo et latitudo sui cadaueris. Cumque anime eorum fuerint in inferno cū mille demonibus vtique dicere poterunt illud Sapientie quinto, Quid

nobis profuit superbia: supple in apparatu vestium et rerum exteriorum. aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis. Transierunt omnia illa tanquam vmbra et tanquam nuncius precurrens.

D ¶Secundo: principaliter humana vita comparatur feno et herbe. vnde Psalmista loquens de statu hominum mortalium dicit. Tanquam fenum velociter arescent: et quemadmodum olera herbarũ cito decident qui scilicet nũc stare videntur. Olera autem decidunt quandoqȝ per vermes eos corrodentes vsque ad truncum. quandoqȝ per vehementẽ hyemem. quandoque per nimiam siccitatem: vtpote quãdo estas est nimis feruens. Ita ꝛ homines quantumcunque iuuenes et fortes: quandoque moriuntur et occiduntur a vermibus: sicut patet Actuum duodecimo de Herode qui incarcerauit Petrum. Hic enim consumptus a vermibus miserabiliter expirauit. Item de Antiocho legitur secundi Machabeorũ nono. quod de corpore eiꝰ vermes scaturiebant seu ebulliebant: atque viuentes carnes in doloribus eius effluebãt adeo vt ex fetore eius exercitus ipsius grauaretur. Quandoque autem decidunt homines per vehementeȝ hyemem: id est per remissionem caloris naturalis sicut de Dauid legitur tertiũ Regum primo. quod senuerat ꝛ habebat etatȝ plurimos dies Cumque operiretur vestibus non calefiebat. Quandoque etiam decidũt homines per nimiam siccitatem: sicut patet in paraliticis et aridis hominibus de quibus Treñ. quarto. adhesit cutis eorum ossibus et facta est quasi lignum: supple aridum. Ecce quomodo homines decidunt in morte sicut olera virentia contingit decidere. Quod autem tanquam fenum velociter arescant: patet per tres modos quibus fenum quod prius herba fuit velociter arescit. Primus modus est per feruidam estatem et intensum solis ardorem. Secundus est per conculcationem. Nam quantumcunqȝ pratum virens fuerit si multum cõculcetur ab hominibus aut bestiĳs cito arescit. Tertius est per nature defectionẽ. Omne enim quod nascitur tandeȝ moritur. Sic suo modo contingit homines tanquam fenum velociter arescere et mori.

¶Primo quidem modo per nimiũ ardorẽ febris. Et hoc modo velociter aruit. filius hospite Helisei de quo legitur. iiĳ. Re. iiĳ. ꝙ cũ iuisset ad patrẽ suũ q̄ erat cũ messoribus in cãpo cepit clamare dicẽs. Caput meũ doleo quo reducto domum statim mortuus est. Verisimile est autẽ ꝙ ex ardore solis inuaserit eũ febris ꝗuis hoc historia non dicat. Non solũ aũt secundũ causas naturales cõtingit hoĩes febribus arescere. veruȝ diuina vlciscente vindicta. vñ Deut. xxviĳ. inter penas quas cõminatur dñs trãsgressoribꝰ mãdatorũ suorũ febris est vna Dicitur enim in eodeȝ caplo sic. Percutiat te dominus egestate febre ꝛ frigore. ardore ꝛ estu et

arere corrupto donec pereas. ¶ Secūdo modo contingit homines velociter tanquam fenū arescere videlicet per conculcationem ꝛ oppressionem. Et hoc modo pauperes arescunt tanquam fenū quando conculcantur a potentibus et maioribus sicut Exodi. i. legitur de pharaone qui preposuit filijs israel magistros operum qui affligerent eos oneribus propterea pro eis conqueritur dominus iudich. xvi. dicens apparuerūt humiles mei arescentes in siti. Et profecto non solum aresūt hodie humiles domini: id est pauperes in siti: sed potius in fame quia frequēter principes tyranni auferunt ab eis substātiam omnem ꝛ quasi panem de ore de quibus conqueritur ipse dominus Esaye. lij. dicens. Dominatores populi mei inique agunt.

¶ Tertio modo contingit homines tanquam fenum velociter arescere per nature defectionem sicut patet in senibus ꝛ diu languentibus in quibus natura paulatiue deficit et tendit ad occasum hebreos. octauo. Quod antiquatur et senescit prope interitū est. Et Matthei sexto fenum agri hodie est et cras in clibanum mittitur. Quid autem fenū agri nisi homo senio confectus adhuc in agro mundi huius degens? Et quid est quod cras in clibanū mittitur, nisi quia iam aridus paratus est omni die et omni hora reponi in clibano sepulchri. Sed caueat sibi inueteratus dierum malorum ne mittatur in clibanum inferni ubi est calor mirabiliter urens et nunquam deficiens. Scriptum nāque est de malis in psalmo. Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui: id est iudicij particularis in quo ipse dominus ostendet vultum suū iratum contra tales. ideo sequitur dñs in ira sua conturbabit eos et deuorabit eos ignis. Hoc etiam potest ad iudicium velle referri in quo mali in corpore ꝛ anima reponentur in clibanum ignis inferni de quo figuratiue scribitur Genesis. xv. Cū sol occubuisset facta est caligo tanebrosa apparuit clibanus fumans et lampas ignis transiens inter diuisiones illas: id est inter animalia que diuiserat abraham per mediū ꝛ vtrasqꝫ partes cōtra se altrinsecus posuerat. Ubi per occasum solis consummatio seculi designatur. Tunc enim fiet caligo tenebrosa: id est preparabitur eternus ignis reprobis qui erit tenebrosus: quia non lucebit ex dei ordinatione secūdum illud Psalmiste. Uox dñi intercidentis flammam ignis. Tunc etiam apparebit os putei ꝛ inferni aptum ad deuorādum ipsos reprobos tanquam clibanus fumans et tanquam lampas ignis transeūtis inter ipsos damnatos immo verius transibit per medium suoꝝ corporum predictus ignis. Heu miseri peccatores qui arescitis in presenti per auaritiam vt sitis aptior materia ignis inferni quis inquit esayas poterit habitare de vobis cum igne deuorante. Eiusdem. xxxiij. Quis habitabit ex vobis cum

ardoribus sempiternis? Scriptum enim est de malis in eodem Esaye. lxvi. q ignis eoruz non extinguetur. Ergo quiescite peruerse agere et discite bene facere si vultis predictū ignez euadere.

E ¶ Tertio principaliter vita humana comparatur rori. Ros enim matutinus statim pertransit et euaporatur. Unde dicit Aristoteles secūdo mete, quod permanentia roris nō est nisi vnius diei. Sic et vita nostra est valde instabilis quia vita nostra non est nisi vapor ad modicum parens vt habetur Jacob. quarto. Ros autem sic euaporatur et euanescit. Nam virtute corporum celestium euaporatur de terra et sursum eleuatur atq in nubem cō densatur quo facto per aerem circunfertur et continuo sine quiete agitatur et tandē resolatus in terram descendit et reuertitur. Sic et homines i presenti vita oriantur de terra. Deinde eleuantur ad honores et dignitates vnus ad archidiaconatum, alius ad episcopatum, alius ad comitatum vel ducatū. Et cum ibi eleuati fuerint, tunc circunagitantur fatigantur inquietantur et tandem de summo honorum fastigio deij ciuntur et in terram in morte conuertuntur. Job vigesimo. abstulit qua si ventus desiderium meum et velut nubes pertransijt salus mea. Ex quo patet quod i nullo gradu honoris vel dignitatis est perfecta et pacifica quies quin immo quanto homo fuerit in altiori collocatus statu tanto maioribus solicitudinibus opprimitur et minus sibi vacat opportunitas cogitādi de sua salute et circa spiritualia. Nam si dominus homini tali bonum propositum inspirauerit, statim simul exorte spine: id est mundane cure et sollicitudines suffocant illud. Propterea Boetius secundo libro de consol. prosa. iiij. pulchre describit quomodo in nullo statu, gradu. officio. seu dignitate, est quies perfecta. sic inquiens. Quis ē tā copiose felicitatis vt nō ex aliqua parte cum status sui qualitate rixetur? Anxia enim res est humanorum conditio bonorum et que vel nunquam tota proueniat, vel nunquā perpetua subsistat. Istud autem probatur inductiue tā in bonis fortune, quam nature sic inquiens. Hinc census exuberat: id est abundantia temporalium bonorum adest: sed est pudori degener sanguis. hunc nobilitas notum facit sed angustia rei familiaris inclusus mallet esse ignotus. Ille vtroq circunfluus: id est vallatus vitā celibē deflet. Uult dicere actor q diues et nobilis si fuerit in sacris promotus vel in regione constitutus frequenter deflet diuitias et nobilitatem suā. Ille nuptijs felix orbus: id est orbatus liberis, alieno censum nutrit heredi. Uult autem dicere q aliquis habet pulchram vxorem qui tamen non habet ex ea prolem. Alius prole letatus filij filie ve delictis mestis illachrymatur vbi vult dicere quod aliquis habet prolem sed non inde gaudet propter ma-

lam ipsius prolis vitam. Et ita patet quod omnia que in mundo isto tēporaliter haberi pos- sunt instabilia sunt et imperfecta ꝛ tanquam ros matutinus aut nubes in aere volitans cito transeunt. Unde sacra scriptura Osee octauo describens vitam humanā dicit ꝙ est quasi nubes matutina: ꝛ quasi ros mane pertransiens.

F ❡ Quarto vita humana comparatur hospiti transeunti. Quilibet enim homo stat in vita ista sicut hospes et transiēs viam suam in hospitio: et non sicut in propria domo. Unde Tullius in libro de senectute. Sapiens ex hac vita discedit tanquam ex hospitio non tanquam ex domo commorandi enim diuersorium natura nobis dedit non habitandi locum. Nam sicut homo receptus in aliquo hospitio tantum habet vsum camere et vtensilium domus quantum illi est necesse: sed non dominium quod patet ex hoc quod nō potest aliquid inde auferre: sed oportet quod omnia relinquat in loco vbi ea inuenit et tandem antequam domum exeat tenetur computare de omnibus etiam vsq; ad minuta Ita etiam est de nobis in hac misera vita. Sumus etenim in hoc mundo tanquam in hospitio in quo possumus quidem habere vsum rerum tēporalium: sed in morte nichil de his omnibus possumus nobiscum asportare secundum illud Job vigesimoseptimo. Diues cum dormierit nihil secum afferet aperiet oculos suos et nihil ineniet. Nihil inquit apostolus intulimus in hunc mūdum aut dubium quia nec auferre quid possum⁹ primo thi. sexto. Et Job primo capitulo. Nudus egressus sum de vtero matris mee et nudus reuertar illuc. Nota de saladino rege egypti qui cū esset vicinus morti. Uocauit vexilliferum suum dicens ei. Tu qui consueuisti portare vexillum meum coram me in bello nunc hunc vilem pannnum quo istud vile corpus debet inuolui ferto per damascenorum ciuitatē clamās et dicens. Ecce dominus orientis moriens de tota gloria sua nō fert secū nisi hūc vilem pannum quem modo videtis hec ex secundo parte cronice domini Anthonini titu. vigesimoseptimo: capitulo. ix. Pharagrapho vegesimotertio. Propterea beatus Anthoni⁹ sic hortabatur ad paupertatē ꝛ mundi contemptum fratres suos dicens eis. Nullus enim reliquerit mundum arbitretur se reliquisse ingentia. Nichil eorum sit cure monachis que secum auferre non possunt. Et dauid Psalmista. Ne timueris cum diues factus fuerit homo et cū multiplicata fuerit gloria domus eius. quoniam cum interierit non sumet omnia neque descendet cum eo gloria eius. Hoc bene patuit in diuite epulone qui in vita fruebatur vinis preciosis: sed postquam descendit ad inferni tormenta nō valuit obtinere guttam aque frigide. Luce. xvi.

G ❡ Quinto vita presens cōparatur vento obtuso. Solent enim paruuli replere vesicam

porcinam vēto et pisa pauca intra concludere qui circumuoluentes dictam vesicam ludunt et faciunt commotionem magnam: sed quamprimum perforatur quantumcunque etiam parum mox ventus inde exit nec deinceps commotionem facit. Ita etiā est de vita humana: dicente scriptura Job septimo. Memento (id est memorem me facito vt sic te timeam) quia vētus est vita mea. Multi enim intumescunt per superbiam: et faciunt magnam commotionem in domo: alij in ciuitate: alij in regno: alij in toto ferme mundo: sicut reges et principes bella ducentes nunc contra istum: nunc contra illum et totum fere orbem suo subiugātes imperio: quorum si visica: id est corpus perforetur modico gladio aut egritudine: tunc vent⁹: id est spiritus statim exit per mortem/ et desinunt facere commotionem in terra: quia post mortem non plus timentur quam lutum. Et de hoc historiam habemus Judich per totum de Holoferne principe militie regis Nabugodonosor qui tam potens erat vt haberet in suo exercitu centum viginti milia peditum pugnatorum: equitum vero duodecim milia: propter quod omnis regio ad quem descendebat tremebat ad inuentum ipsius. Sed postquam sancta illa Judich ab eo caput abstulit/ nullus eum vltra timuit. Similiter filij israel qui tantum formidabant Pharaonem regem egypti cum insequeretur eos egredientes de egypto: postquā viderunt eum in mari submersum non vltra timuerunt quin immo ex letitia magna cecinerunt dicentes. Cantemus domino gloriose enim magnificatus est equum. etc. Exaudi deci moquito. Nunquid etiam vesica vento et pisis plena erat ipse Anthiochus: de quo legitur secundo Machabeorū nono. quod superbe locutus est se venturū hierosolymam et congeriem sepulchri iudeorum eam facturum. Cunque esset in via veniendi contra hierusalem contigit illum cum impetu venientē de curru cadere: et graui corporis collisione membra eius vexari. Quo factum est vt is qui sibi videbatur etiam fluctibus maris imperare supra humanum modum superbia repletus: et montium altitudines in statera appendere: nunc humiliatus ad terram in gestatorio portabatur manifestam dei virtutem in semetipso cōtestans. Ita vt de corpore impij vermes scaturirent. Et qui pauloante sydera celi contingere se arbitrabatur eū nemo poterat propter intollerātiam fetoris portare: et sic miserrime in spiritu et corpore interijt. Nonne etiā isto vento superbie multū intumuerat vesica Roboam quando respondit populo iuxta consilium iuuenum quod minimus digit⁹ suus erat grossior dorso patris sui Salomonis tertij Regum duodecimo. Sed ista vesica turpiter crepuit: quia decem tribus amisit de populo suo. Quid denique dicendum erit de Amā: qui tātus erat in domo regis Assueri vt vellet adorari: et tamē tan

dem suspensus est in patibulo quod parauerat mardocheo. Hester septimo. Ecce quomõ vita nostra non est nisi vent⁹ obtusus.

H ¶ Sexto humana vita comparatur texture tele vel panni Job septimo. Dies mei velo ti⁹ transierunt quam a texente tela succiditur ⁊ consumpti sunt absq̃ vlla spe. In quibus verbis eliditur error antiquorum philosophorũ dicentiũ ꝙ post transitum magni anni: qui cõpletur in trigesimo sexto milibus annorum effectus inferiores reuertentur idem numero: vtpote idem plato legens athenis in eisdem scholis et eisdem scholaribus sicut ab ante quãdo vixerat. At vero qui se veraciter moriturũ recognoscit dicit illud Esaye trigesimooctauo. Precisa est veluti a texente vita mea dum adhuc ordirer succidit me de mane vsq̃ ad vesperam fines me: quia vt dicit Augustinus. Homo simul nascitur et moritur. Sicut ergo tela per multos dies texitur et ordititur/ que tamen subito rumpitur et scinditur: ita etiam est de vita humana. Nam etiã aliqui dũ adhuc ordiuntur in vteris matrum vel ad mãmillã pẽdunt/ succiduntur per mortem sicut patet de abortiuis ⁊ aliĩs Ex quo enim anima est infusa corpori/ mox securis. i. obligatio ad mortem ad radicem arboris humani: scilicet corporis posita est Lu. iij. Est ergo simile de vita nostra sicut de tela/ non solum forti sed etiam multum debili: qualis est tela aranearũ que ab ipsis cũ maximo labore construitur multũ artifitiose ⁊ per plures dies: sꝫ faciliter ⁊ in monumẽto destruit. Ita etiã est grauis labor i educatione humane vite sicut patet in paruulis: que tamẽ vita facillime et cito destruit: sicut permaxime patet in his que subito moriuntur. Hec autem omnia que prediximus cõfirmat Joannes dicens. Transit mund⁹ et cõcupiscentia eius. j. Joh. ij. Quod exponens August. dicit sic. Ecce mundus transit et cõcupiscentia eius: quid vis ergo o homo: vtrũ scilicet amare tẽporalia et transire cũ tempore an christũ amare ⁊ ineternũ viuere? Rerũ tẽporaliũ fluuius transit: sed tanq̃ iuxta fluuiũ nata arbor est dñs ies⁹ christ⁹ raperis in precepsteneне lignum voluit te amor mũdi tene christum. Si ergo homines mortales amant vitã istam miseram in qua cũ tanto labore viuunt quantomagis amare debent illam vitã eternam in qua nullũ laborem sustinebunt? Nota ꝙ vulpecula secundũ magistrum Robertum holcoth transitura glaciem apponit aurem ad glaciem: et si audit aquam subtus currentem fortiter / tunc nullo modo transit neq̃ confidit de illa glacie timens quod sit nimis tenuis ad portãdum eum. Sic et nos debemus facere. Nam mundi gloria est quasi pulchra et splendens glacies: quia delectabile est honorari ab hominibus: delicate pasci ⁊ potari: pompose vestiri: et magnã habere familiã cui possit imperari. Sed in talib⁹ debet vir prudẽs sũmopere sibi caue

re : quia glacies ista est valde fragilis tāquam glacies vnius noctis. Debet igitur talis auscultare quod si fecerit mox audiet vocem et murmur aquarū transeuntium sub ista glacie. Iste aque sunt ille de quibus Apocali. xv. Aque multe populi multi. Audiet ergo q̄ modo transit vnus rex per mortē modo papa modo episcopus modo comes: modo miles ꝛ sic de alijs. Ecce quomodo transit mundus et concupiscentia eius. Diligenter ergo ꝛ nō surda aure debemus ista considerare et sigillatī dicere illd Job xiiij. Cunctis diebus quibus nunc milito expecto donec veniat immutatio mea. idest hora mortis. Sed profecto multi sūt sicut fatui seruitores rusticorum: quibus de sero dat̄ modicum de candela vt videant ire ad lectum et ipsum parare: qui tamen sepe consumunt cā delam suam ludendo ꝛ truphā do ita quod postea optet eos ire ad lectum sine lumine et in tenebris palpando. Sic ꝛ dn̄s seruitoribus suis accommodauit modicum de candela vite presentis vt cum ipsa possit ire ad quietem paradisi. Sed miseri peccatores hanc candelaꝫ expendunt in vsibus malis et reprobis. Nonnulli vacando ludis: alijs vacando luxurijs: alij vacando comessationibus et ebrietatibus: adeo quod tā dem necesse est eos ire ad lectū inferni sine lumine: sed cum tenebris ꝛ sine lumine lectū horribilē et durissimum sibi parate: de quo Job. decimo sexto. In tenebris straui lectulū meū

Si igitur sapientes fuerimus illud modicum tempus vite presentis a deo nobis concessum expendemus in bonis operibus dicente apostolo Gal. vi. Dum tempus habemus operemur bonum. ꝛc.

¶ Lectio. lxxx.

¶ Tu autem domine in ęternum permanes et memoriale tuum in generatione & generationem.

¶ Postquam in precedenti lectione penitens confessus est vite sue instabilitatem et mutabilitatem vt pote qui nunquā in eodem statu permanet ex parte corporis: sed continue tendit ad mortem quam primum formatus est ꝛ animatus i vtero matris: quemadmodum sol oriens continue ad occasū tendit. Et similiter ex parte anime semper tendit ad ariditatē et in nihilum. id est ad peccatum. Hic consequenter ediuerso confitetur dei stabilitatem ꝛ perpetuam premanentiam dicens Tu autem domine in eternuꝫ permanes. q. d. Cetera trāseunt que a te creata sunt: etiā celū et terra que videntur multum stabilia transibunt: secundum illud Luce vigesimo primo. Celum et terra transibunt supple quantum ad motum et quantum ad aliquas operationes: quas nunc habent: quas non habebunt post finalem seculi consummationem quanuis substantie eorum ppetuo remaneat. Sed tu domine non sic subiaces motui aut muta=

ctioni: quia ineternum permanes. Et hoc est quod circa finem huius psalmi dicitur. Ipsi peribunt: tu autē permanes Ex quo ergo tu domine ineternum permanes: ergo temporalem salvet eternus: vt dicit glo interli. vnde Boetius. iij. de cō sola. metro. ix. O qui perpetua mundum ratione gubernas: terrarum celiq; sator qui tempus ab euo ire iubes: stabilisq; manens das cuncta moueri. Sequitur. Et memoriale tuū in generatione et generationē quia vt dicit de Lyra ipse dominus vno intuitu videt successionem omnium generationum sine sui mutatione. Quia ergo vt dicit dominus Cardi. dei eternitas posset terrere penitentem credens ne forte ipse dominus ineternum irasceretur ei qui ieternum permanet nisi speraret de ipsius misericordia. Ideo subditur. Et memoriale tuum quo memor es nostri misereri in generatione et generationem ineternum permanet. Quid (inquit) Grego. magis memoriale in deo quā misericordia? De illa nāq; scriptum est in psalmo. Miserationes eius super omnia opera eius. Item alibi. Misericordia domini ab eterno et vsq; in eternum super timentes eum. Licet em̄ ipse mirabiliter hominem condiderit: mirabilius tamen perditū per filij sui mortem redemit. Hec autem memorialis dei misericordia in generatione et generationem permanet: siue omnibus per temporum curricula viuentibus vsq; in finem seculi patet Item idem psal. de hoc memoriali diuine misericordie loquitur alibi dicens. Confitemini domino quoniam bonus quoniam ineternum misericordia eius. Et dicitur misericordia memoriale domini: quia nunquā obliuiscitur misereri: sed semper memor est ei⁹. vnde psalmista. Nunquid ineternum proijciet deus: aut non apponet vt complacētior sit adhuc: aut in finē misericordiam suam abscindet quasi dicat non. vnde Esaye. quadragesimo nono. Nūquid obliuisci potest mulier infantem suum vt non misereatur filio vteri sui Et si illa oblita fuerit ego tamen non obliuiscar tui: ecce enim in manib⁹ meis descripsi te. Et nota quod illa descriptio in manibus domini sunt plage seu verius cicatrices vulnerum corporis chri sti: quas post resurrectionem et ascensionem in celum reseruare voluit vt sēper haberet memoriam nostri: et pro nobis interpellaret patrem: sicut dicit Bernardus. O homo. securum accessum habes apud deum. etc Dominus cardinalis exponit hūc passum allegorice de christo. Nam in precedenti versu Dauid dixerat in ipsius persona Ego sicut fenū arui: supple in passione: sed ad ostendēdum quod homo tantū sit factus secundum humanitatem et non secūm diuitatem quam habet eandem cum patre: ideo subdit in hoc versu. Tu autem domine supple pater non sicut fenum aruisti: sed ineternum permanes: et ex hac parte ego similiter permaneo inquātum

de⁹ qꝛ ego in te ꝛ tu in me Pos
sumus etiam hoc totum legere
de persona ipsius christi: ad
quem loquitur psal. ci. Tu au
tem domine: scilicet fili dei pa
tris. Uterqꝫ enim est magnus
dominus et laudabilis nimis
Unde psalmi. Dixit dominus
(sup. pater) domino meo (scili
cet filio qui est noster per hu
manitatis assumptionem) sede
a dextris meis. Tu ergo do
mine fili in eternum permanes
scilicet ratiōe deitatis. Et hāc
veritatem confessi sunt Judei
Joh. xij. dicentes. Nos audiui
mus ex lege quia christus ma
net in eternum. Item paulus
Hebr. xiij. Jesus christus he
ri ꝛ hodie ipse et in secula: sup
ple permanet secundum diui
tatem. Sequitur. Et memoria
le tuum in generatione ꝛ gene
rationem. Istud memoriale fi
lij dei est sacramentum altaris
per quod in nobis permanet:
iugis memoria dominice incar
nationis ꝛ passionis. Psalmi.
Memoriam fecit mirabilium
suorum misericors ꝛ miserator
dominus escam dedit timenti
bus se Unde in institutione ip
sius venerabilis sacramenti ip
semet christus dixit apostolis
suis. Hoc facite in meam com
memorationem. j. Corin. xi. Et
hoc memoriale manet in eccle
sia in generatione ꝛ generatio
nem id est semper secundum il
lud Math. xxviij. Ecce ego vo
biscum sum vsqꝫ ad cōsumma
tionem seculi scilicet per peni
tentiam sacramentalem.
A ¶ Notandum est autē iux
ta illam primam clausulam.
Tu autem domine in eternuz
permanes. quod dominus in
eternum permanet tripliciter.
Crucians damnatos.
vez tāqꝫ Excludēs nō baptisa.
Premians beatos.
B ¶ Primo igitur possumus
dicere. Tu autem domine in e
ternum permanes. tanquam
crucians sine fine damnatos.
Et de hoc psal. Justitia tua
(quam supple exerces in puni
tione reproborum) iustitia in
eternum Sed fortasse dicet ali
quis. Durus est hic sermo. Nō
enī videtur recta iustitia que
maiorem penam et supplicium
infert quam fuerit offensa ma
la. Maxime cum dicatur Deu
tero. xxv. Pro mensura pecca
tierit ꝛ plāgarum modus. Ita
dumtaxat vt numerum qua
dragenarium non excedant.
Non ergo videtur equa iusti
tia: vt pro momentanea culpa
quis plagetur et patiatur in i
ferno vltra. xl. dies: menses vel
annos ad maius Preterea A
pocal. xviij. dr sic. Quantum
glorificauit se ꝛ in delitijs fuit
tantum date ei tormentum et
luctum. Ergo qui tantum i de
litijs fuit per horam: vt ebri⁹
aut luxuriosus non debet pu
niri in inferno nisi per horam
Et qui per diem per diem: qui
per mensem similiter per men
sem puniri debet Tenet ista cō
sequentia per regulam iuris
lib. vi. que dicit quod in penis
benignior interpretatio est fa
cienda. Cum ergo nullus flet
perpetuo in delitijs sequitur
quod nullus debet perpetuū
pati tormentum aut luctum.
Sed si sacris doctoribus cre
datur statim luce clarius ap

parebit quam rationabiliter infligat dei iustitia eternū tormentum pro momentanea culpa. Dicit enim regula iuris libro .vi. quod peccati venia nō datur nisi correcto. Que autē aut qualis correctio potest esse apud inferos: maxime cum dicat psal. de reprobis. Superbia eorum qui te oderunt ascēdit semper Manet itaq; semper ī ipsis materia apta perpetue conbustioni: videlicet culpa. Scribitur enim di. xciij. Dyaconi. quod assidue peccantium non miseretur deus. Semper ergo obnoxij pene sunt ipsi dānati qui semper in culpa manere volunt. Unde de pe. di. i. ca. Uoluissent. dicit Greg. Uoluissent (inquit) si potuissent sine fine viuere vt potuissent sine fine peccare. Ostendunt quia in peccato semper viuere cupiūt qui nunquam desinunt peccare dum viuunt. Ad magnā ergo iustitiam iudicantis pertinet: vt nunquam careant supplicio qui in hac vita nunquā voluerunt carere peccato.

Item di. vij. eiusdem libri. ca. nullus in fine dicit Aug. quod qui impenitens finitur si semper viueret semper peccaret.

At vero dei est miserentis qd operatur finem peccandi. Ob hoc etiam sine fine torquebitur damnatus: quia nunquam virtute ditabitur semper iniquitate plenus semper sine charitate torquebitur sine fine. Patet ergo quam rationabiliter pro momentanea culpa infligitur a deo iusto iudice eterna pena Unde Gre. iiij. dialogorum. c. xliiij sic ait Omnipotēs deus quia pius est miserorum cruciatu non pascitur: quia vero iustus est ab iniquorum vltione imperpetuum non sedatur. Sed iniqui omnes eterno supplicio deputati: sua q̄dem iniquitate puniuntur Et tamē ad aliquid ardebunt: scz vt iusti oēs ⁊ in deo videāt gaudia q̄ pcipiūt: et in illis respiciant supplicia que euaserūt. Quod aūt in cōtrariū allegatū est ex Deutronomio: dicimus q tūc p mensura delicti obseruatur plagarū modus in inferno qñ quidē p grauiori delicto grauior infligitur cruciatus. Et ad auctoritatē ex Apocal. respondemus q ly q̄tū et tm̄ nō nominaliter sed aduerbialiter sumuntur Nam sensus est quod qui plus delectatus est in culpa plus patietur de pena. Ad regulam autem iuris dicimus q habet verū vbi nō habet auctoritas in oppositū: cuiusmodi est in p̄posito vt patet ex dictis. Ecce quō dei iustitia ineternum stat super reprobos.

C ¶ Scdo deus ineternum p manet imutabiliter excludens a regno celorū nō baptizatos Istud patet p illud xp̄i verbū Mar. xvi. Qui crediderit ⁊ baptisatus fuerit saluus erit. Ergo per locū a cōtrario sensu q̄ maxie habet locū in sacra scriptura: q̄ nō crediderit ⁊ baptizatus nō fuerit cōdemnabitur Unde Aug. lib. de fide ad Petrū. c. xxvij. ⁊ recitatur de conse. dist. iiij. firmissime: dicit sic. Firmissime tene nō solū homines ratione vtētes verū etiam puulos q̄ siue in vteris matrū viuere incipiūt: et ibi moriun-

tur:siue iam de matribus: nati : sine sacramento baptismi : quod datur in nomine patris et filij et spiritussancti de hoc seculo transeunt: sempiterno igne puniendos.id est.pena eterna: quia semper erunt in tenebris: vt dicit glosa.quia ꝛ si peccatū proprie actionis nullum habent: originalis tamen peccati damnationem carnali conceptione ex natiuitate traxerunt Hec ibi Ex qua auctoritate nonnulli doctores theologi concluserunt paruulos nō baptizatos pati penam ignis eterni in alio seculo: quod videtur multum durum et a veritate extraneum. Pena enim sensus in inferno correspōdet malitie actuali et personali. Propterea D.S.de malo. questione quinta articulo secundo.in sol.ad primum dicit quod sacri doctores nomine tormenti supplicij:cruciatus:et gehenne in proposito vtentes large accipiunt dictos terminos: vt pote speciem pro genere sumēdo.Ideo autem Augustinus. ꝛ alij doctores:si qui tales sūt taliter locuti sunt:vt redderēt detestabilem errorem Pelagia. qui asserebant in paruulis nullum esse peccatum :neqꝫ per cōsequēs aliquam penam eis deberi.Hec ille. Paruuli itaqꝫ nō insigniti sacro baptismate sic decedentes solam penam damni sustinent quod probatur ꝑ illud Augu.verbum.de conse. di.iiij. Nulla preter. Nulla inquit preter baptismū salus ꝑmittitur infantibus:quia infātes si per sacramentum qd ad hoc est diuinitus institutum i credentium numerum non trāseunt:in tenebris manent. glosa.id est carent visione dei : et hec est pena ꝛ ignis afflictionis:de quo dictum est in precedenti auctoritate Augusti.Et hec ipsa carentia diuine visionis quanuis sit adultis damnatis in maximam penam ꝛ tristitiam:non tamen ipsis paruulis quia sciunt se non fuisse capaces illius:et sine propria culpa fuisse priuatos tanto bono sicut non est penale rustico quod non assumatur in summum pontificem vel in imperatorem:eo quod non proportionatur suo statui huiusmodi dignitas. Propterea dicit Aug. in Enchiridion.capitulo vigesimo quinto ꝙ mitissima omnium penarum erit eorum: qui preter peccatum originale quod contraxerunt nullum insuper addiderūt.Quinimmo animabus talium paruulorum decedentium cū originali in actuali separatione a corpore imprimuntur species rerum naturalium:ad quas species intellectus eorum se conuertens:melius intelliget illa que naturali cognitione cognosci possūt quam aliquis philosophꝰ mūdi. In tali autem contemplatione rerum et causarum secūdarum possunt anime talium paruulorum permaxime delectari.Et hec vocatur beatitudo naturalis.De hoc tamē sobrie loquendum est ad populum ne detur occasio mulieribus pregnantibus minus solerter se ꝛ fetum suum custodiēde.False ergo predicant nonnulli illustrati viri dogmatis

zantes tales paruulos expete re vindictam a domino de matribus suis Nolo excusare vniuersaliter matres a culpa: sed volo cum sacris doctoribus p̄dictos paruulos excludere generaliter ab omni tristitia et pena sensitiua perpetua tamen patientur penam damni et excludentur a clara dei visione: siue ante diē iudicij siue post. Unde Pharrisiuscirca annos domini.M.cccc.xc. quidā baccalaureus cum dixisset in codice suarum vesperiarum pium esse credere deum tandem misericordiam impensurum animabus talium paruulorum q̄ decedunt sine baptismo et sine culpa parentum et quod ī die iudicij volabunt ad celos: coactus fuit reuocare dictam propositionem.

D ¶ Tertio deus ineternum permanet premians beatos. Est enim eternitas et perpetuitas de ratione beatitudinis sicut securitas. Unde cum Psal premisisset di. Beati qui habitant in domo tua domine: consequenter subdit. In secula seculorū laudabunt te. Hoc etiā expresse docuit christus Joh. xvi. Gaudium inquit vestrum nemo tollet a vobis. Sup quo ait Augu. ibi ergo finis q̄ sufficit nobis eternus erit: nec enim sufficit nobis finis: nisi cuius nullus est finis Falsc ergo dogmatizauit Orige. qui opinionem pulonicorū sequēs posuit hominem beatum posse fieri miserum. Quem errorem D.S.xij.q.v.arti.iij. reprobat dicens in sententia. Aut enim beatus potest suam beatitudinem perdere ex parte sei: quia scilicet generat sibi fastidium. Aut ex pte dei eā substrahētis Aut ex parte demonis: seu cuiuscunq3 extrinseci agentis. Sed neutro modo amitti potest ista beatitudo. Non quidē ex parte subiecti suscipientis eam: quia omne bonum quod quis habet et quo vult carere ideo vult illo carere: eo quod non est sufficiens: et querit aliquid aliud sufficientius loco eius: aut quia habet aliquod incommodum annexum: propter quod venit in fastidium. Modo sic est quod visio illa diuine essentie replet animā beatam omnibus bonis: maxime cum coniungat hominem fonti totius bonitatis. Nam teste Boetio. iij. li. de consolatione: prosa secundo. Beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus. Similiter non habet aliquod incommodum annexum. Patet ergo ex hac parte: quod non potest amitti beatitudo. Ita vt qui est beatus vel non esse beatus Item non potest amitti ex parte obiecti: scilicet dei eam substrahentis et faciem suam abscondentis: quia cu3 talis substractio sit quedam pena non potest talis penosa substractio infligi a deo iudice iusto: nisi pro peccato: dicente Apostolo Romonorum vndesimo. Sine penitentia sunt dona et vocatio dei. Modo sic est: quod in beatis nullum peccatum cadere potest: sequitur ergo quod etiam ex hac parte beatitudo ipsa amitti non potest. Similiter neq3 ex parte alicuius al-

terius agentis. Quia si esset
q̄libet tale maxime esset dia=
bolus. Modo anima beata ad
tantam altitudinem eleuatur:
quod illic non potest pertinge
re totus exercitus demonum.
Propterea dicebat sanctus il=
le Job ad dominū. Libera me
domine: scilicet de periculo vi
te huius: et pone me iuxta te.
scilicet in celo: ꝛ cuius vis ma=
gnus pugnet contra me. Eius=
dem. decimo septimo. Hinc est
quod ipsi beati regratiantur
domino dicentes illud Psal.
Tu domine seruabis nos ꝛ cu
stodies nos. Quia si quis di=
cat. Saltem poterunt ipsi bea=
ti infestari a malignis homi=
nibus. Hoc remouet Psal. ita
dicens absconde eos scilicet
beatos: in abscōdito faciei tue
a conturbatione hominum.
Nam taliter ibi abscondentur
quod maligni homines non ā
plius eos videbunt: nec eis vl
terius facto aut verbo nocere
poterunt. Ideo sequitur. Pro
teges eos in tabernaculo tuo
a contradictione linguarum.
Secure ergo ipsi beati possunt
dicere ad dominum. (tu autem
domine in eternum permanes/
et nos tecum in eternum ꝑma=
neamus tua gratia et largita=
te infinite misericordie tue.
O quātum igitur laborare de
bemus in presenti: vt in futu=
ro cum domino in eternum per
manere possimus. Nullus inq̄t
Hiero. in quadam ep̄la. labor
durus: nullum tempus longū
videri deb; quo gloria eterni
tatis acquiritur De qua qui=
dem gloria D. Ber. in quodam
ser. sic loquitur di. O vere felix
et gloriosa sacietas. O sanctū
conuiuium. O desiderabiles epu
le: vbi nimirum anxietas nul=
la vbi nullum poterit esse fasti
giū: quin satietas sūma: ꝛ sum
mū inerit desideriū. Hec ille.
E ¶ Ceterum notandum iux
ta illud. Et memoriale tuum i
gn̄atione ꝛ gene. quod debem⁹
habere tria memorialia perpe
tuo in memoria.

Primum est de deo/
Scd̄m de proximo.
Tertio de semetipso

¶ Primum itaq; memoriale ē
de deo Et in hoc memoriali de
bemus scribere tria.
¶ Primum quidem beneficiū
creationis: gubernationis et
confirmationis: secundum q̄
ait Psal. Memor ero ab initio
mirabilium tuorum: ꝛ medita
bor in omnibus operib⁹ tuis.
Mirabilia enim dei sunt q̄ fe
cit oīa ex nihilo ꝙ portat oīa
verbo virtutis sue quod fecit
hominem primum de limo ter
re: et euam de costa ade: quod
inspirauerit in faciem hois spi
raculū vite: ꝛ quod fecit eū no
bilissimam creaturam: vtpote
ad ymaginem ꝛ similitudinem
suam: ꝛ similia. Unde Boe. lib.
v. de cons. metro. v. sic ait. Uni
ca gēs hominum celestē leuat
altius cacumen. i. caput. Atq;
leuis recto stat corpore despi
citq; terras Hec nisi e terrenis
male desipis admonet figura.
Qui recto celum vultu petis
exerisq;. id est erigis frontem
In sublime feras animam quo
q; ne grauata pessum, idest sub
tus. Inferior sidat, id est. resi=
deat mens corpore celsius le=
uato. Hec ille. Nec debet homi

ni sufficere habere in memoria aliquod de mirabilibus domini: sed et omnia iugiter debet meditari: vt sic magis ac magis in illius amorem eleuetur. Sed quid est meditari in omnibus operibus domini. Profecto est meditari opus creationis: vbi apparuit dei potentia dispositionis et gubernationis: vbi appet eius sapientia ornatus et pulchritudine vbi appet eius dem benignitas et misericordia. Item considerare opus redemptionis in quo apparet maxima eius charitas et humilitas. Item considerare finem seculi: et diem iudicii in quo apparebit maxima dei iustitia et equitas. Hoc est igitur meditari in omnibus operibus domini: si his similia iungantur. Sed multi sunt qui nolunt meditari in omnibus operibus domini: sed tantum in quibusdam. Sunt enim qui bene cogitant de opere creationis et qualiter deus cuncta fecit propter hominem. Unde ex tali meditatione immoderate abutuntur creaturis et bonis terrenis cuiusmodi sunt auari: gulosi: luxuriosi: et similes et tales nolunt meditari creationis opus: vbi ille: qui vniuersorum est dominus tantam paupertatem: vilitatem et tormentum sustinuit. Nec opus iudicii. in quo oportebit omnium rationem districtissimam reddere. Alii sunt qui et si meditentur in omnibus operibus domini: non tamen exercentur in adinuentionibus suis: id est in preceptis suis que ipse ad inuenit ad hominis exercitium salubre. Nolunt enim continenter viuere: non a furto abstinere: non linguam suam a detractione cohibere non inimicis parcere aut eos diligere et huiusmodi. Sed profecto hac tempestate homines mundani potius exercent se in adinuentionibus friuolis vtpote in causis litigiis et processibus quam in dei mandatis et rebus salutaribus.

¶ Secundo debemus scribere in dicto memoriali beneficium recreationis seu redemptionis nostre quam effecit summa christi ad nos charitas Joannis. xv: Maiorem hac dilectionem nemo habet vt etc.

¶ Item tormento durissima que in cruce pro nobis sustinuit. Tren. i. O vos omnes qui transitis per viam attendite et videte si est dolor sicut dolor meus. Item magnum precium quod pro nobis deo patri exhibuit hebre. duodecimo. Recogitate eum qui talem sustinuit a peccatoribus aduersus semet ipsum contradictionem. Unde et ipsemet christus hortatur vnumquemque nostrum ad huiusmodi memoriale scribendum in mentibus nostris indelebiliter ita dicens Tren. tertio. Recordare paupertatis et trangressionis mee absinthii et fellis, Nam propter te cum essem diues factus sum pauper in ingressu mundi adeo quod in stabulo natus sum pauperior in progressu quia domum ad manendum non habui. Matthei. viii. Uulpes foueas habent et volucres celi nidos. filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Pauperrimus autem in egressu a mundo: quia tunc

nec domum nec vestes habuit et hoc contra auaritiam quam secum crucifixit. Ergo tu homo qui gloriaris in diuitijs tuis: recordare paupertatis mee. Item recordare transgressionis mee. id est tu offense: quam feci meam ex charitate penam pro ea ferendo. Unde in cruce dicebat ad patrem ipse christus illud psalmiste. Deus deus meus respice in me quare me dereliquisti longe a salute mea verba delictorum meorum. id est hominum peccatorum quos adeo diligo quod facio debitum eorum tanquam meum proprium. psalmista. Que non rapui tunc exoluebam. Et hoc est quod dicitur Esaye. quinquagesimo tertio. Propter scelus populi mei percussi eum. Item tu homo qui delectaris in cibis et potibus preciosis: recordare absinthij et fellis: quibus sup. cibatus sum et potatus pro te i cruce. Un Mar. decimo quinto. Dabant ei bibere vinum myrrhatu seu felle mixtum secundum alios.

Quid ergo debet homo respondere dei filio pro eo patienti? Certe illud quod sequitur.

Memoria memor ero: id est assidue memorabor passionis: tue o redemptor mundi. Et ad hoc admonet nos sciptu. Ecclesiastici. vigesimo nono. dicens. Gratiam fideiussoris tui ne obliuiscaris: dedit enim animam suam pro te.

¶ Tertio debemus scribere in ipso memoriali de deo iustitiam correctionis assidue cogitando quanta sit diuine iustitie seueritas. quanta iudiciorum dei obscuritas et imperscrutabilitas quanta deniq3 erit sue sententie auctoritas. Et hoc scribebat in suo memoriali ipse psal. cum aiebat ad dominum Memorabor iustitie tue solius. Tunc enim scilicet in iudicio erit iustitia dei sola non habens comitem misericordiam. Uel forte ideo iustitia quam faciet dominus in iudicio illo generali dicitur esse ipsius solius eo quod non iudicabit secundum allegata et probata sed per euidentiam facti. Omnia enim nuda sunt et aperta oculis eius. vnde Apoc. vigesimo libri aperti sunt. id est conscientie singulorum tunc patebunt et iudicati sunt mortui ex his que scripta erant in libris. id est in conscientijs. Legitur enim de aquila quod alie aues die qua audierint eam reboantem ipsius per totam diem taliter recordantur quod pre timore eius ad predam volare non audent ita et nos si habuerimus in corde memoriam illius seuere iustitie et terribilis vocis quam prolatura est illa aquila grandis Jesus christus contra reprobos profecto nunquam ad mala opera volabimus.

S ¶ Secundum principale memoriale quod debemus habere est de proximo et de operibus iustorum virorum qui nos precesserunt in quo quidem memoriali debemus scribere tria Primo quidem quomodo ipsi viri iusti et sancti qui nos precesserunt vixerunt et ad gloriam peruenerunt eternam secundum quod nos admonet

scriptura.i. Mach.iiij. dicens Mementote quomodo salui facti sunt patres vestri. Non enim illic peruenerunt fundatores religionum et primi patres earum viuendo lasciue et in proprietatem. Nec etiam sancti episcopi et prelati viuendo pompatice et epulando cotidie splendide et sic de quolibet statu.

Secundo debemus ibi scribere quomodo olim successit pauperibus peccatoribus in suis peccatis et spurcitijs perseuerantibus vt exinde terreamur et a similibus compescamur. sicut patet de primis parentibus de omnibus ferme hominibus tempore diluuij. de sodomitis. de dathan chore et abyron. de anania et saphira et huiusmodi. In cuius figura dixit christus. Luc.xvij memores estote vxoris loth. de qua legitur Genesis.xix. quod conuersa est in statuam salis propter suam inobedientiam Tertio debemus in predicto memoriali scribere que et quanta patiantur anime existentes in purgatorio et reminisci beneficiorum que nobis contulerunt dum hic viuerent propter que merito debemus inflammari ad orandum pro ipsis que ad nos incessanter clamant dicentes Miseremini mei miseremini mei saltem etc. Job.xix.

¶ Tertium principale memoriale quod debemus habere est de nobismetipsis. Et in hoc memoriali debemus similiter scribere tria. Primo initium nostrum quomodo scilicet ex muliere viriliter geniti sumus Gene.iij. puluis es et in puluerem reuerteris. Et in psalmista Memorare que mea substantia nunquid enim vane constituisti omnes filios hominum? Secundo medium quod est totus cursus vite nostre. quo modo: scilicet viximus ex quo sumus super terram et si profecimus vel defecimus. vnde Psal. bene scribebat in suo memoriali cum dicebat. Memor fui dierum antiquorum. id est dierum iuuentutis mee que tam ab antiquo abierunt memor. i. quam fui talium dierum cogitando quomodo exposui florem iuuentutis mee. forte in multis delictis que tunc non cognoscebam esse delicta nunc autem cum ad memoriam veniunt vtique recognosco et ideo flens dico Delicta iuuentutis mee et ignorantias meas ne memineris domine. Tertio debemus ibi scibere finem ad quem tendimus: qui est mors vt sic declinemus a peccato Eccle. vij. memorare nouissima tua et in eternum non peccabis Item quia vadimus ad districtum iudicium et examen rigorosissimum suscepturi sententiam pro nobis vel contra. vnde secundi Corinthio.v. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal christi vt recipiat vnusquisque etc. Ista igitur sunt tria memorialia nulla obliuione delenda sed semper nobiscum portanda et iugiter meditanda a generatione in generationem. id est a iuuentute in senectutem.

¶ Lectio.lxxxi.

¶ Tu exurgens domine misereberis syon quia tempus miserendi eius quia venit tempus.

¶ Postquam in precedenti lectione verus penitens confessus est dei eternitatem dicens Tu autem domine ineternum permanes. Hic consequenter soluit obiectionem que posset fieri contra hoc. Posset enim aliquis dicere. Non videtur q̄d deus ineternum permaneat ⁊ habeat memoriale de nobis. alias ipse succurreret miseriis multorum qui multipliciter in presenti affliguntur quod tamen minime videtur facere. Istud confirmatur per illud : Job. xxii. Quid eni nouit de⁹ quasi enim per caliginem iudicat. Nubes latibulum eius nec nostra considerat ⁊ circa cardines celi perambulat Ad hāc igitur obiectionem respondet penitens dicens quod etsi semper in promptu non videatur deus succurrere iustis afflictis aut tentatis tandem tamē succurrit talibus ⁊ miseretur. Et hoc est quod dicit. Tu exurgens domine misereberis syon quia tempus ⁊c. Et bene dicit penitens. Tu exurgens domine misereberis syon. Nam ipse dominus videtur hominibus tacere quando non prebet eis auxilium et per oppositū surgere quando eis. Dicit ergo penitens O domine qui modo videris dormire et non misereri dum scilicet finis bonos tribulari. tu exurgens misereberis syon. non babilonis. Syon enim qui interpretatur specula significat bonos qui celestia a longe speculantur et contemplantur. Babilon vero significat illos qui oculos suos statuerunt declinare in terram. Super syon legitur: idest super bonos exurgit dominus ad miserendum Sed super babilon: id est super malos exurgit ad condemnandum secundum illud Psalmiste Exurgat deus ⁊ dissipentur inimici ei⁹ et fugiant supple in infernum miseri peccatores qui oderūt eum a facie eius: id est a penitentia ipsius iudicantis Rationabile est autem vt tu domine exurgens miserearis syon. quia venit tempus miserendi eius. q. d. satis habuit iustus seu penitens de tribulatione. nunc ergo tempus est vt habeat consolationem. babilon autem ediuerso satis: habuit in presenti de consolatione. Et ideo iustum est vt patiatur tribulationem multiplicem in futuro. Hec autem duo ostensa sunt Luce decimo sexto. vbi legitur abraham dixisse diuiti epuloni. Fili recordare quia recepisti bona in vita tua ⁊ lazarus similiter mala. nunc autem hic cōsolatur tu vero cruciaris. Sed querit forte aliq̄s cur Psalmista repetit: quia venit tempus. nunquid sufficiebat semel dixisse. quia venit tēpus miserendi eius. Semel accipe quia multa repetūtur in sacra scriptura ad maiorē expressionem ⁊ vt magis infigantur mentibus hominum. Da exemplum de magistro docente discipulum. Uel dic quod lr

venit est preteriti temporis in prima clausula. in secunda autē presentis et hoc ad denotandam quod deus fuit et est semper paratus misereri quandiu durat vita presens: quia vt habetur de penul. distin. i. Multiplex. misericordie dei nec mensuraz possumus imponere. nec tēpora diffinire apud quē nullas patitur moras venie cōuersio. Dominus Hugo post glo. Interl. et post Gregoriuz exponit hunc versum allegorice de Christo ad quem loquitur propheta dicens. Tu exurgēs domine: scilicet per carnis assumptionem. misereberis Syon: id est Judaici populi. Huic ergo Syon primo misertus est dominus quando de eorum progenie nasci voluit et prius eos ad fidem vocauit. Unde Act. xiij. Uobis/inquit Paulus/ad Judeos oportebat primum loqui verbum dei. Nunquid itaqz misertus est dominus Syon quādoquidez apud Judeos signa et prodigia maxima fecit infirmos eorum curando possessos a demonio liberando cecos illuminando. mortuos suscitando panes multiplicādo et multa huius generis opera que nemo alius fecit: et que apud nullam gentem operatus est ipse Christus tā copiose. vnde Psal. Non fecit taliter omni nationi et iudicia sua nō manifestauit eis. sicut sup. manifestauit Judeis: quia per se non predicauit alij nationi: vel genti sicut fecit Judeis. Non sum inquit missus nisi ad oues que perierant domus Israel. Matt. xv. Ratio aūt quare dominus exurgens de quiete celi ad laborem mundi in sua incarnatione misertus est Syon assignatur cū subditur. quia venit miserendi eius tēpus: scilicet plenitudinis gratie: que iuxta sententiam Apostoli. Galath. iiij. At vbi venit plenitudo temporis misit deus filium suum factum ex muliere: factum sub lege: vt eos qui sub lege erāt redimeret. Qd vero subdit Psalmista: quia venit tempus. tempus gratie vult intelligi de quo dominus per prophetam loquitur dicens. Tempore accepto exaudiui te et in die salutis adiuui te. Esaye quadragesimonono. quod exponens Apostolus secundi Corinthiorum sexto ait. Ecce nunc tempus acceptabile. ecce nūc dies salutis. Possumus etiam hoc totum referre ad ecclesiam militantem sic. Tu exurgēs domine: scilicet a mortuis. exurgens inquam ad regnandum gloriose in tua resurrectione qui prius iacueras inter mortuos liber in tua passione. et in sepelitione intra sepulchrum tuum misereberis Syon: id est vtilis ecclesie militātis: quia Christi passio et resurrectio cessit ad maximā ipsius vtilitatem prout canit ecclesia. Qui mortē nostram moriendo destruxit et vitam resurgēdo reparauit. Et Paulus Romanorū. iiij. Traditus est propter scelera nostra supple delēda et resurrexit propter iustificationem nostram: scilicet faciendam vel insinuādā. Et hec oia fecisti dñe sponse tue ecclesie. que venit tempus miserendi eius. scz tēpus gratie et miseri-

cordie cuius plenitudinem insinuat Psalmis. cũ subdit. quia venit tempus. O tempus preciosissimũ. O tempus acceptissimum. O tempus desideratissimũ. O tempus obliuioni nunquam tradendũ sed iugiter rememorandum.

A ¶ Pro maiori autem elucidatione huius materie notandum iuxta illud verbum. venit temp⁹ quod possumus dicere venisse multiplex tempus videlicet tempus

Reconsiliationis humane.
Calamitatis & miserie.
Mortis expectande.
Misericordie consequende.
Seuere iustitie.
Glorie percipiende.

¶ Primo igitur venit tempus reconsiliationis hũane de quo prius Paulus Galath. iiij. At vbi venit plenitudo temporis misit deus filiũ suum. &c. Istud tempus optabant sancti illi patres dicẽtes. Ueni domine & noli tardare relaxa facinora plenitudinis tue Israel. Item aliqui eorum dicebant. Putas ne videbo? putas ne me hic inueniet illa natiuitas? Determinationem autez huius temporis petebat Job sibi insinuari cuz dicebat. O domine supple. Cõstituas mihi tempus in quo recorderis mei. Eiusdez. xiiij. qđ verbum exponens Gregorius. xij. lib. moral. cap. xxij. dicit q̃ vir dei Job presciens redemptionem humani generis fiendam per dei filium ad omnipotentem deum tempus sibi constitui sue recordationis petit. Possunt etiam ista verba intelligi de eodẽ Job dicente ad dominuz. Quis mihi hoc tribuat vt in inferno protegas me: scilicet in limbo qui est superior locus inferni & abscõdas me: supple illic vt non descẽdam in inferiorez partem inferni qui est locus damnatoꝝ non quidem peto in dicto inferno abscondi perpetuo: sed donec pertrãseat furor tuus quo iratus es contra Adã: & cõstituas mihi tempus in quo recorderis mei illic descendendo post tuam mortẽ et inde me educẽdo. Spero eñ quia tu domine exurgens: scilicet a mortuis misereberis Siõ id est pauperum animarũ in dicto inferno absconditarum: que te in via contemplate sunt per fidem & que te contemplari desiderant in patria per apertam visionem. Ad propositum igitur redeũtes dicimus quod iam per dei gratiam venit tempus humane reconsiliationis: et federis perpetui inter deum et hominem & hoc per mortem Jesu Christi qui est pax nostra qui fecit vtraq̨ vnum. Frustra ergo & in vanum expectant miseri Judei predictum tempus: quia teste Psalmista venit tempus miserendi eius.

¶ Secundo venit tempus calamitatis & miserie quod est tempus presentis vite de quo Job xiiij. homo nat⁹ de muliere breui viuens tẽpore: repletur multis miserijs. Nam aliqui quasi ꝯtinue egrotant. alij languent alij captiui detinentur. Alij depredantur alijs: alijs calamitatib⁹ & miserijs affliguntur. Ita vt non sit q̃ se abscondere possit a calore aduerse fortune Et ad hoc facit exemplũ quod ad

Ducit Joan. Damascenus dicens quod semel fuit quidam homo qui dum fugeret a facie vnicornis ne ab eo deuoraretur ex abrupto cecidit in magnum baratrum. qui dum illic caderet apprehendit suis manibus quādam arbusculā que erat in fundo baratri sita. dum autem sic staret respiciens subtus vidit duos mures: vnū album & alium nigrum incessanter corrodētes radicem arbuscule quam manibus tenebat et iam prope erat vt eam abscinderent. In fundo autem baratri vidit terribilem draconem ignem spirantem & aperto ore ipsum deuorare cupientē. Super bases vero vbi pedes tenebat vidit quatuor capita aspidum inde prodeuntia. Eleuās autem oculos vidit exiguum mellis procedentē de ramis illius arbuscule. Oblit⁹ ergo periculi in quo ex omni parte expositus erat, seipsum totū dedit dulcedini illi modici mellis. Hec ille. Ad propositū per vnicornem insequentem hominem et per profundum baratrum significantur calamitates & miserie huius vite: quarum si vnā velit homo vitare statim cadit in aliam. Arbuscula autem est hominis vita. Per murem vero album & nigrum corrodentes huiusmodi arbusculā significantur dies et noctes in quibus incessanter consumitur vita nostra. Quatuor autem aspides in basi arbuscule sunt quatuor elementa in humano corpore: quib⁹ inordinatis statim dissoluitur corporis compago. Draco vero terribilis est os inferni cūctos deuorare cupiēs: scilicet Sathanas qui tanquā leo rūgiēs circuit querens quē deuoret. Parua vero dulcedo mallea in ramusculis est fallax delectatio momētanea que habetur in rebus et de rebus caducis: vtpote de honorib⁹: diuitijs: delicijs et huiusmodi: p que omnia pauper homo seducitur ne attendat periculū cui subiacet. Heu miseri peccatores nunquid legistis Luce.iij. quod iam securis ad radicē arboris posita est: qua abscisa p mortē miser peccator recto tramite in infernum descendit: et nunquam inde egredietur: sed sine fine ibi cruciabitur. Ecce ī quali tēpore calamitatis & miserie viuit homo quandiu stat in hoc mundo.

¶ Tertio venit tēpus mortis expectāde. Eccli.xi. Est qui locupletatur parce agēdo: id est auare congregando. Et hec est pars mercedis illi⁹ in eo ꝙ dicit. Inueni requiē mihi & nunc manducabo de bonis meis solus. Et nescit ꝙ tēpus preterreat illū & mors appropinquet: et relinquat omnia alijs & moriatur. Item eiusdē.xiiij. Memor esto quoniā mors nō tardabit. Et eiusdem.xxxviij. Memor esto iudicij mei: sic erit et tuum: mihi heri et tibi hodie. Item Christus in euangelio. Matth.xxv. Uigilate quia nescitis diem neqꝫ horam. Ecce quomodo venit tempus mortis expectāde. Debemus ergo tam prouide expectare mortē ac si eadē hora deberemus mori. vnde Bernard. Mors vbiqꝫ te expectat tu quoqꝫ si sapiens

fueris vbiq̧ eā expectabis. Nō eniz parcit etati: sicut patet in paruulis. Non nobilitati: sicut patet in regibus ꝛ principib⁹. Non formositati: sicut patet in iuuenibus. Non fortitudini: sicut patet in gygantibus. Non diuitiis: sicut patet ī vsurariis et diuitib⁹ mercatoribus. Non deniq̧ sanctitati: sicut patet in sanctis omnibus. Naz quo ad iuuenes stat post tergum: quo autē ad senes stat ante faciem: quia bene possunt videre: nisi sint multum ceci ꝙ sunt vicini morti ꝛ ꝙ natura omni die deficit in eis. Ex quo ergo tēpus cursus vite nostre est nobis tā incertum ꝛ tam exiguum illud debemus in bonis operib⁹ studiose expendere: ꝛ tempus perditū pro posse recuperare. Ita enim cōsulit Paulus Ephe. v. dicens. Redimētes tēpus quoniam dies mali sunt. Bene autem dicit. Redimentes tempus quoniam multi perdiderūt nō solū dies hebdomadas aut mēses: sed et annos plurimos de tempore vite sue.

B ¶ Unde legitur in vitis patrum ꝙ cū quidam sanctus pater interrogatus fuisset quantum vixisset cum esset valde senex. Respondit. Ego arbitror me tātū vixisse. xx. annis: quia tantum vixi quantum seruiui deo: scilicet. xx. annis. Residuū autem reputo perdidisse. Ergo redimendum est tempus perditum. Ille autem (vt dicit glosa ordinaria sup dicto verbo) redimit tēpus perditū qui quod minus fecit in vno tempore restituit in alio.

¶ Quarto venit tempus misericordie consequende. De quo quidem tēpore loquitur Paulus. ii. Corinth. vi. Ecce nunc tēpus acceptabile (supple deo: ad misericordiam apud eū consequendam) ecce nunc dies salutis: scilicet operande. Nam quicunq̧ bono corde in hoc tēpore quesierit a domino misericordiam infallibiliter eam consequetur: dicente Psal. Ego vero orationem meā ad te domine (ꝛ tu supple debes eā exaudire) quia tempus beneplaciti deus. q. d. O tu deus nunc debes exaudire orationem meā: quia illud est tempus beneplaciti. i. tēpus gratie ꝛ misericordie. Istud est contra illos hereticos qui dicebant ꝙ homo potest peruenire ad tantam malitiaz vt nequeat inuenire apud deū misericordiaz aut veniam etiā in presenti: quos reprehendit Cyprianus de pe. distin. i. Miror. Miror (inquit) quosdā sic obstinatos esse vt dandam non putent lapsis penitentiā: aut penitētibus existiment veniam denegādam: cum scriptū sit: videlicet. Apocal. ii. Unde cecideris memento ꝛ age penitentiā: ꝛ priora opera fac. Itē di. eadem. c. Multiplex. sic dicitur. Multiplex misericordia dei ita lapsib⁹ humanis subuenit: vt non solum per baptismi gratiam: sed etiā per penitētie medicinam: spes vite reparetur eterne. Idez habetur di. l. Domino sancto. Isto tamen tempore misericordie cū sequēde damnati priuantur: quia nunq̄ misericordiā consequētur. Et de hoc historia legitur de diuite epulone. Luce. xvi. qui clamat ad

Abrahaz dicens. Pater Abraham miserere mei: et mitte. &c. qui in nullo exauditus fuit. Ergo duz tēpus habemus operemur bonum: vt habetur Galath. vj.

¶ Quinto venit tempus seuere iustitie quo ad reprobos et dānatos peccatores. Et nota qd dicit venit. i. de primo et insperate veniet. De quo tēpore scribit Deut. xxxij. Iuxta est dies perditionis et adesse festinant tempora. Et reuera adesse festinant tempora. Legitur eniz in legenda beati Uincentij confessoris ordinis predicatorum q cum grauiter egrotaret illi apparuit Christus qui cuz manu sua dignissima gratiose eum tetigit in faciem eū restituens sanitati et dicens. Uade et annuncia mūdo proximum fore iudiciū. Et hoc est quod ait Joannes Apocal. xiiij. Timete dūm et date illi honorez: quia venit hora iudicij eius Et Christus in euange. Nunc (inquit) iudicium est mundi. Joan. xij. Unde talis proximitas pdicti temporis est vna de causis quare diabolus tantum festinat tētare homines et seducere: secūdū illō Apocal. xij. Ue terre et mari. i. insulis marie: quia descendit diabol9 ad vos habens irā magnam: sciens quia modicuz tempus habet.

¶ Sexto venit tempus glorie percipiēde quo ad electos. i. in primo veniet. Quod enim parum distat nihil deesse videtur Et de hoc tempore scribit Danielis. vij. Tempus aduenit: et sancti obtinuerunt regnuz. De hoc etiam tempore loquit scriptura Ecclesiastes. iij. dicens. Tempus flendi (scilicet in presenti) et tempus ridendi. videlicet in futuro. De propinquitate autem huius temporis scribitur Apocalyp. vi. vbi legitur quod cū angelus aperuisset sigillum quintum: statim Joannes vidit animas interfectorū id est sanctorum dei martyrū: interfectoruz inquam propter verbum dei: id est in odiū Christi qui est verbum patris: et propter testimoniū quod habebāt id est propter defensionez fidei et sancti euangelij: et clamabāt voce magna dicentes. Usqquo domine sanctus et verus supple tu es: quare ergo non vindicas sanguinem nostrum de his scilicet tyrannis qui habitant in terra. Seqtur. Et date sunt illis singule stole albe quo ad gloriam animarū: et dictum est illis vt requiescerent adhuc tempus modicuz: quod est tempus iudicij et resurrectiōis generalis donec compleantur cōserui eorum et fratres eorum. i. numerus electorum: et presertim candidatus exercit9 sanctorū martyrū: qui interficiendi sunt forte ab antichristo in fine seculorum sicut et illi. Ecce quomodo modicū restat tēp9 vsqz ad generalem omniū resurrectionē: in qua dabitur secūda stola ipsis electis. i. gloria corporum. Sed dicis. Diu est q Joānes hoc pdixit: quomodo ergo vocat hoc tēpus modicū? Respōsio. Et si ipsuz tēpus quo deus differt dare gl'iaz corpib9 sctōx martyrū et aliorū electorū multū sit et longū absolute: si tamē cōparetur ad eternitatē future gl'ie modicū est et proprie nihil

Unde ps. Mille anni ante oculos tanquam dies hesterna que preteriit quasi dicat. Si deberes adhuc viuere mille annos adhuc deberes paruum estimare durationem illius vite: immo deberes eam reputare non tanquam diem hodiernam que adhuc est: vel tanquam diem crastinam que futura expectatur: sed tanquam diem hesternam que iam preteriit. Tali ergo modo loquendi vtitur propheta ad magis exprimandam breuitatem huius vite respectu future que carebit fine. vnde Augustinus. Que aliquo fine clauduntur modica sunt et pro transactis habenda. Sequitur in psal. Et custodia in nocte: id est mille anni vite hominis si tantum posset viuere sunt adhuc breuissimum tempus: quia sunt sicut custodia in nocte. Ubi auertendum quod illi milites qui sunt in exercitu propter futuros euentus diuidunt noctem in duas aut plures partes: et pro qualibet constituunt capitanei custodes qui vigilent aliis dormientibus. Et postquam primi vigilauerint partem noctis vadunt ad quietem et alii surgunt loco eorum. Uult ergo dicere psal. quod vita presens respectu diei sequentis est multum breuis: quia est sicut custodia in nocte: immo est aliquid minus: quia que pro nihilo habentur eorum anni erunt. Et est sensus. Anni hominis erunt eorum. i. de numero eorum que pro nihilo habentur vt est paruus somnus. Quando enim homo paruum dormiuit et euigilat tunc videtur ei quod nihil dormierit et quod non facit nisi inrare lectum. Ita et. postquam electi fuerint in celo videbitur eis quod non fecerunt nisi celeriter et expedite transire mundum istum. Ecce quomodo venit tempus. O quam vtiliter et fructuose debemus expendere hoc modicissimum tempus quo viuimus: vt in illo tempore quod est sine fine regnemus. Nihil ergo debet nobis esse in presenti circa bona opera difficile: nihil longum sed facile et breue: et vt ita dicam momentaneum. Preuidit quidem deus vt labores cito finirentur: meritorum vero premia sine fine durarent: et post mundi huius tenebras visuri essemus in celis candidissimam lucem: et accepturi maiorem cunctarum passionum acerbitatibus beatitudinem: testante hoc apostolo vbi ait. Non sunt condigne passiones huius temporis ad superuenturam gloriam que re. in n. hec Alcuinus in ser. omnium sanctorum.

Lectio. lxxxii.

Quoniam placuerunt seruis tuis lapides eius & terre eius miserebuntur.

Postquam in precedenti lectione psalmi. ostendit quomodo dominus exurgit in adiutorium tentatorum ad eum refugientium: et qualiter etiam miseretur syon: id est fidelis anime penitentis: vel ecclesie militantis vt dictum fuit cui miseretur dominus cum filios eius per penitentiam iustificat. Hic consequenter assignat rationem talis miserationis syon dicens ad ipsum dominum. Quoniam

placuerunt seruis tuis lapides eius. Ubi notandū q̄ serui domini sunt sancti eius qui famulantur ei in celo: et qui in omnibus parant ei⁹ mandatis: lapides autem syon: id est ecclesie militantis sunt penitentes: terra vero ipsius peccatores designat. Est ergo sensus hui⁹ versus q̄ lapides ecclesie: id est veri penitentes qui intra ecclesiā numero et merito recundūtur placēt seruis dei: id est sanctis angelis sicut latomi gaudent quando inueniunt materiā dolatam et paratam ad edificandū. Et hoc est quod dicit Luce. xv. Gaudium est angelis dei super vno peccatore penitētiā agente. Non solum autem placent seruis dei: id est sanctis angelis predicti lapides: sed etiā terre ecclesie: id est peccatorum qui sunt de ecclesia ex dei ordinatione seu predestinatiōe miserebuntur procurantes eorū conuersationē et emendationē seu profectum in bonum. Dicti autem lapides: id est veri penitentes immediate recipiuntur in edificio ecclesie triumphantis postquam iam dolati et aptati extrahuntur a lapidicina mundi. Non enim dolantur in celo: quia vt in figura dictū est. iij. Regū. vi. Malleus et securis nō sunt audita in domo domini cū edificaretur eo scilicet q̄ prius omnia erant parata. Sic enim lazarus hic primum dolatus tandem meruit vt portaretur ab angelis ī sinū abrahe Luce. xvi. Propterea canit ecclesia. Urbs beata hierusalē dicta pacis visio: que construitur in celis viuis ex lapidibus Item postea. Uirtute meritorū illuc introducitur omnis qui pro christi nomine hic in mundo premitur. Tonsionib⁹ pressuris expoliti lapi. suique apt. l. per man⁹ art. disp. per sacris edificijs. Oportet ergo q̄ lapides qui ponēdi sunt in hoc celesti edificio prius poliantur et dolentur siue hic siue in purgatorio: quia illud celeste palatiū nihil impolitum recipit. Poliūtur autem siue dolantur dicti lapides per tollerantiā aduersorum per reprobationem mūdanorum et huiusmodi. Unde de christo qui est pricipalis lapis huius edificij dicit in psal. q̄ lapidem quē reprobauerunt edificantes hic factus est in caput anguli. Tales itaq̄ lapides sic politi quando ponuntur et eleuantur ad illud celeste edificium valde placent seruis domini: id est sanctis angelis: qui congratulantur saluti hominum: qui etiam terre ecclesie id est hominib⁹ terrenis et peccatoribus volentibus se domino per penitentiam humiliari ad modum terre que est infimū elementum miserentur / rorem gratie impetrantes dicte terre vt fructum reddat boni operis tempore suo. Dominus hugo Cardinalis post glosā ordinariā exponit hoc allegorice de apostolis et antiquis prophetis. Nam prophete fuerunt velut bases et fundamēta ecclesie christi et legis gratie. Qui quidem lapides intantum placuerūt seruis iesu christi: id est sāctis apostolis q̄ eos frequenter adducebant in testimoniū fidei christiane: ostēdētes quo

modo manifeste profetauerāt de misterio incarnationis/pas sionis et resurrectionis Jesu christi: sicut patet in actib9 apo stolorum. Itē in epistolis Pau li in plerisq̧ passibus. Preterea predicti serui domini terre ei9 scilicet iudee miscebuntur: qđ rei probauit euētus. Nam apo stoli primum in iudea predica= uerunt et miracula fecerunt: vt enim dicitur Act. ij. Multa p= digia et signa fiebant per apo= stolos in hierusalem. Beatus autem Greg. in eodem sensu ex ponit opposito modo dicensq̧ per lapides syō siue ecclesie in= telliguntur sancti dei apostoli: qui suo sanguine doctrina sa= na et vita sancta fundauerunt post christum ecclesiam: secun= dum illud Ephe. ij. Ciues estis sanctorum et domestici dei su= peredificati super fundamentū apostolorum et prophetarū ip so. ₇c. Per seruos autem dei in= telligitur ipse Grego. prophe= tas domini. Bene dictum est q̧ lapides seruis dei placuerunt: quia quales futuri essent apo= stoli/prophete per spiritum vi derunt. Nisi em̄ prophetis apo stoli placuissent/ nequaquā de eis Esayas diceret. lx. cap. Qui sunt isti q̄ vt nubes volāt: ₇ qua si columbe ad fenestras suas. Et iterum eiusdem. lij. Quam pulchri super mōtes pedes an= nunciantis et predicantis pa= cem/annunciantis bonum pre dicantis salutem. Quod verbū apostolus Roma. x. loquēs de apostolis ponit sub alijs ver= bis dicens. Quam speciosi pe= des euangelizantium pacē euā gelizātium bona. Qui sunt (in= quit Grego.) pacem euangeli= zantes nisi apostoli christum predicantes? Ipse enim est pax nostra qui fecit vtraq̧ vnum vt habetur Ephesios. ij. Per pe= des vero euangelizantium affe ctus designātur apostolorum: qui quidē pedes speciosi erant valde: quia non sua commoda: sed auditorū salutem quebrēat Predicti autem lapides terre miserti sunt: id est peccatori= bus: quia penitentiam agentes a peccatis absoluerunt. Nonne dicti lapides: id est apostoli tre Judeorum bene miserti sunt: quando quidem vna die bapti zauerunt ex ipsis tria milia: vt patet Act. ij. Item alia de quin que milia vt patet eiusdem. iij. Aliter possumus hoc exponere maraliter ita vt q̄ lapides qui sunt duri intelligantur tribula tiones et aduersitates presen= tis vite: que quamuis sint du= re et aspere: tamen placent ser uis domini. vnde de beato Ste phano sic canit Ecclesia. Lapi des torrentes illi dulces fue= runt ipsum sequuntur oēs ani me iuste: scilicet in equanimito lerentia aduersorum. Seruis autem pharaonis: id est diabo li non placent lapides isti: sed magis lutum: lateres et palea. i. luxuria: auaritia et superbia. Et tales non edificant ciuita= tem deo sed diabolo. Sed quia parum prodest ad vitam eter= nam vite austeritas sine mia et pietate: secūdū illud. j. Thi. iiij Corporalis exercitatio ad mo dicum vtilis est: pietas autem ad omnia valet. Ideo subditur Et terre eius: id est pauperum qui in estimatione diuitum et

mundanorum sunt viles tanquã terra (miserebuntur) sup. predicti lapides.

A ¶ Notandum est autem quod per lapides intelliguntur boni et iusti qui placent seruis dñi. i. sanctis angelis. Significant ergo tales per lapides ppt sex conditiones que sunt in lapide. Est enim lapis.

Grauis.
Fortis.
Durus.
Frigidus.
Insensibilis.
Contemptibilis.

¶ Primo igitur lapis materialis est grauis et ponderosus tendens naturaliter deorsum sicut cetera grauia. Sic et iusti sunt graues et per humilitatem semper deorsum tendẽtes: et magis subesse quam preesse volentes: de quibus potest intelligi illud Exodi decimoquinto. Descenderunt in profundum quasi lapis. Nam sicut lapis non potest sursum stare nisi violenter: ita neque veri humiles possunt assumi ad honores et ad presidẽdum alijs nisi violenter: et nisi quandoque fiat eis tale preceptum per superiorem quale non possunt transgredi absque culpa mortali: aut nisi certis et euidentibus indicijs eis constet de voluntate dei patris. Talis nempe lapis fuit moses: quem cum vocasset dominus ad liberandum populũ suum de manu Pharao. Respõdit dic. Quis sum ego vt vadã ad Pharao: et educam filios israel de egypto? Exodi tertio. Talis lapis fuit Jeremie cui cum dixisset dñs. Ecce pphãm in gentib⁹ dedi te. Respondit. a. a. a. domine deus ecce nescio loqui quia puer sum. Eiusdem primo Talis lapis fuit Dauid quem cum elegisset dominus vt esset rex populi sui: vt habetur primi Regum. xvi. Respondit. Ego sum vermis et non homo opprobrium hominum et abiectio plebis. Talis lapis fuit Abraham: qui cum tanti meriti esset apud deum vt prima repromissio de christo sibi facta fuerit cum sibi dictum est a domino. In semine tuo benedicẽtur omnes gentes: multum se inclinauit: adeo vt diceret. Loquar ad dominum meum cum sim cinis et puluis? Gen. xviij. Talis lapis fuit beatissima virgo: que cum electa esset in matrem dñi ait. Ecce ancilla dñi. Luc. j. Talis lapis fuit beatus Pet. apostol⁹: q̃ vt habet Lu. v videns copiosam capturã piscium que tãta fuit vt implerent nauicule dixit ad dominũ. Exi a me dñe: quia homo peccator sum. Talis lapis fuit ille Centurio cui cũ promisisset dñs se venturum in domum suã et sanaturum filium suũ. Respõdit di. Dñe nõ sum dign⁹ vt intres sub tectum meum. Matth. viij. Talis lapis fuit ille publican⁹ de quo dicitur Luce. xviij. quod a longe stabat nec oculos ad celum leuare audebat: sed percutiebat pectus suum dic. Deus propiti⁹. Talis lapis fuit beatus Marcus qui cũ tant⁹ esset vt dñs eum in suum secretariũ et euangelistam elegisset essetque precipuus beati Petri discipulus nihilominus vt referunt historie sibi pollicem ab-

stulit: ne ad sacerdotij promo- ueretur gradum se reputās tā to ordine indignum.

B ¶ Talis lapis fuit beatus Gregori⁹ papa: quem cum to- tus clerus romane ecclesie: se- natusq; et popul⁹ concorditer elegissent in summum pontifi- cem/confestim destinauit lite- ras adiuratorias ad Impera- torem compatrem suum ne con sentiret tali electioni de se fa- cte. Qui cū vidisset literas non profecisse/mutato vt fertur ha bitu cauernarū latibula requi siuit. Sed indicio columbe ful gide super se e celo dependen- tis inuentus: captus ꝛ tractus summus pontifex consecratur Talis lapis fuit beatus Nico- laus myrrec ciuitatis episcop⁹ quem cum vniuersus clerus ad vocem de celo lapsam trahe- ret: vt episcopali dignitate fun geretur/et reluctabat in cōtra- rium: sed preualuit manus do- mini. Talis lapis fuit beatus Ambrosius: quem cum accla- massent Mediolanenses dignū ꝑsulatu publicas mulieres ad se ingredi facit: ad hoc tamen tantum: vt his visis populi in- tentio reuocaretur. At vero po pulus magis magisq; ad eum clamat dicēs. Peccatum tuum super nos. Cumq; vidisset per hoc non posse resistere / fugam iniit. Sed cū a ciuitate noctis silētio recessisset putans se Ti- cinium pergere/mane ad por- tam ipsius ciuitatis Mediola- nensis inuenitur: qui inuentus capitur et custoditur: et inte- rim legatio mittitur ad Impe- ratorem Valentinianum: vt eū compellat ad suscipiendam cu ram populi. Item per aliā viā voluit impedire electionem de se factam. Nā cū esset cōstitut⁹ prefectus illius patrie a dicto Valentiniano tribunal sibi pa rari fecit in medio ciuitatis et contra consuetudinem suā va- ria tormēta diuersis personis iussit adhiberi. Quod cum face ret nihilominus populus cla- mabat dicens. Peccatum tuum super nos. Ecce quātis modis nis⁹ est impedire iste lapis Am brosius ne sursum eleuaretur. Talis lapis fuit ille frater Ci- stertieñ. ordinis: cui cū abbas suus preciperet vt electioni de se facte in episcopum Torna- censem consentiret. Respondis se fertur. Monachus fugitiu⁹ esse potero: episcopus vero nū- quam. Et breuiter deficiet mi- hi tempus omne: si omnes ꝛ sin gulos in medium adducere vo luero: qui pre humilitate refu- gerunt humanos honores: pre laturas et dignitates: ꝛ hoc va- de salubriter: quia vt di. Criso. et recitatur di. xl. multi. Quicū que desiderauerit primatū in terra inueniet confusionem in celo: nec inter seruos christi cō putabitur qui de primatu tra- ctauerit: nec q; nusquisq; eorum festinet quomodo alijs maior appareat: sed quomodo omni- bus inferior videatur: quoniā non qui maior fuerit in hono- re inter homines ille est iustior sed qui fuerit iustior: ille ma- ior.

¶ Secundo lapis est fortis ad sustinendum graue pondus: si cut patet in illis lapidib⁹ gros- sis qui iaciuntur ad fundamē ta magnorum ꝛ altorum edifi-

eloꝛū. Sic et veri iusti sunt foꝛtes ad poꝛtandum sarcinā aduersitatum ⁊ tribulationū multarū: nec cedunt minis aut terroꝛibus: seu etiam flagellis impioꝛum tyrannoꝛū: sicut videre est in sanctis dei martyꝛib⁹: de quibus canit Ecclesia. Terroꝛe victo seculi: penisq; spꝛetis coꝛpoꝛis ⁊c. Et postea. Tradū tur igni martyꝛes ⁊ bestiarum dentibus armata seuit vngulis toꝛtoꝛis insani manus. Nudata pendent viscera: sanguis sacratus funditur: sed permanēt immobiles vite perennis gratia. Talis lapis foꝛtis ⁊ immobilis in aduersis fuit beat⁹ laurentius: qui dum assaretur in craticula dixit ad impijssimū tyrannum Decium. Ecce miser iam assasti vnam partem: gyra aliam et manduca. Talis etiaz lapis foꝛtis fuit beatus Uincētius cognatus eius quem cum Datianus pꝛeses multis grauibus toꝛmentis afficeret ait illi immanissimo tyranno. Insurge o miser et toto malignitatis spiritu debacchare/ videbis me dei virtute plus posse dū toꝛqueoꝛ quam possis ipse qui toꝛques. Unde de eo sic canit mater nostra ecclesia. Assumptus ex eculeo leuita Uincenti⁹ atq; ad patibulum rapt⁹ moꝛas artificum arguēdo ad penam alacriter pꝛoperabat. Talis lapis fuit beatus Tiburti⁹ quem cū Judex coegisset sup viuos carbones incedere/ dicit. Uidetur mihi q̄ super viuos carbones incedam. Non solum autem viri facti sunt foꝛtes i bello quod gesserūt contra hostes fidei catholice ad equanimiter sufferē dum queq; supplicia: verū etiā quod mirabilius est virgineus sexus qui a natura timidus et fragilis: atq; tenerrimus extat foꝛtis fact⁹ inuenitur: sicut videre est in beatissimis illis chꝛisti spōsis Katherina Barbara. Agne. Cecilia. Agatha. Chꝛistina: et Ursula cum sodalibus De his ergo omnib⁹ loquitur Paulus Hebꝛe. xi. Sancti per fidem vicerūt regna: supple terrena et reges eoꝛum: obturauerunt oꝛa leonum: extinxerunt impetum ignis effugarūt aciē gladij: conualuerūt de infirmitate: foꝛtes facti sunt in bello. Alij ludibꝛia et verbera expar ti: insuper ⁊ vincula et carceres lapidati sunt: tētati sunt: in occisione gladij moꝛtui sunt. Deinde subdit. Egentes angustiati afflicti: quibus dignus non erat mundus. Propterea canit ecclesia. O veneranda martyꝛū gloꝛiosa certamina: qui in suis coꝛpoꝛibus pꝛo chꝛisto immania pertulerūt toꝛmenta. Sed nō frustra: q2 percipere meruerunt pꝛemia eterna modo coꝛonantur et accipiunt palmam. Heu charissimi si opoꝛtuit chꝛistum pati et ita intrare in gloꝛiam suā. Si deniq; sancti dei amici per tot et tantas tribulationes peruenerunt ad illud celeste regnū: nos pauperes peccatoꝛes: qui in multis offendimus omnes quo speramus tādem ire. Preterea si de⁹ inquit August. sic flagellat quos diligit ⁊ amat q̄d faciet illis quos repꝛobat? Si etiam vir iustus saluabitur: miser peccatoꝛ vbi parebit?

¶ Tertio lapis est durus ad

percutiendum: adeo q de facil li potest ledere nuda membra: et propterea dictus est lapis a ledendo pedem. Sic et iusti sūt duri et inflexibiles in corrigē-do insolentias prauorum hominum loco tamen et tempore prout recta gratia dictat. In cuius fig. leg. j. Regum. vij. q Dauid percussit Philisteum in funda et lapide in fronte: per quod significatur q iusti possunt merito reprehendere publice peccantes coram omnibus vt ceteri timorem habeant vt habetur. j. Thi. v. Item ibidem Apostolus. ij. thi. iiij. admonet vnumquemq predicatorem veritatis et prelatum dicens. Predica verbū: insta oportune: importune: argue: obsecra increpa in omni patientia et doctrina. Talis lapis durus fuit beatus Joānes Bap. de quo legitur Marci sexto q dure reprehendit herodem dicens. Nō licet tibi habere vxorem fratris tui philippi. Talis ladis durus fuit Samuel: de quo legitur primi Regum. xv. q valde dure et constanter reprehendit regē Saul de inobediētia sua ad dominum: eo q non immolauerat domino omnes hostias de preda Amalechitarum: et dixit ei. Pro eo q abiecisti sermonem domini: abiecit te dominus: ne sis rex super populum eius. Talis lapis fuit helyas de quo tertij. Regū. xviij. legitur q dixerat regi Achab tēpore famis: que durauit annis tribus et mensibus sex. O rex tu es qui turbasti et ad iram prouocasti tu et domus patris tui deum israel: qui dereliquisti mandata domini et secuti estis Baalim. Talis deniq lapis fuit ipse christus qui frequenter legitur increpasse incredulos iudeos. Huiusmodi ergo lapides duri in crepatione peccatorū et presertim obstinatorum valde placent deo et seruis eius. Et per oppositum illi qui sunt molles et desides in increpatione delinquentium et presertim subditorum suorum errantium valde displicent deo sicut patet de hely sacerdote: qui nimis lente et remisse correxit insolentias filiorum suorum: vt habet primi Regum secundo quod quidem factum quantum deo displicuerit: rei probauit euentus. Nam sicut legitur eodē libro cap. iiij. cadens retrorsum fregit sibi ceruicem: et sic mortuus est.

¶ Quarto lapis est frigidus ita et iusti sunt frigidi per castitatem. Carent enim illo igne carnali de quo Deut. trigesimo secundo ignis succensus est in furore meo. Talis lapis frigidus fuit Joseph de quo legitur Gen̄. trigesimonono q vxor phutifaris multis modis temptauit eum vt in honeste ageret cum ea: sed non preualuit. Talis lapis frigidus fuit illa pudica susanna quam illa duo presbyteri pleni iniquitate ad opus nepharium minime inducere potuerūt. Talis lapis frigidus fuit beatus Thomas de aquino quem cum fratres sui vterini in quandam turrim domus paterne reclusissent ad eū ingredi fecerunt impudicā mulierem / vt sic emolliretur ani-

mus eius et a sancto proposito immolate castitatis reuocaretur. At ille accepto titiõe de igne suggestricem ignite libidinis extra cameram effugauit.

C ¶ Talis lapis frigidus fuit beatus Bernardus de quo legitur quod cum in domo cuiusdam matrone hospitaretur accessit ad lectum eius mulier de nocte quam sentiens clamauit latrones. latrones.

Ad quam vocem famuli domus venerunt nec aliquid inuenerũt eo quod illa iam abierat quibus redeuntibꝰ ad quietem iterum et tertio rediit impudica mulier quã semper fugauit clamans. latrones. latrones. Cunqꝫ mane facto interrogaret eum vnus ex sociis cur sic clamasset. Respondit ꝙ vere latro affuerat: qui suam castitatem furari valebat. Talis lapis fuit ille sanctus heremita de quo legitur in vitis patrum: quod quedam inhonesta mulier audiens loqui de castitate ipsius/ dicebat iuuenibus Quid vultis mihi dare: et ego faciam eum dormire mecum?

Illi ergo constituerunt quid certum darent ei.

Illa ergo egressa vespere venit ad cellam eius velut errans.

Cunqꝫ pulsasset ad hostium ipsius egressus est: ꝛ videns eam turbatus est dicens.

Quomodo huc venisti? Illa autem velut plorans dicebat.

O pater sancte miserere mei: nam errando huc veni.

Ille ergo misericordia motus introduxit eam in cellam suam

Cunque starent simul ad prunas cepit diabolus velut sagittis stimulare cor senis.

Qui cum intellexisset diaboli esse astutiam surrexit et lucernam accendit. Et cum inflammaretur cor eius et corpus in eam: dicebat intra se: quoniam qui talia agunt in tormentis vadunt. Proba ergo teipsum et vide si possis sustinere eternum ignem. Et mittebat digitum suum in ignem. Qui cum arderet ille non sentiebat propter nimiam flammam concupiscentie carnalis: et ita vsque ad mane faciens incendit omnes digitos suos. Mane ergo facto dicti iuuenes venerunt ad senem et dixerunt ei.

Uenit hic mulier sero: vbi est? Ecce inquit ibi dormit: et intrantes inuenerunt eam mortuam. Et exclamauerunt dicentes. Abba mortua est.

Quo audito narrauit eis factum per ordinem ostendens eis truncum manuum suarum et dicens.

Ecce quid mihi fecit hec filia diaboli quia tamen scriptum est. Nõ reddas malum pro mala orabo pro ea.

Oratio igitur per eum facta suscitate est a morte: que conuersa caste egit residuum tempus vite sue.

Preterea historiam illius muliercule que cum suis lenonibus inierat fedus de seducendo quemdã sanctum senem: et hoc sub certo precio. Cunqꝫ ingressa fuisset ad eũ ꝛ palpasset eũ hinc inde vt ad inhonestatẽ alliceret. tandẽ preualuit gratia dei. Nam ille totus immo-

bilis apparuit. Illa igitur rediens ad dictos iuuenes fatetur se nihil cum eo egisse. Illi instant pro solutione precij. Illa autem negat dicēs se pactū fecisse de homine. Dictus autē senex inquit ipsa nō homo sed lapis est. O quam pauci sunt hodie in terris tales frigidi lapides. Sed quantumcunqꝫ sit vir iustus frigidus per castitatem nullo tamē pacta debet cōfidere de seipso sed semper sub dei timore stare. Unde legitur in vitis patrum de quodam sene egrotante qui videns fratres circa eum multum occupari. dicit abbati moysi. Uado ad proximam ciuitatem vt ibi pascar. Ad quem abbas. Non vadas quoniam in fornicationem cades. Ille autem contristatus dicebat. Mortuum est corpus meū et mihi ista dicis? Surgens ergo abijt in ciuitatem ꝛ venit ad quedā virgo fidelis volens obsequium suum infirmati senis propter deū impendere. Cumqꝫ ille melius habuisset exarsit in virginem ꝛ concepit ex eo. Cūqꝫ illa peperisset vocauit senex paruulum filium inobedientie quem in humeris deferens ad fratres dicit eis. Uidetis infantem hunc. Hic em̄ filius est inobediētie. Cauete inquit fratres quia in senectute feci hoc ꝛ orate pro me. Et pergens ad heremum penitentiam egit. Cognoui ꝛ ego casum parum huic dissimilē apud trecas nostre gallie ciuitatē famosam. Ecce quomodo adhuc in senibus igniculus viuit vt dicebat sacerdos ille gentiliū quem osculari volebat in extremis laborantem sua proba.

¶ Quinto lapis est insensibilis. Ita et iusti sunt insensibiles per patientie virtutem. Unde de sanctis martyribus canit ecclesia. Ceduntur gladijs more bidentium: id est agnorum et ouiū non murmur resonat non querimonia: sed corde tacito mens bene c. cōs. pac. Talis lapis fuit sanctus ille et patientissimus virorum Job de quo legitur Eiusdem secundo capitulo qꝫ cum sathan percussisset eum a planta pedis vsqꝫ ad verticem capitis adeo qꝫ cum sederet in sterquilinio testa saniem sui corporis radebat. nihilominus quasi insensibilis extitit quia non peccauit labijs suis nec aliquid stultum contra deum locutus est. Unde poterat dicere illud prouerbiorū vegesimo tertio verberauerūt me supple demones et nō dolui: id est ad modum non dolētis me habui. traxerunt me et non sensi: id est non ostendi me per motum impatientie sentire. Talis lapis fuit rex Dauid cui cum malediceret semei vocans eum virum sanguinum: id est homicidam et virum belial: id est virum diabolicum improperans ei quod inuasisset regnum saul et multa similia Ipse rex patientissime omnia tulit ꝛ tanquā insensibilis cōtra talia opprobria stetit quinimmo valde reprehēdit abyssai qui voluit ire contra ipsum semei et eum interficere dicens ei. Dimitte eū vt maledicat mihi. Dominus enim precepit ei vt malediceret Dauid secundi Regum decimo sexto. Talis lapis fuit ip-

se christus in passione sua. adeo vt de eo dicat beatus petrus q cum malediceretur non maledicebat et cum pateretur non cōminabatur prime Petri secundo. Et Esaye quinquagesimoquieto. Oblatus est quia ipse voluit et non aperuit os suum.

¶ Sexto lapis est materia contemptibilis conculcatur enim pedibus et si in via occurrerit quandoq in foueam aut lutum proijcitur. Sic et boni et iusti contemptui habentur et conculcantur a malignis hominibus. Unde Boetius libro primo: prosa tertia. Nō enim primum censes apud improbos mores: id est apud improbos homines. lacessitam periculis esse sapientiam. Item libro quarto prosa prima sic ait imperante florenteq nequitia. Uirtus: id est homo virtuosus non solum premijs caret. Uerū etiam sceleratorum pedibus subiecta calcatur et in locum facinorum supplicia luit que fieri in regno scientis omnia potētis omnia sed bona tantummodo volētis dei nemo satis potest nec ammirari nec conqueri. Et nota q per regnum scientis omnia intelligit ipse Boetius mundum istū in quo boni conculcātur et mali eleuantur. Et hoc idem ipse dicit libro primo. Matthei quinto. Latet inquit obscuris condita virtus clara tenebris. Iustusq tulit crimen inquit. Ubi vult dicere q virtuosi homines in precio non sunt nec ab eis queruntur quinimmo quandoq puniuntur pro malis. Unde iustus pauper sentiens se in hunc modum conculcari et cōtēni merito potest clamare ad dnm et dicere. Miserere mei domine quoniam conculcauit me homo. supple mala tota die impugnans tribulauit me. Et nō solum vnus sed quandoq plures. sicut vno cane mordente aliū si clamauerit quasi se plāgens ceteri accurrunt non vt subueniant sed vt plagas plagis adant. Ita in proposito. ideo subditur in Psal. Conculcauerunt me inimici mei toto die quoniā multi bellantes aduersum me. Et vt alibi dicitur. Super dolorem vulnerum meorum addiderunt. Talis lapis contemptus et conculcatus fuit beatus ille Marcellinus qui cū cum ille esset summus pontifex nihilominus imperator Diocleciaꝰ coegit eum ad mundandum stabulum equorum. Talis lapis fuit sanctus vrbanus papa qui sentiens persecutiones tyrannorum seuire contra seruos christi nec posse proficere: tandem fugit et abscondit se intra sepulchra martyrum. Quid referam de apostolorum principe petro. Nonne valde contemptus et conculcatus est quandoquidem in odium christi inuersis pedibus crucifixus ē Quid etiam de beato Clemente successore suo dicam. Nonne a traiano missus est in exilium et demum ligata ad collū eius anchora iussit eum in mari submergi? Et breuiter pene infinitos tales reperies summos pōtifices et presules qui tanquā lapides viles reputati conculcati sunt iniurijs et tormentis a principibus et tyrannis iudicibus et hoc totum propter ve-

ritatem qua docebant. Nūc autem hi letantur sublimati in celis. tyranni vero lugent demersi in infernis. Et ita iusto dei iudicio qui sanctos conculcauerunt in presenti conculcantur nunc in profundum abyssi a demonibus. Et quandoqꝫ etiam in presenti conculcati sunt. Unde refert dñs Antho. in prima parte cro. sue t. vij. c. vi. §. j. ꝙ postquā valerianus qui imperauit annis. xv. multa mala intulit ecclesie et multos christifideles occidi iussit tandem victus a rege persarum in bello quod contra eum habuit captus est et demū cum in talem seruitutem redegit ꝙ cum ipse rex persarum cui nomen sapor volebat equum ascendere ipse valerianus stabat prostratus in terram prebens regi dorsum suum vt eo pede calcans facilius equum ascenderet. Ecce quomodo iusto dei iudicio per quis peccat per hec et torquetur. Qui enim alios iniuste calcauerat et contempserat iuste calcatus est et conptemptui habitus.

¶ Lectio. lxxxiij.

¶ Et timebunt gentes nomē tuum dñe & omnes reges terre gloriam tuam.

¶ Postquam in precedenti lectione ostensum fuit quomodo veri penitentes qui sunt velut lapides preciosi in edificio ecclesie et relucentes sua sancta exemplaritate qui prius obscuri erant per culpam placent seruis domini: id est sanctis secūdum illud Luce decimo quinto gaudium est angelis dei super vno p. p. ag. Hic consequenter ostēdit Psalmista quid necesse sit ipsis vt a modo ab omī peccato saltem mortali abstineant & in gratiam quam deo miserāte susceperunt permaneant dicens. Et timebunt gentes et ce. quasi dicat illud per quod potissime poterunt se penitentes protegere a peccato et in gratia perseuerare est timor domini quia vt habetur prouerbiorū decimoquinto per timorem domini declinat omnis a malo. Dominus enim secundum vnā ethimologizationem dicit̄ quasi dans minas et istud optime conuenit deo qui comminatur peccatoribus penam eternam Ezechie. xviij. anima que peccauerit ipsa morieτ. Item ex quo est homo fact⁹ renouauit talē comminationem. Luce. xiij. dicens. Nisi penitentiam habueritis omnes peribitis. Cū itaque penitens audit talem comminationem incipit timere domini. Unde Exodi. xv. Dominus quasi vir pugnator oīpotēs nomen eius. Et non solum gētes: id est simplices timebūt nomen tuum domine verum etiā timebunt supple omnes reges terre gloriā tuā: id est amissionem glorie tue quā qui peccat amittit. Quamuis ergo reges terre non timeant iudicem in terris. Nihilominus timent te nisi sint valde depravati regnantem in celis. Uel gloria dñi quā debēt timere reges terre est illa quam ostensurus est in iudicio de qua. Luce. xxi.

Tūc videbunt filium hoīs venientem cum potestate magna ꝛ maiestate: hanc ergo gloriā domini timebunt reges terre qui male rexerunt populum suum. qui potius tyranni quā reges extiterunt qui vitiosos homines a blasphemijs vsurijs et insolentijs plurimis nō cohibuerunt qui bella iniusta duxerunt et terras alienorum inuaserunt et occupauerunt q̄ superbe ꝛ pompatice nimis incesserunt Tales ergo quando videbunt regem regum et dominum dominantium venientem cum tanta potestate ꝛ tali maiestate qualē nunq̄ rex aut imperator habuit in hoc mundo ꝛ quod respectu illius non erūt nisi reguli valde timebūt Item summe timebunt quādo incipient cum rubore nouissimum locum tenere qui in hac vita ambulabant in magnis ꝛ in mirabilibus supra se. Hic est ergo rex ab omnibus regibus et principibus nobilibus ꝛ ignobilibus timendus iuxta illud Jeremie. x. Non est similis tui domine magnus tu et magnum nomen tuum in fortitudine. Quis non timebit te o rex gentium. q. d. nullus estq̄ non debeat merito te timere q꞉ nullus manū potentie tue euadit. nullus sapientiam ꝛ cognitionem tuam effugit quia tu solus es summe potens ꝛ summe sapiens. Dominus card. exponit moraliter hunc versum de die iudicij in quo tam mali q̄ꝫ boni timebunt dominum Mali quidem qui gentiliter vixerunt eum timebunt timore horribili. ideo dicit, timebunt gētes nomen tuum domine. In cuius figura legitur Judich. decimo quarto quam intollerabilis timor ꝛ tremor cecidit super assyrios audita scilicet morte principis sui holofernis. Assyrij sunt reprobi super quod cadet incredibilis timor et tremor in die iudicij. Boni etiam timebunt saltem timore reuerentiali. ideo subditur ꝛ omnes reges terre. id est illi qui bene rexerunt in presenti terram corporis sui timebunt inquam gloriam tuam que scilicet apparebit in iudicio Hāc quidem gloriam timens sanct⁹ ille Job quamuis bene regeret huiusmodi terram. nichilominus dicebat Eiusdem. ix. Etiā inquit si habuero quippiā iustum non respondebo: sed iudicem meum deprecabor. Et infra. Uerebar omnia opera mea sciens quod non parceres delinquenti. Super quo dicit Grego. in moralibus Sācti omne quod agunt metuunt. dū considerant ante quem iudicē stabunt: considerant enim mala quem districte iudicet deus et bona quem subtiliter penset. Heu si iustus vir saluabitur impius ꝛ pctōr vbi parebūt vt habet. i. pet. iiij. Allegorice possumus hoc exponere post beatum Greg. de gentilibus qui ī aduentu saluatoris ceperunt aliqualiter cognoscere dominum. Uñ vt habetur Esa. ix. tūc populus qui ambulabat in tenebris vidit lucē magnā scꝫ fidei grē. Tales ergo gentes. i. gentiles agnita veritate. timebunt nomen tuum domine. Timebunt inquam non timore serui

li sed casto et filiali. Nonne ti- muerunt gentes deum quando spreta ydolorũ cultura baptismo penitentie sunt mundati ⁊ christiane susceperunt instituta doctrine? Non autem dicit dauid iudei timebunt nomen tuum domine sed gentes: quia etsi christus missus sit ad oues que perierant domus israel. tamen illis verbum dei repellentibus et indignos se eterne vite iudicantibus apostoli ad gentes conuersi sunt q̄ nomen christi cum gaudio susceperunt. Ita vt hodie de ipsis gentibus possit dici illud Malach. j. magnum est nomen tuũ domine in gentibus. Quod autem sequitur. ⁊ omnes reges terre g. t. supple timebũt Hoc primo impletum est quando tres reges venerunt ab oriente adorare christum in presepio. Mathei. ij. Hi enim reges timuerunt gloriam christi. timore quidem reuerentiali quando viderunt stellam eius in oriente et venerunt cum muneribus adorare eum secundum quod fuerat prophetatum. Esaye. xlix. Uultu in terra demisso adorabunt te reges ⁊ puluerem pedum tuorũ lingent. Et in psalmista. Adorabunt eum omnes reges terre omnes gentes seruient ei. Hec ergo dauidica prophetia iam pro parte impleta est in gentibus que primo conuerse sunt ad christi fidem Itē in tribus regibus orientalibus ⁊ similiter in constantino imperatore quando sacrum baptisma suscepit et pariter ī clodoueo inter reges francie titulo christianitatis primitus insignito. Tunc autem plene cōsummabitur cum in fine seculorũ plenitudo gentium introierit: et reliquie israel salue fient: vt habetur Esa. x. Uel in malam partem exponendo dic q̄ȯ gentes et reges terre timuerũt gloriam domini quando timuerunt dilatationem et promulgationem fidei christiane que cedit ad gloriam Jesu christi. vnde ps de hoc admiratiue loquebatur dicens. Quare fremuerunt gentes et po. m. i. inania? scilicet delere nomen christi de terris. Sequitur. Astiterunt reg. t. et prin. cō. in vnum aduersus dominum sup. patrē et aduersus christum eius Iste timor fuit in pontificibus et phariseis iudeorum qui inito consilio dicebant. Quid facimus quia hic hō multa signa facit: si dimittimus eum sic omnes credent in eum: et venient romani ⁊ tollent nostrum locū et gentem. Joh. xj. Sed profecto tandem vnusquisq̧ eorum merito potuit dicere illō. Job. iij. Timor quem timebam euenit michi et quod verebar accidit. Hoc autem fuit qñ Titus et Uespasianus dissipauerunt gentem illam patricidā ⁊ peccatricem: secundum quod illis predixerat dominus Luc. xix. Frustra ergo tales timuerunt nomis domini dilatationē ⁊ ipsius gloriam: quia factum cōtrarium desiderio cordis eorum.

A ¶ Sed pro aliqua forma tenenda notandum iuxta illō. Et timebunt gentes nomen tuum domine quod multa sunt que timent nomen domini.

Maligni demones.
Uitia et tentationes.
Mortes et ifirmitates.
vers Reges et imperatores.
Pagani et infideles.
Creature sensibiles
et insensibiles.

B ¶Primo quidem spiritus maligni timent nomen domini et terrentur quando ad inuocationem dicti nominis admirātur secūdum quod ait ipse saluator Mar.xvi. Signa eos q̄ crediderint hec sequentur. In nomine meo demonia eijcient. id est in virtute vel ad inuocationem nominis mei fideles demonia ab obsessis corporibus expellent. Et de hoc historiam habemus Act.xvi. Ubi legitur quod predicante paulo in partibus macedonie: erat quedam puella habens spiritum phitonicum: que magnum questum et lucrū prestabat his que circunducebant eam diuinando. Paulus itaq̄ adiurans spiritum malignum qui in ea erat dixit. Precipio tibi in nomine Jesu exire ab ea. et exijt eadem hora Ad idem propositum legitur quod cum beatus Petrus adiurasset demones qui ferebāt Symonem magum p aera precipiens eis in nomine dn̄i Jesu christi ne eum amplius ferrent sed in terram cadere permitterent subito deorsum corruit et confractis ceruicibus miserabiliter expirauit Similiter videmus i demoniacis q̄ vbi adiurantur per nomen Jesu christi demones victi dant responsa: et inde exeūt: nisi forte occulto dei iudicio ob causam nobis ignotam adhuc ibi habitare permittantur. Quod autem ecclesia vtatur exorcismis que sunt quedam adiurationes cōtra demones hāc potestatem habet a christo. vnde Luc.x. Ecce (inquit) dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes et scorpiones: et cōtra omnem virtutem inimici. Et sic dicitur in deci.xxxiij.q. Si per sortiarias. quod cum aliqui sunt maleficiati possunt fieri circa eos exorcismi. Si ei inuocatores malignorum spirituum per virtutem diuinorum nominum proteguntur cōtra ipsorum demonum seuitiam. et ita quod ab ipsis ledi nequeūt dū in circulis circunscriptis diuinis nominibus includuntur immo ipsis inuocatoribus respondere compelluntur per virtutem diuinorum nominū sicut de nomine dei ineffabili semenphoras et alijs dei nominibus: sicut in libris magicis continetur: certe multo fortius credendum est quod si bone et deuote parsone nomen dei inuocent contra tela inimici: sentient auxilium ab eo qui omnia potest. Propterea solet clamari ad aures morientium Jesus: vt audito illo nomine demō ab eis recedat. Ecce quo modo demones timent nomen domini: et ideo sepe ex deuotione nominandum est.

C ¶Secundo vitia et tentationes suo modo timent nomē domini vnde Prouerb.xviij. Turris fortissima nomē domini ad ipsā confugiet iustus (sup tentatus) et saluabitur. i. protegetur ne succumbat tentationi. Sicut enim turris est tuta

mē ⁊ refugium obsessorum ita
nomen domini est nobis ī hac
valle miserie locus refugij con
tra tentationes ⁊ vicia queqꝫ:
Et sicut illi qui grauantur ab
inferioribus iudicibus: solent
appellare ⁊ refugere ad regem
vel papam secundum qualita=
tem materie ⁊ personarum: et
hoc tanquam ad singulare et
vltimum refugium. Ita ⁊ nos
qui ab iniquis iudicibus: vcꝫ
mundo carne ⁊ demonibꝰ quo
tidie affligimur et grauamur:
debemus ad auxilium diuini
nominis recurrere: et ad tute=
lam ipsius refugere: et non ꝓ
tectioni ipsius penitus cōmen
dare. vn̄ p̄s. Deduxisti me dn̄e
quia factꝰ es spes mea: turris
fortitudinis a facie inimici. i.
peccati me tentantis. Unde de
isto nomine ⁊ eius protectiua
fortitudine potest dici illḋ Hie
remie. x. Magnus es tu domi
ne et magnum nomen tuum in
fortitudine. Ad hoc autem ꝓ=
positum facit illḋ Jocl. ij. Qui
cūqꝫ inuocauerit nomen domi
ni saluus erit supple a pecca=
tis suis. Nonne queso bene o=
stendunt vitia ⁊ peccata time=
re nomen domini quando qui
dem ad inuocationem ipsiꝰ no
minis recedunt a corde hoīs?
Hoc ei videre est in formis ali
quorum sacramentoꝝ. Nam sa
cerdote infundente aquā sup
caput paruuli ⁊ dicēte. Ego ba
ptiso te In nomine patris. ⁊c.
simille originalia ibi essent/sta
tim omni cum festinatione re=
cederent. Item sacerdote absol
uente penitentē ⁊ dicente. Ego
te absoluo a peccatis tuis In
nomine patris. ⁊c. mox omnia
mortalia recedunt. Idem dicē
dum de sacramēto extreme vn
ctionis. Propterea Act. iiij. di
citur quod non est aliud nomē
sub celo datum hominibus in
quo oporteat nos saluos fieri
Quotiens igitur tentamur si=
ue a carne siue a mūdo vel dia
bolo supplices inuocemus no=
men domini Jesu christi: ⁊ sta=
tim recedet omnis tentatio qm̄
talis inuocatio cuilibet tenta=
tioni timorem incutit.

D ¶ Tertio mores ⁊ egritu=
dines timere videntur nomen
domini De morte quidem hoc
patet Nam ipsa fugit repente
ad inuocationem ipsius nomi
nis. Et de hoc historia legitur
Act. ix. de Thabita mortua: ad
cuius corpus conuersus Pe=
trꝰ genibꝰ flexis orabat dicēs
Thabita in nomine dn̄i surge
que statim aperiēs oculos sur
rexit Petro ei dante manum.
Item in legenda eiusdē Petri
vbi qꝫ cum Symon magus non
potuisset suscitare adolescen=
tem qui iacebat mortuus ante
faciem Neronis: tunc Petrus
oratione premissa exclamauit
dicens. Adolescens in nomine
domini Jesu christi crucifixi
surge: Et statim iuuenis surre
xit ⁊ ambulauit Et breuiter pe
ne infinita talia reperies in le
gendis sanctorum quomodo
scilicet ad inuocationem san=
cte trinitatis aut nominis chri
sti mortui suscitati sunt. Non=
ne etiam mors timuit nomen
domini quādo ad vocem ⁊ im
perium ipsius christi lazarum
reddidit iam quatriduanum i
monumento? Johan. xi. Idem
factum fecisse legitur Math.

ix. de mortua puella. Et similiter de adolescente filio mulieris vidue Lu. vij. Item nonne mors valde timebit nomen domini in die iudicij quando scilicet eam precipitabit in sempiternum vt habetur Esa. xxv Nam vt dicitur. i. Corint. xv. Nouissime destruetur inimica mors: vt scilicet non sit vltra dissolutio anime et corporis. Possumus ergo dicere de hoc nomine illud ps. Sanctum et terribile nomen eius. Sanctũ quidem: quia nisi esset sanctũ nomen domini non posset facere quicquam Item nisi esset terribile mors illud non timeret: nec eam superare posset. Ecce ergo quomodo mors et mortui timent nomen domini Restat ergo idem ostendere de egritudine et infirmitate. De hoc enim historiam habemus. Act. iij. vbi legitur quod i hierusalem quidam claudꝰ a die natiuitatis: et erat tunc annorũ amplius quadraginta. Hũc ergo parentes eius quotidie ponebãt ad portam templi: vt peteret eleemosinam ab introeuntibus et exeuntibus de tẽplo. Cumqꝫ a Petro et Johanne ingredientibus templũ eleemosynam peteret ait illi Petrꝰ Argentum et aurũ non est michi quod autem habeo hoc tibi do. In nomine Jesu christi nazareni surge et ambula. Et continuo apprehẽsa manu eiꝰ leuauit eum: et surgens stetit et ambulauit. Nonne ergo egritudines valde timebant nomẽ domini nostri Jesu christi qũ quidem ad vocem et imperiũ illius ab humanis corporibus recedebant Quis enim fugauit paralisim a seruo Cẽturionis nisi nomen domini? quando scilicet centurioni ꝓ eo roganti ait. Uade ⁊ sicut credidisti fiat tibi. Mathei. viij. Item quis sanauit hominem iacentem iuxta piscinam habentem xxxviij. annos i infirmitate sua nisi nomen domini? quãdo scilicet dixit ei. Surge tolle lectũ tuum ⁊ ambula Joh. v. Quis queso sanauit socrum symeonis estuantem febribꝰ nisi nomen domini? Nam stans super eam imperauit febri: et continuo febris dimisit illam: vt habetur Luce. iiij. Quis curauit mulierem que sanguinis fluxũ patiebatur annis. xij. nisi nomen domini? qñ scilicet dixit ei. Confide filia: fides tua te saluam fecit: et salua facta est mulier ex illa hora Matthei. ix. Quis denique modo vnum modo decem leprosos curauit nisi nomen dñi? Quis demoniacos liberauit nomen domini. Quis cecos: surdos: claudos: aridos: mutos: paliticos: ydropicos ⁊ hmõi infirmitatũ ⁊ defectuũ gña curauit nisi nomen dñi? Possumꝰ itaqꝫ de eo dicere. Ecce nomen dñi fugite partes aduerse scilicet mors egritudo ⁊ queuis infirmitas.

E ¶ Quarto reges ⁊ imperatores atqꝫ seculi potestats timẽt nomen dñi nec quidẽ iniuria: qꝛ vt habet Phil. ij. Istud est nomẽ qđ est sup omne nomẽ honore scꝫ et dignitate: ⁊ ideo iustũ est et equũ vt i noie Jesu omne genu flectat celestiũ terrestriũ ⁊ infernoꝝ. Celestiũ dicit propter angelos; terrestrium

propter homines: infernorum
autē propter demones: qui au-
dito Christi nomine terrentur
et contremiscunt. vnde Esaye.
xlv. de isto timore nominis do
mini loquitur ipse idem domi-
nus dicens. In memetipso iu-
raui (dicit dominus) quia mi
hi incuruabitur omne genu: id
est omnes christiani: siue prin-
cipes siue simplices. Mos eniz
christianorum quorumcūq; est
flexis genibus dominum ado-
rare. Iudei autem tanquam su
perbi & elati orant stantes. Et
de ista adoratione nominis do
mini siue Christi lōge ante pro
phetauerat Psalmista dicens.
Omnia subiecisti sub pedibus
eius: id est non solum sub diui-
nitate: verumetiam sub huma-
nitate ipsius. Que quidem due
nature sunt duo Christi pedes
sed que omnia certe oues & bo
ues & pecora cāpi: volucres ce-
li & pisces maris. Ubi per oues
intelliguntur simplices: de qui
bus Ioannis vltimo dictū est
Petro a Christo. Pasce oues
meas. Per boues vero cornua
gestātes, reges et imperatores
designantur: quibus cornibus
percutit dominus: nunc vnum
ducatum: nunc vnum regnum
propter peccata inhabitātium
in illis. Pecora aūt campi sunt
rurales homines: volucres ce-
li contēplatiui: pisces vero ma
ris actiui. Uel dic qđ volucres
celi sunt homines in mōtibus
commorantes: pisces autē ma-
ris sunt illi qui in locis mariti
mis habitant. Et hos oēs sub-
iecit deus pater sub predictis
pedibus Christi: & hoc quo ad
terras christianorū. Ecce quo-
modo impleta est prophetia ip
sius Esaye dicētis in persona
domini. Mihi incuruabit om-
ne genu.

F ¶ Hoc patuit in effectu i ba
ptismo Constantini imperato-
ris Clodouei regis Francorū:
et Philippi primi christiani in
ter omnes Romanos impera-
tores. Hic enim Philippus re-
gnauit ab incarnatione domi-
ni anno ducentesimo quadra-
gesimosexto: de quo refert do-
minus Anthonin9 in sua cro-
nica parte. i. titu. vij. cap. vij. §.
x. quod fuerit primus inter im
peratores christian9: & regna-
uit annis. vij. sub quo ecclesia
habuit potestatem. Post cuius
mortem fuerunt multi impera-
tores infideles & christianos p
sequētes: sicut Decius qui im-
mediate successit ille postquam
eum dolose occiderat. Hoc etiā
idem patuit imperatore Con-
stantio patre Constantini ma-
gni: qui quidē Constātius tan
tum imperauit in Gallia & Hi-
spania: & fuit maxime religio-
nis apud deum: & māsuetus ad
subditos: cui successit Constan
tinus filius eius. Qui quidem
Constantinus cum iret ad bel-
lum contra Maxētium qui de-
collari fecit beatā Catherinā:
vidit in somnis signum in celo
videlicet sancte crucis flāmeo
nitore rutilare: & angelos sibi
assistentes dicere. Constantine
in hoc signo vinces. Cūq; ma-
ne surrexisset fecit depingi i mi
litaria signa quod viderat si-
gnum. Et sic armatus cum ma
gna spe victorie aduersus Ma
xentium dimicaturus iter arri
puit. Ad quem cū venisset sta-

tim prostrauit ipsum cum suo exercitu per hunc modū. Nam Maxentius huiusmodi signuz intuens valde perterritus est. Et retrocedens in fluuiuz quē iā pernatauerat submersus interijt cum suis. Hec dominus Anthoninus in sua cronica. i. parte tit. viij. ca. ij. §. v. De hoc etiam diffuse habes in historia tripartita cap. iiij. & v. Ubi additur vnuz singulare: videlicet quod cū vexillifer qui ante imperatorem deferebat illum vexillum sancte crucis expauisset ad presentiam aduersariorum: statim imperator ipsum tradidit alteri deferendū. Mira res. Ille iam de prelio subtractus/ subito percussus interijt: & qui ipsum deferendum suscepit illesus euasit. Nā sagitte aduersariorum figebantur in signo & portitorem in nullo contigebant. hec ibi. Ecce ergo quomodo gentes timent nomen domini: & omnes reges terre gloriā suam. Nec immerito: quia ipse est rex regum & dominus dominantium. Leo enim cum sit rex animalium a ceteris animalibus sicut eorum rex timetur: intantum quod audito eius rugitu defixo eis circulo vel termino non audēt egredi. Cum ergo deus sit rex & dominus vniuersalis omnium iustum est q subditi sui eum reuereantur & timeant ita quod de circulis et terminis mandatorum suoruz exire penitus non presumant. Timebunt ergo gentes nomen tuuz domine: & si non de facto tamen de iure.

G ¶ Quinto pagani et infideles timēt nomen domini. Unde Psalmista. Domine dominus noster quaz admirabile est nomē tuuz in vniuersa terra. De hoc autē historiam habemus. i. Regum. xvij. vbi legitur quod Dauid dixit Philisteo cū quo erat dimicaturus. Tu (inquit) venis ad me cum hasta et gladio et clipeo: ego autez venio ad te in nomine domini exercituum qui dabit te i manu mea: & percutiam te: & auferaz caput tuū a te & dabo cadauera castrorū Philistijm hodie volatilibus celi & bestijs terre. Ad hoc propositum facit historia illius sibille: que in die natiuitatis domini cū interrogaretur ab Octauiano imperatore si esset aliqs maior eo. ostendit sibi signū in celo quod tale erat. Nam apparebat circulus aureus circa solē & in medio circuli virgo pulcherrima/ gestans paruuluz in gremio: quo viso ait imperatori. Hic puer maior te est: & ideo ipsuz adora quod & fecit. Ecce quomodo infideles adorant et timent nomen domini.

H ¶ Sexto creature tam sensibiles quaz insensibiles timēt suo modo nomen domini. De sensibilibus quidē patet in passionarijs sanctorū noui testamenti in quibus legitur quod ad inuocationē sancte trinitatis aut nominis Christi: seu etiam opponendo signū sancte crucis ipsi sancti frequēter restiterunt feris & serpentibus secundum illud Heb. xi. Obturauerunt ora leonum & mitigauerūt naturalem ferocitatem immanissimarum bestiarum. Unde & beata Agatha Quintiano tyranno dixit. Si feras mihi

promittis audito Christi no=
mine mansuescunt. Nonne bea
tus Sylvester i nomine domi=
ni draconem grādem qui ciui=
tatem Romanam inficiebat ad
collum ligauit: ⁊ populo tradi
dit occidēdū. Simile legimus
de beata Martha q̄ apud Ta=
rasconam draconem ingentem
inuenit homines ⁊ bestias de=
uorantem: ⁊ naues sepius sub=
mergentem: quem aqua benedi
cta aspergens signo crucis cō=
tra eum facto cingulo ligatum
populo tradidit lacerādū. Itē
legitur in vita sanctorum Ma
ximi ⁊ Venerandi qui decolla=
ti sunt apud oppidulum Aqui
niacense Ebroyceñ. diocesis/ ꝙ
cū contra eos missi fuissent leo
nes qui eos deuorarent signo
crucis opposito eos mites red
diderūt. De creaturis vero in=
sensibilib⁹ qualiter suo modo
timeāt nomen domini liquide
apparet si gesta Christi diligē
ter ruminentur. De eo nēpe di
citur Matth. viij. ꝙ venti ⁊ ma
re obediunt ei. Item de mar ty=
ribus legitur Hebr. xi. ꝙ extin
xerunt impetum ignis: effuga=
runt aciem gladij ⁊ similia. Ec
ce ergo quomodo sex genera
creaturarum timent dominum
Et breuiter solus miser pecca=
tor: q̄ pre ceteris merito time=
re deberet/ ipsum nō timet. Di=
camus ergo cū Psal. Metuant
dominum omnes fines terre.

¶ Lectio. lxxxiij.

¶ Quia ædificauit domi=
nus Syon, & videbitur in
gloria sua.

¶ Postquam in precedenti le=
ctione penitēs asseruit omnes
gentes debere timere dominū
et nomen sanctū eius. Hic con
sequenter ipsius timoris assi=
gnat causam ⁊ rationē dicens.
Q: edificauit dominus Syon
id est preparauit eternas man
siones in celo quod per Syon
designatur/ ⁊ hoc gentibus ti=
mentib⁹ nomē eius/ timore sci=
licet reuerentiali seu filiali: in
qua scilicet Syō (videbitur in
gloria sua.) Nunc enim nō vi=
detur a fidelib⁹ nisi per specu=
lum ⁊ in enigmate: sed tunc fa=
cie ad faciem vt habetur. i. Co
rinthior. xiij. Qui ergo in pre=
senti apparuit humilis ⁊ abie=
ctus tunc videt sublimis ⁊ glo
riosus. Sed quia hunc textum
intēdo exponere multipliciter
subsequenti diuisione: ideo su=
persedeo ab vlteriori exposi=
tione.

A ¶ Notandū est ergo quod
sextuplex est Syon: scilꝫ Syon

Inferior.
Superior.
Interior.
Exterior.
Prior.
Posterior.

¶ Prima igitur Syon dicitur
inferior: que ecclesiā designat
militantem. De qua Esa. xlvj.
Dabo in Syon salutē: scilicet
gratie: ⁊ hoc per fidem/ spem/ ⁊
charitatē. In futuro autē da=
bo salutem glorie per apertam
visionem. Et hoc est quod ait
Psalmista. Gratiam ⁊ gloriam
dabit dominus: gratiā inquā
in presenti: et gloriam in futu=
ro. Bene ergo dicit dominus.
Dabo in Syō salutem: quia in

sola ecclesia Christi inuenitur salus animarũ. Omnes autem alie hominũ secte siue Judeorum siue Mahumetarũ hereticorum ꝛ aliorum quorũcunque sunt extra salutem: nec vlli saluantur preter eos qui sunt de ecclesia Christi nũero ꝛ merito. Ita enim dicitur extra de summa trinitate ꝛ fi.ca. c. Firmissime.§. vna. Una est fideliũ vniuersalis ecclesia extra quã nullus saluatur. Item Hieronymus: ꝛ recitatur . xxiiij.q.i. quoniã vetus. Si quis inquit in archa Noe: id est in ecclesia non fuerit peribit regnante diluuio. Sicut ergo Syon ad literam erat quedam pars ciuitatis Hierusalẽ in qua erat castrum ꝛ fortalitiũ ciuitatis: ad quod refugiebant homines imminente bello/ ꝛ ibi tute manebant. Sic ꝛ ecclesia Christi est locus refugij ꝯtra insidias diaboli: ad quam quicunqꝫ saluari cupit habet refugere. quia ĩ hac Syon sola dat dominꝰ salutem. Et nota quod dicit dominus. Dabo: supple gratis in Syon salutem: scilicet peccatorum remissionem: quasi dicat do gratis salutẽ: ꝛ non do si detis. Et hoc est cõtra symoniacos: qui non dant libere et gratis ecclesiastica sacramenta ꝛ beneficia: sed potiꝰ precio appreciato. Propter quod admiratiue loquitur Psalmis. dicens. Quis dabit ex Syon .i. ex ecclesia salutare Israel: id est Christi corpus ꝛ ipsius sacramenta: per que operatur salutem hominum. q.d. nullus fere inuenietur qui dabit salutare Israel: sꝫ bene plures inueniẽtur qui vendent ipsum. Nam adeo corrupti sunt nõnulli ecclesiastici vitio symonie. vt etiã faciant pactum ꝛ commercium de missis ꝛ suffragijs ꝓ defunctis dicendis. Alij ꝓ missis annalibꝰ. Alij pro anniuersarijs: et huiusmodi: quos oẽs ꝛ singulos reprehendit Saluator. Matth.x. dicens. Gratis accepistis/ gratis date. Item .i.q.ij. ꝙ pio dicitur sic. Omnis absit pactio: omnis cesset conuentio Super quo di. glosa quod circa spiritualia debet cessare omnis pactio et conuentio inhonesta: non autem honesta prohibetur. Sed profecto multi allegantes excusationes in peccatis dicunt pactionem inhonestam honestam. Sed plerunque mentita est iniquitas sibi. Sed ad propositum redeũtes dicimus quod Christus tunc edificauit istam Syon: quando trigintatribus annis ambulauit in terris. Ipse enim fuit primus lapis angularis ipsiꝰ secundum illud primi Corinthiorum tertio. Fundamentũ aliud nemo potest ponere: preter id quod positum est: quod est Christus Jesus: eam etiam edificauit proprio sanguine fuso in cruce: ꝛ ex lapidibus viuis ꝛ preciosis quales fuerunt apostoli ꝛ martyres doctores: et virgines. Sed moderni prelati volunt eam reficere ne deficiat/ suo sanguine ꝛ ex lapidibus mortuis et vilibus quia vt habetur. viij.q.i. Moyses. moderni prelati saltem plures nõ querũt eos in ecclesia colũnas erigere: quos plus cognoscunt ecclesie ꝓdesse: sꝫ quos vel ipsi

amant: vel quorum sunt obsequijs delinitt: vel pro quibus maiorum quispiam rogauerit et vt deteriora taceam: qui vt clerici fierent muneribus impetrarunt. In hac itaqꝫ syon visus est ipse: qui eam edificauit in gloria sua: sicut patuit i ei⁹ transfiguratione in qua resplẽduit facies eius sicut solet vestimenta eius facta sunt alba sicut nix. Mat. xvij. Sed multo amplius videbitur in gloria sua in hac syon ipse dominus in die iudicij: quando scilicet venient in nubibus celi cũ potestate magna et maiestate. Luce. xxj. et hoc quidem ad bonorum consolationem: et malorũ confussionem qui tunc dicent montibus. Cadite super nos et collibus cooperite nos. Osee. x. et Apocꝉ. vj. Iste autem edificator syon tenuit modum architectorum qui quandiu laborant vilibus induuntur secundum decentiam operis sed completo edificio: vel in die festo quando non laborant tunc assumunt vestes honestas: cuꝫ quibus incedunt in publicum et viles relinquunt domi: et tunc non videntur architectores sed potius mercatores aut nobiles. Ita architector noster christus quandiu operatus est salutem in medio terre apparuit in veste vili apta tamen operi nostre redemptionis: ~e qua ipsemet loquitur di. Saccum consui super cuteꝫ meam et operui cinere carnem meam Job. xvj. Tunc enim habitu inuent⁹ est vt homo. Phi. ij. Et hoc est ꝙ dicitur zacha. iij. Jesus erat indutus vestib⁹ sordidis: ⁊ inuolutus vilibus pannis. Unde et Iudei dicebant de eo Uidimus eum ⁊ nõ erat aspect⁹ neqꝫ species ei neqꝫ decor: et desiderauimus eũ despectum ⁊ nouissimum virorum. At vero postquam iste architector consummauit opus quod dederat ei pater: scilicet redemptionem humani generis: dictum est ei in die festo i. in die sue iocũde resurrectionis illud Job. xl. Circunda tibi decorem et in sublime erigere et esto glorios⁹: et speciosis induere vestibus Et ex tunc visus est in gloria. id est in carne gloriosa quãdo apparuit suis apostolis manifestans veritatem sue resurrectionis: nunc vero videtur in gloria sua ab omnibus angelis et sanctis.

¶ Secundo syon dicitur superior: que ecclesiam significat triumphantem de qua in psalmista. Uidebitur deus deorum in syon. id est in celesti hierusalem. Nunc enim videtur p̄ speculum et in enygmate: sed tũc facie ad faciem: vt habetur. j. Corinth. xiij. Et hoc designãt nomen et locus syon. Nam nomen interpretatur specula: et locus altus est ⁊ aptus ad speculandum. De hac etiã syon alibi loquitur Psal. dicens Psallite domino qui habitat i syõ Psallite inquam domino vos stulti viatores: quia nõ est speciosa laus in ore peccatoris. Psallite domino vos ecclesiastici: qui ad hoc estis specialiter vocati Psallite dño vos omnes electi dei: domino inquam qui habitat in syon. id est in celo. Nam quamuis non sit loc⁹

in quo nō sit dominus: specialiter tamen dicitur habitare in Syon: hoc est in celesti Hierusalem premissa eterna largiēdo ipsis beatis hominibus et angelis. Hāc itaq; Syon edificauit domin⁹ quando bonos angelos creauit et beatificauit: quam etiam ampliauit ⁊ populauit: quādo in sua ascensione sanctos patres illuc introduxit. Pro quo notandum quod sicut in edificio ciuitatis materialis oportet habere lapides qui primo dolātur: ⁊ omnis superfluitas ab eis aufert. Ita et dominus deus tanquam peritissimus edificator in principio mūdi creauerat quasi vnā magnam massam angeloꝝ: sed reiectis malis in foueam profundissimam inferni qui inutiles erāt huic edificio: solos bonos qui in gratia: in qua conditi fuerāt perseuerauerūt elegit vt ex illis edificaret Syon celestem. Similiter multitudo hominum est velut vna grossa massa lapidum: que in presenti per tribulatiōes ⁊ aduersa dolatur vt tandem sit apta tali celesti edificio: nec tamen quelibet pars masse illi⁹ ad hoc edificium apta reperitur quinimmo maior pars illi⁹ superflua et inutilis reperitur secundum illud Christi verbum. Matth. xx. Multi sunt vocati: pauci vero electi. Et omnis talis pars superflua in profunduz abyssi cum malis angelis proijcitur. Et hoc est quod canit ecclesia: Tonsionibus pressuris expoliti lapides suis coaptātur locis per manus artificis disponuntur: permansuri sacris edificijs. Ecce quā mirabiliter edificat dominus Syon celestem ⁊ in qua videbitur ab electis in gloria sua: q₂ scriptū est Esay. xxxiij. Regem in decore suo videbunt: id est in maiestate sua. O quam felices erūt illi qui semel admittentur ad edificiū illius superne Syon. O quanto studio laborare debem⁹ in presenti: vt tandem videamus regem nostrū in decore suo in illa Syon. Si eniz omnis terra desiderabat videre vultū Salomonis. vt habetur. iij. Regū. x. quanto magis debemus desiderare videre vultum illius: qui est speciosus forma pre filijs hominum: ⁊ in quem angeli desiderant iugiter prospicere. Taliter ergo viuamus vt post hanc miseram vitam possimus videre deum deorum in Syon.

¶ Tertia Syon dicit̄ interior: per quā intelligitur anima deuota: de qua scribitur in Psal. Lauda deum tuum Syon. Si em̄ creature irratiōabiles quales sunt aues celi: et insensibiles: quales sunt flores herbaꝝ: sol: luna: stelle: ⁊ huiusmodi ꝓ modulo suo laudant creatorez suum: quanto magis anima deuota ad eius imaginem ⁊ similitudinem facta, ⁊ Christi sanguine redempta ipsum laudare debet. Et hoc est quod dicit Psalmista. Iuuenes ⁊ virgines cum iunioribus laudent nomē domini: quia exaltatum est nomen eius solius. Edificat autē dominus hanc Syon dupliciter. Primo quidem quātum ad esse nature de nihilo eam producendo ⁊ simul humano cor-

pori infundēdo. Non ergo eā edificauit cum angelis ꝛ elemē tis: vt sensuit Origenes. Secū do autem quantum adesse gra tie ꝛ mortis: et hec edificatio fit in baptismo ꝛ penitentie sacra mento. In qua quidem morali edificatione ponitur fides tan quam fundamentum secunduꝫ illud. j. Corinthiorum. iij. Fun damentū aliud nemo potest po nere preter id quod positū est quod est Christus Jesus glosa prima. fides de Christo. Secū do edificium sursum erigit per spē que facit appetere celestia. Est enim spes secundum magi strum senten. iij. certa expecta tio future beatitudinis ex me ritis ꝛ gratia procedens. Ter tio charitas ponitur in dicto edificio tanquam tectum: quia vniuersa delicta operit chari tas vt habetur Prouerbioꝝ. x. Et. i. Petri. iiij. Charitas ope rit multitudinem peccatorum. Ecce quomodo edificat domi nus Syō: id est animam deuo tā: qua sic edificata videtur ea in gloria sua per gratiam secū duꝫ illud Joelis. iij. Dominus commorabitur in Syon. Ipse enim est qui clamat dicēs. Can ticoꝝ. viij. Delitie mee esse cuꝫ filijs hominum. Sed prohdo lor de tali Syon possumus di cere illud Treñ. i. egressus est a filia Syon omnis decor eius. Ita vt sit sensus quod a Syō: id est ab aīa rationali que est filia dei patris per creationem et per baptismi regeneratiōē egressus est omnis decor quem scilicet illi dederat dominus in baptismo. In cuius figura le gitur quarti Reguꝫ vigesimo quinto quod Nabuzardā prin ceps exercit⁹ regis Babylonis venit in Hierusalem et succen dit domum domini ꝛ domū re gis ꝛ domos Hierusalem om nemqꝫ domū cōbussit. Ad pro positū iste Nabuzardan signi ficat quemlibet demonem ten tantem hominem qui venit in Hierusalem quando preualet contra eum quem tentat: ꝛ tūc succēdit domum domini: id est edificiuꝫ illud spirituale: quod fecerat spiritussanctus in cor de hominis: adeo qd̄ omne bo num: quod fecerat homo mul to tēpore ꝛ labore: quasi in mo mento per Nabuzardan succē ditur ꝛ deperditur. Facili⁹ eñ est destruere quam construere. ¶ Quarta Syon dicitur exte rior ꝛ corporalis: per quam vir go Maria designatur. De qua in Psalmista. Elegit dominus Syon. id est virginem glorio sam: que alta fuit tanquā Syō per vite sublimitatē: fortis per seruorum suorum tutam prote ctionem. Prouerbiorum trice simoprimo. Mulierem fortem quis inueniet: supple similem virgini Marie: specula per di uinorum mysteriorum contem plationem. Elegit ergo domi nus ab initio ꝛ ante secula hāc Syon inhabitationem sibi: id est vt in ea habitaret corpora liter per assumptam humanita tem. Edificauit autem hanc Syon iaciendo ipsius funda menta: quando fecit nasci pa triarchas ꝛ prophetas: reges et duces: ex quibus ipsa Ma ria duxit originem: sicut diffu se legitur Matthei primo. Li ber generationis Jesu Christi.

Specialiter autem eam edifica uit quando in ventre anne steri lis eam concipi more naturali fecit priuilegiatam tamen a culpa originali: de qua potest intelligi illud Prouerbiorum nono. Sapientia edificauit sibi domum. Et nota quod dicit sibi: quia ad hoc edificata est vt esset mater illius qui est sapientia increata dei patris. Postquam vero dominus edificauit hanc Syon, tandem in ea visus est in gloria sua: id est in humanitate assumpta i qua glorificatus et clarificatus est dei filius. Et ad hoc propositum loquitur Psalmista dicēs Nunquid pro quia Syon: id est virgini gloriose dicet homo id est angelus Gabriel in specie elegantis iuuenis dicet inquā Aue gratia plena dominus tecum: benedicta tu in mulieribus & benedictus fructus ventris tui. Et ad talem salutationem cum consensu virginis homo natus est in ea et ipse fundauit eam supple Syon altissimus: quasi dicat: hoc est mirabile in oculis nostris quod dei filius natus sit in Maria: & tamen ipse idem fundauerit eam quod tamen mysterium facile perpenditur cum ad alteram & alteram naturam refertur. Nō enim dei filius natus est in Maria inquantum altissimus: sed inquantū homo. Nec eam fundauit inquātum homo: sed inquantum deus. Quasi testimonium huius mysterij requiris lege maiores et minores prophetas. quia dominus narrabit tibi veritatem in scripturis populorum et principium horum qui fuerunt in ea. Non autem qui fuerunt contra eam vt heretici et Judei / qui dicunt Christum ex Joseph semine esse natum. O igitur populi christiani. O veri cultores intemerate Marie. circundate Syon et complectimini eam: id est frequenter & cum reuerentia [illegible]te cum Maria per deuotū cultum. [illegible]ut communiter dicitur quād[illegible] aliquis vult ab aliquo aliquid impetrare et blāde instat dicitur quod vadit ei circa. Circundate ergo Syon et complectimini eam: scilicet amplexibus charitatis & deuotionis singularis narrate: scilicet alijs populis magnalia que fecit deus in Maria vt sic eos trahatis i turribus eius: id est ad imitandum turres: id est virtutes ipsius que sunt puritas. humilitas / verecundia / castitas / modestia / charitas / & huiusmodi. Bene autē dicuntur iste virtutes turres virginis Marie: quia quodam excellenti modo fuerunt in ea. Sequitur ponite corda vestra in virtute eius id est speretis in meritis & virtutibus ipsius virginis. Unde canit illi ecclesia. Spes nostra salue. Post deum ergo in ea ponenda est spes.

¶ Quinta Syon dicitur prior et hec significat synagogā Judeorum: de qua Esa. ij. De Syon exibit lex: Nam lex mandatorum dei primum data est huic Syō id est synagoge et multitudini Judeorum: & per hanc fuit data aliquibus gentibus vtpote Ptolemeo regi Egypti de quo meminit dñs Antho. i sua cronica. i. par. ti. iiij. cap iiij. §. iiij.

dicens qd iste Ptolemeus cum esset eruditissimus summe literas amabat.

B ❡ Unde cõparauit sibi bibliothecam ex omni scibili continentem volumina. l. milia. hic ergo rex cũ audisset apud Judeos esse legem ore ipsius domini editam ꝛ digito eius scriptam summopere affectabat vt in grecũ transferretur ꝛ in archiuis regalibus recõderetur. Rogauit ergo eleazarum summum sacerdotem Judeorũ vt ad eam mitteret sacrã bibliam cum doctis hebreis qui scirẽt eam in grecum transferre. Misit autẽ ad eũ eleazarus. lxxij. viros eruditissimos: videlicet sex ex qualibet tribu. quos ille benigne suscepit. Illi autem in lxxij. diebus concorditer et sine dissonantia transtulerũt bibliam de hebraico in grecũ. Et huius concordantie causa fuit quia quamuis seorsum scriberent: omni tamẽ sabbato a scribendo se cõtinebant: sed in vnũ conueniebant ꝛ de his que scripserãt cõferebant ꝛ que aptior interpretatio iudicabatur. illa ab omnibus alijs assumebatur vt sic omnes in vnam interpretationẽ concordarent. Hec dominus Antoninus. Ecce ergo quomodo de Syon exiuit lex: scilicet vsq ad grecos ꝛ tandẽ per hieronymũ ad latinos qui eam trãstulit immediate de hebraico in latinum. Edificauit aũt dominus hanc Syon quando primum dedit legem Moysi quam edificationem Christus. Matth. xxi. describit sub nomine vinee dicẽs quod quidã homo paterfamilias plãtauit vineam ꝛ sepem circundedit ei ꝛ fodit i ea torcular ꝛ edificauit in ea turrim ꝛ tandem locauit eam agricolis qui redderent ei fructum temporibus suis. Sed profecto ipsi Judei pessime se habuerunt erga ipsum patrem familias vt habetur ibidẽ. Propter quod ipse dominus abstulit ab ipsis Judeis notitiam legis ꝛ gratiam suam ꝛ transtulit Syõ de Judea in terrã christianorum mutato nomine synagoge in ecclesiam Christi. Postquam autem ipse dominus edificauit pretorẽ Syon visus est in gloria sua et hoc permaxime quando apparuit Moysi in monte loquens ad eum facie ad faciem sicut solet loqui homo ad amicum suum. Exod. xxxiij. Utrũ autem ipse Moyses tunc nude viderit diuinam essentiam pro nunc pertranseamus.

❡ Sexta Syon dicitur posterior per quam significatur religio factitia. Et de hac Syõ potest intelligi illud Abdie vnico capitulo. In monte Syon erit saluatio. In quibus verbis propheta tria dicit de religione. Primo quidem comparat eam monti ꝛ hoc propter status sublimitatum. Ut enim dicit beatus Thomas in. ij. c. religio est status perfectionis acquirende. Secundo vocat eam Syon propter vite sanctitatẽ ꝛ munditiam siue propter contẽplationis opportunitatem. Syon enim que specula interpretatur recte contemplationẽ designat que plus viget in sancta religione quam in seculo eo quod remouẽtur ibi occasiones distra

hentes ab ipsa contemplatiõe. ¶Tertio dicit quod i hac Syõ erit saluatio. Nam facilius quis operatur suã salutem in bona religione quam in seculo eo quod vt dicit Bernardus: ibi homo viuit purius. incedit cautius. cadit rarius. viuit communius. surgit velocius et huiusmodi. Est enim religio similis illi insule Hybernie: vbi homines nõ moriuntur et vbi corpora nunquã putrescunt aut corrumpuntur Sic in vera religione homines nunquam aut raro moriuntur per mortale peccatũ. nec corrumpuntur per carnales delectationes. Hanc autem Syon edificauit dominus noster Jesus Christus quando primum cõgregauit illud sanctissimum collegium apostolorum apud quos omnia erãt cõmunia quibus prefuit ante passionem et demũ vicarium eis reliquit: videlicet beatum Petrũ quando post suã resurrectionẽ dixit ei. Pasce oues meas pasce agnos meos. Joannis vltimo. In hac autem Syon sic diuinitus edificata videtur dominus in gloria sua. quãdo debite obseruatur. Tunc enim incipiunt homines deum glorificare et laudare quando vidẽt religiosas personas sancte et religiose cõuersari et viuere. Unde ipsis religiosis videtur dominus loqui Matt. v. dicẽs. Sic luceat lux vestra coram hominibus vt videant opera vestra bona et glorificent patrem vestrum qui in celis est. Ecce quomodo videtur dominus in gloria sua in dicta Syon. Sed prohdolor multi intrant hanc Syon non vt manuteneant eam quã edificauit dominus: sed magis vt ipsam subuertãt in moribus et muris quo fit vt vbi dominus deberet videri in gloria sua per sanctã exemplaritatẽ videatur in confusione opprobrio et contumelia. Tales enim nõ querũt gloriam dei sed suam quales precipue sunt filij nobilium qui intrant religionẽ vt presint et honorentur: et vt abbates et priores quibus attinent in gradu cõsanguinitatis forte satis propinquo resignent eis beneficia sua. Contra quos quidem resignantes inuehit dominus. Mich. iij. dicens. Ue qui edificatis Syon in sanguinibus. Multe etiam filie nobilium intrant religionem vt videãtur in gloria sua: ita vt sint magis pompose et mundane quam que manent in seculo de quibus Esaye. iij. Eleuate sunt filie Syon et ambulauerũt extento collo. Studeãt ergo maiores et prelati religionum reficere opus et edificium domini quod prohdolor in multis claustris dilapsum est vt iterum ibi videatur dominus in gloria sua quoniã audacter pronuntio maius esse meritum religionem prolapsam releuare quam nouã erigere: quia sic euitantur mala et procurantur bona.

¶Lectio.lxxxv.

¶Respexit in orationẽ humilium, & non spreuit precem eorum.

¶Postquam in precedenti le

etione ostensum est quomodo
ipse dominus edificauit Syon
spiritualem penitentē animam
ponendo in ea fundamentū fi-
dei erigendo eam per spē ⁊ sta-
tuendo in ipsa tectum per cha
ritatem a qua Syon sic edifica
ta tandem ipse dominus vide-
bitur in gloria sua: supple post
hanc vitam. Hic consequenter
soluitur obiectio que fieri pos-
set. Ex quo enim dominus vi-
detur in celo in gloria sua ab ip-
sis beatis: ⁊ quos etiam videt
oculo glorie sue: posset fortas-
sis dicere aliquis quod nō est
illi cure de his qui habitant in
terris neq; attendit ad eorum
preces ⁊ orationes sicut sentie
bant de eo illi de quibus Job.
xxij. Nubes inquiunt latibulū
eius: nec nostra cōsiderat ⁊ cir
ca cardines celi perambulat.
Ideo hic cōsequenter Psalmi-
sta ostendit quod immo atten-
dit ad preces iustorum adhuc
in terris degētium ⁊ qui aliter
sentit despicit ⁊ errat turpiter.
Respexit/inquit/in orationem
humilium. ⁊c. Super quo dicit
glosa ordinaria quod in edifi-
catione hui⁹ spiritualis Syon
orant ⁊ gemunt edificātes nec
illorū obliuiscitur deus dicen-
te Psalmista. Posuisti lachry-
mas meas in cōspectu tuo. Un
de Thob. xij. dicit angelus Ra
phael ad Thobiam. Quando
orabas cum lachrymis ego ob
tuli orationem tuam corā do-
mino. Et nota quod dei respi-
cere in proposito est acceptare
et gratum habere opus homi-
nis. Nō ergo respicit deus ad
orationem quorumcunque ho
minum: sed tantum humilium
quorum non spernit precez se-
cundum illud Judich. ix. Su-
perbi ab initio non placuerunt
tibi sed humilium et mansueto
rum semper tibi placuit depre
catio. Hoc autē aperte insinua
uit Christus in illa parabola
de phariseo ⁊ publicano quo-
rum vnus cum elatione cordis
et corporis orabat: alter cū hu
militate mentis ⁊ corporis: ita
vt nō auderet oculos in celum
leuare. Luce decimooctauo. Ut
enim dicitur Ecclesiasti. xxxv.
Oratio hūiliantis se nubes pe
netrabit: et donec propinquat
non cōsolabitur: ⁊ non discedet
donec altissimus aspiciat.
A ¶ Notandum est autem cir
ca hunc textum quod deus re-
spicit non solum in orationem
humilium verumetiam in ora-
tionem.
Patrum inclusorum.
Desiderantium iustorum.
Penitentium tribulatorum.
Indigentium depauperatorum.
Patientium humiliatorum.
Paruulorum baptizatorum.
¶ Primo quidez olim respexit
in orationem sanctorum patrū
in limbo inclusorum ad eū cla-
mantium et dicentium veni ad
liberandum nos domine deus
virtutū. In cuius figura legit
Exo. iij. q dñs dixerit ad Moy
sen. Uidi afflictionē popli mei
qui est in Egypto et clamorem
eius audiui propter duritiam
eorum qui presunt operibus ⁊
sciens dolorem eius descēdi vt
liberem eum de manibus Egy-
ptiorum ⁊ educā de terra illa in
terrā bonā ⁊ spatiosam in ter-
ram que fluit lacte ⁊ melle. Hec
ibi. Ad propositum Egyptus q

interpretatur tenebra significat / recte limbum sanctorum patrum in quo sunt tenebre. Nam secundum d. s. in. iiij. sen. dist. xlv. in inferno sunt quatuor receptacula primum vocatur proprie infernus in quo sunt damnati et ibi sunt tenebre mirabiles quia etsi sit ibi ignis inextinguibilis non tamen lucet nisi quantum facit ad maiorem cruciatum ibi existentium: tum quia est in materia propria. tum ex ordinatione diuina de qua in ps. Uox dñi intercidentis flammam ignis Secundum receptaculum vocatur purgatorium. Tertium limbus paruulorum circumcisorum ante aduentum christi et non baptizatorum post mortem ipsius. Quartum vocatur limbus sanctorum patrum et differunt isti duo limbi sicut superius et inferius. Nam limbus puerorum est inferior ad limbum patrum sicut infernus ad purgatorium. In hoc autem limbo patrum qui nunc vanus est sunt tenebre quod patet tum ratione loci quia sub terra est siue infra eam tum ex testimonio bti Thome vbi supra dicentis quod sancti patres in quibus minimum erat de ratione culpe supremum et minus tenebrosum locum habuerunt omnibus puniendis. Si ergo minus tenebrosus erat locus ille ergo saltem aliqualiter tenebrosus erat. Patet ergo qualiter merito per egyptum que interpretatur tenebre recte limbus sanctorum patrum designatur. Respexit ergo dominus in orationem ipsorum patrum clamantium ad eum propter duritiam eorum que presserant: id est demonum. Nam etsi non paterentur illi patres ab igne, neque demones viderent in propria effigie: nihilominus adhuc conquerebantur de eis. tum quia ipsi demones eis insultabant dicentes. Ubi est deus tuus quem supple sperabas ad te venturum et te liberaturum. tum quia videbantur quodammodo precludere eis viam ne exirent. Unde et christus qui solum ad dictum limbum descendit postquam expirauit cum illic peruenit clamabat dicens. Attollite portas principes vestras et eleuamini porte eternales et introibit rex glorie.

Fuit etiam alia ratio respectus diuini super eos videlicet pena quam patiebantur. Nam etsi non haberent penam sensus seu ignis habebant tamen penam damni quia scilicet retardabantur a gloria. ideo bene dicit dominus in predicto textu. Et sciens dolorem eius scilicet populi existentis in predicto limbo descendi videlicet secundum animam semper tamen diuinitati coniunctam descendi inquam vt liberem eum de manibus egyptionum. i. demonum ad sensum datum: et educam de terra illa terram bonam et spaciosam per quam intelligitur gloria illa celestis que fluit lacte et melle: id que abundat omnibus bonis que possunt ab ipsis beatis desiderari. Ad dictam autem terram introduxit dominus populum suum quando in sua ascensione secum captiuam duxit captiuitatem.

¶ Secundo respexit dominus in orationem desiderantium et

expectantium iustorum: quales illi erant qui olim aduentum filij dei expectabant et cum omni humilitate ipsum desiderabāt. Et hoc est quod ait Gregorius super hoc passu. In humilium (inquit) deus orationē respexit quando ad humanam naturam reformandam filium in mundum misit. Hoc (inquit) iustorū requirebat oratio: hoc prophetarum expectabat desideriū vt ille in mundum veniret qui et a diabolica seruitute hominem redimeret et vite aditum quem culpa obstruxerat/ gratuito pietatis sue munere reseraret. Et hoc est quod dicitur Esaye decimonono. Clamabunt ad dominum a facie tribulantis: et mittet eis saluatorem et propugnatorem qui liberet eos. Ubi nota quod christus simul fuit saluator et propugnator: saluator quidem in ordine ad nos quos redemit. Esaye trigesimotertio. Deus noster veniet et saluabit nos. In cuius rei signum vocatus est Jesus priusquam in vtero conciperetur. Propugnator vero fuit i ordine ad principē hui9 mundi: videlicet diabolum cōtra quem prelium inijt. Unde ipse dicit illō Esaye. lxiij. Ego qui loquor iustitiam: scilicet in predicatione et conuersatione ad instruendos homines verbo et exemplo: et propugnator sum: id est pro homine pugnato in passione contra demones ad saluandum: scilicet genus humanum. Sed que et qualis erat oratio humilium ad quem respexit deus cū incarnari voluit? Profecto illa fuit de qua Esaye. lxiiij. Utinam disrumperes celos et descenderes. Item illa de qua in psal. Inclina celos tuos et descēde. Item illa de qua Exodi. iiij. Obsecro domine mitte quem missurus es. Item illa vox omnium sanctorum patrum cū eiulatu clamantium et dicentium. Ueni ad liberandum nos domine deus virtutū et similia. Et certe pijssimus deus non spreuit precē eorum sed ad votum exaudiuit Et hoc quidem rationabiliter quia impossibile est preces multorum non exaudiri: dicebant ergo. O clementissime pater misericordiarum: multiplicatis intercessoribus largiaris quod tam assidue et feruenter petimus. Notāter autem dicit psal. ꝙ non spreuit precem eorum. non autem preces: quia omnes vnam petitionem a domino petebant: scilicet incarnationis mysteriū. Hic enim erat finis omnium petitionum eorū. Sed profecto nō sunt fraudati a desiderio suo: quia paruulus natus est nobis: et filius datus est nobis. Esay. ix.

¶ Tertio respexit dominus in orationem penitentium tribulatorum. Unde psalm. de eo loquens dicit ꝙ respicit terram et facit eam tremere. Quid autem est deum terram respicere: nisi miserum peccatorem terrenum oculo sue misericordie ītueri? Et quid est deū facere hanc terram tremere: nisi ipsi peccatori dolorē de peccatis timore forte diuini iudicij aut mortis incutere? Ecclesiastici decimosexto. Cum conspexerit illa: deus timore concutientur. Hoc mo=

do respexit dominus in oratio nem sedechie postquam cōuertit faciem suam ad parietem cū fletu orans ad dominum. Ad quem rediens Esayas dixit ei in psona domini. Audiui orationem tuam: et vidi lachrymā tuam: et ecce saluaui te. iiij. Regum. xx. Hoc modo respexit dominus in orationem Manasse corde penitentis. De quo dicitur secundo Paraliticorum trigesimotertio q postquam fuisset ductus in babyloniā captiuus propter scelera sua/tādem coangustatus orauit dominum & egit penitentiam valde coram deo patrum suorum. Cum erga deprecatus esset dominum/exaudiuit orationem ei9: et reduxit eum in hierusalem in regnū suum. Hoc etiam modo respexit dominus in orationem penitentis et contriti publicani: qui postquam humiliter & compuncte orasset dominum/descēdit iustificatus in domum suā. Luc. xviij. Est autem iste respectus diuine pietatis tam necessari9 peccatori q si ipsum pri9 non respiceret/nunquam emolliretur cor eius ad penitentiā. Sapientie. iiij. Gratia dei & misericordia est in sāctis eius et respectus super electos illius. Et de hoc historiā habem9 Luce. xxij. de petro qui postquam negauit christum non pri9 fleuit suum reatum quam christ9 eū respexerit. Sed vt habetur ibidem respexit eum dominus et mox recordatus est petrus verbi magistri sui quo predixerat eum negaturum: et abiens fleuit amare.

¶ Quarto respicit dn̄s in orationem indigentiū de paupera torū. Non spreuit (inquit psalmista) neq despexit deprecationem pauperis: scilicet petentis necessaria ad sustentationē vite. Ego autem (inquit Dauid) mendicus sum & pauper: & dn̄s sollicitus est mei. Quemadmodum enim pius pater habens multos filios sanos diuites et potentes lucrari vitam suam: et vnicum infirmum debilem et pauperem nec operari volentē plus de eo sollicitatur quā de omnibus alijs: etiam si essent centum. Sicut ferunt historie de rege Assuero q genuerit cētū et quindecim filios. Ita etiā pater ille celestis totus pius & misericors: et cui est semper cura de filijs suis: nec illorum potest obliuisci minus quam mater vnicū habens filium: permaxime curam habet de his q̄ magis indigentes sunt: et qui minus possunt sibi puidere de necessarijs ad humanum victū et potissime quando tales sunt iusti et deuoti et spem suam in ipsum ponūt patientiā in oib9 habētes. Propterea dicit psal. ad vnūquēq talē. Jacta cogitatū tuū in dn̄o: et ipse te enutriet. Et. i. Pet. v. Oēm solicitunem vestrā pijcientes in eum qm̄ ipsi cura est de vobis.

B ¶ De hoc historiam habemus de Helya propheta domini & viro sanctissimi zeli: de quo legitur. iij. Regum. xvij. q tempore famis que erat per vniuersam iudeam: dominus dixit ei vt iret in desertum locum: ibiq dulci eum pasceret ministerio coruorum: biberetq de torrente qui illic influebat. Postquā

autem illic abiisset: et per multos dies refectus a coruis fuisset: qui mane et vesperi afferebant ei panem et carnes: tandē defecit ei potus quia torrēs desiccatus est. Quod cum vidisset dominus dixit ei vt descenderet et iret in sareptam sydoniae vbi pasceretur a muliere paupercula et vidua quod et factum est. Item legimus sanctos dei martyres diuersis mortibus interiisse: vtpote gladio: igne bestiis aquis praecipitatione et huiusmodi: sed nullus inter eos reperitur qui fame interierit: quamuis hoc morti genus ipsi tyranni frequenter attentauerit: iubentes ipsos sanctos et sanctas recludi in carcerem teterrimum nullumque cibum aut potum eis ministrari sed non deerat eis dominus qui eos pascebat ministerio sanctorū angelorum. Sicut expresse habetur de beata Katherina: quam cum Maxentius fecisset recludi in carcerem vt fame ibi moreretur: stetit ibi diebus. xii. pasta ab angelis. Item legitur de beata prisca q cū esset. xiii. annorum: et in christum crederet fecit eam Claudius imperator post multa tormenta in templū recludi vt fame ibi moreretur: sed cū ingressus fuisset die tertio ipsum templum inuenit eā angelico solatio releuatam et sustentatam. Item de beato Benedicto legitur q cum vitā solitariam ducere vellet: et quoddam desertum intrasset in quo mansit annis tribus: dominus apparēs cuidā presbytero qui refectionem satis bonā sibi parauerat in paschali festiuitate: dixit ei. Tu tibi delitias preparas: et seruus meus Benedictus in tali loco fame petit. Qui cōtinuo surgens cum alimentis suis / ipsum quesitum inuenit: et dixit ei. Sumamus cibū: hodie eniz pascha domini est. Ne sciebat aūt vir dei q illo die esset festum resurrectionis domini. Item legitur de sancto Maximo episcopo Nolane vrbis: q cum syluas adiiciet fugiens rabiem tyrannorum seuientiuz in seruos christi / fame et gelu vehementer afflictus corruit se miuiuus. Tunc autem temporis erat beatus Felix presbyter ab eo ordinatus propter fidem in carcerem detētus: quem soluēs angelus iussit vt iret in talem syluam ad dei seruum Maximum qui ibi fame cruciabatur. Iuit ergo domino duce: et inuenit sanctum episcopū stridetis dentib[9] iam pene mortuū. Anxius autem quid faceret: subito cōtemplatur racemum in sente proxima: quem accipiens impressit vinum in os eius: et sic reuixit. Et breuiter pene infinita talia reperies si vitas sāctorum perscrutatus fueris. Hinc dicit psal. de domino loquens q oculi eius in pauperem respiciunt.

¶ Quinto respicit dominus in orationem patiētium humilia torum: id est qui patiētes sunt in aduersis et humiliantur sub flagellis domini Ecclesiastici. xxxv. Oratio humiliātis se nubes penitebit: et nō discedet donec dn̄s aspiciat. De hoc historiam habemus. iii. Regum. xxi. de rege Achab qui postquam grauiter deliquisset in iubēdo

Naboth virum iustū occidi vt sic pacifice haberet eius vineā: statim dñs misit ad eum Heliā qui nūciaret ei ꝙ crudeli morte esset ipse moriturus. Cumqꝫ hoc audisset mox scidit vestem suam: et operuit cilicio carnem suam. Ieiunauitqꝫ et dormiuit in sacco: et demisso capite in terram ambulabat. Quod cum vidisset dñs dixit scđo ad Heliam. Nonne vidisti Achab humiliatū corā me? qz igitur humiliatus est causa mei/non inducam malum quod locut⁹ fueram in diebus eius: sed in diebus filij sui. Simile ferme legitur Jone tertio: de rege Niniue: qui audita predicatione/ et comminatione Jone descendit de solio suo: et depositis vestibus regijs indutus est sacco: et sedit in cinere ieiuniū indicēs populo suo et bestijs per triduū. Quod videns dñs pepercit illi et ciuitati vniuerse. Ecce quomodo dñs respixit in oratione patientiū humiliatorū. Non autē sic respicit in oratione murmurantiū superboꝝ. Excelsus dñs (inquit psal.) et humilia respicit: id est hūiles: et alta: id est superbos a longe cognoscit. Sꝫ forte dicis. Oro dñm patienter et humiliter: et tamen videtur spernere precem meam. Sed audi apostolū Jacobum. iiij. ca. sue canonice dicentē. Petitis et non accipietis: eo ꝙ male petatis.

C ¶ Pro quo aduertendum ꝙ sunt quattuor genera malarum petitionum seu orationū. Prime vocantur calefacte: secū de recalefacte: tertie assate: quarte frixe.

¶ Orationes autem calefacte sunt ille que fiunt in lecto. Sūt enim multi procrastinantes in lectis suis: ⁊ plus tempore hyemali quā estiuo: qui inibi orāt deum psallando quorum orationes merito possunt dici calefacte. Nō quidē ab igne charitatis: sed poti⁹ ab igne concupiscentie carnalis: quibus multo plus expediret a lecto surgere et pauciores orationes dicere quam multis in lecto transcurrere. Non tamē de facili asserendum est/ eos peccare qui vltro orant dominum in stratis mollicie. Sec⁹ de ecclesiasticis et religiosis viris quo ad officiū ad quod obligantur ratione suscepti ordinis. Tales enim debent a lecto surgere/et reuerenter a domino laudes debitas persoluere: secundum illud psal. Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Sec⁹ autem de decumbētibus q̄bus sat est dummodo dicāt officiū prout sciunt ⁊ possunt.

D ¶ Vñ de beato Augu. legitꝛ ꝙ cū infirmaretꝛ in lecto et dño psallaret/audiuit diabolum cachinnātem ⁊ dicētem. Augustine orōnes tu: sunt bene calide. Cui imperterrit⁹ respondit. Si sunt nimiū calide suffla eas vt mitigētur. Ad quā vocē diabolus disparuit. Unde de talibus pre debilitate i stratu suo dño psallētib⁹ loq̄tur in eoꝝ psona psal. dicens. Sic memor fui tui super stratum meū: in matutinis meditabor in te. ⁊c.

¶ Orationes calefacte sunt ille, quas q̄s tenebatꝛ dicere statuto tempore: et eas dicit post elapsum tempus verbi gratia.

Aliquis ecclesiasticus adeo be
ne potauit in cena quod obli
tus est dicere vesperas vel cō=
pletorium. In crastino autem
surgens recordatur omisisse p̄
dictas horas quas tunc forte
dicit ante incohatuz matutina
le officium. Tales orationes
voco recalefactas: sicut reli=
quie ciborum que remanserūt
de cena in crastinum quando=
qꝫ iterum ponuntur ad ignem
Et sicut talis cibus recalefa=
ctus non est multum sanus ita
neqꝫ sanum est conscientie hu
mane relinquere officium vsqꝫ
in crastinum diem. Dicit tamē
doc. s. in quodam quod libeto
quod qui notabiliter trāsgres
sus est tempus ꝛ horam in qua
solet decantari officium eccle=
siasticum: non tenetur ipsum
officium dicere. Alias qui omi
sisset primas vsqꝫ ad horam se
rotinam deberet legere Jam lu
cis. Et similiter qui omisisset
officium dominice passionis i
vigilia pasche deberet ipsum
legere in ipso sācte die pasche
Et sic de multis aliis instan=
tiis que omnia sunt absurda.
Non ergo debet talis repetere
ipsum omissum officium quan
do scilicet elapsum est notabi=
le tempus: sed debet de sua ne
gligentia confiteri: et illi debet
iniūgi vt aliquid aliud dicat
quod ad diuinas laudes per=
tineat: vtpote quod dicat sep=
tem psalmos penitentiales seu
letanias aut plus secundū qua
litatem delicti.

¶ Orationes vero assate sunt
ille que dicuntur ad ignem: si=
cut solent facere illi qui vrgē=
te frigore dicunt officium ma=
tutinum ad ignem ubi parum
est de deuotione propter occu
pationem circa corpus: vtpo=
te nunc fricando tybias: nunc
caput: nūc ceteras partes cor
poris. Et tamen secundum do
cti. san. in. iiij. sē tem. di. xv. In
oratione potissime que sub pre
cepto cadit requiritur atten=
tio actualis quidem in princi
pio et virtualis in prosecutio
ne. Ubi autem est magna eua=
gatio mentis ꝛ distractio no=
tabilis nullo pacto manet vir
tualis attētio: sed est talis eua
gatio culpa mortalis frequen
ter: et presertim quando est vo
luntaria ꝛ circa materiam illi=
citam que non secum patitur
attentionem nec actualem nec
virtualem. Est enim huiusmo
di euagatio contra preceptuz
ecclesie: extra de cele. mis. Do=
lentes. Ubi precipitur viris ec
clesiasticis quod officium di=
uinum celebrent studiose pari
ter et deuote.

¶ Orationes autem frixe sunt
ille cum quibus immiscentur
multa verba que non faciunt
ad rem. Nam sicut in frixorio
apponuntur res varie: vtpo=
te materia principalis: Item
pinguedo: species ꝛ huiusmo=
di. Ita etiam multi orantes
multa permiscent: nunc confa
bulantes cum isto nunc cum il
lo: quod tamen summe cauen=
dum est: potissime in officio di=
uino ad quod quis astringit.
Unde in clementinis de cele.
mis. ca. Graui. reprehenditur a
busus illorum ecclesiasticoruz
qui verba extranea et plerun=
qꝫ vana et prophana intermi=
scent. Item qui psalmodiant

sincopando et transcurrendo et huiusmodi.

¶ Sexto respicit dominus in orationem paruulorum baptizatorum: de quibus ad litterã videtur posse intelligi qđ hic dicitur videlicet Respexit dominus orationem humilium et non spreuit. etc. Qui enim humiles nisi paruuli? Quod innuit saluator Math. xviii. dic. Nisi efficiamini sicut paruuli sup. per humilitatem: non intrabitis in regnum celorum. Quia autem dominus respiciat in orationem talium humilium testatur Psal. vi. ad dominum. Ex ore infantium et lactẽtium perfecisti laudem. id est: acceptasti. In cuius rei signuz legitur Luc. xix. qđ ingrediente Jesu in Jerusalem murmurabant pharisei eo quod pueri eum laudabant. Quibus dixit: quod si hi tacuerint lapides clamabunt.

¶ Lectio. lxxxvi.

¶ Scribentur hec in generatione altera & populus qui creabitur laudabit dominum.

¶ Postquam in precedenti lectione ostensum fuit quomodo ipse dominus nullum peccatorem ad eum per penitentie sacramentum redire volentẽ spernit sed pie et misericorditer respicit in orationem illius: quã facit omni cum humilitate pro peccatorum suorum remissione: sicut patuit in publicano. Luc. xviii. Hic consequẽter p̃s ad perpetuam rei memoriam iubet tantam dei pietatem et benignitatem erga peccatores penitere volentes scribi ad p̃fectum eorum qui peccaturi et casuri sunt. vt inde sumãt fiduciam redeundi ad miam dei et clemẽtiam Et hoc est quod di. Scribãt. etc. Sed qđ demõstrat ly hec. profecto demõstrat qđ prius dictum est: scilicet quod edificauit dominus syon. id est animam rationalez creauit: qñ eam primum infudit in humano corpore: quam etiam reedificauit in baptismali absolutione et in penitentiali purgatione: quotiens fuit necesse: et ad ipsum fontem voluit accedere Item demonstrat quod ipse dominus post hanc vitam videbitur in gloria sua i celo ab ipsa syon. i. ab anima: primũ peccatrice: sed demum penitente. Item demũstrat quod tã pius est dñs vt nunq̃ spernat precẽ que puro et humili corde ei offertur: sed benigne ipsam cum suo actore respicit et intuetur sicut patuit de rege Dauid Manasse. Ezachia. Petro Magdalena. Latrone in cruce pendente: et huiusmodi. Hec sunt que debent scribi in generatione altera (et tunc populus qui creabit) immo veri⁹ recreabit per dei grãm qui prius erat annihilatus p culpam (laudabit dñm) sup. de tanta pietate et misericordia. Et hoc est quod dt Deuot. Ber. in quodam sermo Omnino propter miam q̃ de te predicatur curremus post te dñe Jesu audientes q̃ pauperem non spernas pctõrem nõ horrea: non horruisti confiten

tem latronem: non lachrymantem peccatricem: non chananeam supplicantem non deprehensam in adulterio: non sedentem in theloneo: non supplicantem publicanum: non negantem discipulum: non persecutorem discipulorum: non ipsos crucifixores tuos. Hec ille. Scribantur ergo hec et his similia in generatione altera: vt scilicet frequenter meditentur. Non quidem sic vt homines sumant sibi occasionem delinquendi: sicut et illi sed potius ad deum per penitentiam redeundi sicut ipsi. Non enim Maria magdalena nobis data est in exemplum lasciuiendi. sed post commissum delictum non desperandi sed penitendi Ideo di. glo. interl. super illa verbo Scribant hec id est firmiter teneantur vel habeantur (in generatione altera) id est: vt sequentes generationes de his habeant plenam noticiam. Allegorice possumus hoc referre ad peccatum Ade: et ad reparationem factam per christum: vt scilicet vnusquisque perpendat quantum malum intulerit primus Adam filijs: et per oppositum quantum bonum nobis attulerit adam secundus (Scribantur ergo hec) scilicet ade preuaricatio et totius nature humane per eum facta destructio: et eiusdem nature per christum operata reparatio Ille enim Adam primus homo terrenus et peccator filios sibi similes genuit peccato obnoxios ex matris vtero: sed adam secundus homo celestis gratia plenus filios suos a peccato mundat: et per gratiam regenerat. Homo primus filios suos secum trahit ad inferos: sed homo secundus filios suos secum perducit ad superos. Ille exul a paradyso terrestri cum feris deputatus est: iste heres paradysi celestis cum omnibus sanctis et electis gloriantur permanet: Ille immortalis per suam inobedientiam mortalis effectus est. Iste mortalis per suam obedientiam ad immortalitatem translatus est. Ille generat filios culpe et gehenne: iste generat filios gratie et glorie. Ille pater morientium: iste viuentium. Ille filios suos interemit: iste eosdem viuificauit Ille pater corporum tantum: iste corporum et animarum. Ille matrem habuit terram limosam iste virginem elegit intactam Ille preuaricator: iste reparator. Ille maledictus: iste benedictus Ille in fine seculorum veniet iudicandus: iste iudicaturus Ecce quam merito scribi debent de vtroque Adam: et hoc (in generatione altera). i. in generatione noua gratie vt scilicet christifideles cognoscant quantum debent diligere christum redemptorem suum. Hec autem et his similia scripta sunt per euangelistas et apostolos qui doctrinam et opera christi scripserunt: vt fideles xpi assurgerent ad laudem christi pro tantis beneficijs. Ideo sequitur) Et populus qui creabitur laudabit dominum). i. populus christianus: qui creatur per baptismum per quem constitutur in esse gratieque non educitur de potentia subiecti: sed immediate creatur a deo in anima (laudabit dominum) vez P

omnibus beneficijs que retribuit sibi. Et nota quod non dt Psal. pplus q̄ creatus est laudabit dñm: sed qui creabitur. Nam iudei blasphemabāt xp̄z quem futuri christiani laudaturi erant. Et hoc est quod ait Psal. in persona xp̄i. Populus quem non cognoui seruiuit mi chi in aud. a. ob. m̄. Filij alieni i. Judei qui olim propinqui: nunc autem alieni per infidelitatem: mentiti sunt michi. Oli enim dixerant Moysi Omnia que locutus est dominus faciemus et erimus obedientes. Exod. xiiij. sed ostenderunt se mendaces: quando xp̄o in omnibus contradicere satagebāt Que erga scipserūt Moyses ꝛ prophete de christo vētura Judeis qui fuerunt generatio prima non profuerunt: qꝛ ipsam veritatem nec credere nec suscipere voluerunt: propter quod Psal. vocat eos generationem prauam et exasperantem: cuiꝰ non est creditus cum deo spūs Et christꝰ Mat. xij. vocat eos generationem malam et adulteram. Profuerunt autē talia christianis: qui fuerunt generatio noua et secunda: quam Dauid in presenti vocat alteram supple a prima. Quia ergo generatio illa vetus ꝛ prima noluit recipere mysteria legis gratie: que tn̄ cernere poterat in figuris ꝛ prophetijs: nō horum noticia translata est ad nouam ꝛ secundam gn̄ationē: scꝫ christianoꝝ vt inde laudēt dñm. Et istud est: qđ dt christꝰ Judeis Mat. xxi. Auferetur a vobis regnū dei. i. noticia vera sacre scripture per quā itur ad celū: et dabitur genti faciēti fructus eius. Hinc Paulus dicebat Ro. xv. Quecunq; scripta sunt: scilicet in veteri testamento / ad nostram doctrinam (qui scilicet christiani sumus) scripta sunt. Patet ergo quod scriptura veteris testamēti nō profuit antique generationi Judeorum: sed magis fuit ad condemnationem eorum. Unde ipse dn̄s dicebat eis Joh. v. Scrutamini scripturas: quia vos putatis in ipsis vitā eternam habere: et ille sunt que testimonium perhibent de me. Et post pauca. Nolite (inquit) putare quod ego accusaturus sum vos: est qui vos accusat Moyses in quem vos speratis Profuit autem dicta scriptura alteri generationi: scilicet christianorum. De qua i Psal Hec est generatio querentium dominum. Nonne ipse Job instanter petebat suos sermones peruenturos ad nouā hanc generationē cum dicebat? Quis mihi tribuat: vt scribantur sermones mei? Quis mihi det vt exarentur in libro stilo ferreo aut plūbi lamina vel celte sculpantur in silice. Eiusdem. xix.

A ¶ Notandum est autē preter ea que dicta sunt iuxta textum hunc: quod spiritussanctꝰ qui est actor principalis sacre scripture precipit signāter sex scribenda dicens Scribantur hec.

scꝫ
- Diuina mandata.
- Antiquorum gesta.
- Superuentura mala.
- Singulorum opera.
- Malorum supplicia.
- Justorum premia.

¶ Primo igit ipse spiritussanctus vnicuique nostrum loquitur dicens. Scribantur hec: scilicet dei mandata non quidem in tabulis lapideis ꝛ mortuis: sed in tabulis viuis: scilicet in cordibus humanis. Et hoc est quod loquitur dominus Deuterono. vj. dicens. Erunt verba hec que ego ꝓcipio tibi hodie in corde tuo: ꝛ narrabis ea filijs tuis: ꝛ meditaberis sedēs in domo tua: ꝛ ambulās in itinere: dormiēs atqꝫ consurgēs: et ligabis ea quasi signū in manu tua: eruntque ante oculos tuos semper ꝛ mouebuntur inter oculos tuos: scribesqꝫ ea in limine ꝛ ostijs domus tue. Hec ibi. Uoluit autē dominus Judeos scribere sua mandata cū talibus cerimonijs ꝛ in predictis locis: vt in iugi memoria essent apud eos. Item hierem. xxxj. Dabo inquit dominus legem meam in visceribus eoruꝫ et in corde eorum scribā eam: ꝛ ero eis in deum: ꝛ ipsi erūt mihi in populuꝫ. Et hoc est quod de populo fideli loquitur psalmista dicens. Lex dei eiꝰ in corde ipsius. Et quicunqꝫ: supple ita fecerit: non supplantabuntur gressus eius: id est non cadet in foueam peccati: neqꝫ inferni. Cuius ratio est: quia qui ambulat in lege domini nō cespitat: quia vt habetur Prouerbiorum. vi. Mandatuꝫ lucerna est et lex lux. Et hoc est quod ait Saluator. Joā. xl. Qui ambulat in lumine non offendit. Dicitur autem dominus scripsisse mandata sua in corde nostro. quia dedit nobis sufficiēs lumen naturale quo possumus illa cognoscere ꝛ dictare atqꝫ iudicare esse facienda: et hoc quo ad mandata decalogi: que omnia secundū doctores sunt de dictamine legis naturalis: prout pulchre declarat beatus Thomas pri. ij. q. c. art. i. allegans illud verbum Pauli Romanorum. ij. dicens quod gentes que legem supple scriptam non habēt: naturaliter ea que legis sunt faciunt. Unde quilibet siue iudeus siue paganus: aut christianus extitat, potest merito dicere ad dominum illud Psalmiste. Legem tuam in medio cordiꝫ mei: supple posuisti. Sicut eniꝫ in medio cordis secūdum philosophos est quedam concauitas que recipit et continet spirituꝫ vitalem: quo cōseruatur vita hominis. Ita etiam deus in corde anime posuit quandam naturalem capacitatem ad recipiendum ꝛ continendum decalogi precepta.

¶ Debemus ergo huiusmodi mādata scribere in pelle nostri cordis et indesinenter illa meditari: ꝛ hoc propter tria.

¶ Primo quidem propter exēplū. Scribitur em̄ Exod. xxxij. quod Moyses descendens de monte Sinay, portabat duas tabulas lapideas scriptas ex vtraqꝫ parte digito dei: per qđ voluit nobis insinuare ipse dominus quod huiusmodi mandata debemꝰ indelebiliter scribere in tabulis cordiū nostrorum per iugum meditationum sicut neqꝫ litera scripta in tabulis lapideis de facili delet. Practica de quolibet precepto in particulari si vis.

¶ Secundo propter periculū:

pueris enim cum primum vadunt ad scolas datur parua tabula pendens cum filo ad zonam eorum: in qua scriptū est alphabetum: Item pater noster: aue maria et huiusmodi: quam si per negligentiam perdiderint verberantur virga: et similiter si in dicta tabula non studuerint et non se exercitauerint percutiuntur: quamuis leniter secundum etatis qualitatem. Ita etiam domin⁹ de⁹ suo modo appendit in corde nostro precepta suaque si amiserimus per negligentiam: aut si non exercitemur in eis sine defectu vapulabimus in virga ferrea: et tanquam vas figuli confringet nos dominus: secundum quod scriptū est Luce. xij. Seruus sciens voluntatem domini sui et non faciens plagis vapulabit multis.

¶ Tertio propter premiū. Unde Mat. xix. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. Propterea ipse domin⁹ clamat ad vnumquemq₃ nostrum di. illō Deutro. vi. Audi israel. i. fidelis anima: et obserua vt facias q̄ precepit tibi dominus et bene sit tibi et multipliceris āplius scilicet in bonis spiritualibus sicut pollicitus est domin⁹ de⁹ patrum tuorum tibi terram lacte et melle manentem. Per terram autem lacte et melle manantem celestis terra significatur que abundat omnibus bonis ⁊ que repromittitur obseruantibus mandata domini. Ergo scribātur hec in penetralibus cordium nostrorum.

D ¶ Secundo scribantur hec scilicet antiquorū gesta ⁊ acta tam bona quam mala vt ex cōsideratione bonorum prouocentur lectores ⁊ auditores ad bonum: ex cōsideratione vero malorum ⁊ qualiter eis successerit retrahentur a malo. Exodi. xvij. Scribe hoc ob monimentum in libro ⁊ trade auribus Josue. Ubi nota quod monimentum dicitur quasi monens mentem. Illa ergo duo q̄ diximus debemus scribere in tabulis memorie nostre ob monimentum. i. vt nostram mentem moneant ad eorum considerationem. vt enim inq̄t Boetius de consol. lib. iiij. prosa. j. Nam sine pena vnquam esse vicia nec sine premio virtutes bonis felicia malis semper infortunia contingere Item pro. iij. eiusdem libri. Nunquam inq̄t bonis premia nunquā sua sceleribus deesse supplicia.

E ¶ Primo igitur scribere debemus gesta sanctorum patrū in codicibus cordis nostri vt sic prouocemur ad bonum secundum quod strenuus ille miles iudas machabeus admonebat suos contra gorgiā qui cōtra eū venerat dicens eis. Mementote quomodo salui facti sunt patres nostri in mari rubro cum sequeretur eos Pharao cum exercitu multo: ⁊ nūc clamemus in celum ⁊ miserebitur nostri dominus. j. Machab. iiij. O populi christiani mementote ergo quomodo Abraham saluatus est per fidem: quādo scilicet dictum est ei a domino In semine tuo benedicētur omnes gentes. Genesis vigesimo secundo. Item Isaac per promptam obedientiam qui scilicet

per misit se ligari a patre & sup struem lignorum iactari vt immolaretur domino: vt dicitur vbi supra. Item Jacob per nimium laborem: tum in custodia pecorum: tum in longa peregrinatione: tum in fuga fratris sui Esau. Item memento te quod Job per patientiam saluatus est. Thobias per pietatem et misericordiam. Dauid per mansuetudinem. Petrus per lachrymarum effusionē. Paulus per continuum laborem. Sacheus per bonorum suorū distributionem et alienorum restitutionem. Memento te ergo quomodo salui facti sunt patres nostri. Propterea autem ex hystoriis sanctorum patrum vtriusque testamenti frequenter legitur in ecclesia vt audientes quomodo vixerunt ad celeste regnum tandem peruenirent. Ita et nos pro modulo nostro studeamus eos in presenti imitari: vt tandē eos possimus ad celestem gloriam sequi: et si a longe: quia quantum distat ortus ab occidente tantum distant merita nostra et premia ab eis. Secundo scribere debemus gesta iniquorū hominum: vt cognoscamus quam male successerit eis post hanc vitam etiam & quandoque ī presenti Jere. xvij. peccatum iuda scriptum est stilo ferreo in vngue adamantino. Scribatur itaque per indelebilem memoriam quomodo deus tam seuere puniuit peccatum primi angeli ita vt sine mora ipsum de celo abiecerit sine spe redeundi cui etiam non dedit tempus neque locum penitentie. Item quomodo primum parentem & paradiso terrestri propter suam gulam expulerit. Item quomodo ferme omnem carnem propter fedam luxuriam in aquis diluuij deleuerit. Item quomodo puniuerit crudelitatē pharaonis adulterium Dauid arrogantiam antiochi malignitatem iudeorum erga christū per titum & vespasianum Item quomodo successerit tyrannis illis qui sanctos dei persecuti sunt quorum aliqui arrepti a demonio extincti sunt alij ab igne de celo cadente subito cō concremati in puluerem sūt redacti. alij in ignem alij ī aquā seipsos precipitantes manifesta reliquerunt iudicia persecutionis iniuste. Hec igit̄ & similia sunt memoriter scribenda vt sic timeantur dei iudicia.

F ¶ Tertio scribantur superuentura mala que precedēt iudiciū diē Ut enim inquit Apo. ij. thi. iij. Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est scilicet ad incutiendum malis timorem vel ad generandum in bonis spem. Inter autem illa mala que precedent ipsum iudiciū diem paulus vbi supra aliqua commemorat dicens. In nouissimis diebus instabūt tempora periculosa & erunt homines seipsos amātes cupidi elati superbi blasphemi parentibus inobedientes ingrati scelesti sine affectione sine pace criminatores incontinentes immites sine benignitate proditores proterui. Uoluptatum amatores magis quam dei habentes quidem speciem pietatis virtutem autem eius abne

gantes.hec ibi Itē Marc.xiij. Exurget gens contra gentem et regnum super regnū et erunt terre motus per loca et fames initium dolorum hec. Et post pauca Et consurgent filij i parentes et morte eos afficient. Item tradet frater fratem in mortem et pater filium. Et paucis iteriectis subditur. Ue autem pregnantibus et nutrientibus in illis diebus. Erunt enī dies illi tribulatiōis talesquales non fuerunt ab initio creature quam condidit deus vsqꝫ nunc neqꝫ fient Et nisi breuiasset dominus dies non fuisset salua omnis caro. Sed ꝓpter electos quos elegit breuiabit dies.

S ¶ Preterea cum superuteuris malis que precedent iudi- ciū diem connumerari possunt illa.xv.signa que meminit hiero.se reperisse in ānalibus Iudeorum quorum primum erit erectio maris super altitudinē montium stabit enim eleuatū.xl.cubitis in loco suo manēs quasi murus Secundū signū erit descensus ipsius qui tantus erit vt vix poterit videri. Tertium erunt belue marine apparētes super mare que dabunt rugitus vsqꝫ ad celum. Quartum ardebit mare et omnes aque et fontes. Quintum herbe et arbores dabunt rorez sanguineum. Sextum ruētvniuersa edificia. Septimū petre adinuicem collidentur. Octauum fiet generalis terremot⁹. Nonum equabitur terra Decimum exibunt homines de cauernis et ibunt velut amentes nec poterunt mutuo loqui Un decimum surgent ossa mortuorum et stabunt supra sepulchra Duodecimū stelle cadēt ō celo Decimū tertiū morient hoīes viuentes vt cū mortuis resurgant. Decimūquartū ardebit celū et terra. Decimūquintū fiet celum nouū et terra noua et tūc resurgēt oēs. Scribantur ergo hec signa i gñatiōe altera et a gñatione ī gñationē vt saltem pctōres timeat ipsa signa ꝫm illud psal. Turbabūt gentes et timebūt q̄ habitāt termi nos a signis tuis Notāter aūt dt psal. ꝙ illi timebunt a signis dei qui habitāt terminos supple penitētie: qꝛ illi q̄ sunt vltra dictos terminos nullo pacto vident timere ipsa signa sed potius irridere dicētes talia esse ficta et inuēta vt incutiatur timor male agēdi ipīs improbis Sed profecto experientia rerum magistra reddet eos securiores forte in breui cum scilicet exarserit in breui ira domini vt dicit Psalmista.

¶ Quarto scribant hec scilicet singulorꝫ opa tam bona ꝙ̄ mala scribātur inqꝫ in libro sciētie dei in quo quidē libro scribūtur tam boni ꝙ̄ mali cū meritis et demeritis suis. Nam sicut in libris scribūtur leges et regule humane quib⁹ hoīes regūtur et q̄bus humana iudicia disponūtur ita et in libro ꝓuidentie dei sunt ordinationes et regule q̄bus hec oīa inferiora regūtur. Et hoc ē qd in ps. dicit in libro tuo oēs scribent Nihilominus scriptura istius libri ꝓ pn̄ti est multum obscura qꝛ in illo libro nullus pt legere nisi iudex et secretarij ei⁹

quousqꝫ veniat iudicij dies et tunc liber aperietur et omnibus legēdus exponetur. Et de hoc scribitur. Ezech. ij. vbi dicitur quod ezechiel vidit manum in qua erat inuolutus liber scriptus intus ꝛ foris que tandem coram eo expansus est ꝛ scriptura intus latens manifeste apparuit In quo quidem libro erant principaliter tria scripta scilicet lamentationes carmen ꝛ ve. Sic in proposito scriptura diuine scientie seu p̄sciētie modo valde obscura est ꝛ totaliter inuoluta sed in iudicio omnibus apparebit manifesta ꝛ videbitur ratio de omnibus que modo nos latent.

Item tunc legētur lamentationes miserorum pecatorum carmen saluādorū ꝛ ve dānādoꝝ Item tunc apparebunt ibi angeli boni ꝛ mali singuli cum libris suis quos coram oculis omnium tunc aperient adeoqꝫ quilibet legere poterit totam vitam alterius. Nam in libro diaboli scripto literis nigris legentur nedum grossa peccata sed etiam minutissime negligentie ꝛ similiter in libro quē tenebit apertum bonus angelus qui scriptus erit literis aureis clare legentur quecunqꝫ bona fecerit homo quantūcunqꝫ parua extiterint etiam vsqꝫ ad potum aque frigide date pauperi propter deum quia christus dicit de tali quod nō perdet mercedem suam Marci. nono.

I ¶ Quinto scribant̄ hec scilicet malorum ꝛ iniquoꝝ supplicia que reseruantur malis inferenda post mortem. Unde reprobus potest merito dicere ad dominum illud Job. decimo tertio. Scribis contra me amaritudines ꝛ consumere me vis peccatis adolescentie mee Tūc enim ipse dominus scribet libellum repudij quod dabit illi anime misere que aliquādo fuit vxor sua forte per gratiā baptismi: sed non āplius vxor ex quo peccauit quo dato nunquam cum eo habitabit sed foras mittetur ad leprosariam ꝛ prostibulum omnium damnatorū. Poterit autem lector hic loqui de penis inferni prout lubebit.

K ¶ Sexto scribantur hec videlicet iustorū premia que dabuntur bonis ꝛ electis de quibus quidem premijs scribitur Math. xxv. Uenite benedicti patris mei possidete ꝛc. Et de hac scriptura dicitur Apocal. xxi. quod non itrabunt in ciuitatem nouam hierusalem nisi illi qui scripti sunt in libro vite Sed fortassis queres q̄ sunt illi qui inscripti sunt in libro vite. Pro responsione audi illud Apocalipsis. tertio qui vicerit inquit dominus scribam super eum nomen meum ꝛ nomen ciuitatis noue hierusalē. Solus ergo ille ibi script⁹ est finaliter qui efficaciter vicit carnem mundum et diabolum Studeamus ergo tales aduersarios nostros cum dei adiutorio vincere vt scribat super nos dominus nomen suum.

Ubi summe notandum qꝫ scribi in libro vite dei est scribi in generatione altera. Qui enim felicitantur in presenti scribūtur in generatione hac secun-

dum illud Psal. Uocauerunt nomina sua in terris suis. Tales enim scriptos habet mundus in libro memorie sue sed non deus. vnde Psal. deleant de libro viuentium & cū iustis non scribantur. Qui vero aduersa equanimiter patiuntur in presenti illi in generatione altera scribuntur hoc est in celo secundum illud christi verbum Luce. vi. Beati cum vos oderint homines et cum separauerint vos & exprobrauerit et eiecerint nomen vestrum tā quam malum propter filiū hominis gaudete et exultate ecce enim merces vestra multa est i celo. Item eiusdem. x. gaudete & exultate quia nomina vestra scripta sunt in celo. Non igit ponamus cor nostrū in mundo isto misero & caduco: sed in celo vt ibi scribi per eternam electionem possimus.

¶ Lectio. lxxxvij.

¶ Quia prospexit de excelso sancto suo, dominus de celo in terram aspexit.

¶ Postquam in precedenti lectione Psal. in persona penitentis premisit dicens. Scribātur hec. nec specificauit que sit hec que scribenda sunt. Ideo hic consequenter demonstrat in particulari que sint talia cū subdit. Quia prospexit. &c. Itē in sequentibus cum adiungit Ut annuncient in syon &c.

¶ Item inconueniendo populos in vnum et reges vt ser. d. Primo ergo Psal. dt hoc vnū esse ante omnia a vero penitente in memoriali sue mentis indelebiliter esse scribendum videlicet. quia prospexit supple dominus de excelso sancto suo .i. prospiciet ita vt hic ponat preteritum pro futuro. Uel prospexit. idest procul aspexit peccatores longe ab eo positos secundum illud Psal. lōge a peccatoribus salus. Item puerb. xv. longe est dominus ab impijs. Sed quemadmodū aquila a longe respicit predam suā ita vt videat paruos pisciculos in fundo maris Ita etiam ipse dominus ante cuius oculos omnia sunt nuda & aperta videt miseros peccatores i profundo peccatorum stantes ad quos vna dierū descendet scilicet in morte et quia non inueniet eos escam seu predam sibi propiciam ideo dabit eos deuorandos auibus inferni qui diligunt & delectantur in cadaueribus. idest in peccatoribus Sequitur dominus de celo in terram aspexit. id est ad veros humiles et corde contritos vt exponit glo. Interl. quos nunquam spreuit quantuncunq fuerint antea mali. Sed nunquid etiam aspicit malos qui in terra sunt. Utiq vt iam diximus sed oculo dextro sue sūme misericordie aspicit bonos & penitentes quosq oculo vero sinistro sue iustitie respicit malos & reprobos ita vt merito obstinatus peccator possit dicere de domino illud Job. xvi. Terribilibus oculis me intuitus est In cuius figura legitur Hester. xv. quod rex assuerus erat terribilis aspectu. Hoc

autem aperte fiet in die iudicij in quo dicturi sunt reprobi de domino illud sap. ij. grauis est nobis etiam ad videndum possumus etiam hunc passum allegorice exponere de christo prout exponit beatus Gregorius similiter et dominus hugo cardinalis et petrus de palude. Quando ergo dei filius carnem assumpsit humanam tunc de excelso sancto suo. idest de celo empireo. idest quod excelsum est valde quia supra nouem celos mobiles collocatum extat. Item quod sanctum est et sanctificatum in eiectione malorum angelorum. Item quod est dei. tum propter creationem. tum propter specialem inhabitationem Psal. Celum celi domino. terram autem dedit filijs hominum. tunc inquam ipse dominus. de celo. i. de sinu dei patris in terram aspexit. id est in homines qui antea tantum in celum hoc est in angelos respicere videbatur quasi tunc non curans de hominibus. Quia ergo inquit Greg. per verbi dei incarnationem nonsolum iudea que iuxta esse videbatur sed etiam gentilitas liberanda erat per misericordiam. recte nunc dicitur quia prospexit de excelso sancto suo iuxta id quod dicit paulus Ephesios secundo. Pacem his qui longe et pacem his qui prope. Et tunc etiam dominus de celo in terram aspexit quando elegit incarnari in vtero virginis que est terra illa de qua in psalmi. Benedixisti domine terram tuam. auertisti captiuitatem Jacob remisisti iniquitatem plebis etc. ecce incarnationes misterium et fructus illius. Idem etiam Grego. dicit quod excelsum sanctum domini est dei filius per quem deus pater prospexit in mundum quando misit eum incarnandum: quia enim deus pater oculos corporeos non habet sed solus filius ideo per eum qui excelsus est valde adeo vt ipsi patri sit equalis et qui est sanctus sanctorum qui denique celum appellatur propter inhabitantem diuinitatem iuxta illud. Esaye. lxvi. Celum mihi sedes est ipse deus pater qui omnia videt. dicitur in mundum prospexisse et in terram aspexisse. O benedicta hora in qua ipse deus pater per filium suum nos respexit oculo misericordie sue quia alias eternaliter periclitabamur.

A ¶ Notandum est ergo iuxta hunc passum quod sicut homo in alto constitutus videt clare et aperte ea que inferius stant supposita debita distantia et dispositione medij. Ita et ipse dominus deus coram cuius oculis omnia nuda sunt et aperta videt de summo celi fastigio quecunque hic operantur et fiunt. Uidet ergo in istis inferioribus hec que sequuntur videlicet.

In honoribus vanitatem.
In diuitijs anxietatem
In potentibus crudelitatem.
In ecclesijs ambitionem
In ciuitatibus vniuersam abhominationem.
In omni statu nequitiam

B ¶ primo itaque dominus de celo in terram aspiciens videt ibi in honoribus pompam et vanita

tem. Quid enim sunt mūdani honores fast⁹ ꝛ gloria nisi mera vanitas? Unde Eccl. i. Uidi cuncta que fiunt sub sole et ecce vniuersa vanitas. Nōne maxima vanitas et fatuitas est emere officium honoris multo precio ꝛ nondum gustato fructu illius mori? Nonne maxima dementia est prestituere sibi finem in honoribus gloria ꝛ laude hominum que omnia vana sunt. Unde de homine tali possumus dicere quod vanitati similis fact⁹ est ꝛ hoc tripliciter videlicet cogitatiōe: locutione ꝛ operatione. Primo quidem cogitatione. Nam cogitare de mūdi honoribus ꝛ seculi sublimitatib⁹ magna vanitas est. Unde Psal. Dñs scit cogitationes hominū sup. ambitiosorū: quoniā vane sunt. Hic cadit exemplū de illo fratre ordinis fratrū predicatoꝝ de quo legitur in vitis fratrū eiusdē ordinis ꝙ cū semel ambulans per vicū lutosum vehementer cogitaret ꝙ si esset magn⁹ abbas aut episcop⁹ tunc nō oporteret eū ire pedes: sed haberet equū aut mulam phaleratam ꝛ famulos multos. Cecidit in lutum. Cūqꝫ in eo volutaret dixit respondēs sue cogitationi vane. Surgite dñe episcope: nō enim decet talem prelatū in luto iacere. Et accurrens socius ei⁹ eleuauit ꝛ eū extraxit inde. Ecce quomodo ostēdit illi dominus ꝙ vana ꝛ fatua esset cogitatio illius ꝛ suorū similiū. Secūdo locutione. Magna eīm vanitas est dicere. Utinā essem magn⁹ dñs: sicut plerīqꝫ solēt in itinere vna cōstituti confabulari ꝛ loqui potius ꝙ de diuinis ꝛ spiritualib⁹ de quibus psal. Uana locuti sunt vnusqꝫ ꝙ ad proximū suū. Et certe bene dictū est/ vana: qꝛ talia verba nihil valēt nec ꝓsunt plus ꝙ ventus: immo obsūnt: qua sunt signa indicatiua passionū interiorum et mentalis superbie: quia vt habetur Matt. xij. Ex abundantia cordis os loquitur. Tertio operatione. Cū enim ea circa que versant̄ mūdani honores vana sint dicente sapiente Ecclesiastes. i. Uanitas vanitatum et omnia vanitas. Qui circa talia se studiose occupat vanitati se occupat et vana se amare opere demonstrat. Et quēlibet talem reprehēdit scriptura dicens in psalmo. Filij hominum vsquequo graui corde (supple estis) vt quid diligitis vanitatē (.i. honores mūdanos qui reuera vani sunt) ꝛ queritis mēdacium: sup. subtiliter loqui vt sic possitis ad dictos honores ascēdere? Quāta aūt sit instabilitas atqꝫ vanitas i mūdanis honorib⁹ ꝛ fastu seculi patere potest si diligēter sacra volumina reuoluātur. Ecce etenim Joseph qui tantus fuit in domo Phutifaris vt vniuersam ei⁹ domū regendā ab eo susciperet ꝛ vniuersa que habebat: ꝛ tñ tandē reclusus est in carcerē vbi vincti regis custodiebantur. Geñ. xxxix. Nōne etiā Aman qui secundus erat post regem Assuerum: ꝛ quē ex mandato regis cūcti adorare habebāt atqꝫ genua corā eo flectere: vt habet̄ Hester. iij. tādē turpiter suspēsus est post tantos honores in

patibulo qd parauerat Mardocheo Judeo. Eiusdem. vij. Quis etiam miles tantum honorat⁹ est a rege suo sicut Joab a Dauid? Ita vt constitueret eum principē exercitus sui: et tamen eo mortuo de mandato filij sui Salomonis ipse Joab interijt. iij. Regum. ij. Preterea Saulem primū tam gloriose ad regnum sublimitatum et deinde miserabiliter deiectū. Taceo Nabugodonosor post tantam gloriam cum bestijs reiectum annis septem. Danielis iiij. Et breuiter pene infinitos tales reperire est q̄ deiecti sunt postquam fuerunt eleuati ⁊ sublimati. Ex quo patet liquide quā bene dominus dicatur videre in honorib⁹ ⁊ pompis seculi vanitatem.

D ¶ Secundo prospicit domin⁹ de excelso sancto suo ⁊ aspicit in terra in diuitijs anxietatem. Unde ipse dicere potest illud Ecclesiastes. i. Uidi vniuersa que fiunt sub sole: ⁊ ecce afflictio spirit⁹. Propterea ipse Salomon postquam in dicto capitulo recitauit diuitias regni sui quibus abundauit super cunctos reges Israel: tandem ibi concludit dicens. Uidi in omnibus vanitatem ⁊ afflictionē animi. Item. iiij. ca. eiusdē lib. loquitur ipse Salomon de homine auaro dicēs. Considerās reperi aliam vanitatem sub sole. Unus est secundum non habet non filium non fratrē: ⁊ tamē laborare nō cessat: nec satiatur oculi ei⁹ diuitijs: nec recogitat dicens: cui laboro ⁊ fraudo animam meā bonis. In hoc enim est vanitas ⁊ afflictio pessima. Bene autem ad propositū loquitur Chrysostomus super Matth. homel. xxx. dicēs. Uanitas vanitatū ⁊ omnia vanitas. Hunc versiculum si saperent qui in potentia ⁊ diuitijs versantur/in omnibus parietibus: ⁊ in vestib⁹ suis scriberēt/in foro/in domo/i ianuis/in ingressibus/⁊ ante omnia in conscientijs suis vt semper ipsum versiculum oculis cernerent et corde sentirent. Hec ille. Propterea dominus Jesus Christus Luc. viij. comparat ipsas diuitias spinis: quia pungunt mētem per nimiam solicitudinem sui: vt exponit ibi Gregorius. vnde Innocentius de vilitate conditionis humane dicit quod diuitie ipse fiūt instrumenta penarū que fuerant oblectamenta culparum. Nam in eis (inquit) est labor in acquirendo: timor in possidendo: dolor in amittendo: mentē hominis semper fatigant solicitant et affligunt. Item Augustinus de verbis apostoli ad propositum loquitur dicens. Aurū est materia laborum: periculū possidentium: eneruatio virtutum malus dominus; proditor seruus: ⁊ quāto plus abūdat tanto ampli⁹ cruciat. Qualiter autem ipsum aurum sit periculum possidentium patet de illis qui occiduntur a latronibus propter bona sua quibus pepercissent si nihil apud eos inuenissent. Ut enim inquit Boetius libro. ij. de consolatione. prosa. v. Cantabit vacuus coram latrone viator. Hinc vulgariter dicitur quod qui pecuniam defert mortem suam simul defert.

E ¶ Tertio dominus prospiciens de excelso sancto suo videt in istis inferioribus crudelitatem in diuitibus et maioribus qui comedūt pauperes: siue per exactiones et violentias qualiter faciunt tyranni principes et domini: siue per fraudes et vsuras iniquas qualiter faciūt multi diuites: siue per immoderatas processuū et litigationum prolongationes qualiter faciunt officiales et iustitie ministri tam in foro ciuili quā ecclesiastico: de quibus omnibus conqueritur dominus dicens in psalmi. Deuorant plebem meam vt cibū panis: quasi dicat: quod predicti non faciunt maiorem difficultatē neque conscientiā spoliandi pauperes sua substantia quam faciat homo famelicus in deuorando cibum panis. Item Michee. iij. loquitur dominus de talibus dicens. Comederūt carnem populi mei: et pellem eorum desuper excoriauerūt. Ubi aduerte quod caro pauperum significat in proposito exiguam eorum substantiam: siue consistat in pecoribus et vaccis: siue in frumento vino aut oleo. Pellis autem eorū vestes sunt ipsorum quibus tegunt nuditatem corporis sui: sed hec et his similia comedūt et deuorāt predicti maligni homines; ita vt merito de ipsis pauperibus possit dici illud Esaye. i. Regionē vestram coram vobis alieni deuorant. Hi etiam sunt deuoratores de quibus Hiere. viij. Deuorauerunt terram et plenitudinem eius. Hoc ad oculum videmus; nec opus est testimonio prophetarum. Qui enim hac tempestate abundant delitijs et diuitijs nisi aduocati et iustitie ministri? Qui paratiores sunt ad comparandum terras et possessiones pauperum agricolarum aut etiam quandoque nobilium quam predicti? Qui etiā inter diuites huius seculi locupletius prouidēt filiabus suis maritandis quam ipsi? Cū enim descenderint quādoque de rusticorum genere hinc volentes se et prolem nobilitare alta querunt cōnubia filiabus suis nobilitatem redimentes multitudine diuitiarum et scutorum. Sed vnde eis tanta substātia? Certe du flaiolet gallice: et de substantia pauperum. Unde de tali aspectu dei quo videt et cōsiderat calamitatē quam pauperes patiuntur a predictis loquitur ipse dominus Exo. iij. dicēs. Uidi afflictionem populi mei qui est in Egypto: et clamorē eius audiui propter duritiam eorum qui presunt operibus. Et ista est vna de causis quare dominus venturus est ad iudicium: secūdum illud psal. Propter miseriam inopū (quā scilicet patiuntur a predictis) et gemitū pauperum nūc exurgam: id est cito veniam ad iudicium dicit dominus. Et nota quod dicit Gemitum pauperū quia reuera tales tyranni et immanissimi homines faciūt pauperes gemere multitudine oppressionum et calamitatū. Iob xxiiij. de ciuitatibus fecerūt viros gemere.

F ¶ Quarto ipse dominus prospiciēs de excelso sancto suo videt in hoc mundo ambitionem

In ecclesia. Uidet itaq ibi quosdā magnos non altitudine meritorum sed ambitione honoꝝ. Job. xli. Omne sublime videt. Sed talis aspectus non est ad eorum vtilitatem: quin potius ad confusionem et damnationē. Job. xl. Disperge superbos in furore tuo et confunde eos: et respiciens omnem arrogantem humilia. Respice cunctos superbos: qui supple sunt in ecclesia que est locus hūilitatis: et confunde eos: scilicet eternaliter. Hi itaq sunt de quib⁹ loquitur Christus Matth. xxiij. dicens. quod amant primos recubitus in cenis: primas cathedras in synagogis: salutationes in foro: et vocari ab hominibus rabbi. Item domin⁹ videt in ipsa ecclesia quosdā paruos ⁊ etate ⁊ sensu. Unde merito potest dici illud Prouerbiorū. vij. De fenestra domus mee per cancellos prospexi: ⁊ video paruulos. Nā hodie conferuntur non solū simplices preben de: sed etiam archidiaconatus prioratus: abbatie: episcopat⁹: et archiepiscopatus paruulis filijs nobilium vix scientibus alphabetū: ⁊ non solum sub pedagogo degētibus, verumetiā nōdū a nutricis custodia quādoq separatis. Uideant itaq ecclesie prelati q̄ tales promouent forte ratione cōsanguinitatis aut affinitatis illud cap. Graue. extra de prebendis ⁊ dignitatibus. Ubi expresse reprehenduntur illi prelati qui postpositis idoneis promouent indignos: quibus nec morum honestas nec literarū scientia suffragatur: carnalitatis sequentes affectum potius quam rationis iudicium: vt habet ibidem. Attendant ergo tales q̄ maturos ⁊ graues viros voluerit dominus in ecclesia prefici in hoc quidem quod Moysen elegit vt esset dux populi sui iā habentem annos. lxxxiij. vt habetur in Exod. Itē Josue iam satis prouectū elegit dominus post mortem Moysi vt regeret dictū populū. Similiter Christus nō commisit curam sponse sue ecclesie Joāni aut Jacobo germanis suis adhuc iuuenibus: sed poti⁹ Petro iam seni. Si enim nemo eligat iuuenes in duces: eo quod non constat eos esse sapiētes: multominus debent eligi huiusmodi iuuenes ad beneficia ⁊ ecclesiasticas dignitates, quāto spiritualia sunt temporalibus preferenda.

G ¶ Ad hoc propositum facit illd quod legitur de sancto Ualerio Iponensis episcopo qui cum sentiret se esse impeditioris lingue et senio pregrauari non alium quam Augustinum virum omni virtute et scientia adornatū quesiuit habere successorem vt per eū fieret quod minus bene a se fieri arbitrabatur ipse Ualerius. Cumq ipse Augustinus cōpulsus esset episcopari in dicta ecclesia: tūc dixisse fertur. In nulla re sentio dominum sic mihi iratū sicut in hoc quod cum vix dign⁹ essem poni ad remū: positus sum ad amplastra in apice regiminis ecclesie. Hec dominus Anthoninus in sua croni. ij. parte titu. x. cap. viij. §. ij. Est ⁊ aliud in eclesia quod prospicit domi

nus: ꝛ quod ei valde displicet: scilicet pōpa et fastus nimius: tam in famulis quā equitaturis: supellectili: vasis: auibus: canib⁹: ꝛ huiusmodi. Ita vt in talibus videant̄ precellere multi prelati principes et nobiles seculi / consumendo in talibus vanitatibus bona ecclesiarum suarum / clericoꝝ ꝛ pauperum. Contra quos loquitur Hieronymus ꝛ recitatur in dec. dist. xliiij. Cum autem. Tibi (inq̄t) o sacerdos de altari viuere nō luxuriari permittitur. Super quo dicit glosa quod debet sufficere clerico quod viuat ꝛ sola necessaria victus ꝛ vestitus habeat. Ita enim dicitur. xij. q. j. Episcopus. Ille autem clericus luxuriari dicitur qui superuacue ꝛ prodige cōsumit bona ecclesie: siue in ludis: siue in comessationibus ꝛ banquetis: sicuc in nepharijs vsibus. Utinā sūt moderni nostri prelati studerēt esse imitatores beati Gregorij pape: de quo refert dict⁹ dominus Anthoninus vbi supra tit. xij. cap. iij. §. xiiij. quod ex quo fuit creat⁹ pōtifex summus taliter rexit rem domesticam ꝛ curiam suam vt nullum laicum haberet in sua familia: sed clericorum vel monachorū honestorum ꝛ prudentium vtebatur obsequijs.

H ¶ Quinto ipse dominus ꝑspiciens de celo in terraz videt in ciuitatibus cunctā abhominationem ꝛ abyssuz omniū malorum in quibus tamen pre ceteris locis deberet florere abūdantia omnium bonorū ꝛ virtutuz. Unde ipse dominus per Psal. de hoc loquitur dicens. Uidi iniquitatem et contradictionem in ciuitatibus vsq3 ibi vsura ꝛ dolus. In quibus verbis psalm̄. scribit sex mala que sunt ferme in qualibet ciuitate. Imaginemur ergo q̄ in qualibet ciuitate sint sex vici habētes singuli nomina sua.

I ¶ Primus igitur vicus vocatur superbia: ꝛ iste vicus exprimitur ibi (vidi iniquitatē) id est superbiā. Iniquitas eñi dicitur quasi non equitas. Superbus autē dicitur nō equus eo quod neminem sibi coequat sed vult omnibus preesse etiaz maioribus: cum tamen vere humilis poti⁹ velit subesse quam preesse. In hoc igitur vico morantur omnes superbi et elati deo maioribus ꝛ parentib⁹ inobedientes: pompam ꝛ fastum sectantes: iactatores mundane glorie cupidi ꝛ amatores ꝛ tales faciunt magnum vicum.

¶ Secundus vicus dicitur lis seu discordia: q̄ exprimitur cū subditur (ꝛ contradictionem) Merito autem iste vicus cōiungitur priori: quia vt habetur Prouerbiorū. xiij. Inter superbos semper iurgia sunt. In isto vico habitat trib⁹ dan. Ubi nota quod dan interpretatur causa vel iudiciū. Per tribum igitur dan recte significant̄ homines causidici ꝛ iustitie ministri qui cōmorantur in vico cōtradictiōis qꝛ solēt mutuo sibi in iudicio cōtradicere: ꝛ qđ oīm lege vetituz est frequēter iniurias ꝛ opprobria cōtra seinuicē habere. Sed aduertāt habitatores dicti vici q̄ trib⁹ dan non ꝯnumeratur in cathalogo sanctoꝝ q̄ ponitur Apoca. vij.

Ubi enumerātur signati ex tribu iuda duodecim milia: ex tribu Ruben. xij. milia et sic de alijs: preterquam de tribu dan: que propter sui intepretationem merito significat aduocatos et similes: quibus valde timendum est ne tandem excludantur a celo et a numero electorum dei: maxime cum dicat apostolus. j. Corinth. xi. Si qs videtur contensiosus esse nos talem consuetudinem non habemus: neqꝫ ecclesia dei. Unde psal. Dissipa gentes que bella volunt. Hic cadit exemplum illius pastoris qui cum non posset introducere porcos suos et oues in stabulum tandem dixit Rogo dominum vt tam festinā ter ingrediamini stabulū quēadmodum aduocati infernum. Mira res. Uerbo illo prolato se precipitabant ipsa animalia vt ingrederentur stabulum.

¶ Tertius vicus dicitur inuidia: qui insinuatur cum dicit (die ac nocte circundabit eam super muros eiꝰ iniquitas): id est nequam inuidia Matthei. xx. An oculus tuus nequā est quia ego bonus sum. Notandum est autem ꝙ iniquitas aliquando tantum valet sicut nō equitas: et tunc significat superbiam vt dictum est. Aliquando autem tantū valet sicut nequitia vel malicia: et tunc significat inuidiam: que recte dr circundare muros eius: quia altitudini communiter inuidetur: et hoc die ac nocte: quia inuidus dolet de bonis aliorum: et de malis gaudet. Uel forte ideo dr die ac nocte: qꝛ inuidia torquet possessorem suum omni tē pore: quotiens scilicet apprehendit felicitatem alterius. In hoc autem vico mansit aliquando Caym qui inuidit fratri suo abel. Item fratres Joseph. Item Saul inuidens dauid: cum laudaretur de victoria habita de Philisteo. Item Babyloni inuidentes Danieli Item Judei inuidentes christo. Nūc autem in hoc vico cōmorantur multi viri magni viri magni docti et literati: multi curialiste: multi ecclesiastici: multi religiosi: multi mercatores et operarij: qui communiter solent inuidere ꝛ felicitati suorum parium.

¶ Quartus vicus huius ciuitatis infernalis et diabolice dicitur curiositas: et iste vicꝰ insinuatur cum dicitur. Et labor in medio eius. Sunt enim multi diuites qui cum multo labore et impensis plurimis edificant sibi sumptuosa et curiosa edificia tam ab intus quā ab extra: et hoc in medio ciuitatū vt melius videantur ab omnibus et pascant oculos intuentiū. Quod tamen prohibet scriptura Ecclesiasti. iij. In pluribus operibus ne fueris curiosus. In hoc vico olim morabatur Rex Nabugodonosor qui fecit edificari maximum palatium: et in eo aulem solennem valde cuius sumptuositatē cōspiciens mox supbire cepit: sed tamen postea de isto vico et palatio eiectus fuit: et cum feris et bestijs annis septem habitauit/donec se humiliauit Dan. iiij. In hoc etiam vico olim morati sunt homines illi: qui post diluuium dixerunt alter ad al-

terum. Venite faciamus nobis ciuitatem et turrim: cuius culmen pertingat vsqꝫ ad celum: ꝛ celebremus nomen nostrum antequam diuidamur in vniuersas terras Genesis.xi. Sed tamen de hoc vico eiecit eos dominus et diuisit in vniuersam terram: vt ibi subditur. In hoc etiam vico olim habitauit Arphaxat rex medoꝝ: de quo leg. Hester primo ꝙ edificauit ciuitatem potentissimam quam appellauit Egbathanis constituens muros eius ex lapidibus quadratis et sectis habentes. lxx. cubitos in altitudine: in latitudine vero cubitos.xxx. Posuit esse ibi turres habentes cubitos.c. in lõgitudine: in latitudine autem vicenorum pedum erant. Sed de hoc vico eiecit eum Nabugodonosor rex q̃ expugnauit eum vt dicitur in eodem.ca. Quia ergo predicti et eis similes de tali vico eiecti sunt saltē per mortem: ideo ne vacuus et inhabitabilis maneat ipsum reedificare et inhabitare volunt pene infiniti homines mundani tam layci quã clerici: tam nobiles quam abbates et presules: qui relictis proprijs ecclesijs i ruinam: ꝛ dissipationem edificant sibi magna palatia ope regio in precipuis ciuitatibus: quibus non sufficit vocare nomina sua in terris suis: nisi etiã in terris alienis in quibus nihil habent neqꝫ temporalitatis neqꝫ spiritualitatis. Qui mihi non credit perlustret ciuitatem Parrhi. ꝛ plura videbit: quam dico. Ecce labor in medio ciuitatis. In hoc etiam vico curiositatis commorantur multi operarij et artifices adiuuentores nouarũ curiositatũ et artium: inter quos precipue ibi commorantur factores cartharum et instrumẽtorum deseruientium ludis ꝓhibitis. Ibi etiam cõmorantur multi clerici quales sunt illi q̃ postpositis diuinis scripturis et sanctorum doctorum doctrinis/ dictis poetarum et philosophorũ ratione venitatis: seu delectationis aut curiositatis toto studio intendunt et lectores talium fatuitatum sectantur ita vt hodie videamus euidentes prophetam fuisse Paulum: qui.ij. Thi.iiij. sic inquit. Erit tempus cum sanam doctrinam non sustinebũt: sed ad sua desideria sibi coaceruabũt magistros prurientes auribus: id est demulcentes aures auditorum. A veritate quidē: scilicet sacre doctrine/ auditum auertent dicentes forte. Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo: et ideo ad fabulas conuertentur: id est ad mundanas et vanas scientias poetarum ꝛ miserorum philosophoꝝ: quorum anime nunc cruciantur in inferis. Quamuis ergo non sit omnino illicitum christiano talibus ad horam inspicere: non tamen licet florem sue iuuentutis in talibus consumere. Et ꝓpterea Hiero. ab angelo correptus est: eo ꝙ vir christian⁹ paganorum figmentis intẽderet et ciceronianus vocatus est: vt dicitur di.xxxvij. legi. Maxime autem peccant domini sacerdotes in tali curiositate: q̃ vt habetur di. eodem.c. Sacerdotes omissis euangelijs et prophe-

tis comedias legunt amatoria bucolicorum versuū verba cantant: et Vergilium tenēt in manibus: ita vt id quod in pueris adest / causa necessitatis: vt scilicet discant recte loqui secundū glosam crimen in se faciant voluptatis. hec ibi Hieronimus.

¶ Quintus vicus dicitur. Ira vel odium: de quo subditur in predicto psalmo (et iniustitia) supple invenitur in medio huius ciuitatis. Sed dices congruam non esse comparationē ire ad iniustitiā: nec vnum per aliud congrue debere intelligi. Sed si accommodare volueris intellectum tuum rationi et in obsequiū christi recte tibi ostēdam iram per iniustitiam posse intelligi. Interrogo ergo te o lector vnum sermonem. Nunquid magna iniustitia est velle vsurpare: quod ppriū est deo? Ipse autem deus dicit. Michi vindictam: et ego retribuam. Romanorū. xij. et Heb. x. Sed vbi hoc di? Certe ibi Deutrono xxxij. Mea est vltio et ego retribuam eis in tempore: scilicet in die iudicij: de quo subditur. Iuxta est dies perditionis: et adesse festinant tempora. Modo sic est ꝙ homo iracundus vult facere vltionem et vindictam de offensa sibi illata et ideo talis facit deo iniustitiam et non solū deo sed esse quodāmodo sibijpsi. Unde Aug. comparat talem hominem iracundum homini transuerberanti corpus suum: vt perforet tunicam alterius cui vult nocere. In hoc autem vico olim morati sunt multi: vtpote Caym qui ex ira et odio occidit fratrem suum Abel Genesis quarto. Item rex Achab: qui dicebat de Michea propheta domini Ego inquit odi eum: quia non prophetat mihi bonū: sed semper malum tertij Regum vigesimosecūdo. Item Iudei ex vehementi ira aduersus christum diuersis mortibus elaborauerunt eum occidere; vtpote volendo ipsum lapidare: precipitare: et tandem ipsum cum effectu crucifixerunt. Sic et hodie multi in hoc vico commorantur: quales sunt illi: qui irascūtur: cum veritas eis dicitur siue in publico predicanda: siue in priuato gratiose admouendo. Nam vt dicit. Salustius. Veritas odium parit. Et tales sunt similes equis scabiosis: qui dum fricantur in loco scabioso volunt mordere et pede ledere.

¶ Sextus vicus huius damnatissime ciuitatis dicitur rapina: de quo tandem subinfertur. Et Et non defecit de plateis eius vsura et dolus. Non ergo tantum semel hoc vicium ibi perpetratum est: sed assidue et ordinarie quod notatur cum dicitur. Non defecit. Nec tantum ibi commorantur manifesti vsurarij: sed et occulti seu palliati: qui sub colore charitatis et humanitatis exhibende pauperi prestant illi ad vsuram / dicentes: quod nisi intenderent ei facere magnam gratiam nequaquam denudarent se pecunia sua: aut blado: seu simili substantia. Et hoc proprie vocatur dolus in opere: id est fraus: seu ꝓcuratio mali

sub specie boni. In hoc vico olim commorabantur Iudei q̄bus iustum videbatur prestare alieno ad vsuram non tamen fratribus suis / fulcimentum sui erroris sumentes ex illo textu Deutero. vigesimotertio.
Non fenerabis fratri tuo ad vsuram pecunia: nec frugibus nec qualibet alia re: sed alieno. Ubi secundum doctores cum dicitur (sed alieno) non est concessio sed potiꝰ permissio intelligenda: scilicet ad euitandum maius malum.
Nam maius malum fuisset Iudeis mutuare fratribus suis / ad vsuram: quam alienis.
Quia ergo erant proni ad hoc vicium. Ideo dominus vnam gentem prohibuit: et aliam permisit quamuis non concesserit. Sed profecto hac tempestate nullo habito respectu ad ꝓpinquitatem aut extraneitatē omni venienti multi parati sūt dare ad vsuram etiam consanguineis: ꝛ plerunque mentitur iniquitas sibi: cum dicunt non alijs prestaturos pecuniam suam vel aliud simile nisi intenderent recipienti facere gratiam. In hoc etiam vico commorantur pleriqꝫ mercatores: qui carius vendunt propter credētiam: aut vilius emunt propter solutionis anticipationem.
Similiter in hoc vico commorantur tutores pupillorum: qui sub titulo pietatis quandoque ponunt pecuniam eorum ad bancam vt fructificet.
Et breuiter adeo multiplicati sunt huiusmodi vsurarij ꝛ cautele eorum adeo varie sunt: ꝙ non solum vicum vnum aut ciuitatem replent: verumetiam totam ferme terram cooperiūt. Propterea nō dicit Psalmista. vbi supra. Non defecit de platea singulariter: sed de plateis vsura et dolus.
K. ¶ Sexto principaliter pijssimus dominus de celo in terram aspiciens videt ibi breuiter in omni statu nequitiam et errorem ꝛ quantum ad genera singulorū: quamuis non quantum ad singula generum quia perniciosū esset reprobare quēlibet de multitudine vnius status: sicut dicimus omne animal fuisse in archa Noe.
De hac itaque multitudine et dei respectu super illam loquitur Psalmista dicens. Dominus prospexit super filios hominum vt videat si est intelligens aut requirens deum. Intelligens quidem per rectam fidem aut requirens per rectam operationem. Et breuiter hoc quod summe optabat non vidit nec reperit in terris: quia omnes declinauerunt scilicet a statu suo: et a gratia eis collata in baptismo: et simul inutiles facti sunt: videlicet quantū ad consecutionem glorie.
Erant enim omnes homines facti adeo: vt ad gloriam celestem peruenirent: sed se reddiderunt inutiles per propriam culpam: intantum quod non est inter eos qui faciat bonum.
L. ¶ Ubi aduertendū iuxta illud. Omnes declinauerunt. ꝙ aliqui declinauerunt per nominatiuum casum: quales fuerūt illi qui post diluuium vt nomē eorū esset perpetuum dixerunt

Venite edificemus turrim cuius
culmen pertingit ad celum: et
celebremus nomen nostrum Ge=
nesis vndecimo. Hos imitantur
viri mundani: qui non querunt
aliud in suis operibus: nisi vt
perpetua memoria de eis facien
tes depingi nomina sua et arma
si sint nobiles: nunc in parieti=
bus ecclesiarum nunc in vitri=
nis earum: nunc in sepulchris
dealbatis aut deauratis: et hu
iusmodi. Alij declinauerunt per
genitiuum: quales illi fuerunt:
qui ante diluuium vacabant om
ni spurcitie et inhonestati: etiam
quam nominari nefas est: pro=
pter quas causas factum est di=
luuium Genesis sexto et septi=
mo capitulis. Taliter etiam vs
que hodie multi declinant: adeo
vt dicat Paulus Gal.v. quod ma=
nifesta sunt opera carnis.
Olim enim occulte fiebant hu=
iusmodi opera: sed hodie qua=
si in publico et notorie commit
tuntur. Alij declinauerunt per
datiuum: qualis fuit Symon ma
gus. De quo legitur Act. viij.
quod cum vidisset quod per impositio
nem manuum apostolorum da
retur spiritussanctus/obtulit eis
pecuniam dicens. Date et mihi
hanc potestatem vt cuicunque
imposuero manus accipiat spi
ritum sanctum. Sed egregie re
prehendit eum Petrus dicens
Pecunia tua tecum sit in per=
ditionem: quia etc. Etiam hodie
aliqui taliter declinant quem=
admodum sunt illi qui dant spi
ritualia pro temporibus: vel
e diuerso sicut frequenter fit in
collatione beneficiorum et ad
ministratione sacramentorum
et similium. Etiam per datiuum
declinant qui dant ad vsuram
et hi multi sunt. Alij declinaue
runt per accusatiuum: cuiusmo=
di fuerunt illi duo senes: qui fal
sa accusauerunt pudicam Su=
sannam. Danielis. xiij. Quales
etiam fuerunt iudei aduersus chri=
stum. Etiam vsque hodie multi
sic declinant: sicut patet de falsis
oblocutoribus et detractoribus
qui iustos mendaciter accusant.
Alij declinauerunt per vocati
uum qualis fuit ille pharao rex
egypti de quo legitur Exodi. j.
quod dicit ad populum suum lo=
quens de filijs israel. Ecce popu
lus filiorum israel multus et for
tior nobis est. Venite sapienter
opprimamus eum. Taliter etiam
modo declinant illi qui vocant et
inuitant alios ad malum cantan
tes illud inuitatorium diaboli
cum et infernale de quo Sapi=
entie secundo. Venite fruamur
bonis que sunt et vtamur crea
tura tanquam in iuuentute ce
leriter vino precioso et vnguen
tis nos impleamus et sic de mul
tis que ibi continentur. Alij de
clinauerunt per ablatiuum qui
quandoque non regitur ab alio
sed ponitur absolute defectu re
giminis quales fuerunt illi tres
viri dathan chore et abyron de
quibus legitur Numeri decimo
sexto quod noluerunt regi per moy
sen neque ei obedire: sed cum vo
caret eos ad sacrificandum do
mino responderunt cum arro
gantia. Non venimus. Talis
etiam fuit absalon filius Da
uid qui voluit esse sine regimi
ne patris immo laborauit eum
pellere regno. ij. Reg. xviij. Ta
les denique fuerunt iudei qui no
luerunt regi a xpo. Sic et vsque

adhuc multi declināt per ablatiuum nolentes obedire neque regi a maioribus suis quales sunt multi religiosi inobedientes multi serui et ancille respectu dominorum et dominarum suarum: multi populi christiani erga prelatos suos multi denique filij erga parentes. Ecce quot et quanta mala dominus prospiciens de excelso sancto suo videt in terra. Ita vt merito possit hodie dici quod olim ante diluuium dictum est. Repleta est terra iniquitate Genesis. vj. Sed valde timendum est ne etiam dominus iratus contra mundum iterum dicat illud quod ibi subditur. Et ego disperdā eos scilicet peccatores cū terra quod indubitanter fiet in die iudicij per ignem conflagrationis

¶ Lectio. lxxxviij.

¶ Vt audiret gemitus compeditorum vt solueret filios interemptorum.

¶ Postquam in precedenti lectione penitens insinuauit dominum de celo in terram aspicere. Hic consequenter subdit causam talis aspectus diuini dicens. Ut audiret gemitus cōpeditorum: id est peccatorum: secundum Magistrum Nicolaum de Lyra: qui diabolo tenebantur: compediti consuetudine peccandi: vel cōstricti rethibus peccatorum: et ideo gemūt sed per penitentiam compedes eorum confracti sunt: et per cōsequens liberati sunt. Unde de hoc penitentes gratias agentes ad dominum dicunt illud Psal. Laqueus contritus est et nos liberati sumus. Nos quidem propria virtute aut meritis sed beneficio et auxilio creatoris et redemptoris. ideo subdit in Psalmista. Adiutorium nostrum in nomine domini qui. etc. Quod vero subditur. vt solueret filios interemptorum. possumus referre ad opera merito ria que per peccatum fuerant semel mortificata et interempta sed soluuntur et reuiuiscuntur recuperata gratia. Uel secūdū Gregoriū compediti sūt sancti viri qui legantur vinculis timoris diuini et mandatorum eius ne vagentur exterius ad vicia. Et de his compedibus scriptum est Ecclesiastici. vi. inijce pedes tuos in compedes eius. Tales ergo compediti continue gemunt: quia dum electi tenebras sui exilij considerant. ad claritatem visionis dei indesinenter suspirant. eorum autē gemitum audit dum ipsum acceptat ad eterne vite meritum. Uel dum tales ab huius vite miserijs liberet trāsferēdo eos ad celestem iocūditatem. Quāuis ergo viri sancti non sunt compediti per peccatum sunt tamen compediti per penā peccati ade. Possumus etiam secūdum dominū cardinalē istud referre ad sanctos illos patres qui olim erant in limbo qui bene compediti erant: quia nec se soluere poterant nec pedes mouere ad redeundum ad patriā celestem. Tales autem compeditos audiuit et soluit dominus quando in sua i carnatione et passiōe ꝓspexit de excelso sancto

cto suo. Et hoc ē quod dicitur zachielis. ix. Tu autem in sanguine testamēti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo non est aqua. Nec solum tales patres inde eduxit verumetiam soluit ipse christus ab omni debito filios interēptorum: id est quotquot ex adam et eua processerant qui seipsos interemerunt quos immortales creauerat deus. Nos ergo proprie filij interēptorum sumus quos a iugo peccati et a mortis eterne reatu soluit: id est absoluit iesus christus. Et hoc est quod dicitur prime Petri. ij. Peccata nostra ipse pertulit sup lignum vt peccatis mortui iustitie viuam⁹. Allegorice autem possumus istud exponere de sanctis patrib⁹ veteris testamenti qui erant compediti quia vinculis legalibus astricti: qui cum gemitu orabant vt deus mundū a peccatis solueret ⁊ filios eorum quos omnes interemerat suo veneno ille serpens infernalis quando momorderat primos parentes. Similiter allegorice exponit hunc textum de palude. de sanctis dei martyribus qui fuerunt compediti ⁊ ligati quando cum funibus ⁊ cathenis trahebātur ante reges presides et tyrannos. In quibus compedibus gemebant et suspirabant ad dominum auxilium et consolationem petentes quos inde quandoqꝫ miraculose eduxit solutis vinculis secundum illud psalmiste. Dominus soluit compeditos. Et de hoc historiam habemus actuū deodecimo de beato petro apostolo quem cum herodes reclusisset in carcerem vt post pascha occideretur essetque vinctus chathenis duabus stipatus multitudine custodum: nihilominus angelico mysterio solutis vinculis gloriose euasit.

A ¶ Uidi ⁊ ego in ecclesia sancti eutropij iuxta muros ciuitatis xantoneñ. in qua requiescit corpus dicti sancti archam ferream cathenis suspensam in naui dicte ecclesie de qua ferūt incole loci quod in ea quondā christianus quidam apud sarracenos reclus⁹ custodiebatur in odium fieri christiane qui cum se deuouisset dicto sancto mane facto inuentus est intra dictam ecclesiam et intra archam suam ad maius rei testimonium. Et quoniam diuinitus fores dicte nauis fuerant tunc reserate ideo ad perpetuam rei memoriā omni hora et omni tempore aperteliquuntur.

B ¶ Similem ferme historiā legimus in legenda beati nicolai de filio cuiusdam nobilis in partibus normānie qui cum super mare captus fuisset a paganis ⁊ reclusus in teterrimū carcerem tandem se deuouans deo et beato nicolao in crastinum inuenit se intra quādam capellam adherentem domui paterne quam pater suus cōstrui fecerat in honorem dicti sancti. Ecce quō domin⁹ audit: idest exaudit gemitus compeditorū eos quādoqꝫ liberando corporaliter. Non tamē omnes compeditos sic liberauit: qui forte non expediebat fidei christiane; sed ad minus eos liberauit

In morte tam avinculis ferreis quam proprij corporis. Unde solutis ipsis vinculis carnis. euolabant libere ipsi sancti dei martyres ad celum dicentes il lud psalmiste. Anima nostra si cut passer erepta est de laqueo venantium: laqueus contritus est et nos liberati sum⁹. Quod autem sequitur vt solueret fi lios interemptorum. per filios interemptorum secundum Au gustinum intelliguntur deuoti christiani qui sunt filij interem ptorum: id est martyrum quia me ritis eorum regenerati sunt et eorum fidē imitati quorū qui dem filiorum vincula sunt pec cata quia vt habetur prouerb. v. Iniquitates sue capiunt im pium ꝛ funibus peccatorū suo rum constringitur. Et ab istis vinculis de⁹ liberauit animas sic illaqueatas frequenter me ritis ipsorum interemptorum: id est martyrum.

C ¶ Pro maiori aūt declara tione illius clausule. vt solueret filios interemptorum. notandum ꝙ per interemptos ꝛ eorum filios possumus intelligere peccato res quos diabol⁹ interimit di uersis et varijs modis.

Ue ꝫ
Per suspendiū
Per incendiū
Per gladiū
Per venenū
Per sagittationē
Per submertionē.

D ¶ Primo quidem diabolus quosdam interimit per suspen dium cuiusmodi sunt superbi quos facit sursum ascendere vi delicet ad dignitates officia be neficia et huiusmodi. Et cum vi det eos sursum sic eleuatos fa cit eos supbire et inaniter glo riari atqꝫ ipos honores magis quam deum et celestia amare ꝛ hoc est esse spiritualiter suspen sum. Et tales signati sūt in ab salon de quo legitur. ij. Regum xviij. ꝙ cum esset superbissim⁹ aduers⁹ patrē suū Dauid adeo vt moueret contra eum bellum tandem transiens subter quer cum vnam capillis suis adherē tibus arbori ibi suspensus mā sit et tribus lanceis Ioab per cussus interijt. Ad propositum quercus cui adheret suspens⁹ absalō sublimitas est honoris cui adherent firmiter superbi. Tres lancee quib⁹ interijt ab salon. tres sunt differentie sup biendi et superbientiū.

E ¶ Prima est eorū qui super biunt de bono seu de ꝟtute quā habēt. Multi enim multas ha bent virtutes siue in docendo siue in predicando siue artifi ciose diligenter et ornate ope rando et inde extolluntur qua si a deo non acceperint. aut si credant talia adeo accepisse ex timant tamē ꝙ pro meritis ita eis magnificus fuerit deus. Propterea vnumquemqꝫ talem superbum reprehendit pau lus primi Corinthiorū quarto Quid inquit habes quod non accepisti? Si autem accepisti. quare gloriaris quasi non ac ceperis? Nam ista peruersa in gratitudo facit desiccare fon tem diuine misericordie et lar gitatis erga hominem super bum. Unde Gregori⁹ lib. x. mo ral. c. xliij. exponens illud Job xi. Tu expandisti ad deum ma nus tuas vbi loquitur de homi ne superbo sicut patet intuenti

textū dicit ꝙ cum culpa ad deū
manꝰ expendere. est contra lar=
gitoris gratiam de virtute ope
rum superbire qui enim in con
spectu diuini iudicis loquens
sibi tribuit bona que facit ad
deum manus superbiens tēdit
Secunda differentia superbiē=
di est eorꝫ qui extolluntur de
bono quod non habent seu de
falsa fama. vtpote aliquis non
est doctus et tamen extollitur
si reputetur doctus. Item ali=
quis est pauper et tamē extolli
tur si reputetur diues. Itē ali=
qua mulier est adultera ⁊ tamē
extollitur si reputet̃ a vicinis
casta. Item aliquis intra se est
malus ⁊ tamen extollitur si re
putetur bonus propter appa=
rentiam exteriorem sicut patet
de hypocritis. Et ista differen=
tia superbiēdi est valde grauis
et deo odiosa valde. vnde Esa.
xvi. Audiuimꝰ superbiā moab
superbus est valde superbia et
arrogantia eius plusquam vir
tus eius supple est. Nam tales
plus habent de apparētia quā
de existentia. De quibus etiam
loquitur Gregoriꝰ vigesimose=
cūdo moral. c. xxx. dicens ꝙ su
perba mens etiam cū de se fal=
sa bona dicuntur exultat quia
non apud deum qualiter viuat
sed apd̃ hoies qualiter innote
scat excogitat. Tales etiā repre
hēdit Ambro. in lib. de officijs
prout recitatur. xi. q. iij. Si q̃s
vero. Tertia superbiendi diffe
rentia est eorum qui extollunt
de eo de quo merito humiliari
deberēt quales sūt nōnulli reli
giosi qui extolluntur de nimia
paupertate qui tamen nolunt
egere: sed aliquando plus abū=
dant quam hi qui possessiones
habent. qui ad hanc quando=
que deueniunt arrogantiam et
superbiam vt dicant se solos ve
ros paupertatis christi imita=
tores de ppinquo et sequaces.
de quibus loquitur Gregoriꝰ
decimo moralium. c. lxxxvij. di=
cens ꝙ sunt nonnulli quibus ⁊
res terrene non suppetunt / et
tamen apud se per fastum tu=
moris eriguntur quos morum
proteruia inter reprobos di=
uites adijcit. Item Augustinꝰ
in regula. Quid inquit prodest
dispergendo dare pauperibus
et pauperem fieri cum anima
misera superbior efficitur diui
tias contemnendo quam fue=
rat possidendo. He igitur sunt
tres ille lancee quibus diabo=
lus vulnerat mentes arrogan
tium et superborum hominum
F ¶ Secundo ipse diabolus
quosdam interimit per incen=
dium quales sunt auari et te=
naces homines quos ipse com
burit in fornace cupiditatis.
Nam ipsa auaritia est tanquā
ignis grecus qui viride et sic=
cū lignum comburit nulli par=
cens materie. Ita neque aua=
rus parcit proprio sanguini
plusquam extraneo ita para=
tus dare ad vsuram propin=
quo sicut extraneo: in hoc de=
terior iudeo factus. Iste igi=
tur est ignis ille de quo deute=
ro trigesimosecundo ait domi=
nus. Ignis succensus est in fu=
rore meo: quia ipse dominus
detestatur omnem auaritiam ⁊
presertim diuitum ⁊ potentum
secundum illud Ecclesiastici vi
gesimoquinto. Tres species
odiuit anima mea pauperem

superbum diuitem mendacem et senem fatuum et insensatum id est luxuriosum. Dicit autem notanter diuitem mendacem: quia reuera hodie diuites sũt vt in pluribus mendaces.
Nam si contingat pauperem aut egẽtem causa obsequij aut mutui declinare ad domum diuitis. si hoc precognouerit diues finget per famulum se non esse domi. Aut si eo occurrente pauper ab eo postulauerit auxilium dicet et forte iuramento confirmabit: non posse pro tunc dare quod petit nisi supple ad vsuram et spe lucri: ⁊ sic mentita est iniquitas sibi.
Ecce quomodo diues multiplici vtitur mendacio. Sequitur in predicta auctoritate ex deutero. et ardebit scilicet dictus ignis auaritie. vsque ad inferni nouissima: id est quoadusque homo auarus fuerit in profundo inferni: quia vt dicit Hieronimusin quadam epistola: homine senescente cetera vicia senescunt sola autem auaritia iuuenescit. Sequitur deuorabitque terram cum germine suo: quia reuera auari et signanter vsurarij. velut infernus omnia libenter vellent deuorare ⁊ nullum hominem preter se esse super terram vt omnia soli possiderẽt. vt dicit Augustinus in quodam ser. vnde postquam vsurarius deuorauit germen seu fructus agri alicuius pauperis tandem deuoret fundum ⁊ efficitur proprietarius illius: et hoc est deuorare terram cum germine suo. Et non solum auarus vsurarius deuorabit terram pauperis verumetiam montium fundamenta cõburet. Ubi aduerte quod per montes frequenter in sacra scriptura domini et nobiles designantur eo quod super alios eriguntur quorum montium fundamenta sunt eorum possessiones et dominia. Sed profecto quandoque iste ignis auaritie montium fundamenta combũrit: quandoquidem ipsi nobiles necessitate pressi. aut vt vadant in seruitiũ principis cum decenti apparatu. aut vt ambulant in magnis et in mirabilibus supra se coguntur ab ipsis vsurarijs mutuo accipere: quo fit vt quandoque eorum possessiones transeant in dominium talium virorum. Et hoc est montium fundamenta comburere et deuorare. Unde Augustinus de verbis domini ad propositum loquitur dicẽs. Que est ista auiditas cõcupiscentie: cum et ipse belue habeant modum tunc enim rapiunt quando esuriunt parcent vero prede cum senserint sacietatem: insatiabilis est sola auaritia diuitum semper rapit ⁊ nunquam sattatur nec deum timet: nec hominem reueretur: nec patri parcit: nec matrem cognoscit: nec fratri obtemperat: nec amico fidem seruat viduam opprimit pupillum inuadit liberos in seruitium reuocat testimonium falsum profert res mortui occupat quasi et qui facit hec non moriatur. O quanta insania acquirere aurum et perdere celum acquirere lutum et perdere lapidem preciosum: hec Augustinus. Et breuiter hic est

ignis qui nunquam dicit suffi=
cit. Prouerbio.xxx. per quē q̄dē
ignem ferme totum mūdū dia=
bolus incendit quia vt habet
Hiere.vi. a minore vsq₃ ad ma
iorem omnes auaritie student.
S ¶ Tertio diabolus quos=
dam interimit per gladium: cu
iusmodi sunt inuidi. Nam ip=
sa inuidia est tanquam gladi⁹
golie qui proprium magistrum
interemit: quia scilicet inuidi
antequam alios ledant ipsi pri
mo isto gladio seipsos per trās
uersum cordis vulnerant: secū
dum illud Psalmiste. Gladius
eorum intret in corda ipsorum
Nam vt dicit Hugo de sancto
victore inuidia est in suum au=
ctorem reciproca: videlicet cru
ciatus animi tabescentis de al
terius bonis. Hinc Betius de
consolatione libro. iiii. prosa.
iiii. ita inquit. Nequeunt mali
oculos tenebris assuetos ad lu
cem perspicue attollere verita=
tis. Similesq₃ auibus sunt qua=
rū intuitū nox illuminat dies
cecat. De isto autem gladio fi=
gura legitur primi Regū vige
simo primo vbi dicitur q̄ gla=
dius Goliath seruabatur spe=
cialiter in tabernaculo ecclesie
et inuoluebatur pallio. Sic se
pe modernis tēporib⁹ in taber
naculo ecclie ꝛ religionis sub
pallio sub sanctitatis latet iste
gladius inuidie quia profecto
hodie plus est de inuidia inter
regulares ꝛ ecclesiasticos quā
inter seculares et laicos in cu=
ius figura legit Genesis quar=
to quod Caym surrexit aduer
sus fratrem suum Abel et occi
dit eū. Itē Geñ trigesimo septi=
mo legitur q̄ fratres ioseph vi
dentes q̄ a patre plus cunctis
amaretur inuidebant ei. Ita e=
tiam in religione si prelat⁹ ma=
iorem familiaritatem ostendat
vni quā alteri / statim insurgit
inuidia aduersus eū. Item fre=
quenter in claustris monialiū
et sub velis et palliis earū ab=
sconditur iste gladius inuidie.
Cuius ratio est. Ut enim scribi
tur Job quinto periculum occi
dit inuidia: mulieres autē par
uule sunt: etsi non etate tamen
sexu et fragilitate. Hinc est q̄
frequenter agitantur vento in
uidie. Unde Genesis. xxx. legi=
tur q̄ Rachel videns q̄ infecū
da esset inuidit sorori sue Lye
que iam multam prolem habe
bat. Ratio autem quare perso
ne ecclesiastice seu religiose pl⁹
tentantur diabolo de inuidia
quam puri seculares est eo q̄
istud vitiū mere spirituale est:
propter quod facilius inuadit
personas spirituales ꝛ maxime
illas que minus de vitiis cor=
poralibus tentantur.
h ¶ Quarto diabolus quos=
dam interimit per venenū ꝛ to
xicum: quales sunt luxuriosi:
Est enim luxuria tanquam ve
nenum aspidis quod hominē
facit dormire: sed cum dormit
tūc subito ipsum interficit. Ita
et luxuria primo facit hominē
carnalem dormire per delecta=
tionem: et tandem eum occidit
per consensum et operationem
Propter quod dicit beatus Ja
cobus in sua canoni. j. c. q̄ pec
catum cuz consummatū fuerit
generat mortem. O q̄₃ periculo
sum est istud venenum adeo vt
solo aspectu hoiem interimere
possit. Qui eñ (inquit saluator

Matth. v.) viderit mulierem ad concupiscendum eam iam mechatus est eam i corde suo. Est ergo simile in proposito sicut de gallogacio de quo fertur quod habet oculos adeo venenosos quod solo aspectu inficit aerem: et tandem hominem eum curiose aspicientem. Nonne David fuit isto veneno percussus quando respexit Bersabee lauantem se exaduerso super solarium suumque cũ placuisset ei eo quod pulchra esset valde misit pro ea: dormiuitq; cum ea. secundi Regum vndesimo. Nonne etiã isto veneno percussus fuit sychẽ quãdo oppressit Dynam filiam Jacob: Genesis trisesimo quarto Similiter Amon qui oppressit Thamar sororem suam. secundi Regum decimo tertio. Similiter ꝛ illi duo senes de quibus legitur Dañ. xiij. quod cũ frequentarent quotidie domũ Joachim viri Susanne/videntes pulchritudinem ipsius Susanne exarserunt in concupiscentiam eius. Ecce quale ꝛ q̃ periculosum venenum propinat diabolus hoibus vt eos solo aspectu infimat: quo etiã interimit non solum seculares et ruphianos: verum etiã qñq; viros spirituales tam ecclesiasticos quam religiosos. In cuius figura legitur Genesis. sexto, quod videntes filij dei filias hominum: quod essent pulchre adamauerunt eas ꝛ acceperunt sibi vxores ex omnib⁹ quas elegerant. Ex quo facto partim secutum est diluuium deo vlciscente tantam lubricitatem. Sed qui filij dei nisi viri diuino cultui emancipati. Et que filie hominum nisi mulieres carnales ꝛ pompatice? Has igitur quandoq; vident dicti filij dei siue in ecclesia siue in platea aut chorea: ꝛ contemplantes earum pulchritudinem vnus eligit vnam i corde suo: alius aliam: et accipiũt sibi vxores solo cordis consensu et amplexu: considerantes forte quam felices essent si essent cum eis matrimonialiter iuncti. Et qñ q; nõ solum corde cum eis mechantur sed et corpore: et quas non possunt habere vxores ratione suscepti ordinis sacri: aut celebrate professionis saltem accipiãt in concubinas: ita vt plene mundus rediisse videatur ad illa infelissima tempora i quibus terra repleta erat iniquitate sup. carnali propter quod timendum est dei iudicium ꝓpinquum in quo delebit omnẽ creaturam quã formauit a facie terre: non quidem diluuio aquarum sed igne conflagrationis inextinguibilis. Et breuiter de ipsa luxuria possum⁹ dicere illud Prouerbi. sexto. quod multos vulneratos deiecit et fortissimi quiq; ab ea interfecti sunt: sicut patet de Dauid et Salomone ꝛ huiusmodi. Sed audiant luxuriosi q̃d subditur ibidem immediate. Vie inferi domus eius penetrantes interiora mortis sup. eterne: quia vt habetur. Galathas quinto. Qui talia agunt regnum dei. ꝛc.

J ¶ Quinto/diabolus interimit quosdam per sagittationem cuiusmodi sunt iracundi.

Sagitta enim in proposito significat linguam maliloquam qua a detractoribus et contumeliosis viris ꝛ feminis sagittantur homines honesti: sed qꝛ pauci sunt virtuosi ꝛ qui possint iniurias aliorum equanimiter ferre: ideo multi ꝛ ferme omnes de quibus cōtingit obloqui quamuis etiam falso/ tali sagitta vulnerantur ꝛ interimuntur per impatientiam ꝛ iram aduersus oblocutores ꝛ maledicentes eis et proponentes vicisci de iniuria: non tam zelo iustitie quem forte zelo vindicte. Qui si vellent salubri vti consilio pro ipsis detractorib⁹ orarent: secūdum illud Math. v. Orate pro persequentibus ꝛ calumniantibus vos. vindictā autem relinquerent dn̄o qui dicit Deut. xxxij. Mea est vltio ꝛ ego retribuam eis in tp̄e (scilicet iudicij) vt labatur pes eorum. Nam in iudicio labetur pes impiorum detrahentium adeo quod non poterunt stare super terram sed descendent i infernum viuentes. Et hoc est quod ait psal. Induantur. i. induentur qui detrahant michi pudore. i. vndiqꝫ ꝛ ex omni parte confundantur ꝛ operiantur sicut disploide confusione sua Pro quo notandum quod displois que est pallium duplex: ꝛ propterea dicitur a dia qđ est duo et plois quod est vestis significat duplicem confusionē quam patientur ipsi detractores in die iudicij Unam ex parte corporis: aliā vero ex parte anime. Uel quia confundant coram deo ꝛ hominibus eo qꝛ non poterunt respondere ad illam interrogationē q̄ fiet eis quomodo scilicet dilexerint proximos suos sicut seipsos Quō modo enim possent respondere eos dilexisse: de quibus tanta mala ꝛ tam falsa dixerunt ꝛ enarrauerūt: Et de hac displois de scribit̄ Esa. xl. Suscepit sup vir maliloquus de manu domini duplicia pro omnibus peccatis suis: ergo non iniuste. Notanter autem dicit. Pro oībus peccatis suis quia homo linguosus non solum detrahit de alio sed ꝛ frequenter mentitur falsum imponendo: ꝛ quādoqꝫ peierat mendaciuꝫ quod de alio dicit iuramento confirmando vt et facilius et indubitatius credatur. Item communiter talis est inuid⁹ qꝛ detractio ꝛ diffamatio aliene fame oritur ex inuidia vt in pluribus: sicut contingit inter pares: et inter eos q̄ sunt eiusdem artis ꝛ vocationis qui ex inuidia mutuo se dilacerant detrahendo. De hac autem sagittatione scribitur Hier. ix. Sagitta vulnerās lingua eorū dolū locuta est. i. dolose. Quod ostēdetur cum subditur In ore suo pacem cum proximo suo loquitur: et occulte ponit ei īsidias Hoc patuit in Juda quādo salutauit christum dicens. Aue rabbi. quem tamē tradebat iudeis. vnde ps. Loquuntur pacem cum proximo suo mala autem in cordibus eorum. Ecce quō diabolus aliquos interimit per sagittationem: ad quā interemptionem vtitur pro sagitta lingua detractoris.

℞ ¶ Sexto diabolus quosdā interimit per submersionē cu-

iusmodi sūt gulosi ꝛ ebꝛij. Nā aque in pꝛoposito significant delitias que cōsistunt in cibis et potibus: in quibus pleriqꝫ submerguntur per gulam ꝛ sic spiritualiter interimuntur. Unde ipse diabolus videtur dicere illud Genesis.vi. Adducā aquas diluuij super terram et interficiam omnem carnem. Et de hoc figura legitur.ij. Regū xiij. de Absalon qui cum inuitasset fratrem suum Amon in dolo pꝛecepit seruis suis quod dum viderent eum temulentū vino eum percuterent ꝛ occiderent: quod et fecerunt. Ad pꝛopositum per Absalon diabolꝰ designatur. Per amon autem homo gulosus quem ipse diabolus spiritualiter interficit ꝑ gulā et ingluuiem. Propterea tales gulosi sunt similes muri qui bibendo aquam interficitur. Nunquid per gulam spiritualiter interfecit diabolꝰ pꝛimos parentes. Et similiṫ multos de filijs israel de quibꝰ dicitur in psal. quod adhuc esce erant in oꝛe ipsoꝛum et ira dei ascendit super eos et occidit pingues eoꝛum ꝛ electos isrl'. i. qui electi erant ex israel vt intrarent terram pꝛomissionis: impediuit ne scilicet illic peruenirent: et hoc ob culpam gulositatis eoꝛum in parte. Unde pꝛima tentatio ipsoꝛum filioꝝ israel in deserto fuit de gula: videlicet de potu vt patꝫ Exo. xv. Hi ergo sunt filij interēptorū. i. hi sunt peccatoꝛes quos interimunt demones modis pꝛedictis.

¶ Lectio.lxxxix.

¶ Vt annuncient in syon nomen domini & laudem eius in hierusalem,

¶ Postquam in precedenti lectione ostensum est qualiṫ dominus in terram aspicit vt audiat gemitus compeditoꝛum. i. peccatoꝛum petentium ꝑ gratiam dei liberari ꝛ solui a vinculis peccatoꝛum: et similiter vt soluat filios interemptoꝛuꝫ ad sensum pꝛedictum. Hic consequenter ostendit psal. quare dominus exaudit gemitus cōpeditoꝛum: et soluit filios interemptoꝛum: dicens. Ut annuncient in syon nomē domini ꝛc. Cum enim nō sit speciosa laus in oꝛe peccatoꝛis vt habetur Eccl'i. xv. vnde et ipse dn̄s repꝛehendit peccatoꝛem laudatoꝛē dicens per os Dauid. Quare tu enarras iustitias meas ꝛ assumis testamentum meum per os tuum. Ideo pꝛius soluendi sunt filij interemptoꝛum a peccato vt postmodum decenter ꝛ religiose annuncient in syō nomen domini ꝛ laudem. ꝛc. Ubi per syon ꝛ hierusalem intelligitur ecclesia militans: qꝛ vt dicit Greg. soluti a peccatoꝝ vinculis eo magis in ecclesia nomen dei annunciēt quo eis dimissum est de pctōꝝ excessibus quod timebāt. Et quid est (inquit) aliud nomen domini annunciare nisi dei misericoꝛdiam ī ecclesia pꝛedicare? Dominoꝛum nempe est misereri. Propterea de chꝛisto dicitur Math. xxi. Benedictus qui venit in nomine domini. Scimꝰ enim chꝛistum esse constitutū

a deo patre iudicem viuorum et mortuorum in fine seculorũ Sed si venisset in primo aduẽtu in nomine iudicis, nemo ꝑfecto foret qui penam eterne damnationis euadere posset: quia vt habetur Ro. iij. Omnes peccauerunt ⁊ egent gratia dei. Uenit ergo christus in nomine domini inprimo aduẽtu: qꝛ venit vt peccata dimitteret et non vt pctõres dãnaret. Ueniet autem in secundo aduentu in nomine iudicis: scđm illud Johan. v. Pater non iudicat quemquem: sed omne iudicium dedit filio. Ad propositum igitur redeuntes illi in syon id est in ecclesia nomẽ domini annuncient qui dei misericordiam populis predicant. Qꝛ vero ex deuota et fructuosa predicatione nominis domini sequitur in populo fructus et laus atq; gloriatio eiusdem ideo de ipsis veris predicatoribus sequitur. Et laudem ei⁹ (scilicet dei) annuncient (id est annunciant: videlicet ipsi predicatores) in hierusalem: hoc est in ecclesia. Agnitionem eñ nominis domini (inquit Greg) laus sequitur confessionis: dicente apostolo Ro. x: Quõ credent ei quem non audierunt. Sed que maior laus dei q̃ꝫ ꝙ mundus in vnitate fidei collectus: vita ⁊ operibus ipsũ laudet dominum de celis. Non ergo debent predicatores annũciare in ecclesia fabulas aut errores: nõ placentia que aures demulceant: non ludicra que ad risum prouocent ⁊ que leuitatem animi indicent: sed magis que peccatores terreant ⁊ iustos consolentur atq; edificent. Non que ad commoditatem pertineant temporalem: sicut faciunt questuarij predicatores: sed que ad dei honorem et animarum spectant salutẽ. Dominus Hugo cardi. exponit hunc passũ de xp̄o ⁊ ap̄lis dicens quod nomẽ domini est Jesus christus: de quo dixit Petr⁹ Act. iiij. loquens iudeis Non est (inquit) aliud nomen sub celo datum hominibus in quo oporteat nos saluos fieri. Hoc autem nomen annunciauerunt apostoli primum in syon et in hierusalẽ sed postea per vniuersum orbem: scđm ꝙ iniunxerat eis ipse xp̄s qñ celum ascendit. Act. i. dicens Et eritis michi testes in omni iudea ⁊ hierusalem ⁊ vsq; ad vltimum terre. Hic ergo prophetabat Dauid de predicatione apostolorum que quidem prophetia tunc primum impleta est quando in diebus penthecostes apostoli predicabant et dei laudibus vacabant vt habetur Act. ij. iij. et. iiij. capitu. Postmodum autem non solũ in syon ⁊ hierusalem sed i omnem terram annunciauerunt nomen dñi ⁊ laudem ipsi⁹: qñ scilicet i omnem terram exiuit sonus eorũ et in fines ⁊c. scđm quod illis imperauerat ipe magister eorũ xp̄s Marci. xvj. dicens Euntes in mundum vniuersum predicate euangelium omni creature. Ecce quõ prophetia Dauid impleta est.

A ¶ Exponẽdo ergo hũc passum modo predicto: scꝫ de predicatorib⁹ est summe notandũ ꝙ ipi predicatores debẽt annũ

ciare insyon hoc est in ecclesia nomen dñi multipliciter.

vcz.
Utiliter.
Suauiter.
Seueriter.
Feruenter.
Perseueranter.
Rationabiliter.

¶ Primo quidē utiliter: ut scz proponant populo mag9 utilia quem subtilia et curiosa: utpote diuina mandata et fidei articulos quandoq3 etiam se diuertendo ad premia celestia parata bonis: et ad inferni supplicia parata malis. Interdu3 etiam loquendo de morte: de iudicio: de septē peccatis mortalibus: de virtutibus illis oppositis: de penitentia et ei9 partibus que sunt contritio cōfessio et satisfactio: de dilectione dei et proximi: de restitutionibus: de remissione iniuriarum et huiusmodi. Hec enim et his similia sunt declamanda populo rudi et simplici: cui plus debet predicator condescendere ut proficiat et edificetur quem doctis et literatis viris qui raro sequūtur verbum dei et qui curiosa et non edificatoria querunt: cupientes cum filio prodigo ventrem suum. i. intellectum implere de siliquis quas porci comedunt. Isti porci sūt pagani: et hoīes mundani quorum silique sunt eorum doctrine que inflant per superbiam: sed non faciant p charitatem aut morū emendationem. Propterea bene dr in decretis distin. xxxvij. legim9: q vera sciētia est per quam christus noscitur et inuenitur. Item. viij. q. i oportet Dicitur quod oportet eum qui docet et instruit aīas rudes. esse talem ut pro ingenio discentiū semetipsum possit aptare et vbi ordinem pro audientiū capacitate dirigere Eadem sententia habet. distī. xliij. sit rector. Propterea. di. eadem. c. dispensatio: reprehēduntur curiosi et non fructuosi predicatores qui ut inquit textus ea docent que ab auditoribus non valent intelligi q non ad auditorum utilitatem sed ad sui ostentationē faciūt Nam verbum dei est tanquam hamus quo capiuntur pisces qui nisi capiatur a piscib9 nec ipsos capere potest. Nunqua3 utiliter predicabat paulus qui dicebat. i. corinth. ij. loquimur non in doctis humane sapientie vbis: sed in doctrina spūs. spūalibus spiritualia comparantes. i. utentes spūalibus cō parationib9 quo ad viros spirituales ut sic magis ac magis possint ipsa spūalia intelligere. Item nunq3 similiter utiliter predicabat ipse petrus apostolorum princeps cū diceбat. Non indoctas fabulas secuti notem fecim9 vobis domini nostri Jesu xpi virtute3. ij. eiusdem. i. c. Quēadmodum ergo agricola eligit plura grana ad seminādū in agro suo q utiliora sūt et pl9 fructificāt q3 si multa nō purgata seminaret ita etiā est de semine q est vbū dei Semē inqt saluator Lu. viij. est vbū dei. Un etiā legim9 Hystoria tripartita. li. ij. c. iij. q in cōsilio niceno affuit qdā hereticus acutissimus philosophus q dissertissimi doctores cath. disputantes minime eū superare poterāt

Tandem insperate surrexit in medium quidam vir valde catholicus et bonus: sed simplicis literature. qui cum irrideretur propter literarum imperitiam ⁊ simplicitatem: nihilominus tandẽ laudatus est propter victoriam. Sic enim aggressus est hereticũ. In nomine domini nostri Jesu Christi o philosophe audi dogma sacre veritatis. Unus est deꝰ celi et terre: creator omnium visibilium ⁊ inuisibiliũ virtute verbi sui ⁊ spiritussancti sanctitate firmauit. Noli igitur inaniter laborare querẽs ea destruere que fide tenemus. noli inuestigare modũ quo hec fieri possunt: quia sunt supra sensum tuum ⁊ omniũ hominum. Quibus propositis interrogat philosophum si ita credit. Cui ille. Credo vt dicis. At ille. Si ita credis sequere me ⁊ signaculum fidei suscipe scilicet baptismũ. Ille igitur ad discipulos suos conuersus ait. Audite eruditi viri. Donec verbis mecum gesta res est verba verbis opposui. Ubi vero pro verbis virtus processit ex ore dicẽtis non potuerũt resistere verba virtuti. Nec homo potuit deo aduersari ⁊ sic baptismum suscepit.

¶ Secundo predicatores debent annunciare nomen domini suauiter benigne: scilicet hortando populum. Sic enim fuerit columba melle cibata: tunc solet alias colũbas ad columbare domini sui attrahere: et dulcedine mellis cuius adhuc odorem habet in ore: alias columbas mirabiliter delectare. Similiter panthera dulcedine anhelitꝰ sui. ad se attrahit alia animalia. Ita ⁊ predicator debet habere suauitatem verborum in ore suo vt alios peccatores attrahat ad dominum. Ita vt merito peccator cui predicat dicere possit de eo illud Psalmiste. Quamdulcia faucibꝰ meis eloquia tua super mel ori meo. Item illud Canticoꝝ. ij. Sonet vox tua in auribus meis. Uox eñ tua dulcis. Quod si ita fecerit: tũc erit similis orpheo filio solis de quo narrãt fabule qđ ita dulciter modulabatur in cythara: quod etiã saxa ⁊ arbores ad eius melodiã currebant: ⁊ aures suas canticis ipsius inclinabãt. De quo etiam narrat Ouidiꝰ quod dũ quadã die citharizaret in quadam planitie in qua nulle penitꝰ arbores erant. mox ad sonitum cythare sue arbores de circunuicinis montibus cõcurrerũt. ⁊ circa ipsum maximam syluam effecerunt. Hoc autem pro tanto fingitur: quia secundum Isidorũ iste orpheus dulcedine verborũ suorum homines feroces ⁊ syluestres ad cõmunem habitationem attraxit. et propter hoc poete fingũt ipsum attraxisse syluas. Sic ⁊ predicator qui per ipsum orpheũ designatur debet cytharizare per suauem monitionem ⁊ inuitationem ad penitentiam: et sic poterit lapides: id est corda lapidea per obstinationẽ emollire per compunctionem ⁊ contritionẽ de peccatis suis ⁊ eos ad campum ecclesie attrahere et reducere per perfectã reconsiliationem et morum conuer-

sionem. Hoc autez agere debet secũdum tempus ⁊ locũ ⁊ personaruz qualitatem verba sua cõponendo ⁊ ordinando. Naz vt dicit Gregorius libro. xxx. moraliũ. predicator debet singula singulis coaptare: qꝛ que aliis obsunt aliis ꝓsunt. sicut herbe que aliqua animalia nutriunt: alia occidunt: sicut etiã panis qui vitam fortium vegetat: paruuluz necat. Unde etiã predicatori videtur loqui psalmista vbi ait. Tu das escam illorum scilicet auditorũ in tempore oportuno.

C ℂ Unde satis ad propositũ legitur in vitis patrum ꝙ cum quidam sanctus heremita obuiam habuisset quẽdam latronez dixit ei exasperando. Quo vadis diabole. Ille autẽ ad impatientiaz perductus dixit ei. Ex quo vocas me diabolũ certe faciam sicut diabolus. et sic occidit eum in eodẽ loco. Quo facto abiit vias suas. ⁊ ecce occurrit ei alius pater salutans eum gratiose ⁊ dicẽs. Quo vadis frater. Ille autem ad verbum eius compunctus conuersus est ⁊ penitentiã egit. Hinc Gregorius in suo pastorali. ca. xi. ait. Plerunqꝫ elatos vtilius corripimus si eorũ correptionibus quedam laudum fomenta misceamus. Nã ⁊ equos indomitos blanda prius manu tangimus ⁊ postmodũ eos nobis plenius etiam per flagella subiugamus. Et amaro pigmẽtorum poculo mellis dulcedo adiũgitur ne ea que saluti profutura est in ipso gustu aspera amaritudo sentiatur. Hec ille.

ℂ Tertio predicatores debent annuntiare nomen domini seueriter: scilicet reprehendendo loco et tempore obstinatos et induratos peccatores cum bona acrimonia ⁊ potissime notorie peccantes. Nã vt dicit Gregorius in suo pastorali. c. xxii. Aliter admonendi sunt ex fragilitate peccantes: ⁊ aliter obstinato animo delinquẽtes. cũ enim inquit non malitia sed sola ignorãtia vel infirmitate delinquitur necesse est vt magno moderamine ipsa delicti correptio temperetur. Nonnulla autem sunt vehementer increpanda vt cũ culpa ab authore nõ cognoscitur quanti sit ponderis ab increpantis ore sentiatur. Sed multi ꝑdicatores dicunt. Quid indigeo cõtra peccata latrando incurrere indignationem hominum? Si mali sunt corrigant se si volũt. nõ mea interest. Sed quicũqꝫ huiuscemodi est ꝑdicator audiat Grego. homelia. ix. super Ezechie. ita dicentem. Stultũ valde est si illis placere querimus quos non placere domino scimus. Jam enim ostendimꝰ nos aliquid iustitie habere si illis displicere incipimus: quia non placent deo. Nemo eniz potest in vna eademqꝫ re omnipotenti domino atqꝫ eius hostibus gratus existere. Nam deo se amicũ denegat qui eius placet inimico. hec ille. Seueriter ergo increpare debẽt predicatores veritatis obstiatos peccatores: qꝛ vt ait Boetius de consolatione libro. i. prosa. x. Nec phas est vel occuluisse: id est occultasse veritatem vel cõcessisse mendacium. Propterea Pau

lus.ij.Timoth.iiij.instruit di-
scipulum suū Timotheū qua-
liter p̄dicare debeat ⁊ vitia re-
prehendere suorum subditorū
ita dicens. Argue/ obsecra/in-
crepa. Argue inquam omnes:
sed aliter ⁊ aliter.obsecra ergo
ex fragilitate peccantes vt pro
reuerentia Jesu Christi vel hu
iusmodi sibi a modo caueant a
defectibus. Sed increpa: scili-
cet obstinatos ⁊ rebelles ⁊ hoc
rigide et seuere vt ceteri timo-
rem habeant. Et per hoc con-
cordare possimus duo decreta
quorum vnum dicit quod cor-
rectio plus quādoqȝ debet ha
bere de mansuetudine quaȝ de
rigore. distin.lv.quisincera.Et
capitulo licet. Alterum autem
dicit ediuerso quod correctio
quādoqȝ debet plus habere de
asperitate quam de mansuetu-
dine ⁊ benignitate.xij.q.ij.fra-
ternitas.Item.xxiiij.q.iij.ecce
Debet itaqȝ predicator tenere
conditionem boni canis qui si
senserit lupum prope domum
magistri sui tempore nocturno
rapere volentē oues illius non
cessat latrare quousqȝ abierit:
immo quandoqȝ studet cū mor
dere quod si ediuerso mordea-
tur a lupo non tamen cessat a
latratu.sic et predicator debet
seuere latrare ↄtra vitia ⁊ mor
dere peccatores: dicente domi-
no Ezechie.lviij. Clama ne ces
ses quasi tuba exalta vocē tuā
et annuncia populo meo scele-
ra eorum ⁊ domui Jacob pec-
cata eorum. Causa autem hu-
ius clamoris est vt lupū infer-
nalem ⁊ peccatū compellat fu-
gere a corde humano ⁊ a stabu
lo peccatoris. Debet itaqȝ ta-
lis canis domini ꝓut videbit
expedire latrare ⁊ mordere pec
catores peccata eorum vitupe
rando/ grauitatem eorū osten-
dendo: dei iustitiam rigorosaȝ
allegando eternam damnatio-
nem comminando. Talis pre-
dicator fuit Jonas qui predi-
cando nunciauit niniuitis q̄
post dies eorū ciuitas subuer-
teretur eiusdem.iij. Talis pre-
dicator fuit beat⁹ Joannes ba
ptista qui dicebat Judeis. O
progenies viperarum quis de
mōstrabit vobis fugere a ven-
tura ira? Matt.iij. Talis etiā
predicator fuit ipse omniū sal-
uator Christus q̄ dicebat. Lu
ce.xiij. Nisi penitētiam habue
ritis omnes peribitis. Iteȝ ad
Judeos specialiter loquēs vo
cabat eos generationem malā
et adulteram ⁊ non solum ma-
lam: sed etiam pessimam. Mat.
xij. Itē seuerius loquēs quan-
doqȝ vocabat eos filios diabo-
li. Joā.viij. Uos/inquit/ex pa-
tre diabolo estis ⁊ desideria pa
tris vestri vultis facere. Sed
proh dolor hodie pauci volūt
latrare: sed ferme omnes sunt
tanquam muti secundum illud
Ezec.lvi. Canes muti non va-
lentes latrare. Nota fabulā de
ratis qui semel conclauserunt q̄
deberent suspendi campanule
ad colla catoꝝ sed nullus fuit
inter eos qui vellet hoc exequi
Ita in proposito.⁊c. Sunt eñ
multi predicatores qui non la
trant contra vitia: quia volūt
apparere gratiosi et benigni.
Alij autem ideo latrant timen
tes cadere ab intentione: que-
runt enim gratiam maiorum q̄
ↄmuniter grauius delinquūt.

Alij vero ideo non latrant: qꝛ cuȝ sint conscij proprij reatus timēt ne dicatur eis illud. Lu. iiij. Medice cura teipsum. Vident enim qꝫ sunt forte in eadē condēnatione positi aut etiaȝ peiori. Vñ poeta. Turpe est doctori cū culpa redarguit ipm. ¶ Quarto ipsi p̄dicatores dicunt annūciare nomen dñi ferueter ⁊ ex corde. Que enim dicuntur ex feruore ⁊ ex abūdantia cordis magis imprimūt in cordib⁹ auditoꝝ. Vñ Psal. loquēs i persona boni ⁊ fructuosi p̄dicatoris dicit. Laboraui clamans rauce facte sunt fauces mee. Quis si dicas magnā esse stultitiā seipsum euiscerare clamando contra vitia. Audi non meam sed Aug. sententiam dicentis. Nō debet/ inqt/ parcē voci sue p̄dicator ꝑ animarū salute pro quibus saluādis nō pepercit ipse Christus proprio sanguini. Ut ergo predicator ostēdat se querere animarū salutē: debet feruēter loqui ⁊ clamare qꝛ vt dr Matth. xij. ex abūdantia cordis os loquit. Et .i. peryar. dicit Aristo. qꝫ voces sunt note earū q̄ sunt i anima passionū. Talis feruidus p̄dicator erat ipse Christ⁹ de quo legitur. Joā. vij. qꝫ i nouissimo die magno festiuitatis scȝ scenophegie stabat ⁊ clamabat dicēs. Si quis sitit veniat ad me ⁊ bibat. Item eodē. c. dr qꝫ clamabat Jesus in tēplo docens ⁊ dicēs. Et me scitis ⁊ vñ sim scitis. ⁊c. Propterea Joannes baptista dās respōsum Judeis. qs esset di. Ego vox clamātis: sup. Christi in deserto. Jo. i. Ad istar ergo ipsi⁹ Christi debet deuotus p̄dicator qui non querit seipsum fortiter: et cū zelo magno clamare scd̄ȝ qꝫ ei precipit. Ezechie. xl. Super mōtē excelsum. scȝ doctrīe aut perfectionis vite. Ascēde tu q̄ euangelizas Syon. Exalta in fortitudine vocem tuā q̄ euangelizas hierusalē vbi per Syō castrū munitissimū designant potētes huius seculi per Hierusalem vero ciuitatē magnaȝ et populosam intelligunt ceteri tam populares q̄ȝ ciues aut eccl'iastici. quib⁹ oibus clamādum est fortiter: ideo sequit in Esa. Exalta noli timere. q. d. p̄dica secure ⁊ absq̄ȝ terrore aut timore hoim. Talis p̄dicator erat ipe Hieremias quē cū mitteret dñs ad p̄dicandū gētib⁹ dixit ei. Ne timeas a facie eoꝝ qꝛ ego tecū sum vt eruā te. eiusdem. i. c. Et infra. Ne formides a facie eoꝝ. nec em̄ timere te faciā vultū eoꝝ. Ego quippe dedi te hodie in ciuitatē munitā q̄ scȝ nō timet insult⁹ hostiū: et i colūnā ferreā: ⁊ i murū eneū super oēm terrā regib⁹ Juda ⁊ principib⁹ eius ⁊ sacerdotib⁹: et omni poplo terre ⁊ bellabūt aduersum te. ⁊ nō p̄ualebūt qꝛ ego tecū sum: ait dñs vt liberē te hec ibi. Talis enim predicator erat ipse Ezechias cui dicit dñs. Fili hoīs ne timeas eos neq̄ȝ sermōes eoꝝ metuas. Eiusdē. ij. c. Iteȝ eiusdem. iij. c. Dedi faciem tuā valētioribus facieb⁹ eoꝝ ⁊ frontē tuā duriorē frontib⁹ eoꝝ vt adamantem ⁊ vt silicē dedi faciē tuam Ne ergo timeas eos neq̄ȝ metuas a facie eoꝝ. Talis deniq̄ȝ predicator erat ipse Joannes

baptista qui audacter accessit
ad herodem regem dicens ei.
Non licet tibi habere vxorem.
&c. Mar. vi.

¶ Quinto predicatores debēt
annunciare nomē domini per-
seueranter. Ita vt non cedant
minis aut terroribus. blandi-
tijs/aut adulationibus minis
aut muneribꝰ: qꝛ vt dicit Hie-
ronymus super Ezechie. Ma-
gnum discrimen est dei tacere
sermones ob triplicem causam
vel propter timorem: vel pro-
pter pigritiē: vel propter adu-
lationē. Item Chrysostomus
de laudibus Pauli. homel. vi.
ait. Qui predicationis suscipit
officium: non oportet mollem
quendam esse aut resolutū: sed
fortem & per cuncta robustum.
nec enim saltem attingere quis
quam debet preclare huiꝰ mu-
neris functionē nisi paratus
sit milies animā suam in mor-
tem tradere atque discrimina.
Talis perseuerans predicator
erat ille propheta qui dicebat.
propter Syō nō tacebo & pro-
pter Hierusalem non quiescā
donec egrediatur vt splendor
iustus eius et saluator eius vt
lampas accendatur. Ezechie.
lxij. Talis similiter erat Pau-
lꝰ de quo Act. ix. dicitur quod
postquam fuit conuersus & ba
ptizatus cōtinuo ingressus in
synagogas Iudeorum predi-
cabat Jesum affirmans quo-
niā hic est Christus. Hunc au-
tem cum ipsi Judei prohibere
voluissent a predicatiōe nomi-
nis Christi minime potuerunt
sed eos multipliciter cōfunde-
bat. Tales etiam predicatores
erant Petrꝰ & Joānes de qui-
bus legitur. Act. x. quod cū sa
cerdotes Judeorū & magistra-
tus tēpli vocassent apostolos
interdicentes eis ne ampliꝰ lo
querentur aut docerent in no-
mine Jesu. hi duo dixerunt ad
eos. Si inquiunt iustum est in
cōspectu dei vos potius audi-
re quam deum iudicate. Non
enim possumus que vidimus &
audiuimus non loqui. Nonne
etiam talis predicator extitit
beatissimus Joannes euange-
lista de quo canit ecclesia qd
propter insuperabilem euāge-
lizandi constantiam exilio re-
legatus diuine visionis & allo-
cutionis meruit crebra conso-
latione releuari. Sed prohdo-
lor multi sunt donum verbi ha
bentes qui abscondunt talen-
tum domini sui. Alij autem & si
illud ponant ad mensam. ple-
rūqꝫ tamē hoc faciunt ad que-
stum. cuiusmodi sunt predica-
tores indulgentiarum. Alij ve
ro & si bene incipere videantur
et bonum zelum habere. post-
quam tamen prouisi sunt de ec
clesiastico beneficio aut officio
totū dimittunt cum tamen ma
gis quam ante deberent insu-
dare in vines domini & latrare
contra vulpeculas demollien-
tes vineam domini sabaoth.
Sed caueant sibi quicunqꝫ hu
iusmodi sunt: quia non euadēt
iudicium domini. Nam vna di
ctū queretur ab eis quare abs-
conderunt pecuniam domini
sui.

¶ Sexto predicatores debent
annunciare nomen domini ra-
tionabiliter. Rationabile inqt
Paulus sit obsequium vestrū.
Romanoꝝ. xij. Sunt enim pre

dicatores veri: quasi assumpti et electi in obsequium Dei. vt quos ille interius admonet ad penitētiam illi exterius ad idē adnotent per predicationem. Sed sic obsequantur illi vt rationabile:id est discretum & sale conditum sit obsequium eorum. Tunc autem rationabile est tale obsequiū quando pro qualitate audientium formatur sermo doctorum:vt inquit Gregorius super Ezechielem: vt scilicet singulis prosit. Aliter enim admonendi sunt docti:aliter indocti:aliter prelati aliter subditi:aliter magni:aliter parui:aliter pusillanimes: aliter cōtumaces. Unde in clementinis. Rubrica de priuilegijs et excessibus priuilegiatorum: capitulo Religiosi. mandat papa in virtute sancte obedientie atq sub interminatione maledictionis eterne ne religiosi in suis sermonibus detrahant ecclesiarum prelatis: notantes scilicet eos in particulari. vt dicit glosa Joannis Andree. quamuis in generali liceat eorum vitia reprehendere caute tamen vt nō sequatur scandalum. Nam vt inquit diuus Hieronymus in quadam epistola. Omne quod non edificat audientes in periculū vertitur loquentium. Tales itaq relinquendi sunt dei iudicio / qui neminem reueretur/ & nullius respicit sublimitatem: sed iudicat ita magnum sicut paruum. Ita dominum sicut seruum.

¶ Lectio.xc.

¶ In conueniendo populos in vnum,& reges vt seruiant domino.

¶ Postquam in precedenti lectione ostensum est quomodo predicatores veritatis debent annūciare in Syon nomen domini. Hic consequēter ostendit psalmista. quando sit predicandum/ & sermo habendus ad populum dicens. In conueniendo populos in vnum/ & reges:quasi dicat tunc est predicanduz quando homines sunt pacifici/ & in vnum per amorez congregati. vnde Johel.ij. Uocate cetum: congregate populum. Non ergo soluz simplices sed & maiores:vtpote reges inuitātur ad sermones. sed quia non veniunt. Ideo cōtingit illud. Esaye.v. Propterea captiuus ductus est populus meus quia non habuit scientiā: & nobiles eius interierunt fame:scilicet verbi dei. quia non in solo pane viuit homo:sed in omni verbo quod procedit de ore Deuteronō.viij. Et Matth.iiij. Cur ergo ipsi nobiles raro/ aut nunquaz volunt audire verbū dei. Sed potius mundana / et scurrilia. Ideo dicuntur interire fame:supple quo ad animaz cū tamen laute pascantur. quo ad corpus. Possumus aūt istū textū exponere allegorice post beatum Gregorium et Petrum de Palude de statu ecclesie militantis/ que per totum orbem diffusa est: in qua conueniunt populi/ & reges:id est maiores et minores in vnum: scilicet oīūe:vel in vnū: id est in vnita-

tem fidei per dilectionem operantis: ut seruiant domino. De qua quidem unitate loquitur Apostolus Ephes. iiij. dicens. Unus deus/ una fides/ unū baptisma. Extra autem hanc ecclesiam nemo annuntiat dominum Jesum Christū: nemo laudat deum nullus seruit domino: sed potius diabolo: et idolis. Et hoc est unum de maximis dei beneficijs: s. apple populorum/ et regum ad fidem catholicaz adunatio ut seruiant domino Jesu Christo. Sic enī factuz est in primitiua ecclesia quando conuersi sunt ex omni natione que sub celo est nunc tria milia: nunc quinque milia et multitudinis credentiū erat cor unum/ et anima una in deo Ad quam quidem unitatē collecti sunt de toto mundo reges ⁊ imperatores/ pauperes ⁊ simplices/ docti pariter/ ⁊ indocti secundū quod longe ante prophetatuz fuerat per os David dicentis. Et adorabunt eū omnes reges terre/ omnes gentes seruient ei. Nonne conuenerūt in unum populi/ ⁊ reges ut seruirent Christo nato eum adorando. quando ad eū venerunt primū pastores ab angelo moniti: ⁊ demum reges orientales ad signum stelle desuper irradiantis. Nec quidem iniuria ita conueniunt in unum populi/ ⁊ reges ut famulentur summo regi Christo nato. Naturalis enī gratitudo est beneficiati ad beneficiū. cum etiam videamus animalia ab homine liberata quanuis in se ferocia seruire suo beneficio/ ⁊ liberatori. sicut leo/ de cuius pede beatus Hieronymus spinam amouit: seruiuit eius monasterio custodiens asinum ⁊ post ablatum a latronibus asinum seruiēs loco ipsius. Item secundum iura redēptus ab hostibus si nō possit precium soluere redemptori suo debet ei per certū tēpus utpote per quinquenniuz seruire. Cum ergo ita sit quod Christus nos liberauerit de manu inimicorum nostrorum suo sanctissimo sanguine inappreciabili. Justum est ut seruiamus illi in sanctitate ⁊ iustitia corā ipso omnibus diebus nostris. Item nota iuxta hoc verbū in conueniendo populos in unuz et reges quod istud fuit impletum sub beato Ambrosio/ q̄ imperatorem Theodosiū de cancellis clericoꝝ expulit: ⁊ in naui ecclesie cū popularibus publicam penitentiam agere fecit ut sic domino seruiret cum humilitate: ⁊ contrito corde. Moraliter autem possumus hunc passum exponere secundū dominum Hugonem de statu religionis. Qui enim intrant religionem mendicantium bene regulatam promptiores/ ⁊ abiliores sunt ad annunciandum in Syon nomen domini: id est ad predicandum verbum salutis. Et similiter ad annunciandum laudem eius in Hierusalem: id est ad decantanduz dei laudes in ecclesia/ ⁊ ad seruiendum ei die ac nocte quam qui intrant religionem opulentam. Nam ⁊ coruus stetit sup cadauera mortuoruz. ubi tamen columba ad archam regressa est. Notanter autem dicitur in conueniendo populos in unum/ ⁊ reges scili

cet in sancta religione que ad predicta exercitia deputata est quia olim intrabāt religiones mendicantium filij regū ⁊ principum cum popularibus: hoc est cum pauperibus huius seculi: sicut patet de beato Ludouico ordinis minorum. Itē de beato Thoma ordinis predicatorum. ⁊ de multis alijs quorum nomina sunt in libro vite Sed postquā predicte religiones pro maiori parte prolapse sunt vix inuenitur diues agricola: qui velit ibi dedicare filium suum: quinimmo filij potentum hodie euolant ad religiones redituatas et locupletes. non quidē vt seruiant domino: sed vt colligētes paleas beneficiorum / ⁊ rerum temporalium seruiant Pharaoni. idē diabolo: ⁊ auaritie. Alij autem illic intrant vt seruiāt suo ventri. De quibus dicit apostolus Romanorū decimosexto quod huiusmodi Christo domino nostro non seruiunt. sed suo ventri. ⁊ ideo nolunt conuenire in religione bn̄ reformata: in qua viget austeritas vt seruiāt domino. Alij vero seruiunt Mammone / vt auari. et ideo nolunt cōuenire in bona religione in qua communiter viuitur vt seruiant domino: quia vt dicitur Matthei sexto. Non potestis Deo seruire / et Mammone. Et ideo possumus merito concludere quod pauci sunt: qui velint seruire domino in sancta religione: et hoc etiam ad oculū videm⁹ Sed si vnusq̄sq; querit que sua sunt: et non que Jesu Christi. Alij denium sunt qui religionem intrant non vt seruiant domino: aut alijs fratribus: sed vt seruiatur eis / qui prius sunt prelati quam subditi. prius abbates quam monachi. prius imperantes quā periti. cum tamen omnium saluator. Matthei vigesimo, dicat de seipso quod non venit ministrari: sed ministrare. horū itaque arrogantiam reprehendit Petrus apostolus in sua prima canonica quinto capitulo dicens. Non tanquam dominantes in cleris: supple estote. Alij postremo religionem intrant non vt conueniant in vnum per pacem / ⁊ mutuam charitatem: sed vt generant schismata: ⁊ partialitates / tā in electionibus prelatorum quam in decisionibus causarū / ⁊ negotiorum claustralium. Et tales merito possunt vocari pharesei id est diuisio. tanquam imitatores sui patris demonis cuius totum studium est diuidere inconsutilem domini tunicā et scindere eius ecclesiam.

A ¶ Preter hec autem que dicta sunt. Notandum est iuxta hunc textum quod omnes vocamur a domino vt ei seruiam⁹ sicut scutiferi / ⁊ nobiles vocantur ad curiam principis ad seruiendum ⁊ assistendum ei huic itaq; domino debemus seruire his modis.

Uidelȝ.
- Munde.
- Lete.
- Erecte.
- Ornate.
- Uerecunde.
- Tremebunde.

¶ Primo igitur debemus seruire tanto principi nostro mū

de. Mundus enim dominus/ mundã vult habere familiam. Nec est aliquis terrenus princeps quantũcunq; turpis/aut malus: qui non velit quod sibi munde seruiatur. Quod si conspiceret turpem maculam in facie/aut manu/aut corpore sui scutiferi grauiter indignaret. A fortiori ille qui est rex regũ et dominus dominantium cupit mundos habere ministros. dicens illud Leuitici. xi. Sancti estote: quia ego sanct9 sum. Item in Psal. Ambulãs in via immaculata hic mihi ministrabat. O vtinã quilibet prelatus aut prepotens dominus cũ domino dicere posset. Ambulans in via. ꝛc. sicut dicitur de Abraham. Genesi. xvij. quod omnes vernaculos domus sue. ꝛ vniuersos quos emerat fecit circũcidi. Nam a prauitate familie conuincitur prauitas domini/ dicente scriptura. Ecclesiastici x. secundũ iudicem populi sic et ministri eius. Nam si dominus fuerit lubricus: op9 est vt habeat famulos maquerellos. si dissolutus dissolutos. Qui si fuerit castus. castos habebit famulos. quia nõ patietur impudicos secum habitare domi tum propter timorẽ diuine offense. tum propter notam infamie. Audiant ergo qui cupiũt seruire domino illd Christi verbum. Joannis. xij. Siquis mihi ministrat me sequatur: scilicet per viam immaculatã. Talis aũt munditia precipue necessaria est viris ecclesiasticis q̃ habent diuina tractare: et illa pplo fideli ministrare. Et hoc est qd ait dñs Moysi. Exo. xix. Sacerdotes q̃ accedunt ad dominũ sanctificentur. cuius causa immediate subditur cum dicitur ne forte pcutiat eos. Si enim dñs percussit morte Ozã sacerdotem eo q relenare voluisset archam dñi: quam casuram videbatvt dicitur. ij. Reg. vi. Cuius mortis causam assignant hebrei: prout refert historia scolastica: quia ipsa nocte dormierat cum sua vxore. Perpendat quisque sacerdos quãto discrimini se exponat indigne accedendo ad altare diuina celebraturus. Quid enim dignius quidve preciosius archa dñi vel corpore Christi? Quid graui9 dormisse cũ propria vxore aut cum cõcubina? Quid deniq; deterius ex pietate se opponere archeve cadat in terram. aut ex cupiditate cũ pollutione mentis et corporis ad sancta sanctorũ accedere? Studeant ergo dñi sacerdotes mũdo corde ꝛ corpore dño in altari seruire attendẽtes illud domini preceptum. Leuit. xxi. Omnis qui habuerit maculam de semine Aarõ sacerdotis: vt pote si cecus/si claudus/si vel paruo/vel grãdi/aut torto naso/ si fracto pede/ vel manu/ si gibbus/ vel lippus/ ꝛ huiusmodi talis inq̃ nõ accedet offerre hostias dño nec panes deo suo Si itaq; tales macule ꝛ deformitates que sine culpa cõtrahi poterant inhabilitabãt hominem ne olim in lege ministraret dño: quanto magis in lege gratie macule vitiose/ ꝛ culpabiles tam corporis q̃ anime inhabilitant hominẽ ad ministrandũ in altari dño? Studeant ergo

dñi sacerdotes rem conforma=re nomini. Nam sacerdos vno modo dicitur quasi sacer dux. Alio modo quasi sacra dans. Magnum aūt inconueniēs est sacerdotē corpus Christi conficientem immūdum esse: vt dicitur. i. q. i. sacrosancta & ca. sequenti qd incipit. Necesse vbi sic dicit Gre. Necesse est vt mūda sit manus que curat diluere sordes: ne tacta queqꝫ deterius inquinet/ si sordida sequēs lutum tenet. Scriptum namqꝫ est scilicet Esaye. liij. Mundamini q̄ fertis vasa dñi. hec ibi. ¶ Secundo debem⁹ seruire domino lete. Hilaris eniꝫ dñs nō libenter vult habere seruū tristem/ & melencholicū: sed letuꝫ secundum complexionem suā: Modo sic est ꝙ de⁹ est summe letus imo ipse est ipsa summa & pura letitia/ & gaudium perfectū in quo nulla tristitia esse potest. Neqꝫ enim quādo a nobis offendit̄ inde tristat̄ quanuis admodū tristātꝫ se habeat Ipse enim est qui dicit Malac. iij. Ego dñs & non mutor sup. de letitia in tristitiam. qꝛ ergo ipse dñs est summe letus. hinc est ꝙ vult habere ministros letos. Et hoc est ꝙ ait Apost. ij. Corin. ix. Non ex tristitia aut ex necessitate hylarem datorē diligit de⁹. Propterea nos admonet Psal. dicēs. Seruite domino in letitia. item ecclesiastici. xxxv. In omni dato hylareꝫ fac vultum tuū. Sed forte obijcis allegans illud Christi verbum. Mat. v. Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur: supple in futuro seculo. Item scribitur Eccle. vij. Cor sapiētum vbi tristitia. Iteꝫ de iustis viatoribus loquitur Psal. dicens. Eūtes ibant & flebāt: mittentes semina sua. Deinde de eisdeꝫ iam glorificatis quo ad animam/ & venientibus ad generalem omnium resurrectionem vt secundam recipiāt stolam subditur. Venientes autē venient cum exultatione: portātes manipulos suos. Ex quibus authoritatib⁹ & multis similibus videtur non esse letandum in presenti. Sed hec omnia absoluit psal. cū dicit. Seruite in domino in timore: & exultate ei cum tremore. Taliter ergo lete seruiendum est domino vt non sine timore ei seruiatur. Debet eñ homo timere ne seruitiū suum deo minus placeat: maxime cum nesciat an odio vel amore dignus sit. Ecclesiastes. ix. Illi autem nō seruiunt domino lete: qui si quid de genere bonorum faciunt: inuite faciunt/ siue ieiunando siue peregrinando/ siue maioribus obediendo/ siue festa ecclesie seruando/ siue diuinis officijs loco/ & tempore assistendo/ sicut patet de illis q̄ attendantur si missa aliquantisper prolongetur: aut etiam diuinus sermo. Contra quos loquitur Gregor. in moralibus dicens. Nonnulli terreno iudici etiaꝫ tota die assistere fortes sunt: in oratione vero coram dño etiā vnius hore momēto lassantur ¶ Tertio debem⁹ domino seruire erecte. i. recta intentione. Seruus enim nunqꝫ bene seruit dño suo qͣdiu est prostrat⁹ in terram: sed oportet eum esse erectū: & oculos semper habere

ad dominuz suū. Sic nec deo debite seruit homo quādiu ad terrena per illicitum amorē est inclinatus dicente Saluatore Mat. vi. Non potestis deo seruire & Māmone. Qui ergo vult deo gratum exhibere seruiciuz erigat cor suum ad ipsum & ad celestia bona secūdū illō Matthei. vi. querite primū regnum dei & iustitiam eius. Unū Paulus Collo. iij. Que sursum sunt sapite non que super terram. Ut enim inquit Philosophus. Cetera aialia natura deiecit ad pastum: hominem erexit ad sydera. Propterea August. libro de doctria Christiana ait. Nō discordet/inquit/ cor tuū a facie tua: non habeas faciem sursum & cor deorsum. Item deuotus Bernar. exponēs illud verbum Psal. Rectus dominus et nō est iniquitas in eo. dicit sic. Rectus dominus rectū hominem fecit. corporis staturā dedit sibi rectam. forsitan vt ipsa corporis rectitudo exterioris: viliorisq figmenti. hominem istum interiorem qui ad imaginez dei factus est ad spiritualē seruandam rectitudinē admoneret: & etiam cum deformitatem argueret animi. quid inde cētius quam curuum recto corpore gerere animum? Hec ille. Ecce quomodo erecte debemus domino seruire. sursū scilicet corda habentes ad dominū. Unde Psalmist. Ad te leuaui oculos meos qui habitas in celis. deinde sequitur. Ecce sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorū. & sicut oculi ancille in manibus domine sue: ita oculi nostri ad dominum deū nostrum: sup. erecti sunt & intenti et hoc nō raptim: sed donec misereatur nostri.

¶ Quarto debemus seruire domino ornate. Non enī decet famulum alicuius magni principis corpore nuduz seruire aut stare domio suo. Ita & serui domini debent esse ornate vestiti interius per virtutū decorē. et exterius per honestā conuersationem. Et hoc est quod dicit Prouerb. xxxi. Oēs domestici eius scilicet omnipotentis dei vestiti sunt duplicibus. vñ Paulus. ij. Corinth. viij. Prouidemus/inquit/bona non solū coram deo sed etiā corā hominibus. Sed dicet fortasse aliquis sufficit mihi quod deus cognoscat bonitatem meā & conscientiam meaz iudicet. nec curo de fama aut verbis hominum. Audiat ergo quisquis talis est Augu. dicentem prout recitatur. xi. q. iij. Non sunt audiēdi. Nō sunt inquit: audiēdi siue viri sancti siue femine qui quando reprehenduntur in aliqua negligentia per quam fit vt in malā veniant suspicionem: vnde suam vitaz longe abesse sciunt dicūt corā deo sufficere sibi conscientiam existimationem hominuz non solum impudenter: verum etiam crudeliter contemnētes cum occidant animas aliorum scilicet exēplo. vt dicit gl. Hoc enim attendere dicunt illi qui quamuis in se casti sint. in exteriori tñ conuersatiōe quamquam minus discreter & caute se habēt nūc corridētes cū mulierculis. nūc cū puellis & huiusmodi. Propterea idē Au. in ser. de cōi vita clericorum. & recitat. xij. q. i. Nolo. dicit sic. No

lo vt aliquis devobis inueniat male viuendi occasionem propter nos conscientia nostra nobis nessaria est propter vos fama nr̃a non pollui sed pollere debet in vobis. Due res sūt cōscientia et fama conscientia necessaria est tibi. fama proximo tuo qui confidens conscientie negligit famā crudelis est. hec ille. Si ergo cupim⁹ esse domestici dn̄i in celo. primū necesse est in presenti vestiri duplicib⁹ scz bona cōsciētia ꝛ bona fama

¶ Quinto debemus seruire domino verecunde. Seruus enim alicui⁹ magni dn̄i debet esse verecundus humilis et reuerēs. Unde Dan̄. xiij. legitur ꝙ cum illi duo senes pleni iniquitate falso accusassent pudicam Susannam serui Joachim viri sui erubuerunt vehementer. Sic ꝛ tales debent esse serui iesu xp̄i qui debent dicere ei sigillatim. Seruus tuus sum ego ꝛ filius ancille tue. i. virginis marie q̄ se vocauit ancillam dn̄i cum respondit angelo di. Ecce ancilla dn̄i. Luc. i. hoc est contra multos seruitores christi de malis ecclesiasticis loquor: qui sunt magis supbi et elacti corde et corpore quam multi nobiles laici. Ita vt qui plus abundāt beneficiis ꝛ dignitatib⁹ in ecclesia. plus etiam abundent in superbia/ pōpa/ ꝛ fastu seculi: siue in supellectili/ ꝛ buffetis. siue in multitudine equorum et mularum/ māgonum/ ꝛ canū venatiorum ꝛ auium/ siue in exquisitis cibis/ ꝛ potib⁹. ꝛ huiusmodi/ q̄ vt: nā attēderent ꝙ humiliter incedebāt olim eccl'ie prelati: vcz quādoꝙ cū baculo/ aut cum asino ꝓ releuanda sui corporis debilitate. sicut patet de sancto Germano aultissidoreñ. et sancto Thoma cantuarieñ. et pene infinitis aliis. Item ꝙ humilem statum tenebant. Nā de beato Augustino refert dn̄s Anthoninus in secunda parte cronice sue. t. x. c. vij. §. iij. ꝙ /p̄t coclearia nll'a vasa argētea habebat. sz lignea vitrea/ vel marmorea/ seu terrea: non quidem propt̄ pauptatē: qꝛ scz non posset. sed ꝓpter honestatē. quinimo vasa ecclesiastica iubebat cōflari: et pauperibus dari in imminēte necessitate. At vero moderni prelati habent magna et quasi regalia buffeta: ita vt aule eorum reluceant auro/ et argento. Nec reputatur dignus presulatu: qui in talibus deficit Sunt etiam inter hos ceruos christi nonnulli qui verentur in ꝓpria exequi q̄ sunt sui officiū sed volunt habere substitutos suffraganeos ꝛ vicarios dicētes illud Jo. viij. Semē abrahe sumus ꝛ nemini seruiuimus vnquam. i. nos descendim⁹ de nobili et alto genere. Et ideo non decet statū nostrū aliis seruire ꝛ ecclesiastica sacramēta ī ꝓpria ministrādo. Sed nouerint talesꝙ etiā nō ibūt in propria in celū sed per vicarios.

¶ Sexto debemus seruire domino tremebunde. Seruus eñ bonus semper est pauidus ꝛ timidus. Timet enim ne in officio suo aliq̄d contingat qd̄ sit min⁹ rectū corā oculis dn̄i sui. sic ꝛ serui iesu xp̄i debēt esse in cōtinuo timore ꝛ tremore secūdum ꝙ eos admonet psalm̄. dicens. Seruite dn̄o in timore et

exultate ei cū tremore. Apprehendite disciplinam scilicet ad aduersitatum et correctionū. ne quando: id est ne aliquādo irascatur dominus et pereatis de via iusta: id est de bono statu vestro ad peccatum declinando. et tandem in infernū descendēdo. Qr ergo homo nescit finem suum sed sicut pisces capiunt hamo et aues laqueo sic capiūtur homines tempore malo cū eis extemplo. i. repente ꝛ subito superuenerit. Tempus aūt illō maluz dicitur hora mortis vel iudicij que insperate superuenit dicente christo Mat. xxiiij. Vigilate quia nescitis qua hora dn̄s vester ventur⁹ sit. Propterea prouerb. xxviij. dicit̄ ꝙ beat⁹ homo qui semper est pauidus cui⁹ dicti ratio assignat̄ eccle. xxvij. vbi sic dicit̄ seruo dei. Nisi tenueris te instanter in timore dn̄i cito subuertetur domus tua. Propterea gre. lib. ix. moral. c. lxxvij. exponēs illō Job. ix. Verebar oīa opa mea. dicit ꝙ sepe sordet in cōspectu eterni iudicis qō i intentiōe fulget operātis. Ecce quare debemus seruire domino cum timore et tremore.

Lectio. xci.

Respondit ei in via virtutis sue paucitatē dierū meorum nuncia mihi.

Postquam in precedenti lectione ostēsum est quādo sermo diuinit⁹ sit proponēd⁹ hominib⁹ qr tunc scilicet quādo diuites et pauperes/ nobiles/ ꝛ innobiles in vnū conueniūt ꝛ cōfluūt Jtē ad quē finē sit talib⁹ predicandum: quia vt seruiant dn̄o Hic consequenter ps. ostendit quō penitens se habuerit in seruitio dn̄i dicens. Respondit ei. scilicet penitens dn̄o in via virtutis sue: id est quandiu est in via ambulādi ad dominū. ꝛ habet in se virtutem et potestatē cum dei auxilio et gratiā bene agēdi. Deinde subdit̄ materia responsionis cum dicitur paucitatem dierum meorū nuncia mihi. q. d. hoc breue tēp⁹ totius hui⁹ seculi: vel toti⁹ vite mee fac mihi attendere diligēter vt scȝ illud expendam ad honorē tui nominis et ad salutem anime mee. Sed fortasse queris. Cum nullam questionē in precedenti textu legatur dn̄s penitēti fecisse. vn̄ est ꝙ hic dicit̄ Respondit ei. ꝛc. Respōdeo qn̄uis nullam questionā exteriorē legat̄ dn̄s eidē fecisse: interi⁹ tamē cor eius tangendo questionē proposuisse creditur secundū illud ps. Audiā quid loquat̄ in me dn̄s de⁹. vt eñ dicitur Joh. iij. Spirit⁹ vbi vult spirat ꝛ vocē ei⁹ audis. Et ideo non inconuenienter hic de penitente dicit̄ ꝙ respōdit ei. scilicet dn̄o in via virtutis sue dicens paucitatem d. m. n. mihi. Et fortasse huiusmodi questio omnipotentis dei ad penitentem talis fuit. Nunquid presumis te multos annos victurum aut nunquā moriturum qui totiens recidiuas in peccata? Et ideo respondet ei penitēs ꝙ nequaquā sed firmiter credit mortē de propinquo imminere. Sed qn̄ sit vētura interrogat cū subdit paucitatē dierū m. nūcia mihi. Allegorice aūt istā potest esse vox

ecclesie militantis et olim fide-
liū qui erūt circa finē seculi et
tempore antichristi. Tūc enim
permaxime tribulabitur et an-
gustiabitur ecclesia. Quis huius
modi tribulatio sit modico tē-
pore duratura. Ut em̄ scribitur
Mat. xxiiij. tunc erit tribulatio
magna qualis nunquā fuit ab
initio mūdi vsq; modo neq; fiet
et nisi abbreuiati fuissent dies
illi non fieret salua omnis caro
sed propter electos breuiabun
tur. Et hec est breuitas et pau-
citas dierū que hic petitur in
persona ecclesie que tunc tribu
labitur cum dicitur. Respōdit
ei scilicet ecclesia ipsi christo: et
loquitur de futuro per modū pre
teriti propter certitudinē pro-
phetie sicut plerūq; fieri solet
in sacra scriptura in via virtu
tutis sue. i. patientie q̄ tūc ma-
xime erit necessaria. paucitatē
dierum meorū. i. temporis affli
ctionis mee. nuncia mihi vt sci
licet ex breuitate tēporis valeā
aliqualiter consolari. Nā tunc
erit tanta tribulatio q; videbitur
aliquibus fidelibus q; fides ec
clesie debeat totaliter extingui
et deficere vel dic q; aliqui here
tici qui dicebantur donatiste di-
xerunt ecclesiam quandoq; esse
desituram. et ideo ipsa ecclesia
orat ad deum vt eam super hoc
certificet dicens. paucitatē die
rum nuncia mihi. Ipsam autē
super hoc certificauit christus
quando dixit. Ecce ego vobiscū
sum vsq; ad consummationē se
culi Mat. xxviij. Ecce quomō
ecclesia est certa q; non paucis
diebus stabit. sed q; vsq; in finē
seculi durabit. Potest etiā ista
clausula. Paucitatem dierum
meorum nūcia mihi. exponi de
illis curiosis hominibus qui
petunt scire finē seculi. Sed q2
presumptio est velle scire illud
quod angeli nesciūt. et similiter
quid christus apostolis reuela
re noluit dicens eis Act. i. Nō
est vestrū nosse tempora vel mo
menta que pater posuit in sua
potestate: ideo nullus debet que
rere istud scire. sed studeat quis
q; sic viuere et omni tēpore sit
paratus quando scilicet finis
ille aduenerit secūdum q; nos
admonet ipse christus Matthei.
xxiiij. dicens. Et vos estote pa
rati quia et cetera.

¶ Notandum est autem iuxta
hanc clausulam paucitatē die-
rū etc. q; circa hoc possūt forma
ri plures fructuose questiones

A ¶ Prima igitur questio est
vtrum licite possimus petere a
domino cum ps. vt nobis reue-
let paucitatē dierum nostrorū.
Respondeo hoc non licet regu
lariter et absolute. Istud enim
videtur pertinere ad curiosita
tem quandam potiusquam ad
propriam salutem aut dei ho-
norem. Que autem ad curiosi-
tatem tantum et non ad edifi-
cationem spectāt a domino pe-
tere non debemus dicente scri-
ptura eccle. iij. Altiora te ne q̄-
sieris. et fortiora te ne scrutatus
fueris: sed que precepit tibi de-
us illa cogita semper: et in plu
ribus operibus eius non fue-
ris curiosus. Non enim est tibi
necessarium ea que abscondita
sunt videre oculis tuis. Prete-
rea talis reuelatio diei mortis
magis obesset vt in pluribus quā
prodesset. Nam per hoc effice-
rentur homines tristes et mel-

lencolici. Item non curarent terras arare: vites plantare: vxorem ducere: sibi et familie prouidere, et ita multa bona impedirentur et nullus fructus inde sequeretur. Ceterum si bonis constaret quod multo tempore essent victuri inde forte tristarentur maxime cum appetant dissolui et esse cum christo. Similiter si malis idem constaret tunc augerent malitiam suam. Quid enim faceret vsurarius si sciret certitudinaliter se ad multos annos victurum. Quid denique princeps tyrannus et sic de multis aliis peccatoribus quorum plures sibi caueant a perpetrandis multis malis non tantum ex dei amore quantum ex timore mortis incerte et gehenne. Quod si dicas deum reuelasse multis sanctis diem mortis sue vtpote bte virgini. Joh. euangeliste beato Martino: et sic de multis aliis. Respondeo illi erant viri perfecti qui sciebant facere profectum suum de omnibus. Item hoc factum est ex speciali dei munere et gratia.

B ¶ Secunda questio est vtrum magis expediat hominibus vi sa malitia temporis: pauco tempore quam multo viuere? Respondeo dicendum quod sic. Et hoc sic declaratur. Aut enim homines sunt iusti aut peccatores. Si iusti aut sunt iuuenes aut senes. Si ergo sunt iusti. et iuuenes vtpote adhuc sub teneneris annis constituti. tunc ad eorum maximam vtilitatem fit quod in tali statu et etate vocentur a domino. sic enim securi sunt de celesti premio, Apoc. xiiii. Sine macula sunt ante thronum dei quod si vixissent diutius. forte fuissent adulteri/latrones/homicide/et scelerum progenitorum suorum imitatores. Lupus enim lupum procreat nec potest proles esse melior patre. Et maxima philosophi est quod vnumquodque natum est alterum facere tale quale ipsum est: et sic tandem tales finissent dies suos miserrime a quibus malis et periculis preseruauit eos dominus cito eos absoluendo ab hac vita misera. Et hoc est quod dicitur Sapientie quarto. Placens deo factus dilectus scilicet paruulus baptizatus et viuens inter peccatores translatus est raptus est ne malitia mutaret intellectum eius. aut ne fictio deciperet animam illius. O quot sunt milia hominum nunc in inferno quibus absque dubio vtilius multo fuisset si statim sacro baptismate suscepto decessissent. Illud autem debet consolationem afferre parentibus lamentibus mortem paruulorum suorum. Si autem predicti sunt iusti sed tamen iam ad senium tendentis iterum prodest eis quod cito vocentur ad christum antequam omnino fiant insensati aut decrepiti. Nam per talem modum melius possunt disponere de conscientia sua. Item sic euitant multas egritudines et multos languores quibus decrepita etas subditur Quod si obiicias quod quando plus viuunt boni et iusti tanto plura bona faciunt et magis merentur et ita prodest talibus vsque in senectam et senium viuere sicut patuit de beato Joanne euangelista qui vi-

xit annos. xcix. ita vt oporteret sibi auxilium ferrre ad ambulādum. Item de sancto illo sene symeone qui christum suscepit cum a parētibus est in templo presentatus. Luce. ij. Item de beato martino qui cū viribus corporis destitueretur dixit ad dominū. Domine si adhuc populo tuo sum necessarius non recuso subire laborem fiat voluntas tua. Et sic de multis aliis sanctis viris ac mulieribus sicut patuit de illa sctā anna pphetiza de qua legit Lu. ij. q̄ q̄uis esset annorū lxxxiiij non tamen discedebat de templo ieiuniis et obsecrationibus domino seruiens die ac nocte. Ecce quomodo prodest iustis diu viuere quia sciūt facere pfectum suum de omnibus tam in aduersis quam prosperis. sed profecto tales sunt pauci: quinimmo multi qui fuerant boni antea. Postquam perueniunt ad senectutem efficiuntur impatientes et pigri ad omne bonum. Quandoq; etiā maledicentes vite sue et ex impatientia mortem optantes et dicentes illud Job decimo. Nunquid non paucitas dierū meorum finietur breui?

¶ Si autem homines sunt mali: adhuc prodest aliquomodo eis quod cito tollantur de medio et hoc de peraccidens quia et si descendāt in infernum ibi tamen minus patiuntur quam si in presenti multo tempore superuixissent: quia diu viuendo aggrauassent suam damnationem addendo peccata peccatis Unde secundi Machabeorum sexto dicitur quod multo tempore non sinere peccatoribus ex sentētia agere. Sed statī vltiones adhibere magni beneficij est iudicium. Propterea in psalmista de reprobo dicitur.

¶ Fiant dies eius pauci. Et alibi viri sanguinum et dolosi non dimidiabunt dies suos: id est non viuēt medietatem vite naturalis. Ceterum si omnes mali diu viuerent profecto suffocarent et omnino delerent bonos eos opprimantes vsuris et rapinis.

¶ Item afficientes iniuriis.

¶ Facit ergo omnipotens deus sicut bonus agricola qui precauetne in agro suo multiplicetur nimium zizania. quia sic omnino suffocare posset triticum. Nihilominus sicut non est bene possibile singulas malas herbas auferre de medio tritici: q2 sic posset etiā ipsum triticum concalcari et eradicari. Ita neque dominus aufert omnes malos de medio bonorum in presenti vita: quia sic impedirentur multa bona. Et hoc est quod parabolice scribitur Matthei decimotertio/ de seruis illis qui cum vidissent zizaniam in medio tritici dixerunt domino suo. Uis vt eamus et colligamus eam? Quos prohibuit dicens. Nonne forte colligentes zizaniam eradicetis simul et triticum? Sed sinite vtraque crescere vsque ad messem: et tunc dicam messoribus colligite primum zizania et alligate ea in fasciculos ad comburendum.

Triticum autem congregate in horreum meum Applicatio est facilis de statu presenti et de die iudicij.

C ❡ Tertio questio est. quare est quod modernis temporib9 paucioribus diebus viuūt homines quem retroactis temporibus et signanter circa initiū mundi. Nam Genesis quinto. legimus quod Adam vixit nōgentis triginta annis. Item Seth. filius eius nongentis duodecim Item enos nongentis quinqꝫ. Caynam nongentis decem. Item malalehel. d. cccxcv.

❡ Item Jared. d. cccclxij. Itē Mathusale. d. cccclxix. et sic de multis alijs de quib9 tam ibi quam in alijs passibus sacre scripture fit mentio. At vero modernis temporibus multis moriuntur adhuc iuuenes et fortes bene multi possunt dicere illud Esaye. trisesimo octauo. Dum adhuc ordire succidit me.

❡ Alij moriuntur infra quinquagesimum. Alij infra sexagesimum aut septuagesimum et valde pauci perueniunt vsqꝫ ad ocuagesimum.

❡ Sed vnde tanta disparitas profecto huius multe sūt cause et rationes.

D ❡ Prima igitur ratio sumitur ex parte principij.

❡ Primi enim parentes fuerūt immediate a deo formati: et ꝑ consequens optime complexionati. quia dei perfecta sunt opera. Et Genesis primo. Vidit deus cuncta que fecerat et erāt valde bona.

❡ Unde sicut nullum fuit aliquando vinum tam delicatum et tam bonum sicut illud quod christus fecit in nuptijs per cōuersionem aque in ipsum. Johannis secundo. Et sicut nullus vnquam melius vidit ꝙ ille cecus a christo illuminatus. de quo Luce decimo octauo. Et sic de alijs operibus christi. Ita nullus purus homo vnquam fuit melius complexionatus aut melius dispositus in naturalibus ad diu viuendum quam Adam, eo ꝙ esset immediatū opus dei Ceteri autem concepti sūt de fragili et corrupta materia.

❡ Unde qui plus distant a primo parente breuius viuunt sicut videre est in hoib9 modernis et qui nos sequentur adhuc minus viuent.

❡ Exemplum est de fonte et riuulo ipsius. Nam quanto est riuulus propinquior fonti. tāto magis aqua est recencior et purior atqꝫ melior: sed in fonte est clarissima et optima. et quanto remotius fluit a fonte tanto min9 est pura et clara.

❡ Quasi obijcias Adam qui fuit origo et fons ex quo ceteri homines procreati sunt minus vixisse quam aliqui de sequacibus suis. quod patet qꝛ vt allegatum est tantum vixit nongentos triginta annos. vbi tamen Jared et Mathusalem diutius vixerunt.

❡ Ad hoc communiter respōdent doctores et glose qd ibi subticentur centum anni ipsius in quibus defleuit mortem filij sui Abel et in quibus non cognouit Euam vxorem suam, nec deinceps eam co-

gnouisset nisi super hoc specialem reuelationem a deo recepisset.

¶ Secunda ratio quare homines olim diutius viuebant sumitur ex parte modi viuendi. Nam victus sobrius multum confert ad corporis bonā valitudinem secundum qđ beatus Gregorius ī quadam collecta quadragesimali dicit quod ieiunium pro corporibus animisqꝫ curandis salubriter institutum est.

¶ Item Crisostomus secundum quod recitatur de consecratione. distinctione. quinta. Nichil. Dicit qđ nihil sic egritudinem fugat sicut moderata refectio. Abundantia autē molestias igerit atqꝫ egritudines generat.

¶ Item Jeronimus. distinctione eadem. capitulo legimus. Dicit quod quidam morbo articulari. id est gutta artetica q̄ fit in iuncturis neruorum, et podagre humoribus laborantes, postquam spreuerunt multa atqꝫ delicata cibaria ꝛ se redegerunt ad simplicem mensā atqꝫ pauperes cibos tandem conualuerunt. Modo sic est ꝙ illa que conferunt ad corporis sanitatem prosunt ad prolongationem vite langioris, cum ergo homines olim essent magis sobrij quam nunc tam in cibo quam in potu sequitur quod naturaliter diutius viuebant. Et hoc non solum habet verum de illis qui fuerunt in prima etate sed etiam de illis qui fuerunt post christi aduentum. Ecce enim Johannes euangelista vixit. xcix. annis. Item Jeroni. vixit. xcviij. annis. Item Antho. erat. xx. annorum quando heremum primum intrauit et ibi stetit annis. lxxxv. Item Paulus primus heremita erat annorum. xvi. quando heremum intrauit et ibi stetit. xcvij. annis. Ecce quomodo sobrius modus viuendi confert ad vitam longam sicut etiam videre est hodie in carthusiensibus et alijs viris sobrie viuentibus q̄ diutius viuunt quem illi qui assidue vacant delitijs et voluptatibus atqꝫ crapule.

¶ Tertia ratio sumitur ex parte cibi. Nam ante diluuiū terre nascentia erant multo meliora quam post eo quod diluuium pro maiori parte fuit ex aquis salsis oceanis que inducunt sterilitatem terre, ꝛ per cōsequens reddūtur peiora terre nascentia ex quibus nutritur ꝛ pascitur homo. Et preterea ipse cibus antiquorū erat simplicior vt pote qualis a natura producitur et non tam artificiosus sicut modo propter quod arte coquinaria non tā salubris quam delectabilis efficitur scilicet ex adiunctione variarum salsarum et specierum in quibus plures denarij consumuntur quam in principali. Cumqꝫ talis cibus sic accurate paratus appetitum ad excessum prouocauerit, consequens est vt vires eneruet humani corporis morbosqꝫ multiplicet et tandem vitam ipsā minuat. Unde senec. in quadā epistola dicit qđ multos morbos multa fercula fecerunt. Propterea Jero. secundum qđ

recitatur de conſecr. diſtinc. v. ne tales dat ſalubre conſilium dicens. Ne inquit tales accipiamus cibos quos aut difficulter dirigere. aut comeſtos magno paratos ⁊ perditos labore doleamus: olerum et pomorum ac leguminum facilior apparatus eſt et arte impendiſq; cocorum non indiget et ſine cura ſuſtentat humanum genuus moderate ſumptus, q2 nec auide deuoratur quod irritamenta gule non habet et leuiori digeſtione decoquitur Et poſt pauca. Morbi ſaturitate nimis concitantur. multiq; impatientia gule vomitu remediantur ⁊ quod turpiter ingeſſerunt turpius egerunt. hypocrates i āphoriſmis optimis docet ⁊ craſſa ⁊ obeſa id eſt rotunda corpora que creſcendi menſuram impleuerint. niſi cito ablatione ſanguinis minuātur i paraliſim erpeſſima morborum genera erumpere. Et infra. Unde galenus vir doctiſſimus interpres ypocratis athletas quorum vita et ars ſagina eſt. dicit nec diu poſſe viuere nec ſano eſſe. hec ibi Propterea macrobius, probans multiplicitatem ferculorum eſſe nociuaz non tantum anime ſed etiam corpori adducit exēplum de animalibus que quia ſimplici ⁊ naturali cibo vtuntur. ideo ſana ſunt. Item iſtud probat per artem medicinalem Nam medici ſuadent infirmis comedere et bibere ſimplicem cibum et potum et non diuerſa fercula ſcilicet aſſata vel frixa. Et huius ratio eſt q2 ſimplex cibus vel potus eſt magis digeſtiuus. Ecce quomodo abſtinentia in cibo ⁊ potu eſt cauſa ſanitatis corporalis et prolongationis vite. Et hoc eſt quod ſcribitur Eccleſioſtici vigeſimo ſeptimo. q̄ abſtinens eſt adijciet vitam. Item Jeronimus in quadam epiſtola. Mater ſanitatis abſtinētia. mater egritudinis voluptas.

¶ Quarta ratio huius ſumitur ex parte ſcientie et experimenti. Nunquam enim fuit aliquis medicus qui tantum cognouerit de proprietatibus rerum ſicut Adam. ipſe enim cognouit virtutes fructuum herbarum lapidum precioſorum et omnium rerum materialium que conferunt ad conſeruationem humane vite et ad eiuſdem prolongationem. ⁊ de huiuſmodi rerum proprietatibus docuit homines ſui temporis et illi alios. Quis autem ipſe cognouerit naturas et proprietates omnium rerum inferiorum poteſt ſic probari ſecundum beatum Thomam in tertia parte ſumme ſue. nomina dicunt naturis reum congruere ſed Adam nomina impoſuit rebus. vt dicitur Geneſis ſecundo. ergo ipſe cognouit naturales proprietates omnium animalium et plantarum atq; herbarum. Cum ergo medici experti caueant ſibi a nociuis et proſequantur proſpera ſibi. ſequitur quod hoc idem egerit primus homo. Et quod etiam ſuam experientiam ſeu ſcientiā quā de rebus habebat ſuis poſteris in parte tradiderit. ita

vt dicere posset illud. Sap. septimo. Sapientiam sine fictione didici et sine inuidia communico et honestatem illius non abscondo infinitus enim thesaurus est hominibus. Et hoc est contra multos modernos medicos et chirurgicos qui si habeant aliquam experientiam eam nolunt aliis cōmunicare. timentes ne per talem communicationem diminuatur practica eorū. Ex quo patet quod magis auaritie student quã communi omnium vtilitati. Idem dicendum foret de multis peritis artificibus qui nolunt alios docere suam artem propter similem causam vel ne forte per hoc diminuatur honor et gloria eorum quod etiam vitiosum est. Charitas enim nō querit que sua sunt. id est non querit propriam commoditatem sed cōmunem.

¶ Quinta ratio sumitur ex parte corporum celestium et influentiarum eorum quas habebant super regionem illam in qua morabantur homines ante diluuium. Huiusmodi autem aspectus syderum et planetarum multum confert ad sanitatem et vite longitudinem sicut narratur de quadam insula in hybernia in qua homines vix possunt mori nisi inde extrahantur. Modo sic est quod per continuum motum celi talis aspectus et influxus mutatus est successu temporis. sicut etiam videmus quod in aliquibus locis prope littus maris aliquando superuatauit ipsum mare vbi tamen nunc est terra habitabilis: et e diuerso ibi nunc est mare vbi olim fuit terra habitabilis. Ut enim vulgariter dicitur mare continue aliquid perdit et aliquid lucratur.

Et hoc totum fit ex vario aspectu planetarum. Ecce enim terra promissionis olim adeo fertilis erat quod botros adeo grossos producebat vt ex vno illorum duo homines onerarentur sicut patet Numeri. decimo tertio. Quia si tales botros producebat consequēs etiam est quod in segetibus et fructibus proportionabiliter fertilis existebat. et tamē modo quasi sterilis effecta est dicente psalmista. Dedit terram eorum fructiferam in salsuginem a malitia inhabitantium in eo. Et quanuis malitia illius gentis hoc exigat. Ut dicit Psalmista tangit. tamen ad hoc cooperantur influentie celestes que sunt longe alie a prioribus. Unde etiam ad oculum videmus aliquas terras in segetibus / et vitibus in dies meliorari Alias vero deteriorari. Et hoc probatur testimonio antiquorum virorum qui inde experientia sumpserunt: Hec autem varietas reducenda est in aspectum corporum superiorum tanquam in causam generalem.

¶ Sexta ratio sumitur ex parte diuine prouidentie et dispositionis que ita ordinauerat vt sic per longuam hominum vitam genus humanum sufficienter multiplicaretur. propter

iuxta illud. Ne reuoces me in dimidio die rum meorum. quod multi possunt hoc verbum dicere.

Vel
Antiqui patres.
Temptati penitentes.
Obstinati peccatores.
Virtuosi senes.
Religionem profitentes
Veri comprehensores.

¶ Primo itaque sancti illi patres, qui christi aduentum precesserunt vtique sigillatim poterant dicere ad dominum. Ne reuoces me. &c. abbreuiando scilicet michi vitam meam: sed supplex exoro: vt eam michi prolonges quantum scilicet natura permittit. Hoc autem facere potes scilicet dare longam vitam finitam maxime cum tu habeas infinitam: quia in generatione et generationem anni tui. Quia si queras quare illi sancti patres petebant a domino longam vitam maxime cum Apostolus clamando et eiulando dicat. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Roma. vii. Et alibi. Desiderium habens dissolui et esse cum christo. phi. i. Respondeo. Non est simile de illis qui christi aduentum precesserunt: et qui sequuntur Nam qui precesserunt in morte: ad inferos descenderunt: retardati a gloria celesti: que nemini tunc patebat. Qui autem sequuntur si iusti: et imunes a culpa reperiatur: dum moriuntur: euolant ad celos. Propterea ille rex Ezechias postquam fuisset sibi mors nunciata, cepit lamantando dicere. Ego dixi in dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi Esaye tricesimo octauo. Rationabiliter ergo sancti illi patres poterant petere a domino longam vitam vt sic minus starent in tenebris inferni. Vel forte hoc petebant: vt sic magis ac magis domino in seruiendo adaugerent suam salutem. Aut etiam forte vt aliis proficerent: quibus necessarii erant. Unde et beatus Martinus etsi senio confractus et viribus corporis destitutus tamen ad dominum dicebat Domine si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso subire propter eos laborem. Fiat voluntas tua.

¶ Secundo penitens cum temptatur a demone: vtique illi dicere potest. Ne reuoces me in dimidio dierum. &c. Diabolus enim est tanquam lupus rapax: qui videns quod perdidit predam suam: id est peccatorem ad penitentiam conuersum. tunc huc atque illuc circuit: et ambulat vt videat si quomodo possit dictam predam recuperare Et hoc est quod dicitur. i. Petri. v. Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit querens quem deuoret cui resistite supple dicentes. Ne reuoces me in dimidio dierum meorum. q. di. penitens. Spero cum dei adiutorio quod tu inimice humane salutis. et qui me aliquando traxisti ad peccatum: vnde proth dolor a modo non reuocabis me ad pristinam nequitiam.

Sed quid sibi vult in proposito dimidum dierum Si hoc scire desideras animaduerte diligens lector quod penitentia est

tanquam lux ⁊ dies clara i cō spectu domini secundum illud Roma.xiij. Sicut in die hone ste ambulemus Et Ephe.v. Ut filij lucis ambulate. Habet autem ipsa penitentia tres partes quasi tres dies. primus est contritio cordialis. Secundꝰ confessio vocalis. Tertius satisfactio integralis. Postquaꝫ ergo peccator veraciter contritus de peccatis suis proponit illa confiteri coram sacerdote. tunc diabolus nititur eū reuocare dicens quod verecūdum nimis est talia dicere sicut patet in peccatis carnalibus: vel forte quod confessor imponet sibi grossam penitentiam: ⁊ similia. Et per talē modum ipse diabolus multos reuocat ab integra confessione: cum tamen scriptum sit de pe. distin.x. Consideret: cautus sit peccator ne verecundia ductꝰ diuidat confessionem Unde talis merito potest dicere illud iam allegatum Esaye.xxxviij. Ego dixi in dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi. q.d. etsi fueri contritꝰ de peccatis meis. si tamen non sequatur integra confessio: sine dubio damno animam meam: ⁊ vado ad infernum. Dicat ergo verus penitens diabolo: ne reuoces me. id est non reuocabis me deo potente: adiuuante auxiliante in dimidio dierum meorum. id est a confessione quin scilicꝫ integre cōfitear: ⁊ satisfactionem impositam / seu imponendam compleam pro viribus: ne scilicet te sequar ad eterna tormenta: in quibus permanes. ꝙ notatur cum subditur In generatione ⁊ generationem anni tui. id est supplicia in quibus habitas. sine fine sunt duratura Sed ꝓh dolor peccata multos reuocant non solum a dimidio dierum. id est a cōfessione Uerum etiam iam expiratis tribus diebus predictis. sicut patet de illis qui post peractam penitentiam redeunt ad vomitum Et tales figurantur per Moysem ⁊ Aaron: quos seruio Pharaonis per quos peccata designantur reduxerunt ad ipsum pharaonem. i. ad diabolū. vt dicitur Exo.x.

¶ Tertio Obstinatꝰ peccator dicit opere etsi non ore ad pijssimum patrem misericordiarū Ne reuoces me in dimidio dierum. ⁊c. Pro quo notandum quod pijssimus deus quantū potest nititur reuocare miseros peccatores ad infernum currentes et de portis inferni ad portas paradisi. de consortio demonū ad cōsortiū angelorꝫ: ⁊ de pctō ad grām Uñ scriptū est Es.xxx. Aures tue audient verbū monentis sup. dex post tergū Ipse em̄ estq̄ clamat can̄.vi. di. Reuertere reuertere sunamitis: reuertere reuertere vt intueamur te, Itē Johel.ij. Cōuertimini ad me toto corde vr̄o. At vero ipsi obstinati pctōres velut insensati: ⁊ amētes dicūt ei sigillatim: Ne reuoces me in dimidio dierū meorꝫ id. ꝗtūcūqꝫ clamaueris nō tamē poteris me reuocare a peccato: qꝛ firmatus sum i illo Iā enim habeo vnū pedē i iferno. sine vt aliū illic ponā. ⁊ hoi est ꝙ ait in dimidio dierū meorū.

O magna dei clementia. O profunda pietas. O magna peccatoris impietas. Ecce enim piissimus iudex qui cum ex debito iustitie peccatorem posset damnare. Eum tamen nititur ad se reuocare: et tandem saluare. Non enim vult mortem peccatoris: sed magis vt conuertatur et viuat. Facit enim sicut venator qui videns quod canes sui predam indebitam insequuntur: tunc eos clamādo seu cornuando ad se iterū studet reuocare: quod etiā venator solet facere de accipitre sursum per aera volante: et eū ad laqueum et muscipulam clamabo iterum excitare. ita esset et deus mediante cornu et tuba sacre scripture. vel etiā auxcupis. id est predicatoris voce et organo. peccatores deuios: et errantes: et signanter auaros/ vsurarios: symoniacos et inueteratos luxuriosos: solet plerunqz ad se per penitentiam reuocare. Sed profecto vt in pluribus eius vocem cōtemnunt dicentes non venimus Et ideo non iniuste de talibus conqueritur ipse dominus dicens prouer. i. Uocaui/ et renuistis: extendi manus meas. etc. Unde legitur de duobus sociis: quorum vnus satis simplex: et bonus extitit alter vero totus discolus: et lubricus. Cumqz eum primus frequēter admonent de sua salute: ille respondere solebat miam dei magnam esse. Tandem ergo egrotauit ad mortem quem admonuit socius plus solito: nec ob hoc profecit. Et ecce non multo post apparuit illi christus ostendens cicatrices vulnerum suorum/ suadens vt miam ab eo peteret. Cū ergo nec sic admonitus penitere vellet: mox christus extraxit sanguinem de latere suo: quem proiiciens in faciem suam dixit. Hoc sit i testimonium iuste damnatiōis tue: quod scilicet penitere nolueris: et mox rubricata est facies eius a sanguine xpi: nec inde potuit abstergi. donec mortuus est. Ecce qualiter iste obstinatus peccator non potuit reuocari a christo ad penitentiam in. dimidio dierum suorum. hoc est cum adhuc vita vefugeretur. Facit ergo deus talibus obstinatis: quod solet facere falconarius falconi stanti sup̄ ramum arboris. Nā primo dulciter ipsū aduocat. deinde carnes cruentas ostendit. Sz postquām videt quod non vult ad ipsum redire. tunc iratus proiicit contra ipsum baculos et lapides: donec ipsum percutiat: et forte occidat. Sic in proposito. Propterea de regulis iuris libro sexto. dicitur qꝫ mora sua cuilibet est nociua.

¶ Quarto virtuosi senes merito possunt dicere ad dn̄m quilibet p̄ se. Ne reuoces me in. d. d. m. Tales enī diligenter animaduertunt quanta pericula: et mala p̄ dei grām euaserunt. quantas calamitates: et miserias perpessi sunt. quantis deniqꝫ peccatis: et negligētiis subiecta sit lasciua iuuentus. Propter quod instāter rogāt dn̄m ne eos reuocet in dimidio dierum suorum. i. ad medietatem etatis iam preterite. Nā si eos poneret dominus in optione

redeundi ad iuuentutem: et tolerandi: que iam pertulerunt mala aut cito transeundi de hoc seculo neque ad eternamfelicitatem. Utique illi dicerent Ne reuoces me in dimidio dierum meorum. Unde etiam probi senes solent quandoque dicere quod non vellent adhuc esse iuuenes ad videndum malaque olim viderunt: sed promptiores sunt ad subeundam mortem quam ad longam vitam sicut, qui de incendio venit ad refrigerium nullomodo vellet redire ad pristinum periculum. Sicut etiam qui transiuit passagium periculosum aut pontem arctum sub quo transit maximus fluuius. cum considerat quanto se submisit periculo: non vellet pro toto mundo illic redire. Ita in proposito Talis erat helias qui dicebat ad dominum. Sufficit michi domine Tolle animam meam neque enim melior sum quam patres mei. tertii. Regum. xix. Talis erat senex ille Symeon qui postquam amplexatus est paruulum xpm orauit et dixit. Nunc dimittis seruum tuum domine secundum verbum tuum in pace Lu. ii. Talis denique erat sanctus ille Job qui dicebat. Tedet animam meam vite mee. eiusdem. x. Econtrario autem mundani homines et pessimi peccatores cum sentiunt se senescere libenter currerent ad fontem iuuentutis de quo fabulatur quod qui potest in eo se lauare iuuenescit, vt sic redeunte florida etate possent longius ducere in bonis dies suos: Et tales presignati fuerunt in filiis israel qui voluerunt redire in egyptum ad comedendum priores cibos. videlicet pepones et cucumeres porros et cepe atque allea que omnia in mentem eis veniebant vt dicitur. Nume. xi. Ita et in mentem peccatorum inueteratorum sepe veniunt et redeunt peccata que commiserunt in diebus sue iuuentutis et maxime hoc habet verum de peccatis carnalibus de quibus aliquando glorian tes loquuntur etiam coram iuuenibus honestis in hoc eos scandalizantes. quia vt dicitur. i. corint. xv. Corrumpunt bonos mores colloquia praua. Cumque super talibus colloquiis pessimis reprehenduntur solent dicere quod ex quo non possunt vlterius opus implere: non possunt minus quam de eo loqui Et tales sunt similes illis religiosis qui conformiter ad sua statuta possunt comedere ferculum coctum cum carnibus quod tamen nullo pacto edere possunt de ipsis carnibus nisi in certis casibus. Tales etiam sunt similes lupis antiquis quod quamuis non possit vlterius deuorare carnes propter senectute: delectantur tamen in sanguine animalium Sunt denique similes canibus ferocibus qui ligati ad pallum latrant contra ingredientes domum aut curiam dominorum suorum qui egre ferunt quod eos mordere non possunt. Audiant ergo tales quid propheta dicat. Delicta inquit iuuentutis mee ne memineris.

¶ Quinto religionem profitens iuste potest dicere illi qui vult eum a suo proposito abducere. Ne reuoces me in dimidio dierum meorum. Uerbi gratia

Est aliquis honestus iuuenis qui habet in proposito salua= re animam suam in sancta reli gione considerans quod ibi homo viuit purius. cadit ra= rius incedit cautius: surgit ve locius: moritur confidentius: remuneratur copiosius et hu= iusmodi. Cumq3 videt patrem aut fratrem: consanguineum aut amicum eum a tam sancto proposito reuocare suis per= suasionibus volentē vtiq3 cui libet tali dicere potest. Ne re= uoces me in dimidio dierum meorum. id est non reuocabis me a sancta religione: cuius iā habitum in animo: aut in cor= pore gero. quamuis nondum sollenniter sim eam professus: et hoc est quod dicitur ī dimi dio dierum meorum. Nam ple ni dies sunt regularis profes= sio. Dimidium autem dierum annum significat probationis aut etiam propositum profi= tende religionis Sed a neutro reuocari debet quispiā. De pri mo satis constat ratione voti emissi. De secundo autem etiā non licet: nisi forte ī certis casi bus: quinimmo ille qui reuo= cat alium ab ingressu religio= nis vel a meliori bono tenetur ad restitutionem. secūdum do minum Anthoninū florenti= num. ij. parte summe sue. t. ij. c. ij. §. v. vbi etiam allegans domi num Petrum de palude in. iiij sen. dicentem quod non solum qui inducit professum ad reli= gionis egressum tenetur ad re stitutionem eum inducēdo pro viribus ad hoc quod reuerta= tur: sed etiam qui retrahit eū qui ingredi volebat: qui tamē non intrauerat: tenetur illum inducere ad ingrediendum: q si talis deinceps non velit in= trare. tenetur alium eque ido= neum procurare. quod si non possit tenetur ipse in propria intrare. Propterea magister Raymundus de penna forti q̄ auerterat quendam egregium virum ab ingressu religionis fratrum predicatorum postea ipsemet intrauit eo quod non potuit alium eque idoneum in uenire qui vellet intrare Istud tamen intelligendum est quā do fit animo nocendi religio= ni et quando persona que re= trahitur est talis que posset p desse religioni Secus quando hoc fit animo consulendi salu ti illius qui ingredi certam re ligionem. verbi gratia. est ali= quis qui vult ingredi religio= nem dissolutam in illo casu li= cet illi qui nouit mores mona sterij dissuadere volenti ingre di vt non ingrediatur tale mo nasterium simul dando consi= lium de ingressu alterius bn̄ re gulati. & qd̄ dicitur de viris pa ri modo intelligendum est de mulieribus suo modo. Et no= ta qd̄ non solum non male fa= cit qui aliū retrahit ab ingres su religionis dissolute tanquā consulens saluti aīe illius. ve rum etiam videtur mortaliter peccare qui aliquē scienter idu cit ad ingressum religionis dis solute ī qua nec bn̄ colitur de9 nec statuta patrum seruantur nec est spes melioris vite aut re formationis fiende.

¶ Unde cōtra tales iductores loquit᷑ xp̄s Mat. xxiij. dicens. Ue vobis scribe et pharisei hy

pocrite q̃ circuitis mare ⁊ aridam vt faciatis vnum proselitum et cum fuerit factus: facitis eum filium gehenne duplo quã vos. Super quo verbo dicit magister Nicolaus de lyra quod taliter faciunt illi q̃ multuz laborant ad hoc vt possint aliquem ad statum religionis adducere ⁊ cum adductus fuerit tunc per mala exempla faciunt eum apostatare quia visa prauitate eorum cum quib9 conuersat̃ resipiscit a vera religione ⁊ tanquam canis ad vomitum redit ⁊ sic fiunt nouissima illius peiora prioribus.

¶ Sexto quilibet existẽs in celesti gloria merito potest dicere superuinenti amico vel parenti seu genitori qui multum deflet eius mortez. Ne reuoces me in dimidio dierum meoruz: quasi dicat. O pater vel mater fili vel filia iam gloriose regno cum deo meo ⁊ angelis eius et iam video quod cõcupiui beatitudinem: scilicet perfectã dei gratiam assecutus quo ad animam. glorificationem vero corporis mei firmiter expectãs in fine seculorum. Jam ergo non flere super me. Ecce enim obtineo dimidium dierum meorũ: id est beatitudinẽ ex parte anime. tunc autem plenos dies obtinebo cum corpus meũ quod nunc in sepulchro iacet induerit incorruptionem. ergo noli multum contristari neq͂ vexare te inaniter: vt reuoces me in dimidio: id est a dimidio dieꝝ meorum. dierum inquam eternitatis ⁊ felicitat; perpetue in qua permaneo: quia neq͂ libẽter vellez redire ad seculũ neq͂ et ad vitam mortalez cũ deperditione dierũ glorie mee ĩ qua ꝑmaneo. sed magis opto vt me huc sequaris ⁊ mecũ venias et non ego tecũ. vñ ad propositũ legit̃. i. Reg. xxviij. ꝙ cũ Saul mutato habitu: ↄsuluisset mulierem phitonissam rogans vt suscitaret ei Samuelẽ recenter mortuum. tandem ad incantationem illius mulieris diuina permissione apparuit Samuel secũdũ vnam opinionez dicẽs ad Saul. Quare ĩquietasti me vt suscitarer. q. d. Nũq̃d tu me reuocare vis ad miserias vite huius? Si ergo ipse Samuel q̃ neq͂ in celo sed in limbo degebat: moleste ferebat ꝙ ad horã reuocabat̃ super terras. quantomagis beatus cũ deo ⁊ sanctis eius habitãs inuictissime ad miserias vite hui9 rediret? Dicit ergo beatus cuilibet eũ lamentanti. Ne reuoces me in dimidio dierũ meoꝝ. i. non me reuocabis tuis lachrymis ⁊ eiulatibus ad vitam mortalem de qua dei gratia liberat9 sum et ideo noli nimiũ ↄtristari super obitu meo: sed poti9 ↄgaude mecũ: q2 cũ angelis ⁊ sãctis omnibus lucidas sedes accepi Tu quoq͂ studeas bene viuere ⁊ mandata dñi fideliter seruare. qđ si feceris tandez mecũ huc peruenies ⁊ tunc in generatione ⁊ generationẽ anni tui. i. sine fine in celo regnabis.

¶ Lectio. xciij.

¶ Initio tu domine terram fundasti. & opera manuum tuarum sunt celi.

¶ Postquam in precedenti lectione ostensum fuit quomodo penitens petit a domino tempus induciarum ad hoc quod in presenti possit integre satisfacere sue iustitie de commissis malis orans quatenus non revocet eum in dimidio dierum suorum: hoc est vna parte penitentie completa et alia cōplenda volens totum soluere in presenti vt sic decedens possit euadere tam inferni quam purgatorij tormenta. hic consequenter idem penitens assignat rationem quare deus debeat sibi dare predictum tempus induciarū cum subdit. Initio tu domine terram fundasti: id est tu domine deus ab initio mundi terram fundasti et mundū istū. ideo fecisti vt si cōtingeret hominem peccare in presenti: etiā in presenti satisfaceret si vellet. nec profecto debes ipsos pauperes et penitentes spernere: et predictam petitionem eis denegare. cuius ratio subditur: quia opera manuū tuarum sunt celi id est ipsi penitentes: quia primum desiderium et primus motus penitendi. Itē exequendi facultas: opera manuum tuaꝝ sunt. Nō enim inquit Paulus in persona penitentiū. sumus sufficientes aliquid cogitare a nobis quasi ex nobis. sed sufficientia nostra ex deo est. Ecce quomodo opera manuum domini sunt celi: id est penitētes. An non opus manuum domini fuit Magdalene conuersio? An non Pauli vocatio? An nō lachrymaruꝫ Petri effusio? vel dic q in hoc versu tanguntur duo genera hominū ex quibus perficitur presens ecclesia. hi sunt actiui et cōtēplatiui. Actiui quidā per terram designantur: quia circa terrena versant non quidē ad sibi indebite cōgregandum. sed ad necessitatē patiētibus fideliter dispensandum. Cōtemplatiui autem per celum significantur: quia tota eorum conuersatio in celis est. Tunc ergo dominus terraꝫ ab initio fundauit cum quosdam elegit ad exercenda vite actiue opera. quibus etiam opes et adminicula ad ipsum finem cōtulit. Sed singulariter ipsi contemplatiui per celos designati sunt opera manuum dñi. quia hos elegit ad vberiores fruges Maria: inquit saluator. Lu. x. que contemplatiuos insinuat optimam partem elegit que nō auferetur ab ea. Actiua siquidem vita in morte moritur sed contemplatiua tunc magis viuere incipit vel dic q per terrā humanum corpus designatur quia terrenum est. Initio ergo dominus tūc terram fundauit quādo corpus Ade de limo terre formauit et de costa Ade corpus Eue. Sed tunc opera manuum eius fuerunt celi: quando in vtraqꝫ massa inspirauit spiraculū vite et facti sunt Adā et Eua in anima viuentem. Rationabiliter autem dictum est per terram humanum corpus significari: quia de terra sumptuꝫ est: et in terram reuersurū hec igitur nō est illa terra que in eternum stat: sed necesse est eam labi et corrūpi. Nihilominus in fine sanctorum reuelabitur. quandoquidē ipse Christus reformabit corpus humi-

litatis nostre consignatum cor pori claritatꝫ sue vt dr Philip pē.iij.Oportet enim inquit idē Paulus. Corruptibile hoc induere incorruptionem et mortale hoc induere immortalitatem vt dicitur.i. Corinthio.xv. Tūc etiā spiritus nostros qui per celos significantur in melius commutabit cum eos sanctis angelis equabit.Et tūc implebitur illud propheticū verbum.Apocalyp. xxi.Uidi celū nouum ꝛ terram nouam.Mistice autem secundum dominum Cardiñ.istud potest exponi de beata virgine ꝛ apostolis.Tūc ergo Christus initio terrā fundauit quando secundum diuinitatem suam ipsam virginem gloriosam preelegit ꝛ preordinauit vt esset futura mater sua Unde Psalm. Nunquid Syon dicet homo : ꝛ homo natus est in ea:ꝛ ipse fundauit eam altissim⁹. Hec est enim illa terra de qua in Psalmista. Benedixisti domine terram tuam.Item ecclesiast.i. Terra ineternuꝫ stat et quid est terram ineternū stare:nisi quod virgo Maria nunꝙ potuit a gratia ꝛ vite sublimitate cadere:Ecce quam stabiliter fundata est a dño opifice summo.Quod autem subditur. et opera manuum tuarum sunt celi.ad apostolos refertur de quibus in Psal. Celi enarrant gloriam dei:id est Christi diuinitatem/resurrectioneꝫ/in celum ascensionem/ꝛ ad dexteram dei patris sessionem.Singulariter hi celū dicūtur opera manuū Christi : quia ipsos de mūdo elegit vt essēt sui apostoli eis potestatē miracl'a operandi contulit. spiritū sanctuꝫ ad eos misit ipsos in gratia cōfirmauit: ꝛ tandem eos post se in celū trāsuexit.Similiter mistice hūc passum exponit Gre. de Christo ꝛ ecclesia.Dicit ergo Psal.ad deū patrē.Tu dñe sup.pater initio.i.per filiū qui est initiuꝫ omnis creature.qui etiā dicit de seipso illud Apo. i.Ego sum alpha ꝛ o:primus ꝛ nouissim⁹ initiū ꝛ finis.in hoc inꝙ initio terram fundasti: qr in Christo fundata est ecclesia secundū illud.i.Cor.iij.Fundamētū aliud nemo potest ponere preter id quod positū est quod est Christ⁹ Jesus.i.fides ipsius.Hec est igitur illa terra de qua paulo ante dictū est ꝙ nis ad aliū sensum:scilicet Ecclesiastes.i. Terra ineternum stat. Terra quippe ineternum stare dicit:qr sancta ecclesia in hoc secl'o nequaꝙ a fide catholica deficiet ꝛ in futuro cū deo eterna stabilitate permanebit. Quod enim in hac vita nullis aduersitatibus frangenda sit: nullis persecutionib⁹ superanda: ipse super quē edificata est euidēter ostendit cū ait Matt. xvi. Porte inferi non preualebunt aduersus eam.Porte/ inquit Gregor. hereses sunt que dū multos in fide infirmos fucata verborum calliditate decipiunt quasi infernorū eis aditum pandunt.Uel porte inferi sunt tyranni principes quales erant Nero/Diocletian⁹/Maximianus et similes quos omnes perpetue mortꝭ profundū absorbuit. Neꝙ ergo iste inferni porte: neꝙ ille potuerunt ꝑualere aduersus hanc terrā eo

ꝙ firmiter fundata est: ⁊ opera manuū eius sunt celi: id est electi qui sunt lapides viui ⁊ stabiles ipsius ecclesie.

¶ Notandum est autem iuxta illam primam clausulam. Initio tu domine terram fundasti quod circa hoc possunt formari tres questiones ad quas respōdetur per eundēmet textū.

A ¶ Prima igitur questio est. Quando producta et fundata est terra. Respondet Psalmista Initio: id est ab initio ⁊ ex tempore. Pro quo aduertenduz ꝙ antiqui philosophi non valentes intelligere quomodo aliqd posset fieri de nihilo dixerunt terram ⁊ celum cum suis astris fuisse ꝑducta ab eterno: nec habuisse principium sue durationis quanuis bene sui esse ⁊ horum rationes omitto breuitati studendo. At vero fides catholica ⁊ si confiteatur fuisse possibile deo apud quē nihil est impossibile mūdum cum suis elemētis produxisse ab eterno: ipsum tamen fatetur produxisse ex tempore tam ex presenti textu quā ex illo principio. Genesis in principio: id est ex tempore creauit deus celum ⁊ terraz. Et de hoc vide si vis magistrū sentiarum in prima distinct. ij. Similiter ⁊ beatum Thomam eadem distinctione. Fluxerunt autem anni a mundi creatione vsqꝫ ad tempus sue recreationis: id est dominice incarnationis quinqꝫ milia centum nonaginta nouem: ⁊ hoc secundum maiorem computationem quā insequūtur. lxxij. interpretes similiter ⁊ Beda. Secundum autem Hebreos quos etiam insequitur Hieronymus. non fluxerūt anni nisi tria millia nongenti sexagintasex. et sic maior computatio excedit minorez in multo videlicet in mille ducentis trigita sex annis. Quod si queras vnde orta est talis contrarietas numerorum. Respondet dominus Anthoninus in cronica sua quod ex vitio scriptorum. Ecce quam parum durauit mundus hucusqꝫ cuius finē ignoramus. Nec adhibenda est fides illis q̄ plus sapientes quam deceat dicunt mundum tantum duraturum post Christi aduentum quantū ante. illorum ergo fatuitatem refellit illa Christi respōsio quā apostolis querētibus quando hec fierent scilicet mundi consummatio ⁊ generalis omniuz resurrectio dixisse fertur. De die: iquit: illa ⁊ hora nemo scit neqꝫ angeli celorum nisi solus pater. Matthei. xxiiij. ly tamen solus non excludit filium neqꝫ spirituz sanctū. Item Actuum i. Nō est, inquit ipse Christus, suis apostolis vestrū nosse tempora vel momēta que pater posuit in sua potestate. Et tamen satis constat quod si alicui vel aliquibꝰ reuelare voluisset predictum tempus maxime ipsum reuelasset ipsis apl'is ideo. ⁊c.

B ¶ Secunda q̄stio est. Quis produxit terram et vniuersum mundum inesse qualem ipsum nūc videmus. Respōdet Psal'. Tu domine supple hec omnia fecisti. vnde idem Psalmista in alio passu domino loquitur dicēs. Tui sunt celi ⁊ tua est terra: orbem terre ⁊ plenitudinem eius tu fundasti. Et per hoc eli

ditur error Manicheorũ qui vt cõmemorat Augustinus in libro de natura boni ponebãt duo principia rerum creatarũ vnum rerum inuisibilium: scilicet deum: aliud autem rerum visibilium videlicet diabolum: Videntes enim multas imperfectiões et immunditias i istis inferioribus tã in corpore humano quam in alijs non poterant credere talia esse a bono principio dicentes et argumentantes quod a bono non procedit nisi bonum: et a malo nõ nisi malum de quibus commemorat Gratianus in suo decreto, xxiiij. q. iij. quidam autem heretici. Sed in hoc decepti sunt quia nescierunt distinguere inter malum culpe et pene. primũ enim a deo nõ est nisi forte permissiue. sed effectiue tantum a mala voluntate procedit sicut prolixe et pulchre ostendit beatus Augustinus libr. xij. de ciuitate dei capi. vi. ad longum. Item vt inquit idem Augustinus in enchiridion capit. xvi. Omnis natura etiam si vitiosa est inquantũ natura est: bona est. inquantum vero vitiosa est mala est. Quid enim inquit est malus homo: nisi malum bonũ tamen cum duo ista discernun⁹ inuenimus: nec ideo malum qr homo est: nec ideo bonũ quia iniquus est: sed bonũ quia homo: malum quia iniquus. Hec ibi. Quis ergo deus sit creator visibilium sicut et inuisibilium inferiorum sicut superiorũ: corporum sicut animarũ. clamat et attestatur omnis scriptura. Omnia inquit Joannes per ipsum facta sunt. Eiusdem. i. Qui autem omnia dicit. nihil excludit. Item Judich. xiij. Benedictus deus qui creauit celum et terram. Idem dicitur. Genesis i. Itẽ ipse dominus dicit Ezechielis. xlviij. Ego prim⁹ et ego nouissimus manus mea fundauit terram et dextera mea mensa est celos. Hinc ecclesia cantans symbolum patrum fatetur deum factorem celi et terre visibilium et inuisibilium. Itẽ dicitur in symbolo apostolorũ. Item Augustinus decimo lib. confessionum sic ait. Interrogaui de deo meo celum/ solem/ lunam/ et stellas. et responderũt neq; nos sumus quod queris: et dixi omnib⁹ que circunstant fores carnis mee. dicite de deo meo aliquid et exclamauerunt voce magna ipse fecit nos: interrogatio mea. intentio mea et responsio eorum. species eorũ. Hec ille.

C ¶ Tertia questio est quomodo tota massa terre cum sit elementum graue et naturaliter tendens deorsum possit stare tam firmiter in centro elementorum aliorum? Respondet Psalmist. in presenti quod hoc fit a deo. cui loquitur dicens. terram fundasti. Quod si queras vlterius super quo fundamento. Audi eundem Psalmistam alibi dicentem. Fundasti tu supple deus terram super stabilitatẽ suam: id est tua ordinatione et omnipotentia fecisti illam stabilem in semetipsam que alibi secundum partem posita instabilis efficitur donec redeat ad suum centrũ ad quod cũ perueniet cum inclinabitur in seculum seculi.

Ecclesiastes primo. Terra in eternum stat. Sed contra. Dominus enim Job trigesimooctauo interrogat eundem Job dicens. Ubi eras quando ponebam fundamēta terre? Et post pauca. Super quo bases illis solidate sunt ex quibus verbis videtur terra habere fundamētum sustentans eam? Respondeo. immobilitas ipsius terre dicitur eius stabilitas et fundamentum. Quis vero dicitur in psal. Firmauit supple dominus terram super aquas. Huic sententie non aduersatur. Nā sensus illius auctoritatis est quod dominus firmauit terram super aquas: id est iuxta aquas et hoc verum est sicut in simili dicimus quod parisius est sita super secanam id est iuxta secanam. Uel bolonia in picardia est sita super mare: id est iuxta mare. Uel forte ideo dicitur terra esse fundata super aquas: quia eā fodiēdo inuenitur aqua que currit per venas illius. aut que in concauitatibus eius generatur. Nec mireris quomodo terra possit stabiliter in seipsa permanere deo auctore. Si enim quatuor magnetes / eiusdem quantitatis et virtutis statuerentur in equali distantia secūdum quatuor differentias positionis. videlicet sursum et deorsum: dextrorsum et sinistrorsum. et poneretur aliquod ferrum in medio fertur quod non moueretur: sicut aiunt nonnulli aliquando fuisse factum de feretro in quo iacebat cadauer illius sceleratissimi viri machumeti nunc vero a fulgure et tempestate superueniente cuncta esse dirupta et cadauer ipsum in cinerem et puluerem redactū affirmatur. Si ergo virtute nature ferrum possit immobilitari extra suum locum naturalem quantomagis deus cuius virtuti nulla res resistere potest: et qui vnicuique rei dat propriam inclinationem et situm poterit terram fundare et firmare in seipsam?

D ¶ Preterea notandum iuxta alteram clausulam in qua dicitur. Et opera manuum tuarum sunt celi: quod non absque causa dictum est pluraliter. Et opera manuum tuarum: quia reuera manus domini non solum operate sunt celos: verum etiam multos habent effectus alios.

¶ Primus itaque effectus manuum domini est creatio seu productio rerum de nihilo quiquidem effectus solius dei est quia cum inter non ens et ens sit infinita distantia. Huiusmodi distantia non potest attingi nisi ab agente quod habet infinitam virtutem cuiusmodi est solus deus. Hinc. d. s. in principio secundi sen. tenet quod potentia creandi non potest creature communicari. Ecce quantū beneficium nobis contulit dominus quando nos creauit salutem secundum animam que nō educitur de potentia materie: sed est omnino ab extrinseco. De isto autem effectu manuum domini loquitur psal. deo gratias agens et dicens. Manus tue fecerunt me et plasmauerūt me fecerunt inquam me secundum animam ad ymaginem et similitudinem tuam. Unde Greg.

in suis moralibus exponens illud Job decimo. Manus tue dñe fecerunt me ꝛ ce. quod dicit vt dignior ꝑ ceteris creaturis cōditio hominis ostendatur manibus domini dicitur esse fact⁹ Quod autem additur et plasmauerunt me ad corporis formationem refertur. Clamemus igitur ad dominum misericordiam postulantes ꝛ dicentes illud psalmiste. Opera manuum tuarum domine: id est animam nostram et corpus que operatus es in nobis: ne despicias scilicet misericordiam tuam denegando et post tergum tuum nos proiiciendo.

¶ Secundus effectus manuum domini est bonorum multorū largitū non enim satis est domino nobis dedisse beneficium creationis nisi etiam post modum conferat beneficium gubernationis. Et de isto effectu manuum domini loquitur. ps. dicens. Oculi omnium in te sperant domine et tu das escam illorū in tempore oportuno aperis tu manum tuam: scilicet manum tue liberalitatis et magnificentie quam supple aperiens Imples omne animal benedictione: id est conueniendi refectione: et multo magis omnem hominem. Et idem alibi. Omnia a te supple deus expectant vt des illis escam in tempore. Dante te illis colligent: aperiente te manum tuam omnia implebo: id est cibariis et alimentis que ad nos veniunt de manu diuine magnificentie. Nihilominus quandoqꝫ deus prouocatus ab ingratis peccatoribus: claudit et retrahit hanc manum liberalitatis immittendo sterilitatem et famen super terram. Propterea subditur. Auertente autem te faciem turbabuntur supple maligni peccatores quando scilicet videbūt ꝙ non arridebit eis fortuna sicut prius. Et ideo. xvi. q. i. Reuertimini dicit Jeronimus ꝙ quando fames et penuria et omnium rerum egestas opprimit mundum sciamus hoc ex dei ira descendere qui supple irascitur contra ingratos peccatores. Agam⁹ igitur gratias domino omnium bonorum largitori ꝙ si fecerimus ꝛ firmam fiduciam ad ipsum habuerim⁹ non deficiet nobis in necessariis. Si enim dat iumentis escā ipsorum et pullis coruorum inuocantibus eum: quātomagis seruientibus ei et sperantibus in eum: propterea ait ps. iacta cogitatum tuum in domino et ipse te enutriet. Et saluator. Matthei sexto dicit. Nolite soliciti esse dicētes: quid manducabimus aut quid bib. aut quo op. Scit enim pater vester celestis quia hoc indig. Querite ergo primum re dei iustitiam ei⁹ et hec ꝛc. Nonne ista manus diuine liberalitatis olim pauit filios israel in deserto annis. xl. Nonne etiam pauit helyam in heremo tertii Regum. xvii. Nōne etiam pauit mulierem viduā et filium eius in sarepta sidone eodem c. Nōne pauit magdalenam. Item mariam egyptiacā et similes qui inhabitauerunt deserta. Nonne esse miraculose pauit danielem in lacu leonū eiusdem. xiiii.

¶ Tertius effectus manuū dñi

est spūalis servorū suorum protectio. Sap. iij. Justorū anime in manu dei sunt et non tanget illos tormentum mortis. Item Joh. x. dicebat saluator. Oues mee vocē meam audiunt ⁊ ego cognosco eas et sequuntur me et ego vitam eternam do eis. i. dabo et non peribūt et non rapiet eas quisquā de manu mea Hinc vulgari sermone dicitur ꝙ id quod custodit deus est bene ⁊ secure custoditū. predicta autem verba intelliguntur de ouibus dei per eternam predestinationem quas finaliter aut in mortis articulo non rapiet lupus infernalis. quamuis ad tempus vita comite possit sup eas patam seu pedem ponere: sicut patuit de Petro et Paulo. et huiusmodi quamadmodū ergo pater protegit in sinu suo filium paruulum quam forte mater vult aut fingit velle percutere. Ita et dominus protegit electos finaliter a demone ita vt merito quilibet taliū possit tandem dicere cum scilicet ad celum peruenerit illud Ezaye. xlix. In vmbra manus sue protexit me: id est ī fortitudine sua custodiuit me dominus ab hostibus meis volentibus rapere animam meā: sed ipse dominus preualuit et in fugam inimici mei versi sunt. Non solum autem hac manu ipse dominus ꝓtegit ⁊ defendit seruos suos. verumetiā ictum desuper imminentem suscepit secundū illud Sap. v. dextera sua teget eos. ⁊ ī brachio sancto suo defendit illos Nam cum deus pater irascitur contra peccatores et vult vltionem de ipsis sumere tunc christus plenus pietate et misericordia protegit eos ab ira ipsius dei patris et hoc est ad tēpus: sed non pro semper. alias nullus damnaretur. Vel dic ꝙ ista protectio et defensio refertur ad electos quos ipse dominus protegit et defendit cōtra inimicos suos demones. secundum quod ipse deprecatur Psalmista dicens. Apprehende arma et scutum et exurge in adiutorium mihi effunde frameam ⁊ conclude aduersus eos qui persequuntur me.

¶ Quartus effectus manuum domini est preseruatio ab infinitis periculis: scandalis: ⁊ malis in quibus frequentissime laberemur nisi preseruaret nos deus. Unde psalmista. Manus mea inquit supple dominus auxiliabitur ei scilicet homini tēptato et ad me recurrēti. ⁊ brachium meum confortabit eum: et ideo non timeat insultus diaboli. Nichil proficiet inimicus in eo et filius et cetera. Non dicit non tentabit eum inimicus: quia dominus permittit iustos tentari: tamen ad eorum vtilitatem. Unde dicit angelus Tho. duodecimo capitulo. Quia acceptus eras deo necesse fuit vt tentatio probaret te. Item ibidem Psalmista alibi ad hoc ꝓpositum loquitur dicens. Cum ceciderit supple: iustus per peccatum veniale: non collidetur: scilicet per mortale: quia dominus supponit manum suā: quasi dicat. Et quamuis veniale disponat ad mortale. Qui tamen cadit per veniale non propterea colliditur semper per mortale: cuius ratio est: quia dominus

supponit manum suam: id est preseruat talem hominem ex speciali gratia a mortali culpa ¶ Cum ergo tentamur: debemus ad dominum recurrere: et manum sui auxilij requirere dicentes illud Psalmiste. Emitte manum tuam de alto. id est presta michi auxilium desuper: et super merita mea eripe me: et libera me de aquis multis: id est preserua me a peccatis omnibus: et libera me inquam de manu filiorum alienorum: id est demoniorum: qui quamuis sint filij dei per creationem abalienati sunt tamen retrorsum per culpam.

¶ Quintus effectus manuum domini dicitur comminatio pene eterne. Sicut enim mater super filium delinquentem leuat manum quasi volens eum percutere: nisi ab incepta desistat errore. Ita et dominus frequenter super peccatores leuat manum sue iustitie comminando eis penam eternam dicens eis illud Luce decimotertio. Nisi penitentiam habueritis omnes peribitis. Hanc autem manum valde timebat Job decimotertio dicens. Manum tuam longe fac a me. Ista est manus que scripsit in pariete contra regem babilonis/ cui nomen Balthasar/ mane/ thetel/ phares: que quidam scriptura significabat mortem ipsius regis de propinquo imminere: quia et nocte sequenti interfectus est.

¶ Item significabat ablationem regni de domo sua/ et diuisionem atque translationem eiusdem: sicut rei probauit euentus quia translatum est regnum ad medos: et in eo imperauit. Darius rex persarum et medorum. De his omnibus habes Danielis quinto. Et per hoc significatur quod manus diuine iustitie aliquando scribit sententiam suam contra peccatores. Et hoc in pariete corporis humani: ita vt sit necesse tales per mortem interfici. Et ad infernum deduci: secundum illud Psalmiste. Manus tua gentes disperdit et cetera. Ita est manus que mirabiliter/ et dure flagellat quemlibet reprobum in inferno. Ita vt cuilibet talis merito dicat ad Dominum illud Psalmiste. Die ac nocte: quia sine interpolatione grauata est super me manus tua: conuersus sum in erumna mea dum configitur spina. Spina autem est remorsus conscientie: quem habet damnatus: qui cōtinue vrget eum. Et ideo aggrauat erumnas: et dolores ipsius. Et hoc totum operatur ista manus diuine iustitie: a qua nos preseruet dei misericordia.

¶ Sextus effectus manuū domini dicitur vite eterne perductio qui ad electos. Sicut enim stans in superiori parte scale solet sequentibus eum manum prebere vt facilius ascendant: et presertim quādo debiles sūt ad ascendendū. Ita et deus in fine dierū ipsorū electorū venit ad eos prebens eis manū misericordie sue: vt sic eos sursum leuet scilicet ad gloriā celestem Ita vt quilibet talis deo regratians dicat cum ps. Tenuisti manū dexteram meam: et in vo=

luntate tua ded. me. et cum. g. s. me. Et alibi. Illuc scilicet in celum manus tua deducet me: et tenebit me dextera tua. Unde et de beato patriarcha nostro dominico legitur q in hora mortis sue visus est in celum cum scala ascendere christo tenente ipsam scalam parte ex una: et benedicta eius matre parte ex altera. Unde tunc dicere potuit illud Ezechielis quarto. Spiritus domini eleuauit me, et manus domini erat mecum cōfortans me.

Lectio. xciiij.

¶ Ipsi peribunt tu autem permanes, & omnes sicut vestimentum veterascent.

¶ Postquam in precedenti lectione ostensum est: qualiter veri penitentes per celos designati sunt opera manuum nō quidem hominum sed dei qui dat eis nosse, velle, et posse nosse q̄dam commissa peccata: velle illa deserere, et posse de illis satisfacere. Et hec est btā trinitas, que de peccatore iustum facit: et de filio gehēne filium glorie. Hic consequenter ps. de ipsis penitentibus annunciat quod futurum est eis: cum inquit ipsi scilicet celi alias penitentes peribūt quando scilicet in morte mutabuntur in meli⁹. Quod enim nūc imperfectionis in eis est tunc peribit. Nunc siquidē lugent: sed tunc consolabuntur Nunc esuriūt, et sitiunt: sed tūc saturabuntur. Nunc persecutionem patiuntur: sed tunc ab omni aduersitate liberabuntur. Unde Apocalipsis septimo, et Esaye. xlix. Non esurient, neq̧ ampli⁹ sitiēt neq̧ cadet sup illos sol: neq̧ etc. Peribunt ergo ipsi celi: id est iusti et penitentes nō solum modo predicto: sed etiā secundum corpus. Sed circa hoc querit Gregori⁹ super hoc passu. Si inquit secundum corpus perituri sūt iusti: ubi ergo resurrectio: quam non solū negare scelus est: verumetiam de ea dubitare summum nephas est. Et respondet q non sic peribunt ut non resurgant: sed ut eas quas in hac vita patiunt necessitates corporis euadant Nam per mortē peribit in eis quod animale est: sed resurget quod est spirituale. Ita ut iam non sint quod fuerant dum in aliam mutati naturam in lumine claritatis dei perenniter exultant. Peribit ergo in electis quicquid in eis ex humana habetur corruptione: sed permanebit in illis: quod ex dei acceperint munere, et virtute. Et omnes sicut vestimentum veterascent: id est secundum corp⁹ qd more vestis consumitur: et in cinerem redigitur: sed tamē in generali resurrectione gloriosum resurget. Corpus nempe nostrum vestis est anime, secūdum illud Job decimo. Pelle, et carnibus vestitisti me: sed hoc vestimentum quantumcunque munde, et diligenter custodiatur: nihilominus tandem veterascit: et putrescit. Unde de virginibus dicitur. Apocalipsis vigesimosecundo. Isti sūt qui non inquinauerunt vestimenta sua. Ex quo patet q corpus

nostrum est fragilius vitro qd potest conseruari integrum et in nullo immutatum per centu aut mille annos. Non sic autē de humano corpore pro statu isto: quia nunquam in eodem statu permanet. Non sic autem est de deo/ qui omnino inalterabilis/et immutabilis est. Ideo de eo dicitur. tu autem permanes supple semper idem indeficiens bonum. Dominus Petrus de palude dicit. q ly ipsi in proposito refertur ad actiuos / et contemplatiuos: qui vtriqꝫ designantur per sententiam prioris versus: actiui quidem per terram contemplatiui vero per celos cum dicitur et opera manuum tuarū sūt celi. Ipsi ergo scilicet tam actiui quā contemplatiui hodie pereunt siue per diluuiū luxurie/et gule: siue per incendiū auaritie/ꝛ superbie. Nam qui olim erant tanqꝫ terra fertilis per operum misericordie exhibitionem nunc effecti sunt terra sterilis per auaritie ardorem. Et qui priscis tēporibus celos penetrabāt per mentis contemplationem: nunc ad profunduꝫ limi demersi sunt per gulam/ꝛ luxuriam/sicut videre in plerisqꝫ religiosis/ꝛ ecclesiasticis viris. Ecce quomodo pereūt terra/et celi ꝛ omnes sicut vestimentū veterascūt. Uestimentū enim quanto plus durat: tanto magis consumitur/ꝛ veterascit. Ita ꝛ mundus quanto plus durat tanto magis deficit et veterascit/non solum in annis solaribus: sed et in viris actiuis/ꝛ cōtemplatiuis etiā claustralibus. Preter hec etiam ad literam dicimus q terra/et celi peribunt secundū illud christi verbum Luce.xxi. Celū/et terra transibunt. Non quidem quantum ad eorum substantiā: quia etiam post iudiciū remanebunt eorū substātie sed quātum ad aliquas formas accidentales: quas modo habent. Non enim terra post iudicium erit desuper ita immunda/ꝛ lutosa/ sicut modo: sed munda et clara ad modum cristali. Similiter celum non erit ita nebulosum/et obscurū sicut modo apparet: sed valde lucidum. Item cessabunt motus naturales tam in istis inferioribus quā in superioribus propter cessationem motus primi mobilis: quod tunc quiescet / et perpetuo stabit in illo situ in quo primo conditū fuit/et similiter sol/et luna/et omnes planete. Et propter hoc dicit Joh. apocalipsis vigesimoprimo. Uidi inquit celum nouum et terram nouam. Primum enim celum / et prima terra abijt. Et post pauca / et dixit qui sedebat in throno. Ecce noua facio omnia. Patet ergo quomodo peribunt celū/et terra/et veterascent: et quomodo non. Preterea possumus moraliter exponere illam particulam sicut vestimentum veterascent. de virtutibus / et donis spiritualibus. Nam sicut vestimentum veterascit dupliciter videlicet aut propter nimium / et continuum vsum vtpote quis assiduis laboribus exponitur/aut propter ociū. quādo scꝫ assidue in archa retinetur. Sic ꝛ dona spiritussancti/et similiter gratie: et virtutes que sunt vestes

anime consumuntur illo dupli ci modo, primo quidē per hoc quod homo nimis se immiscet secularibus negocijs aut propter hoc quod nimis torpet in exercitio spiritualis. Sed cum homo laborat progredi in via mandatorum domini. tunc huiusmodi virtutes/et dona non solum non deficiunt verūetiam augentur et proficiunt. In cuius figura legitur Deuteronomie vigesimonono: q̄ vestimenta filiorum israel ambulantiū per desertum in spacio quadraginta annorum non sunt vetustate consumpta: nec similiter pedum eorum calciamenta attrita.

A ¶ Sed pro ampliori noticia huius versus notandū iuxta illam clausulam ipsi peribūt q̄ sicut homines multipliciter pereūt corporaliter. Ita ꝛ mali spiritualiter. Pereunt aūt corporaliter homines.

Uez
- Suspensione
- Fame
- Submersione
- Occisione
- Dolore
- Inflatione.

B ¶ Primo igitur quidam pereunt corporaliter: suspēsione/sicut Absalon. De quo legitur secundi Regum decimooctauo. Qd currens subter quercum vnam ibi mansit suspensus in ramis eius capillis suis alligatus. Ad quem currens Joab: tribus lanceis perforauit cor ipsius: ꝛ sic mortuus est Sic spiritualiter quidam pereunt suspensione spirituali. Ut sunt superbi principes, magni prelati/presides/et populi rectores. Qui videntes q̄ sunt super alios officio/aut dignitate constituti. Inde frequenter inaniter gloriantur: et superbiunt. Taliter perijt prim⁹ angelus: qui dicebat in corde suo illud Esaye decimoquarto In celum conscendam. Super astra dei exaltabo solium meum. Sedebo in monte testamenti/in lateribus aquilonis. Ascendam super altitudinem nubium. Similis ero altissimo Ecce quomodo perijt spiritualiter: et consequenter eternaliter secundum quod ibi subditur. Veruntamen ad infernum detrahens in profundum laci. inquit dominus ad eum.

Item Ezechielis vigesimoctauo. Peccasti supple superbiendo: et eieci te de monte sancto dei: et perdidi te o cherub.

Taliter perijt Roboam qui dicebat. Minimus digitus meus grossior est dorso patris mei/ tertij Regum duodecimo. Taliter perijt Aman: qui volebat adorari a Mardocheo. Hester tertio. Taliter perijt Holofernes. Judich decimotertio. Taliter perijt Anthiochus qui ex superbia dixit se venturum Jerosolymam: et congeriem sepulchri eam se facturum. Sed in ipso itinere fuit mirabili plaga a deo percussus. Et tandem miserabiliter interijt: secundi Machabeorum nono. Taliter perijt Herodes qui regali veste indutus sedit pro tribunali: et concionabatur ad populum. Populus autem clamabat voces dei: et non hominum: et confestim percussit eū

Angelus domini eo quod non dedisset honorem deo: et consumptus a vermibus expiravit. Actuum duodecimo. Ecce quomodo superbia suspendit homines: et eos perire facit. Unde Jeronimus in quadam epistola. Superbia natione celestis sublimium appetit mentes: et quasi ad proprios revolans ortus appetit gloriam, et puritatem hominum irrumpere: que de gloria et puritate angelorum erupit ut quos invenit participes nature faciat cõsortes ruine.

C ¶ Secundo quidem pereunt corporaliter fame: sicut ponit Ovidius libro Methamorphoseos de Mida rege frigie: qui petivit a diis quod quicquid tangere: aurum fieret. Quem exaudierunt dii ad voluntatem: sed non ad utilitatem. Nam quando volebat cibum sumere quamprimum ipsum manibus, aut labiis tangebat aurum fiebat: et sic fame periit. Sic spiritualiter quidam pereunt fame. Cuiusmodi sunt avari, raptores, usurarii, et symoniaci. In quorum persona dicebat ille filius prodigus. Luce quindecimo. Ego hic fame pereo. Unde ecclesiastes quinto. Avarus non implebitur pecunia. Cuius ratio est Nam bona tẽporalia sunt quasi ligna, que quanto plura fuerunt igni apposita ipsum nedum extingunt: sed magis ac magis augent, et ardere faciunt. Et hoc est quod dicitur. Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit. Specialiter autem sunt duo genera avarorum: qui patiuntur famem bonorum temporalium. Hi sũt usurarii, et cupidi ecclesiastici: de quibus potest intelligi illud proverbiorum trigesimo. Sanguisuge due sunt filie dicentes affer affer: usurarius enim dicit pauperi Affer unũ et cape pro decem.

D ¶ Nota exemplum de illo divite egrotante ad mortem in civitate Ebroicẽ: quem cũ visitassem: & de sua salute monuissem. Non habui ab eo aliud responsum: nisi ad sa sa sa quasi diceret affer affer: et sic mortuus est. Nota etiam exemplũ de illo usurario damnato, in cuius os demones aurum liquefactum infundebant dicentes. Aurum sitisti: aurum bibe. Similiter multi ecclesiastici cupidi dignitatum et beneficiorũ ecclesiasticorum dicũt affer affer. Hi sunt qui sollicitant episcopos, et principes ut eis cõferant ecclesiastica beneficia. De quibus loquitur psalmista dicens. Famem patientur: ut canes et circuibunt civitatem scilicet meditantes qualiter possint in ea prebendam obtinere: qua obtenta circuibunt aliam civitatem ad consimilem finẽ: & sic sine fine quousque mors eos de medio tollat. Et non solum tales circuierunt civitates, et domos episcoporum: sed etiam regum & principum curas: eos precibus importunis infestantes sive per se, sive per amicos suos: ut eis provideatur de abbatia, episcopatu. Et huiusmodi:

E ¶ Sicut cõtigit a diebus paucis de quodam, presule, qui nõ

minus quam vndecimo croceas habebat: quibus nec contentus adhuc initabat apud principem terre illius. vt adhuc illi prouidere vellet dicens illa nõ sufficere ad manutentionẽ sui status. Ad quem fertur principem dixisse: q tot daret illi beneficia q diabolus importaret eum. Et de facto nõ multo post mortem obijt nescio si bene. hi sunt ergo canes non valentes latrare nisi post beneficia: nec in suis conuiuijs / aut conferentijs preterquam de hac materia loqui solent: hi sunt qui solent canonicas electiones infestare: et veros pastores perturbare: et ecclesiam christi pphanare. Nonne bene tales famen patiuntur. Quando quidẽ obtenta cura aspirant ad prebendam. De prebẽda ad archidiaconatum. De archidiaconatu ad episcopatum. De episcopatu ad archiepiscopatum / aut cardinalatum. De cardinalatu ad papatũ. Cumq3 illic sublimati fuerint adhuc frequenter famem et esuriem patiuntur nũc petentes decimam ab ecclesijs pretextu finis honesti: quem tamen plerumq3 non intendunt: sed ipsum fingunt nunc cassantes gratias et priuilegia a suis predecessoribus concessa vt sic pro eorundem confirmatione nouam recipiãt pecuniã nunc dispẽsantes super pluralitate beneficiorum cum personis illiteratis etiam cũ paruulis adhuc ferme ad vbera pendentibus. Ecce quomodo clerus famem patitur vt canis qui est insaturabilis.

F ¶ Tertio quidem pereunt corporaliter submersione sicut factum est de illis qui reperti sunt super terram tempore diluuij. Genesis septimo. Tũc em̃ obtinuerunt aque terra centũ quinquaginta diebus vt dicitur ibidem et vniuersi homines atq3 bestie terre interierunt illis tantum salutis quos recepit archa noe. Sic spiritualiter hodie multi pereunt per diluuium aquarum carnaliũ secundum q figuratiue dicitur. ij. Esdre. iiij. q multi perierunt et iugulati sunt et peccauerunt propter mulieres: id est propter luxuriam. Propterea clamabat Psalmista ad dominum dicens Saluum me fac deus quoniam intrauerunt aque scilicet carnalium delectationum vsq3 ad animam meam: id est vsq3 ad consensum rationis. Taliter enim perijt spiritualiter sichem filius emor qui dinã filiam Jacob violenter oppressit Genesis trigesimoquarto. Taliter perijt Dauid quando cum Bersabee adulteratus est secundi Regũ vndecimo. Taliter interijt salomon filius eius qui adamauit mulieres alienigenas et deprauatum est cor eius per eas ita vt adolaret ydola earũ tertij Regum vndecimo. Taliter perijt Amõ filius eiusdem Dauid quando oppressit thamar sororem suam secundi Regum. xiij. Taliter perijt holofernes qui ardebat in concupiscentia Judich. eiusdem duodecimo. Taliter perierũt illi duo senes qui arserunt in cõcupiscentiã Susanne. Danielis. xiij. Et breuiter ferme totus mundus spiritualiter interit et periclitatur

sen submergitur. Istis aquis carnalium voluptatum. In cuius rei signum legitur. Judicũ vigesimo q̄ vigintiquinq̄ milia hominum propter luxuriã mortui sunt. Quicunq̄ autem sic perierunt spiritualiter. perierunt etiam eternaliter si nõ resipuerint per penitentiam.
Unde de talibus loquitur psalmista admiratiue dicens. Quo modo facti sunt in desolationẽ scilicet in morte. Tunc enim nullus iuuat tales miseros luxuriosos: quia neq̄ angeli boni neq̄ sancti eo q̄ cum mundi sint immũdos homines abhorrent. Que enim communicatio sancto homini ad canem eccle. xiij. Nam de vno quoq̄ tali potest intelligi illud Esaye decimoquarto. Quasi cadauer putridum non habebis consortiũ Ecce quomodo tales carebunt omni consolatione in morte.
Nec quidẽ diu perseuerare poterunt in suis spurciis sed cito finem habebit nephãdum gaudium eorum. ideo subdit psalmista subito defecerũt. Et post mortem spiritualem et corporalem expectat eos mors eterna ideo additur. Perierũt scilicet eternaliter: nec quidem iniuste quia propter iniquitatem suã. Dicant ergo qui tẽtatur a carne omnipotenti deo auxilium eius postulantes quod dixerũt apostoli christo cum periclitaretur nauis in medio mari. Domine salua nos perimus Matthei octauo. Quod vbi fecerũt ipse dominus imperabit ventis et mari: id est insultibus carnalibus ꝛ fiet tranquillitas magna per cessationẽ tentationis.

G ¶ Quarto quidam pereũt corporaliter occisione sicut periit Abel a fratre suo occisus. Genesis quarto ꝛ aliis multis quorum non est numerus. Sic spiritualiter multi pereunt occisione anime sue sicut sunt inuidi: quia inuidia est tanquam gladius quo transfigitur anima inuidentis. et de hoc potest intelligi illud Mat. christi verbum ad petrum Matthei vigesimosexto. Qui acceperint gladium: gladio peribunt: id est qui per inuidiã voluerint aliis nocere primum sibiipsis nocebunt quia secundum Hugo. de sancto victore inuidia est in suum auctorem reciproca de bonis alterius tabescentis animi cruciatus. Item Chrisosto. super Matthe. O inuidia que sibi semper est inimica. namq̄ inuidet sibi quidem ignominiam facit illi autem cui inuidet gloriam parat. Item Jeronimus ait q̄ inuidia est primum suiipsius mordax Taliter periit diabolus inuidens homini ascensuro in celũ vnde ceciderat: ꝛ propterea eum tentauit vt ipsum a tanto bono ĩpediret. Et de hoc est quod dicitur Sapientie. ij. Inuidia diaboli mors introiuit in orbẽ terrarum. imitãtur autẽ illum qui sunt ex parte illius. i. reprobi. Taliter periit Cayn qui videns munera fratris sui deo accepta ꝛ non sua. illi inuidit ꝛ consequenter ex liuore inuidie eum occidit Geñ. iiij. Taliter perierunt fratres Joseph videntes q̄ a patre pre cũctis amaretur Gene. xxvij. Taliter periit Rachel inuidens sorori sue Lye secunde. Gene. xxx. Ex

quo patet quod iste gladius inuidie non plus parcit propinquis et consanguineis quã extraneis et hoc etiam videmus ad oculum. Nam si pater carnalis plus se prebeat familiarem vni filiorum suorum quã alteri: ille alter inuidet confratri. Item si pl⁹ dotauerit vnã de filiabus suis nuptui eã tradendo quam alteram: illa altera consorori perpetuo inuidebit: et illi improperabit. Ecce quã periculosus est iste gladi⁹ qui nemini parcit: quia non patri sicut patuit de Absalon qui ex inuidia voluit priuare patrẽ suum Dauid regno. ij. Regum. xviij. Iste autẽ Absalõ adhuc habet multos similes in terris q̃ libenter ponerẽt patres suos extra domũ et possessiones suas vt essent dñi. Item non parcit fratri aut sorori: vt ostensũ est triplici exemplo. Item non amico et bñfactori sicut patuit de inuidia Saulis aduers⁹ Dauid fidelẽ eius amicũ. i. Regũ. xviij. Nam vt ibi legitur cũ ipse Saul occiso philisteo a Dauid audisset choros mulierum ac puellarum cũ tympanis cantantiũ et dicentiũ. Saul pcussit mille et dauid decem milia ipse Dauid grauiter inuidere cepit Et irat⁹ dixit. Dederũt Dauid decẽ milia et mihi mille dederũt Quid ei superest nisi solum regnum? Ex tũc ergo nõ relictis oculis Saul aspiciebat dauid a die illa et deinceps. in quo patuit ei⁹ inuidia aduers⁹ ipsum Dauid. Nõ deniq; ipsa inuidia pcit innocẽti sicut patuit de iudeis aduersus xp̃m de quib⁹ dr Mat. xxvij. q pylat⁹ sciebat q per inuidiã tradidissent eũ. Et breuiter hec est fera pessima q̃ deuorauit Ioseph. Hec est etiã framea a qua petebat liberari qui dicebat. Erue a framea deus. a. m.

h ¶ Quinto quidem pereũt corporaliter dolore et tristitia sicut refert August. in de ci. dei de silla romanorum consule q̃ cum turbulentissimus esset pre nimia ira fracta est sua vena sanguinis in corde puro vnde mortuus est. Similiter legitur j. Machabeorũ. vi. de Antiocho rege qui cum audisset q iudei debellassent suos pre tristitia decidit in languorem grauissimum eo q non fuisset factum prout cogitauerat et tandem ex tali tristitia mortu⁹ est. Sic spiritualiter multi pereũt in anima pre dolore et tristitia vt omnes iracundi qui scilicet sine causa et sine mẽsura irascũtur. Secus autem de illis qui irascũtur ex zelo iustitie aut etiam repente et sine deliberatione sicut patz in primis motib⁹ ire quib⁹ plurimũ subijciuntur viri colerici sed tamẽ talis ira cum sit venialis propter impfectionem actus nõ occidit spiritualiter animã. Sec⁹ de ira deliberata et diu cõtinuata cum proposito vlciscendi se de inimico. Hec enim ira mortalis est vt dicitur di. xxv. vnum orarium. §. alias circa mediũ Unde dicit Aug. in quadã epistola q sicut acetum corrũpit vas si diutius ibi fuerit. sic ira corrũpit cor si in aliũ diẽ durauerit: itẽ idẽ super psal. liiij. ira fratres si fuerit inueterata iam odium est. que q̃tum differant patet.

Ira siquidem oculum turbat. odium vero ipsum execat et extinguit. Ira festuca odium trabes est hec ille. Propterea fratres admonet idem August. in regula ita dicens. Lites aut nullas habeatis aut quam celerrime finiatis ne ira crescat in odium et trabem faciat de festuca: et animam faciat homicidam, sic enim legitis. Qui odit fratrem suum homicida est scilicet sui ipsius. Ecce quomodo perit homo spiritualiter in anima per ipsam iram seu odium proximi.

I ¶Sexto quidem pereunt corporaliter inflatione sicut patet de ydropicis Est autem ydropisis morbus succutaneus de vitio vesice natus cum inflatione et hanelitu fetido. Et sic peribat ille de quo legitur Luce decimo quarto. quod cum intrasset Jesus in domum cuiusdam principis phariseorum manducare panem. ecce homo quidam ydropicus erat ante illum Sed ipsum a periculo preservauit dominus noster Jesus christus quando eum sanauit vt dicitur ibidem Sic spiritualiter multi pereunt ydropisi. cuiusmodi sunt gulosi et crapule atque ebrietati dediti. Nonne sic perierunt filii israel in deserto de quibus dicitur in psalmista. quod dominus pluit super eos sicut puluerem carnes et sicut arenam maris volatilia pennata: et ceciderunt in medio castrorum eorum circa. t. e. et manducauerunt et. s. sunt. n. et des. etc. sequitur. Adhuc esce erant in ore ipsorum et ira dei ascendit super eos et occidit pingues eorum. i. diuites et potentes et electos israel impediuit. i. qui electi erant ad intrandum terram promissionis propter huiusmodi gulositatem ex dei iustitia impediti sunt ille intrarent. Nonne sic periit primus parens cuius primum peccatum fuit gula. Ge. iii. Nonne sic periit esau qui ex auiditate cibi vendidit primogenita sua fratri suo Jacob prolente. Ge. xxv. Nonne sic periit diues ille epulo de quo dicitur Luce. xv. quod epulabatur quotidie splendide. Propterea bene dicitur Eccl. xxxvii. quod propter crapulam multi obierunt non quidem tantum corporaliter et temporaliter quantum spiritualiter et eternaliter sequitur qui autem abstinens est adiiciet vitam non tantum nature sed et gratie in presenti et glorie in futuro. Hinc bene dicit Crisosto. et recitatur de consecra. dist. v. Nihil. quod gula morbos facit: molestias ingerit: atque egritudines generat. Quod em verbum non tam literaliter quam spiritualiter intelligi debet quoniam ex gula ceteri morbi et egritudines anime. i. vicia pululant sicut patet de luxuria: blasphemia homicidia et huiusmodi. Unde dicit Jero. et recitatur. d. xliiii. cum autem. quia venter et genitalia sibimetipsis vicina sunt vt ex vicinitate membrorum confederatio intelligatur viciorum. Hinc princeps cocorum Nabuzardam muros Jerusalem destruxisse legitur. quia venter cui multitudo cocorum deseruit: edificia virtutum ad solum

redigit. Hec ibi. Ecce ergo qualiter contingit homines perire spiritualiter sicut et corporaliter. Unde omnes tales merito possunt clamare ad dominum et dicere illud Mat. viii. Domine salua nos perimus. quod vbi puro corde fecerint indubie liberabit eos a tanto periculo.

¶ Lectio xcv.

¶ Et sicut opertorium mutabis eos & mutabuntur tu autem idem ipse es & anni tui non deficient.

¶ Postquam in precedenti lectione ostensum est in generali qualiter ipsi penitentes peribunt in morte ad magnam tamen ipsorum vtilitatem. Hic consequenter psal. ostendit idem in particulari dicens. Et sicut opertorium mutabis eos et mutabuntur. q. d. quod peribunt et mutabuntur sicut opertorium. Perit autem seu mutatur opertorium quando loco veteris aut dirupti nouum et integrum substituitur Ita et penitentes relinquunt viles vestes que designant peccata et nouas induunt que sunt gratia spiritus sancti virtutes et dona. Ad quod faciendum nos admonet apostolus Ephesios. quarto. dicens. Deponite vos secundum pristinam conuersationem veterem hominem qui corrumpitur secundum desideria erroris renouamini spiritu mentis vestre et induite nouum hominem qui secundum deum creatus est in iustitia et sanctitate veritatis. vel dic quod opertorium in proposito confessionem significat qua operiuntur peccata tribus generibus personarum videlicet deo vt amodo ea non videat ad puniendum Ezechi. xviii. In quacunque hora ingemuerit peccator omnium. &c. Item dyabolo vt illa vlterius non videat ad accusandum sicut multa exempla declarant. Item sacerdoti vt ipsa non sciat ad reuelendum. Unde de pe. di stin. vi. Sacerdos dicitur sic. sacerdos super omnia caueat ne de hiis qui sibi confitentur peccata sua alicui recitet. non propinquis. non extraneis. neque quod absit pro aliquo scandalo vitando. quod si fecerit deponatur et omnibus diebus vite sue ignominiosus peregrinando pergat. Quod verbum exponens Hostien. dicit. quod talis sacerdos per acta penitentia per septennium vel decennium peregrinando. est in monasterio retrudendus vt ibi perpetuam penitentiam agat et de hoc opertorio loquitur psal. vbi ait. Beati quorum remisse sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata. scilicet per confessionem vt ibi expositum est. Nam ipsa confessio est domus protegens turpitudinem. vt dicitur eccle. xxix. Dicit ergo ps. de penitentibus ad dominum loquens. Sicut opertorium mutabis eos scilicet de malo in bonum vel a non esse gratie in esse gratie. Et hec est mutatio dextere excelsi et mutabuntur Quosdam enim peccatores mutat deus quantum in ipso est

ad penitentiam. sed tamē non mutantur quia penitere nolūt nec diuine motioni acquiescunt cuiusmodi sunt obstinati peccatores. Alij autem in effectu mutantur. sed parum durunt in tali mutatione et tales sūt similes ramo rigido ꝛ grosso qui quandoqꝫ violenter flectitur. sed tamen cum sibi relinquitur tunc redit in pristinum statum. Alij vero sunt qui de facili mutantur ad penitentiā nec demum ad pristina peccata redeunt. sed in ipsis bonis operibus assuefiunt. cuiusmodi sunt perseuerantes et tales sunt similes ramo tenui et gracili qui semper se inclinat versus illam partem ad quam flectitur cum gracilis extat. Et de quolibet tali penitente potest intelligi illud Genesis. vigesimo septimo. Benedixi ei inquit dominus erit benedict⁹. Talis fuit mutatio ade q̄ post susceptam remissionem non legitur rediisse ad peccata. Talis fuit mutatio pauli post cōuersionem Talis fuit mutatio Magdalene post susceptā gratiam ꝛ sic de multis alijs Dominus hugo Cardinalis. conformiter ad glosam. interline. exponit hunc passum de electis qui sicut vestimentum veterascent. quantum ad corpora que sicut vestimentum consumentur: et in cinerem redigentur. sed quia in resurrectione gloriosi resurgent. ideo sequitur. Et sicut opertorium mutabis eos et mutabuntur. Opertorium enim mutatur in magnis festiuitatibus in quibus quod preciosius est in archa assumitur ita et in illo festiuitatis magne resurrectionis omnium. hoc corpus corruptibile et mortale induet incorruptionem et immortalitatem. et hoc quētum ad bonos quia de malis satis constat q̄ non sic mutabuntur. Propterea dicit paulus. primi corinthiorum. decimo quinto. Omnes quidem resurgem⁹ sed nō omnes immutabimur. deus autē simpliciter immutabilis est secundum illud Malach. tertio. Ego de⁹ et non mutor propterea subditur Tu autem idē ipse es et anni tui non deficiēt vel possumus annos dei referre ad eius iustitiam et misericordiam. Anni ergo diuine misericordie non deficient quo ad iustos: qui perpetuo premiabuntur. Et similiter anni sue iusticie non deficient quo ad malos et reprobos qui eternaliter cruciabūtur. et hoc est quod idem dominus ait. Esaye. li. Salus mea in sempiternum erit. scilicet q̄ ad beatos. ꝛ iustitia mea in generationes generationum videlicet quo ad impios. Dominus autem Petrus de palude. conformiter ad glosā ordina. exponit hunc passum de celis materialibus qui omnia operiunt. qui etiam mutabuntur in generali resurrectione. non quidem quantum ad eorum substantiam: sed quantū ad aliquas proprietates quas nunc habent. Similiter elemēta mutabuntur. Nam terra vitra similabitur. Aqua erit clara et rara sicut aer circa terram. Aer lucebit vt ignis.

Spera ignis erit lucida sicut celum. luna sicut sol. et sol septē pliciter sicut lux septem dierū. vt dicitur. Esay. trisesimo. Itē in ipso celo empireo erit mutatio quia plenum erit corporibus sanctorum sicut nūc firmamentum est plenum corporibus syderum. et hoc est quod dicitur. primi Corinthiorum. decimo quinto. Stella differt a stella in claritate. sic resurrectio mortuorū. Ecce ergo quo modo dominus mutabit corpora superiora et elementa et quomodo mutabuntur. quia illa mutatio semper durabit in ipsis immutabiliter. sequitur. Tu autem idem ipse es. scilicet semper immobilis et anni tui nō deficient. et ideo potes aliīs indeficientiam prestare Unde dicit Boetius deo loquēs. iiij. li. de consola. metro. ix. O qui perpetua mundum ratione gubernas. Terrarum celiqꝫ sator qui tempus ab evo Ire iubes. stabilisqꝫ manens das cuncta moveri.

A ¶ Notandum est autem circa hunc textum et presertim iuxta illam clausulam. Et sicut opertorium mutabis eos et mutabuntur quod circa mutationem homines se habent multipliciter. Nam quidā mutantur de bono in malum.

Alij de malo in bonum.

Alij de bono in melius.

Alij de malo in peius.

Alij sunt immobiles ad malum.

Alij sunt immobiles ad bonum.

¶ Primo igitur. dico quod aliqui homines mutantur de bono in malum et de gratia ad culpam. sicut quandoqꝫ opertorium materiale mutatur de bono in malum per consumptionem et inveterationem.

Hanc autem mutationem plurimum facit et procurat diabolus suis tentationibus de quo potest intelligi verbum presēs Sicut opertorium mutabis eos et mutabuntur. quia ferme omnes succumbunt tentationi. Et hec est damnabilis et dyabolica mutatio de qua potest intelligi illud. Ecclesiastici. vicesimo septimo. Stultus. id est peccator vt luna mutatur. Et vere bene stultus peccator dicitur quia obligat se perpetue pene pro momentanea delectatione et paratus est dare regnum celorum pro minimo.

¶ Item quia potius vult servire dyabolo qui nullo placatur obsequio et qui sibi servientes tradit perpetuo supplicio.

¶ Ecce quam stultus est peccator.

¶ Item vt luna mutatur quia de cogitatione in cogitationē de desiderio in desiderium. et de peccato in peccatum Et hoc est quod dicitur Proverbiorum decimo quinto. Cor stultorum dissimile erit. De hac etiā mutatione scribitur Trenor. quarto. Obscuratum est aurum mutatus est color optimus. Color enim optimus est violeta seu scarletum charitatis. quiquidem color mutatur in nigredinem iniquitatis cū homo mutatur de gratia ad culpam. Item in psalmist. Mu

tauerunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fenū. quasi dicat quod homines peccando efficiuntur brutales et similes bestijs terre sicut pulchre declarat Boetius libro quarto. prosa. tertia Euenit inquit vt quem transformatum vicijs videas. hominem estimare non possis. Et assimulat ibi diuersa genera / peccatorum varijs generibus animalium. videlicet raptores rerum alienarum lupis quales sunt tyranni principes. Iracundos canibus, ypocritas vulpibus, pigros asinis, inconstantes auibus. luxuriosos porcis, superbos leonibus et huiusmodi. Unde in fine cōcludit sic. Ita inquit fit vt qui probitate deserta homo esse desierit. cum in diuinam non possit transire conditionem vertatur in beluam. In cuius rei signum legitur Daniel. quarto. quod nabuchodonosor fuit de regia maiestate et gloria. in miserabilem mutatus bestiam videlicet in bouem. Hanc autem mutationem vetat. psalmista. cum inquit. Nolite fieri sicut equus ꝛ mulus quibus nō est intellectus. quasi dicat Nolite regi passionibus: sed potius recta ratione.

¶ Secundo aliqui mutantur opposito modo scilicet de malo in bonum. et de culpa ad gratiam. sicut enim opertoriū materiale quod diruptum est et dissipatum seu laceratum. quandoq₃ per artem sutoris reparatur in melius ita et deꝰ quandoq₃ ex sua infinita bonitate et misericordia mutat homines de culpa ad gratiam propter quod potest de eo dici verbum predictum. Sicut opertorium mutabis. tu supple deus eos videlicet peccatores et mutabuntur. Hanc autem mutationem precipt dominus obseruandam peccatoribus dicens illud. Genesis tricesimo quinto. Abijcite deos alienos qui in medio vestri sunt. id est peccata et mundamini. et mutate vestimenta vestra. id est veterem conuersationem vestram malam in melius.

¶ Item ad ipsam mutationez nos admonet Apostolꝰ. Ephesios quarto. dicens Renouamini spiritu mentis vestre.

¶ Item figura ad idem nos admonet. Legitur enim. primi Regum decimo. quod spiritus domini irruit in saul et mutatus est in virum alterū. Quid autem spiritꝰ domini nisi gratia spiritussancti: que cum semel irruerit in hominem peccatorem subito mutat eum in virum alterum. quia de peccatore facit iustum de dei inimico eius amicum de filio perditionis filium eterne dilectionis et heredem celestis hereditatis. Nonne Paulus etiā mutatꝰ est in virum alterum quādo in terram prostratus ex persecutore factus est vas electionis et ex lupo rapaci factus agnus et ouis mitis: In cuius etiam mutationis signum mutatum est ei nomen: ita vt qui prius saulus dicebatur deinceps Paulus nominaretur. Hoc etiā modo mutatus est petrus in virū alerū qñ̄ q̄dē ex

negatore Christi fact⁹ est confessor Christi. Nonne etiã hoc modo mutatus est Dauid. Itẽ Mattheus. Item Maria Magdalene et pene infiniti tales. Item ad hanc mutationẽ nos admonet natura. Uidemus eñ oĩ anno arbores mutari. quando scilicet incipiunt fructificare. Nam in hyeme videnť quasi totaliter sicce. deinde ĩ Martio incipiũt pululare ⁊ botros producere. Deinde flores ⁊ folia: et post hec fructus afferre. Item videmus quod quedam animalia per annos singulos mutantur: vt equi: ⁊ asini/ muli et huiusmodi. Itẽ ⁊ aues ⁊ pisces mutantur: et breuiter omnia viuentia tã sensitiua quam vegetatiua certis temporibus anni mutantur. Et per hoc instruitur homo ad mutationez spiritualez que est de culpa ad gratiaz quam specialiter debet facere per annos singulos: et presertim in paschate ꝑ sacramentalem confessionem vt patẽt exempla de pen. ⁊ re. omnis vtriusq̧ sexus: vbi precipitur confessio et sacramenti altaris susceptio.

¶ Tertio aliqui mutantur de bono in melius: ⁊ de virtute in virtutem. Nam sicut opertorium quãdoq̧ per artem sutoriam mutatur de bono in melius vtpote per additionẽ alicuius extrinseci vel per mutationem coloris sicut quãdo est primo album ⁊ postmodũ mittitur ad tincturaz vt decenter coloretur. Ita ⁊ deus quandoq̧ mutat bonos de bono in melius vt quando facit eos ascendere de virtute in virtutem: et proficere in mandatis eius atque in omni iustitia ⁊ sanctitate. Non enim debet homini sufficere quod sit bonus nisi etiã efficaciter studeat vt continue melior fiat. Et hoc ostensũz est Ezechie. i. qui vidit animalia gradientia ante facies suas: q̃ non reuertebantur cum incederent. Ezechie. i. Quod quidem verbũ pertractans. Gregorius dicit quod per huiusmodi animalia gradientia significatur spiritualis profectus hominis qui terminum non habet vltra quam progredi nequeat. Electi/ inquit idem Gregorius/ sic ad bona tẽdũt vt ad mala perpetranda non redeant. Unde August. exponens illud psal. Ego vero egen⁹ ⁊ pauper sum dicit sic. quantũcunq̧ hic profecerimus nemo dicat. sufficit mihi iustus sum q̃ dixit remansit in via. non nouit peruenire vbi dixit: sufficit mihi. ibi hesit et stetit. Nonne mutabatur de bono in melius q̃ dicebat. Memor fui dei et delectatus sum: sup. in tali meditatione ⁊ contemplatione. Sequitur ⁊ exercitatus sum: scilicet in ipso sancto opere. ⁊ defecit spirit⁹ me⁹. videlicet pre nimia contemplatione vel exercitatione in ipso bono opere. Quomodo autem exercitatus fuerit ostẽdit cum subdit. Anticipauerunt vigilias oculi mei: id est ante alios surrexi ad orationem ⁊ sanctã contemplationem. Sed prohdolor pauci proficiunt ⁊ multi deficiunt retro aspiciẽtes cum tamen saluator dicat. Luc. ix. quod nemo mittẽs manum ad aratrũ ⁊ aspiciẽs retro aptus

est regno dei. Uel dic quod illi mutant de bono in melius qui mutantur a deo de hoc mundo ad celum, de loco miserie ad locum letitie: et de statu gratie ad statum glorie. Et de hac mutatione scriptum est in Psalmist. Hec mutatio dextere excelsi. et Esaye. xl. Beati qui sperant in domino. mutabunt fortitudinem: scilicet in presenti. Ita vt qui prius erant fortes ad bibendum vinũ et ad miscendã ebrietatẽ. postea quam mutati sunt ad dominum per penitentiam fiant fortes ad ieiunandum: et a domino seruiendum secundum illud Romanorum. vi. Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditie et iniquitati ad iniquitatem. sic nunc exhibite ipsa membra seruire iustitie in sanctificationem. Ecce qualiter veri penitentes debẽt mutare fortitudinem. Sequitur assumẽt pennas vt aquile: id est mutabunt pennas vitiorum in pennas virtutum sicut aquila mutat pennas veteres, et induit nouas que super excrescunt. Tunc ergo penitẽtes assumũt pẽnas vt aqle. quãdo is qui prius erat lubricus efficitur castus. qui pri9 gulosus. postea sobri9. qui prius superbus postea humilis et huiusmodi. Uel dic quod tunc assumẽt virtuosi pennas vt aquile que in altum volant quando transibunt de hoc mũdo ad patrem celestem. Sequitur current: scilicet de virtute in virtutem: et non laborabunt: supple multũ: quia iugum domini suaue est: et onus eius leue. Matthei. xi. Ambulabũt: scilicet in via mãdatorum dei. et non deficient in quo notatur perseuerãtia, que necessaria est ad salutẽ. O quãta et qualis mutatio fiet in generali omnium resurrectione: quando scilicet corpora electorum mutabuntur de corruptione ad incorruptionem: de stercore ad regni sedem. et de vilitate ad perennem gloriam. In cuius rei figura legitur. Exo. xli. de Joseph quẽ serui Pharaonis eduxerunt de carcere et totunderunt eũ. atque veste ipsius mutata eum regi obtulerunt. quem mox rex anulo subarrauit. torque aurea honorabiliter insigniuit stola byssina induit. et toti terre Egypti ipsum pfecit. Et ita quasi subito fuit per regem in virum alterũ mutatus. Ad propositum Joseph qui tot et tanta aduersa passus est. recte significat electos qui habent multa pati in presenti: vt coronentur in celis, secundum illud Actuum. xiiij. Per multas tribulationes. etc. Sed post tot aduersa: tandem succedet eis corona glorie celestis ibique recipientur a deo et a tota curia celesti cum mirabili et incredibili solennitate et exultatione. Tunc enim absterget deus omnem lachrymã ab oculis eorum. Uestis autem noua cum ceteris que data sunt Joseph: significat corpus gloriosum cũ dotibus suis: quod reddet dominus ipsis electis. Hec est ergo reuera mutatio dextere excelsi.

¶ Quarto aliqui homĩes mutantur opposito modo ad precedentem mutationem: scilicet de malo in peius cadentes de

peccato in peccatū etiam grauius. Sicut enim opertorium quandoqꝫ mutatur de malo in peius per omnimodam dissipationem ꝛ destructionem illius in tantum ꝙ vlterius ad alios vsus non potest applicari. Ita et diabolus frequenter mutat homines de malo in peius trahens eos de vitio in vitium secundum illud Apoc. xxij. Qui in sordib⁹ est: sordescat adhuc. Secundum enim Gregoriū super Ezechie. homelia. xi. Omnipotens deus/ qui peccatores diu expectat: vt redeat. Nō redeūti/ atqꝫ contemnenti ponit adhuc vbi grraui⁹ impinguat peccatū. Quippe quod per penitentiam citius non deletur/ aut peccatū est: aut causa peccati simul ꝛ pena peccati. Omne enim quod prius committitur peccatum est. Sed si citius penitendo non tergitur. Iusto iudicio omnipotens deus mentem peccatis obligatam etiam in culpam alterā permittit cadere: vt qui flendo ꝛ corrigendo noluit mundare quod fecit peccatum incipiat peccato cumulare. Peccatum ergo qđ penitentie lamento non diluitur peccatum simul est: ꝛ causa peccati. Peccatum vero qđ ex peccato sequitur peccatū simul est et pena peccati: quia excrescente cecitate ex retributione prioris culpe generatur. Fit vero nonnūquam vt vnum/ idemqꝫ peccatum: ꝛ peccatum sit ꝛ pena peccati simul ꝛ causa peccati. Verbi gratia. Ponamus ante oculos aliquem rem proximi sui concupiuisse: quā quia apte non valuit furto diripuit. Sed in furti accusatione positus se hanc diripuisse iurejurando denegauit. Hinc ergo cōcupiscentia peccatū fuit: ꝛ causa peccati: quia per eam peruenit ad rapinā. Ipsum vero furtum quo rem concupitam diripuit/ ꝛ peccatum factum est/ et pena peccati. Quia ex retributione iam non represse concupiscentie factum est vt veniret ad furtum: et culpa cordis excresceret in opere ex vltione cecitatis: sed quia furtum periurio tegere curauit ex peccato rursum peccatum genuit. Furtū ergo quod ex concupiscentia processit, peccatum et pena peccati factum est culpe precedenti. Sed peccatum est causa peccati culpe subsequēti: quia de illa natum hanc genuit. Ipsam vero periurium peccatum fuit: ꝛ pena precedentium peccatorum fuit: videlicet concupiscentie ꝛ furti. Hec Gregori⁹ Ecce ergo quomodo miseri peccatores mutantur de malo in peius: donec descendant in infernū. Et de hac mutatione figura legitur Genesis. xxxi. vbi dicitur quod Iacob loquebatur Racheli/ ꝛ Lye vxoribus suis de Laban patre earum dicēs. Pater vester circumuenit me: ꝛ mutauit mercedem meam decē vicibus. Ad propositū Laban est diabolus. Iacob peccator/ q̄ seruit ei peccando. Hunc itaque Iacob circūuenit Laban: id est diabolus cum eum attrahit ad peccatum: ꝛ mutat eius mercedem non solū decies: sed et quandoqꝫ centies/ aut millesies: quod fit dū homine ruente de peccato in peccatum ma-

gis ac magis aggrauatur eius damnatio secundũ illud Psalmiste. Appone iniquitatem super iniquitatem eorum. Nõne diabolus apponit iniquitatez super iniquitatem cum primuz allicit iuuenẽ ad simplicem fornicationem dicens. hoc esse leuissimum peccatũ inter peccata carnis: quo allecto ꝯsequenter eum allicit ad adulterium: deinde forte ad incestũ vel sacrilegium et huiusmodi. Idem iudiciũ est de seruo qui primo furatur nũmuz/ aut denarium a domino suo. Deinde liardũ. deinde carolum: ꝛ tandem efficitur magnus latro. Idem iudiciũ est de illo/ quem ipse diabolus primo trahit ad mendaciũ iocosum vel officiosum. Deinde ad pernitiosum ꝛ ad periuriũ. Hoc patuit in petro qui primo negauit magistrũ suum dicẽs. Nescio quid dicis. Sed quia non statim correxit illud peccatum primũ: ideo nõ multo post lapsus est in grauiꝰ scilicet periurium: quia cepit anathematizare/ ꝛ iurare ꝙ nõ nouisset hominem illum. Matth. xxvi. Hec est igitur mirabilis/ et maledicta mutatio: ꝛ ideo vitanda.

¶ Quinto aliqui sunt immobiles ad malũ: quales fuerũt boni angeli postquã fuerũt confirmati in gratia: quales etiam sunt nunc omnes beati. quales similiter fuerunt illi viatores: qui ex specialissima dei gratia fuerunt confirmati in bono: ꝙ acceperũt sicut Hieremias/ Joannes Baptista / beata virgo/ omnes apostoli post receptionem spiritussancti: ꝛ forte non nulli aliȷ̃. Unde Prouer. xxvij. Homo sanctꝰ in sapientia manet sicut sol: id est immutabiliter: qꝛ sol est immutabilis quãtũ ad formam. quanuis sit mutabilis quantuz ad locum. Ad hanc immobilitatem ad maluz hortatur Christi fideles. Paulus. i. Corin. xvi. dicens. Itaqꝫ fratres mei dilecti stabiles estote/ ꝛ immobiles. Nõne ipsemet apostolꝰ sic erat immobilis ad malũ immobilis etiaz in bono ꝗ dicebat Rom. viij. Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio/ an angustia an fames/ an nuditas/ an periculuz an persecutio/ an gladius? Et post pauca. Certus sum enĩ qꝛ neqꝫ mors/ neqꝫ vita/ neqꝫ angeli/ neqꝫ principatus/ neqꝫ ꝛc. poterit nos separare a charitate dei/ que est in Christo Jesu. Nonne etiam sancti dei martyres fuerunt immobiles ad malum: quandoquidem preelegerunt omne genus suppliciorũ pati quam fidẽ abnegare? Nec quidem iniuria: quia vt habeť xxiȷ̃. q. viij. conuenior. Tanta debet esse fideliũ constantia vt prius auferatur vita ꝙ̃ fides.

¶ Sexto aliqui sunt immobiles ad bonum: quales fuerunt mali angeli post primũ peccatum quales similiter sunt omnes damnati: de quibus potest dici illud Exo. xv. Fiant immobiles quasi lapis. Lapis enĩ cũ sit de natura grauiũ: vbi iaceť ibi manet: ꝛ perpetuo stat nisi ab aliquo extrinseco inde amoueatur. Sic etiam est de dãnatis/ ꝗ cũ ex se nõ possint se mouere ad bonũ: neqꝫ deť eis auxiliũ aliũde seqꝉ ꝙ sunt immo

biles ad bonum. Quod si forte velint aliquid quod est de genere bonorū: non tamen illud bene volunt. sicut patet de diuite epulone. qui etsi voluerit fratres suos non descensuros cum eo in locum tormentorū: vt dicitur Luc. xvi. Hoc tamē non voluit recto fine: sed potius ne inde aggrauaretur eis damnatio. Non solum autem damnati sunt immobiles seu immutabiles ad bonum: verumetiā nōnulli viatores in sua nequitia obstinati secundum quod ipse Augustinus de seipso loquitur libro. viij. confessionū dicens. Suspirabā ligatus nō ferro alieno: sed mea ferrea voluntate velle meum tenebat inimicus & inde funes mihi fecerat. Ex peruersa enim voluntate facta est consuetudo: & dum consuetudini non resistitur: facta est necessitas: quibus quasi quibusdam annulis sibimet annexis tenebat me stricte dura seruitus. hec ille. Propterea xxiiij. q. ij. legat: dicitur quod obstinatis in malitia deus nunquam miseratus fuit: nec miserebitur. Cuius ratio est: quia vt dicitur de regulis iuris lib. vi. Peccati venia non datur: nisi correctio. Ipsi autem obstinati sunt incorrigibiles, & ideo &c.

¶ Lectio. xcvi.

¶ Filij seruorum tuorum habitabunt. & semen eorū in seculum dirigetur.

¶ Postquam in precedenti lectione ostensum est quomodo veri penitentes adeo mutātur de culpa ad gratiam. de vetustate ad nouitatem: & de vitio ad virtutem adinstar opertorij: quod quādoq; mutatur in melius: sicut ibi ostensum est. Hic consequenter Psal. ostendit quid post hanc vitam futurum sit ipsis penitentibus cum ait ad dominum. Filij seruorū tuorum: id est veri penitentes: qui sunt per imitationem filij seruorum dei: id est sanctorum eius habitabunt: supple cum eis in celo. Et non solum tales penitentes ibi habitabunt: verumetiam semē eorum in seculum dirigetur: quasi dicat qui imitabunt eos in presenti per penitentiam etiam imitabūtur eos in futuro per gloriam. Possumus autē istud allegorice exponere conformiter ad Augustinū, & Petrum de Palude de patribus veteris testamenti: & filijs legis gratie. Serui ergo sunt illi: qui sub veteri testamēto tantum seruierunt deo timore pene, & nō amore iustitie. Filij autem sunt deuoti christiani: quorum patres, & predecessores in cultu vnius veri dei: fuerunt Judei. Serui ergo nō habitabunt supple cum deo in celo: nisi forte pauci. In cuius rei signum legitur Numeri. xxiiij. quod dominus locutus est dicens. Omnes q̄ numerati estis a viginti annis & supra: & murmurastis contra me, non intrabitis in terram super quam leuaui manum meam vt habitare vos facerem preter Caleph filium Jephone, & Josue filium Num. Paruulos autē vestros de quibus dixistis quod prede

hostibus forēt introducam: vt videant terram que vobis displicuit. Isti itaqꝫ paruuli sunt filij gratie / ꝛ legis noue: qui intrant terram celestem: que in effectu ꝛ opere displicuit iudeis. Ecce quomodo filij seruoꝝ dei habitabunt cum ipso deo in celis. Et hoc est quod ait saluator Joannis. viij. Seruus non manet in domo ineternum. Filius autem manet ineternum. In cuius etiam figura legitur iiij. Regum. iiij. quod filij prophetarum habitabant cum Helisco. Ubi per helisꝰum Christus designatur. cum quo tandem habitabunt filij propheta rū: id est deuoti christiani: quorum patres fuerunt prohete. Uel dic secundum Gregorium: et dominum Hugonem cardinalem quod serui dei fuerunt apostoli: ꝛ hoc propter arborē quem assumpserūt in vinea domini. Filij autem eorū sunt deuoti christiani: quia ab eis fuerunt in fide generati secunduꝫ quod Apostolus Galath. iiij. ait. Filioli mei quos iterū parturio. Et. i. Corinthiorum. iiij. In Christo Jesu per euangeliuꝫ ego vos genui. Dicit ergo Psalmista ad dominum. Filij seruorum tuorum: id est deuoti christiani: qui sunt filij apostolorum tuorum. habitabunt: scilicet eternaliter corā te post terminum huius vite: et semen eorum: id est filij filiorum seruorum tuorum in seculum dirigentur: id est ineternum stabūt nec aliquādo deficiēt: quandiu supple mundus iste durabit. Moraliter vero istō potest exponi de bonis operibus q̄ sunt quasi filij nostri. Nos aūt serui domini. Tunc ergo filij seruorum dei habitabunt in celo / quādo illic bona opera faciēt nos peruenire. In cuius figura legitur Genesis. xlv. qꝫ Joseph precessit patrem suū in descensu in Egyptum. Ubi sibi / ꝛ toti familie sue tempore famis tradidit terram Jesse optimā. Sic ꝛ proles bonorum operuꝫ homines celū intrare facit. vbi est optimus terre locus: et in quo nō sunt plage Egypti: sed lux magna / ꝛ abundantia summa. Noli ergo / inquit Augustinus. esse sterilis premitte fetus quos sequaris filij tui te deducant in terrā pmissionis quales filios premiseris: tales seq̄ris. Opera tua: inquit Psalmista: precedent faciē tuaꝫ. Istud deberent notare multi diuites et potentes: qui ad instar porcorū nulli prosunt: sed multis obsunt: quousqꝫ dominus tollat eos de medio. Tūc enim cōdūt quādoqꝫ magna testamenta: eo qꝺ non possunt amplius habere vsum bonorum suorūꝫ. Sed audiāt tales quid sancta illa virgo Lucia dixerit matri sue. Non inquit est magnū deo dare: quod secum ferri nō potest. Uiuens ergo tu mater / da deo quod possides. Huius autem contrarium faciunt multi filij / ꝛ heredes morientiuꝫ: qui eos impediūt frequēter ne condant magna testamenta dicentes quod bene se acquitabunt pro eis si velint in ipsis confidere. Sed profecto plerunque mentita est iniquitas sibi. Qꝺ autem sequitur. Et semen eorū in seculum dirigetur de bonis

operibus electorum secundum Gregorium exponitur. Semen enim bonū op⁹ designat. quia sicut ex semine fructum multiplicem et abundantem colligimus. Ita ex operib⁹ bonis centuplū accipiem⁹ in celis. Propterea ait Apostolus Galath. vi. Quecunqꝫ seminauerit homo hec ꝛ metet. Nam q̄ in hac vita seminauerit semē boni operis: in futuro consequet̄ fructum eterne remunerationis. Per seculum vero intelligitur eternitas illi⁹ vite celestis. In illō itaqꝫ seclū dirigit semē suū qui illa agit q̄ spectant ad deū Uel qui se: ꝛ sua refert in ipm. Qui aūt ex operibus suis gloriam querit humanam aut retributionem temporalem: nequaquam semen suū debite dirigit.

A ¶ Notandum est autem iuxta illud. Et semē eorum in seculum dirigetur qđ multiplex est semen: vtrunqꝫ comprehendendo scilicet tam bonū quam malum. Est itaqꝫ semen.

Iustorum.
Uirorum spiritualium.
Peccatorum.
Piorum hominum.
Predicatorum.
Perseuerantium.

¶ Primum igitur semen est semen iustorum quod quidem semen in seculuꝫ dirigetur: id est in celum. nempe istud semē seminatur in presenti: sed postq̄ creuerit ꝛ fructum fecerit: tunc ipsum colligent boni angeli et reponent in horreo illius agricole celestis. Istud est semē de quo Saluator. Luce. viij. dicit Semen cecidit in terram bonā et ortum fecit fructum centuplum. Ubi per terram bonam possumus intelligere agrū ecclesie: vel mundū presentem in quo de⁹ ex qua edificata est ecclesia non cessauit seminare semen electum purum ꝛ mūdum videlicet iustorum ꝛ sanctaruꝫ personarū. Istud est semen bonum quod seminauit deus in agro suo: id est in hoc mundo. de quo tria sunt notāda. Primū est quod sicut comprehendendo generalitatem seminum plura sunt semina mala quam bona sicut videre est in seminibus que veniunt sine cultiuatione. ita etiam comprehendēdo multitudinem hominū. plures sunt mali quam boni: quia vt dicitur Ecclesiastes. i. Stultorum infinitus est numerus. Adam enim fuit illud semē de quo Sapientie. xij. Semē erat maledictum ab initio. i. ex quo peccauit: ꝛ deinceps illud semē maledictum valde multiplicatū est. Ita vt videretur diabolus dicere ipsi primo parēti illud Genesis. xiij. Faciam semē tuum sicut puluerem terre. Si quis hominum potest numerare puluerem terre. semen quoque tuum numerare poterit: id est malos qui ex te oriētur. Ecce quam magna est multitudo huius mali seminis. Semē vero bonum paruum est ita vt dicat sapiēs. Ecclesiastes. iiij. virum de mille vnum reperi: quasi dicat quod inter mille homines vix inuenitur vnus perfecte bonus. Et hoc in effectum ostensum est. Genesis decimooctauo: vbi legitur quod in sodomis vbi erat maxima homi-

num multitudo non potuerūt decem iusti inueniri. Secundum notanduz est quod semen iustorum est illud quod solum fructificat fructum boni operis & quod solum recōdetur in horreo dominico in celis. zizania autem que malum fructuz affert detrudetur in clibanum inferni secundum quod innuit Saluator in illa parabola: de qua Matthei decimotertio: in qua agitur de zizania i medio tritici vbi concluditur qđ tandez ipsa zizania alligabitur in fasciculos ad comburendū triticum autez congregabitur in horreum dominicū in quibus verbis datur magna spes et fiducia bonis. malis autē grandis incutitur timor. Tertium notandum est quod istud semen iustorum est semen electū decisum a sanctis patribus: et parentibus: et deriuatum in filios per imitationem bonoruz operum secundum illud psalmiste. Semen Abraham serui eius filij Jacob electi eius. Ipse dominus deus noster in vniuersa terra: supple seminat tale semen. O que lingua sufficeret enarrare quot boni fruct⁹ processerunt ex seminibus bonis: id est de sanctis patribus: patriarchis: pphetis: apostolis: martyribus ecclesie doctoribus sanctarum religionum fundatoribus: et huiusmodi. Sed prohdolor hac nostra tēpestate tam ecclesia quam religiones & ferme omnes stat⁹ videntur esse sicut quedam terra sterilis que est in Noruegia in qua si bonum semen seminaueris degenerat in malum. Nam si bonum triticuz ibi seminatū fuerit successu temporis siligo efficitur. Jta etiam videtur esse hodie in ecclesia: in religionibus: in iustitia tam ecclesiastica quā ciuili. Jtez in humana politia & quasi in omni statu. Nam quandoq; qui primo accedunt ad clericatū religionem: aut curiā vt ibi aduocent aūt presides & iudices fiant. p tempore bene se gerūt vsq; ad mirabilia Sed non multo post retrocedunt vsq; ad defecit in salutare tuum anima mea. Ecce quomodo obscuratur aurū et mutatur color optim⁹ vt dicitur Treñ. i. De quibus conqueritur domin⁹ hiere. ij. sub nomine vitis dicens. Ego plātaui te vineam electā omne semen verū. Quomodo ergo conuersa es mihi in prauum vinea aliena? Jtem de quolibet statu ecclesie sic prolapso possumus lamētabiliter & admiratiue dicere domio illud Matt. xiij. Dñe nōne bonū semē seminasti in agro tuo? Uñ ergo habet zizania? Nobis aūt poterit rñdere illud qđ sequi̇t. Inimicus homo hoc fecit. i. diabol⁹, q̄ inimicat̄ hūane saluti ex maxima eius inuidia. et ideo non cessat semiare zizania & discordias i quolibet statu. Specialiter aūt si xp̄s iterrogaret̄ sub istis v̄bis. Dñe nōne bonū semē semiasti in agro tuo. i. i religione xp̄iana? Uñ ergo habet zizania heresum & schismatū? Utiq; rñdere posset dicēs. Inimic⁹ homo hoc fecit. Jtē si interrogaret̄ B. petr⁹ Dñe nōne bonū semē semiasti in agro tuo. i. in ecclesia tibi a Christo tra

dita? Unde ergo habet zizania symoniarum, et ambitionum? Respondere posset. Inimicus homo hoc fecit. Item si beatus Benedictus, Augustinus, Bernardus, Dominicus, Franciscus, et ceteri sancti patres: qui olim seminauerunt bonum semen religionis in diuersis partibus agri huius mundi sigillatim interrogarentur sub predictis verbis. Dñe nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Unde ergo habet zizania scilicet proprietatis, inobedientie, incontinentie, et pene totius dissolutionis? Certe possemus audire illud responsum. Inimicus homo hoc fecit. Similiter si beatus Ludouicus Francorum rex ad nos rediret et interrogaretur. Domine mi rex nonne bonum semen seminasti in agro. i. in regno tuo. scilicet quod nullus auderet blasphemare nomen domini sub pena pforandi linguam eius. Item quod nullus prestaret ad vsuram. Item quod cause pauperum cito expedirentur et sic de alijs bonis et sanctis statutis. Unde ergo habet zizania: id est vnde est quod hodie videmus totum oppositum. Pro certo respondere posset inimicus homo: id est diabolus et similiter negligentia principum et iudicium modernorum hoc fecit et sic de alijs.

¶ Secundum semen dicitur peccatorum et est semen corruptum quod proprie vocatur zizania Matth. xiij. huiusmodi autem semen corruptum hodie valde multiplicatur a diabolo vbique terrarum seminatur, et hoc vsque ad iudicij diem. Tunc autem totaliter de mundo isto colligetur: et in horreum seu granarium inferni reponetur. Et hoc est quod ait Psalmista. Semen impiorum peribit: scilicet de mundo isto in die iudicij. Sator ergo huius seminis diabolus est qui non cessat ipsum seminare nedum per campos et prata. verumetiam per ciuitates et loca murata. Unde in figura huius seminis legitur Gen. xxxviij. quod Onas filius Iude filij Jacob cum accedebat ad vxorem suam nomine sue semen suum fundebat super terram. Quis autem Onas nisi diabolus qui fundit semen suum: id est virus omnis malitie diebus istis ferme super omnem terram. Nonne blasphemia, auaritia, luxuria, gula, fraus, mendacium, periurium, detractio, vsura, simonia. et similia sunt semina et zizania diaboli quefundit super omnem terram. Et certe hodie possimus dicere de diabolo et semine eius illud Psal. potens in terra erit semen eius. poteris inquam scilicet ad se dilatandum: multiplicandum et conseruandum. Cuius ratio est: quia admodum pauci laborant ad ipsum eradicandum et destruendum: tam in se quam in alijs. Istud est semen de quo Esa. i. Ue genti peccatrici. populo graui iniquitate. semini nequam. filijs scelleratis. Et omnium istorum epithetorum causam assignat cum subdit. Dereliquerunt dominum: blasphemauerunt sanctum Israel: abalienati sunt retrorsum. Item istud est semen luxurie de quo Daniel. xiij. Semen Chanaam et non Iuda species mulieris decepit te hunc autem sa-

torem: scilicet diabolũ imitantur qui sunt ex parte eius: videlicet mali ꝛ illiterati prelati ecclesie qui non seminat in agro ecclesie literatos discretos ꝛ bonos viros: sed potius semẽ suuz scilicet ignorãtes ne populos et parẽtes siue consanguineos qui certe essent magis propicij et aptiores ad deferendum galeam in capite quam coronam vel mitram. De quorum quolibet potest dici illud quod ad literam de Salomone scribitur Ecclesiastici. xlvij. Dereliquit post se de semine suo gẽtis stultitiã. Similiter hunc satorem infernalẽ imitantur mali principes et tyranni qui non seminãt in terra sibi subiecta balliuos rectores ꝛ officiarios bonos deũ timentes ꝛ qui oderunt auariciã. sꝫ crudeles ꝛ iniquos pauperes opprimẽtes ꝛ marsupia sua ꝛ dominorũ suorũ replentes. Sed nouerit omnes tales quod semen impiorum peribit scilicet cum ipsis impijs.

¶ Tertium semen dicitur predicatorum qui seminant illud semen de quo Matth. xiij. Semen est verbuꝫ dei. Nam sicut semen quod cadit in terrã bonam fructificat secundum domini sententiam: ita verbũ dei decisum ob ore boni predicatoris si cadit in terrã deuoti cordis multũ fructũ affert. Quandoq; tamen cadit inter spinas vt dicitur Luce. viij. id est in corde carnaliuꝫ hominum. ꝛ tunc simul exorte spine lubricarum tentationũ suffocãt illud. Multi enim inflammantur ad verba predicatorum qui tamen leui tentatione carnis propulsi: statim resiliũt à sancto suo desiderio ꝛ ꝓposito. Vel hoc potest referri ad mundanas sollicitudines q̃ similiter suffocant dictum semen sicut patet in auaris. Quandoq; cadit supra petram. Petra enim dura significat cor durum ꝛ obstinatũ supra quod cadens semen diuini verbi non potest fructificare. quia non potest radicari in eo sicut patet de illis qui sunt inueterati i suis malis. Job quadragesimoprimo. Cor eius scilicet obstinati peccatoris indurabitur quasi lapis et stringetur quasi malleatoris incus. Quandoq; etiam cadit dictuꝫ semen secus viã quod tunc maxime fit quando ecclesie prelati interdicunt absq; causa rationabili predicatoribus priuilegiatis ne verbũ dei seminent in ecclesijs sibi subiectis i quo casu dicti fratres se transferũt sub diuo secus vias publicas ad seminanduꝫ verbum dei: quod non debet esse alligatũ. Et tũc volucres celi comedunt illud quod fit quando deuoti catholici ad instar volucrũ celi currũt post tales predicatores vt comedant dictum semen diuini verbi illud mẽtibus suis incorporãdo. Non enim possunt diocesani dictis fratribus priuilegiatis: cuiusmodi sunt predicatores ꝛ minores interdicere ne predicent in talibus vijs publicis: nisi ipsi vellent eadeꝫ hora predicare in propriis aut coram se facere predicare: vt potest trahi. ex illa clementiana dudum de sepulturis.

¶ Quartuꝫ semen est virorum spiritualium qui seminant in=

tra semetipsos semen sanctarũ meditationum: et feruentium desideriorum. De quibus potest verificari illud Psalmiste. Seminauerunt agros plantauerunt vineas: fecerunt fructũ natiuitatis. Agri interioris hominis sunt potentie anime videlicet intellectus voluntas ꝛ memoria. Tunc ergo viri spirituales seminant agros quando in intellectũ seminant sanctas cogitationes et meditationes in volũtate sancta desideria: et pias affectiones in memoria multiplicium beneficiorum dei assiduas recordationes: subdentes debitas gratiarum actiones. Uineas autem plantant viri contemplatiui ꝛ deuoti quando in cordibus suis plantant virtutes demum faciũt fructum natiuitatis quando prodeunt ad sanctas operationes. Aduertendum tamen est quod ad hoc ꝙ ager vel vinea ista faciat fructum natiuitatis duo sunt necessaria. Primo quidem quod euellantur spine ꝛ vrtice vitiorum alioquin suffocatur semen in agro proiectum: et similiter fructus vinee. Prouerbiorum xxiiij. Per agrum hominis pigri transiui, ꝛ per vineam viri stulti: ꝛ ecce totum repleuerant vrtice ꝛ operuerãt superficiem eius spine. Secũdo necessaria est pluuia gratie sine qua non fructificãt agri nec vinee. Esaye tricesimo. Dabit pluuia semini tuo vbicũq; seminaueris in terra. Ubicũq; ergo ꝛ quandocũq; hec duo sunt sequitur fruct⁹ boni operis de quo subditur, fecerũt fructum natiuitatis: id est fructum naturalẽ ꝛ suo semini similem. Genesis. i. Lignum pomiferũ faciens fructum iuxta genus suum. Regula ergo generalis est q̃d quotiens habemus aliquod bonũ propositum seu desideriũ; totiens de⁹ seminat in agro cordis nostri spirituale semen: per quod filij seruorũ dei diriguntur in seculum eternũ. Hoc autem spirituale semẽ sic seminatũ est per sanctam perseuerantiam in corde firmiter radicandũ. Semen enim nisi mittat radicem non facit fructũ. sic bonum propositũ nisi habeat perseuerentiã statim deperit. ideo dicebat Hieremias de illis qui suscipiũt a deo semen istud spirituale ꝛ q̃ ipsum studiose nutriunt. Plantasti, inquit, eos ꝛ radicem miserunt. eiusdem xij. Et istud est cõtra multos qui in bono proposito nõ sunt stabiles. sed omnino variabiles figurati per illud semen quod cecidit supra petram quod natũ statim aruit: quia radicem figere non potuit. Uerbi gratia venit aliquis magnus vsurarius ad predicationẽ qui audiens quod graue peccatum est dare ad vsurã. proponit a cetero abstinere ꝛ de preteritis satisfacere. Sed mox veniunt volucres celi: id est demones qui comedunt tam sanctũ semen. hominem a tã iusto proposito diuertendo. Item dic de concubinario proponente penitere. Item de volente deponere rancorem a corde ꝛ huiusmodi.

¶ Quintum semen est piorum hominum ꝛ diuitum qui libenter seminant in terra macillen.

ta:id est apud pauperes et egenos semen substantie sue temporalis. De quo semine loquitur Paulus secundo Corinth. nono dicens. Qui parce seminat. parce et metet: et qui seminat in benedictionibus: de benedictionibus mettet supplevitam eternam. Ille enim seminat in benedictionibus qui benedicit pauperibus sua illis ꝓpter christum largiendo et talis de benedictionibus metet quādo dicetur sibi et suis similibus illud Matthei vigesimoquinto. Venite benedicti patris mei percipite ꝛc. Sequitur Esuriui ꝛ nō dedistis mihi mā ducare et cetera. Quasi dicturus sit christus. Ex quo vos misericordes seminastis in benedictionibus gratiarum iustuz est vt metetis de benedictionibus glorie mee. Aduertant tamen diuites huius seculi quod qui paruz seminauerit in agro pauperum in presenti parum metet in futuro in regno celesti ꝛ qui multum: multum. Et hoc est quod dicit paulꝰ. Qui parce seminat: parce et mettet. et q̄ seminat et cetera. Studeant ergo ipsi diuites abundanter seminare in agro pauperuz quia vt dicit Gregoriꝰ Fecundus est ager pauperum ꝛ cito reddit seminantibus fructum centuplū in cuius fig. legitur Gen. xxvi. qꝫ ysaac seminauit in terra aliena que dicebatur gerasis. et inuenit in ipso anno centuplū benedixitqꝫ ei dn̄s ꝛ locupletatus est et ibat proficiens atqꝫ succrescens donec vehemēter magnus effectus est. habuit quoqꝫ possessiones ouiū et armentoꝝ et familie plurimū hec ibi. Ubi per ysaac seminantem in terra aliena et sic abunde locupletatum significantur diuites q̄ sunt pij et munificentissimi ad pauperes quos deus remanerat nedū spiritualiter aut eternaliter. Uerumetiam quandoqꝫ temporaliter secundumqꝫ dicitur puer. xxviij. Qui dat pauperi non indigebit. Et per oppositum qui despicit deprecantem sustinebit penuriam vt ibidem subditur. Item eiusdē. xi. Alij diuidunt propria et ditiores sunt. alij rapiunt non sua ꝛ semp in egestate sūt. Hic cadit exemplum de beato Joanne elemosinario qui quāto plura dabat: tanto plus abundabat.

Ista igitur attendant diuites/ auari qui agros: id est paupe res nō seminant sua illi largiēdo, verumetiam propria pyias obliquas ab eis auferendo et ipsos depauperando minꝰ eis compatientes quam cani aut equo suo quem non sinūt diu lāguere in opia ꝛ fame. Et ideo iudicium sine misericordia fiet talibus eo quod non fecerunt misericordiam.

¶ Sextū semen dicit perseuerantiū de que eccl's. xi. Mane semina semen tuum et vespere non cesset manus tua quis nescis quid magis oriat hoc aut illud et si vtrumqꝫ simul meliꝰ erit. Oia em̄ bona opera sunt quedā semina productiua fructus glorie eterne dū tamen lachrymarum fluuio fuerint irrigata ꝛ vsqꝫ ad occasum solis cōtinuata hoc est vsqꝫ ad mortez et tūc quod seminauerit homo hoc et metet vt dicitur Gal. vi.

zideo perseuerandū est in semi=
natione bonorum operum. Ut
enim dicitur de pe.di.ij.non re
uertebantur. Non dicit christ9
supple Mat.x.qui inciperit: sz
qui perseuerauerit saluus erit.
Unde Grego.de pe.di.iij.in cas
sum.dicit q̄ in cassū bonū op9
agitur si ante vite terminū de=
seratur quia frustra velociter
currit qui antequam ad me tā
peruenerit quiescit. Sed proth=
dolor in omni statu plerique in=
ueniuntur qui et si bene inci=
piant male tamē perseuerant.
Hi sunt multi religiosi et cleri
ci qui in principio saltant vsque
ad mirabilia. sed tandem retro
cedūt vsque ad defecit. Hinc vul
go dicitur q̄ acriores in prin=
cipio in fine franguntur. Attē=
dant ergo tales illud domini=
cum verbū Luce nono. Nemo
mittans manum ad aratrum et
respiciens retro: aptus est re=
gno dei. Audiant similiter il=
lud diuinū promissum in psal=
mista. Qui seminant in lachry=
mis: id est qui faciūt bona ope=
ra in presenti et qui deflent sua
et aliorum peccata: in exulta=
tione metent / scilicet fructum
eterne beatitudinis. quem col=
ligent ex operibus bonis Mat
thei quinto. Beati qui lugent
quoniam ipsi consolabuntur.
Et es.lxi. Dabo inquit domin9
perseuerantibus in bonis ope=
ribus coronam procinere: oleū
gaudij pro luctu pallium lau=
dis pro spiritu meroris. Ergo
iugiter est seminandum quia
semē bonorum operum in secu=
lum dirigetur vbi eternaliter
premiabitur.

DE profundis
clamaui ad
te dñe domi
ne exaudi vo
cem meam.

¶ Iste est sextus psalmus peni
tentialis qui potest ad litterā
exponi de Dauid qui in eo gra
tias agit omnipotenti de hoc
quod liberauit eum de profun
dis peccatis: id est grauibus
que eum ducebant ad profun=
dissimum infernum que fuerūt
eius adulterium / homicidium
proditio superbia in numera=
tione populi sui et huiusmodi.
Item liberauit eum deus de p
fundis penis sicut quando fu-
it delectus a regno per filium
suum absalon.

¶ Item quando saul quesiuit
eum ad mortem in talibus er=
go profundis culpis penis et
tribulationibus: clamauit ad
dominum vt dignaretur eum
exaudire et inde liberare. Alle
gorice autem hunc passum ex=
ponit dominus Petrus de Pa
lude de sanctis patribus in lin
bo existantibus propter Ade
peccatum qui sperabant inde
liberari per misericordiā chri=
sti per prophetas promissi. de
quo profundo loquitur Psal=
mista in alio passu dicēs in per
sona cuiuslibet sancti patris in
fixus sum in limo profundi.
Et post pauca subditur. Labo
raui clamans rauce facte sunt
fauces mee. Causa autem talis

clamoris erat detentio illius carceris tenebrosi cum carentia diuine visionis. Ita vt merito quilibet eorum dicere posset illud Thobie quito. Quale gaudium mihi erit qui in tenebris sedeo et lumen celi non video. Nihilominus ex tali profunditate gloriose extracti sūt dicti patres in descensu christi ad inferos. In cuius figura legitur Jone. secundo quod Jonas proiectus in mari conseruatus est in ventre ceti: et deinde euomitus super aridam in signum quod adam et ceteri fideles debebant extrahi de profunditate limbi. Moraliter vero iste textus exponitur in persona penitentis qui petit a domino liberari de profundis peccatorum suorum. Unde Gregorius super hoc passu. Attendat inquit vnusquisque in quo profundo taceat. et quam longe a deo peruerse agens effectus sit Clamet ad eum totis viribus qui intuetur abyssos et sedet super cherubin donec a profundis tenebris erutus superno illustretur lumine et claritate perfruatur cognitionis diuine. Sed profecto valde in profundo sunt vt dicit glo. ordinaria illi miseri peccatores: qui nec clamant cum se viderint peccatis quotidianis obrutos et aceruis quibusdam et molibus iniquitatum pressos. sed potius illos irrident qui eos deum rogare monent. Et hoc est quod dicitur. Prouerbiorum decimo sexto peccator cum in profundum venerit peccatorum contemnit Ab hoc igitur profundo nos preseruet dominus.

A ¶ Notandum est autem quod in hoc versu et textu notantur sex conditiones deuote orationis. Prima est quod ipsa oratio debet esse humilis et hoc notatur cum dicitur. De profundis. profundum enim humile est Ecclesiastici trigesimoquinto. Oratio humiliantis se nubes penetrat. Secūda quod sit feruens quod notatur cum dicitur clamaui: supple enim tam ore quam corde. tali s erat oratio illius qui dicebat. Intret in conspectu tuo oratio mea. Item alibi. Clamor meus introiuit in aures eius. Tertia quod sit recta et quod ad illum referat quod potest illam exaudire: et istud tangitur cum dicitur ad te. Solus enim deus potest dare quod petitur et ideo proprie solus est orandus psalmista. Quoniam ad te orabo domine mane exaudies vocem meam. Et nota quod dicit mane: id est cito et velociter. Quarta quod sit reuerentialis: ideo subditur. domine. Dominus enim est nomem honoris et reuerentie. Talis fuit oratio illius publicani de quo dicitur Luce decimooctauo quod non audebat oculos in celum leuare scilicet pre reuerentia quam gerebat ad dominum. Quinta quod sit timorosa quod insinuatur cum secundo dicitur domine. Sicut enim dominus est nomen reuerentie et honoris: ita et timoris. Unde dominus quasi dans minas psalmista Subditus est domino: scilicet per timorem et ora eū. Sexta cōditio est quod ipsa oratio sit propria. ideo tādem subditur: exaudi vocem meam non dicit

Exaudi vocem alterius orantis pro me. Danielis nono. Exaudi domine vocem serui tui quam facit coram te hodie. Taliter autem scilicet pro se orabat qui dicebat. Oratio mea in sinu meo conuertetur.

B ¶ Est autem notandum iuxta illud. De profundis clamaui ad te domine; quod sicut solent homines clamare exterius quasi auxilium petentes ab alijs. Ita et quilibet interius de profundo cordis clamare debet ad dominum qui sol9 potest prestare in tribulatione verum auxilium.

Primo igitur solent homines clamare propter timorem naufragij imminentis. Sicut et nos cum tentamur siue a carne siue a mundo: vel diabolo debemus clamare corde et ore ad dominum et dicere cum petro.

Domine salua nos perimus. Matthei octauo. Cum enim omni die omni hora et momento simus in periculis naufragij spiritualis et eterne damnationis. Ideo debemus iugiter orare et clamare ad dominum vt nos preseruet ab omni malo dicentes. A damnatione perpetua libera nos domine. A subitanea et improuisa morte libera nos domine. Ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis libera nos domine. Ab infestationibus demonum: et sic de alijs.

¶ Secundo solent homines clamare propter ignem. Sic et nos cum videmus et sentimus ignem peccati siue auaritie siue luxurie: aut ire accendit in nobis debemus clamare ad dominum pro adiutorio iuxta illud. Joelis primo. Ad te domine clamabo ignis deuorauit speciosa deserti: et flamma succendit omnia ligna regionis. Speciosa enim deserti virtutes sunt anime que eam speciosam reddunt coram domino sed per peccatum sequens efficitur deserta ligna vero religionis: sunt opera meritoria. Ignis autem deuorans huiusmodi speciosa deserti est peccatum cordis: flamma vero exterius patens que succendit omnia ligna religionis, peccatum designat praue operationis. Cum ergo sentimus aut ignem in corde: aut flammam in opere tunc debemus ad dominum clamare vt vtrunque extinguat. Unde orabat August. dicens. O domine extingue in corpore meo totum fomitem ardentis libidinis vt maneat in me tenor totius castitatis anime et corporis. Modus etiam extinguendi huiusmodi ignem et flammam est effusio lachrymarum: quia sicut dicitur Ecclesiastici. iij. ignem ardentem extinguit aqua. Hoc patuit in magdalena que flens ad christi pedes extinxit in se ignem carnalis concupiscentie et totius culpe.

¶ Tertio homines clamant propter violentiam que aliquando eis infertur sicut paruuli clamant quando percutiuntur virga. Sic spiritualiter debemus clamare ad dominum cum sentimus diabolum viriliter instare et quasi vim inferre vt nos trahat ad peccatum: aut vt animas nostras rapiat et detrudat in infernum. Sic clamabat

ille rex Ezechias qui egrotans ad mortem dicebat. Sicut pullus hyrundinis sic clamabo. Esa. trigesimooctauo. Sic clamabat regius propheta dauid qui dicebat: Ad dominum cum tribularer supplex ab hoste maligno clamaui: nec quidem frustra. quia exaudiuit me. dando de hoste triumphum. Sic clamabat Jonas in ventre ceti. Unde de seipso loquens eiusdem: secundo capitulo dicebat. Clamaui ad dominum de tribulatione mea: et exaudiuit me de ventre inferi clamaui et exaudisti vocē meam.

¶ Quarto clamant homines propter doloris vehementiam sicut patet in infirmis et in mulieribus in partu. Sic et nos spiritualiter debemus clamare ad dominum cum sentimus concupiscentiam insurgere vehementer contra impetum rationis. Et hoc est quod dicitur Esaye vigesimosexto. Sicut q̄ concepit cum appropinquauerit ad partum dolēs clamat in doloribus suis. sic facti sumus. Unde in figura huius legitur. Matthei decimoquinto ꝙ mulier chananea que significat recta͂ rationem clamabat ad dominum dicēs. Miserere mei domine fili dauid. filia mea male a demonio vexatur. Ista filia est cōcupiscentia seu pars sensitiua que tunc a demonio vexatur. cum a demone male inflā͂matur. et illicite prouocatur ꝓ cuius sanitati debet mater et id recta ratio ad dominum clamare et misericordiam petere. Taliter ad dominū clamabat paulus cum dicebat. Romanorum: septimo. Uideo aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee: et captiuantem me in lege peccati que est in mē bris meis. Infelix ego hō quis me liberabit de corpore mortis huius. In quo patet clamor rationis contra impetum concupicentie carnalis.

¶ Quinto homines clamant propter naturalem pietatatem et compassionem, vtpote quando vident aliquem submergi. Ita et nos debemus spiritualiter clamare ad dominum cum videmus proximos nostros periclitari. et tendere in profundum abissi infernalis. Specialiter autem isto modo debent prelati clamare similiter et predicatores secundum quod vni cuiꝙ talium precepit domin9. Esaye quinquagesimooctauo: dicens. Clama ne cesses quasi tuba exalta vocem tuam et annuncia populo meo scelera eorum et domui Jacob peccata eorū. Item secūdi. Thimo. iiij. Predica verbū insta oportune importune. Unde Gregorius. Preconis officiū suscipit quisquis ad sacerdotium accedit vt ante aduentum iudicis qui terribiliter sequitur. ipse clamando gradiatur. Sacerdos ergo si predicationis est nesci9. quā vocem clamoris est datur9 preco mutus.

¶ Sexto clamant homines ꝓpter obiecti terrorem, vtpote quando vident gladium contra se trahi. Ita et nos debemus clamare ad dei misericordiam quando videmus gladium iustitie sue in nos seuientem modo ꝑ pestem, modo per

famem: modo per bellorum ingruentiam Sic enim clamauit ad dominum Dauid quando videns angelum cedentem populum suum dixit Ego sum q̄ peccaui. Ego sum qui inique egi. Isti autem qui oues sunt quid fecerunt. Cōuertatur igitur furor tuus domine contra me ꝛc. secundi Regum. vigesimo quarto. iste est gladius de quo loquitur. psalmista dicēs Nisi conuersi fueritis gladiū suum vibrauit arcum suum tetendit et parauit illum. Unde de filijs israel dicitur in. psalmista. quod clamauerunt. Ad dominum cum tribularentur. modo isto modo: modo illo. et de necessitatibus eorum liberauit eos. Ecce quare debem⁹ de profundis clamare ad dominum.

D ¶ Ceterum aduertendum est quod ista vox. De profundis clamaui ꝛc. potest esse vox cuiuslibet anime in purgatorio existentis vnde ecclesia in officio mortuorum frequenter assumit istud canticum. Et similiter in priuatis orationibus que fiunt pro ipsis pijs animabus communiter assumitur dictus psalmus. Sunt enim ille anime in profundo penarum eo quod ignis purgatorij et inferni sunt eiusdem rationis ꝛ vterqꝫ locus subterraneus est. vt dicitur vigesimo quarto. questiōe quarta. Hec autem. sic tamen differunt qꝛ ignis purgatorij temporalis est, ignis autem inferni eterni eternalis. in cuius figura legitur Exodi. decimo quarto. quod de profundo maris rubri ascenderunt filij israel in columna nubis ꝛ ignis significantes illos qui de purgatorio quotidie liberantur dicentes ad dominum illi gratias agentes. transiuimus per ignē et aquam ꝛ eduxisti nos in refrigerium. egyptij autem per quos damnati designantur submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus. De q̄bus quidem damnatis dicit Johannes apocalypsis vigesimo primo. quod pars illorū in stagno ignis ardentis ꝛ sulphuris. Dicit ergo quelibet anima in purgatorio afflicta. De profundis scilicet penis / vel locis aut tenebris clamaui quia scilicet crucior in hac flāma. ad te.

Sancte pater
Dei electe
Sacerdos venerande
Executor infidelissime
Fili carissime
Popule christiane.

D ¶ Primo igitur quelibet talis anima dicit De profundis clamaui ad te scilicet pater celestis sicut captiuus clamat ad regem pro sua liberatione. Ut si deus quereret ab anima sic clamante quid petat. vtiqꝫ respondere posset illud psalmi. Educ de custodia seu de carcere. secundum aliam literā animam meam ad cōfitendum nomini tuo. id est vt confitear et laudem nomen tuum me expectant iusti: id est sancti angeli et omnes beati: qui iam sunt ī celo. donec retribuas michi scilicet premium eternum cū eis. de isto clamore figuram habemus Jone. ij. vbi legitur quod

Jonas in ventre ceti absorbtus a mari clamauit ad dominum pro sua liberatione et tandem liberatus est. Ad propositum Jonas in ventre ceti clamans ad dominum pro sua liberatione: est anima in purgatorio existens que clamat ad dominum vt liberet eam de omnibus angustiis suis. quod tandem fiet. Unde quotquot ibi sunt: se mutuo hortari videntur dicentes. illud. prime Machabeorum. quarto. Nunc clamemus in celum: et miserebitur nostri deus noster. Dicant ergo clamantes ad dominum. Pater de celis deus miserere nobis. Fili redemptor mundi deus: miserere nobis. etc.

¶ Secundo: quelibet talis anima in purgatorio existens auxilium et suffragium cuiuslibet electi et beati implorans loquitur dicens. De profundis clamaui ad te scilicet electe et amice dei vt apud dominum impetres michi refrigerium: et liberationem plenariam Et de isto clamore figuram habemus genesis quadragesimo vbi legitur quod Joseph rogauit prepositum pincernarum domus Pharaonis dicens Memento mei cum bene tibi fuerit: et facies mecum misericordiam: vt suggeras pharaoni: vt educat me de isto carcere. In proposito Joseph quemlibet existentem in purgatorio significat prepositus pincernarum quemlibet beatum: ad quem porrigit precem: et orationem in purgatorio detentus vt faciat cum eo misericordiam maxime cum illi bene sit in celo vt suggerat Pharaoni. id est eterno Regi vt educat eum de illo carcere purgatorii: a quo non potest exire. nec liberari: nisi ex gratia dei. Nec videtur alienum a veritate quod dicte anime implorent auxilium et orationes sanctorum cum deo regnantium tum quia cum eis coniuncte sunt per charitatem: tum quia ipsi sancti magis feruent charitate quam cum essent in via: sed quando erant adhuc in via frequenter orabant pro existentibus in purgatorio: ergo multo magis in celo: tum quia etsi ipsi beati non possint: nec sibi: nec aliis mereri. Possunt tamen apud deum suis orationibus aliquid impetrare siue viatoribus / siue in purgatorio existentibus. Et hoc virtute meriti precedentis cum scilicet adhuc essent in via. Propterea frequenter in exequiis deffunctorum celebratur missa vna de beata virgine aut de aliquo alio sancto / vel sancta.

¶ Tertio. Anima in purgatorio existens petens suffragia et orationes viuentium: et signanter ecclesiasticorum loquitur dicens De profundis clamaui ad te o sacerdos venerande. vt scilicet pro me offeras ad dominum sanctam altaris oblationem / que est potissimum remedium liberationis mee. Ut enim dicitur de consecratione. di. ii. nichil. Nichil in sacrificiis maius esse potest: quam corpus: et sanguis christi Nec vlla oblatio hac potior esse potest / sed omnes hec precellit. Item decima tertia. questione. secunda. Tempus dicit Augu

stinus quod anime deffuncto-
rum releuantur cum pro illis
sacrificium mediatoris offer-
tur. Idem habetur in capitu-
lo precedēti / quod īcipit qua-
tuor modis.

E ¶ Sed profecto dicte ani-
me possunt rationabiliter con
queri de multis generibus ec-
clesiasticorum. Primo quidem
de illis quibus legauerunt ali
qua bona temporalia vt pro il
lis funderēt ad dominum cer-
tas preces et suffragia. qui ta-
men nichil faciunt: aut saltim
non tantum quantum debent
sicut videre est ī multis abba
tijs: et ecclesijs collegiatis: in
quibus qui ibi deseruiunt: fa-
ciunt transire quandoq duos
obitus sub vno fidelium: aut du
as missas sub vno per omnia:
et huiusmodi. Ad hoc autem
propositum facit exemplum: qd
legitur de quodam sacerdote:
qui multam pecuniam intuitu
missarum dicendarum recipe-
re solebat: quas ex integro sol
uere nequibat. Cum ad hoc se
culo migrasset: apparuit cui-
dam sociorum suorum sacer-
dotum dicens se esse propter
binos / ternos: et quaternos
irremediabiliter ad inferos de
ductum. Cuius cum incon-
gruitatem alter perpendisset
ait illi. Miror satis quod cum
in vita tua esses congruus grā
maticus. nunc ita barbarice lo
queris. At ille. Non mireris in
quit: quia teste sapiente Eccle
siastes nono. nec ratio: nec sa-
pientia nec scientia sunt apud
inferos Quo dicto statim eua-
nuit ab eius oculis. Secundo
conqueruntur dicte anime de il-
lis ministris qui etsi soluant
superficialiter orationes et suf
fragia: qui decedentes homi-
nes perierunt pro eis fieri Ni
hilominus male viuendo red
dunt se indignos exauditione
apud dominum maxime cum
scriptum sit Johannis nono.
quod deus peccatores non au
dit. Item in psalmista. Iniqui
quitatē si aspexi in corde meo
non exaudiet dominus. Unde
Gregorius. et recitatur. tertia
questione octaua. in grauibus
peccatis quis positus dū suis
premitur aliena non diluit?
Cunctis enim liquet quia cui
is displicet: qui ad interceden
dum mittitur irati animus p
culdubio ad deteriora prouo-
catur. Super quo dicit glosa.
quod hic est argumentum ora
tiones malorum his pro qui-
bus orant nocere plusquam
prodesse: vt dicitur. i. q. i fertur
Tertio conqueruntur de illis
ecclesiasticis: qui non soluunt
huiusmodi suffragia statuto
tempore: et quando citius pos
sunt. Ut enim dicit regula iu-
ris libro sexto. Mora sua cuili
bet et nociua.

¶ Quarto anima in purgato-
rio existens alloquitur suum
executorem: qui neglexit face-
re quod debuit dicens De pro
fundis clamaui ad te o infide
lissime executor. Ego enim plene
confidebam in te: quod scilicet
multum me diligeres sicut et
ego te dilexeram et ob eam rem
executorem meum te constitue
ram Sed ecce obliuioni datus
sum tanquam mortuus a cor-
de. cum tamen cautum sit. deci
mo tertio. questione secunda vl-

tima. Ultima inquit Gregori⁹ voluntas deffūctis modis omnibus observari debet. Quantum autem peccēt tales sic differentes executiones testamētorum ipsorum deffunctorum patet. ff. supra. c. clerici. vbi dicitur quod clerici seculares: q̄ oblationes parentum aut donatas: aut testamento relictas retinere persistiterint. aut id qđ ipsi donauerint ecclesis vel monasterijs crediderint auferendum sicut sancta synodus cōstituit velut necatores pauperum quousq; reddant ab ecclesijs excludantur. Unde legit de magistro Romano ordinis fratrum predicatorum et quondam socio beati Thome de aquino quod propter dilationē vnius testamenti per paucos dies cum esset occupatus circa lecturam theologie post ei⁹ mortem anima ipsius fuit detenta in purgatorio per quindecim dies. Quid igitur dicendum erit de illis qui habita opportunitate bona differūt huiusmodi executionem testamētorum per plures menses et annos: et qui quod graui⁹ est: q̄n q; nichil faciunt omnino: aut non faciunt totum. sicut patet de illis executoribus: qui volunt componere de minori precio cum illis quibus bona legata sunt. Nota exemplum de illo milite exercit⁹ Karoli magni: qui cum esset in extremis: rogauit vnum de commilitonibus suis in quo multum confidebat quod venderet equum suum: et preciuz daret pauperibus quod cum ille facere tardaret, post dies. xxx. anima defūncti sibi apparuit grauiter conquerēs de infidelitate sua et q; tāto tpe dimisisset eū cruciari in purgatorio affirmās q; non euaderet īpune: q; rei pbrauit euentus. Nā post dies paucos mortuus est taliter qualit deo placuit. Nō sic autem egit Judas machabe⁹ de quo legitur. ij. Mac. xij. q; p illis qui occubuerant in quodā prelio: misit ierosolymā xij. milia dragmas argenti ibi offerri ea pro pctis mortuoꝝ. Debent ergo executores testamentoꝝ quātocius diligēter exequi testamēta deffūctoꝝ quātū in eis est. vt merito possint dicere testatori deffūcto illud psal. Nec obliti sumus te et inique non egim⁹ in testamēto tuo. Un. xvi. q. i. admonere dicit sic. Admonere te volum⁹ ne pie deffunctoꝝ voluntates tua (qđ absit) remissione cassent. Propterea extra de testamētis. c. tua nobis et. c. iohannes dicit q; executores testamentoꝝ cōpellendi sūt exeq̄ volūtatem testatoris Itē de testamentis et vltimis voluntatibus. lib. v. vi. c. religios⁹. dicit q; voluntas testatoris nec impediri nec nimiū differri debet ¶ Quinto. Huiusmodi a͞ia ī pfūdo purgatorij exn̄s recurrit ad suum filium: aut filiā consāguineum: aut heredem dicens De profundis clamaui ad te o fili vel heres vt saltē mihi misereãris q̄ de bonis meis abūdāter ditaris Et hoc est qđ dicitur Job. xix. in persona cuiuslibet in pdictis penis existētis. Miseremini mei miseremini mei saltem vos amici mei. et q; manus domini tetigit me.

Quare persequimini me sicut deus et carnibus meis saturamini? Dicit enim apostolus. primi Timeotheo. quinto. qd si quis suorum: et maxime domesticorum curam non habet fidem negauit: et est infideli deterior. Tu ergo filii ne inueniaris infideli deterior. Curam mei habet in orationibus: et bonis operibus tuis. quia de profundis clamo ad te. Ergo enim vt te diuitem facerem pene infinitos labores assumpsi: multas vias paragrando/ mercando: manibus operando: et forte cum aliquo effectu minus recto: aut cum aliquibus leuibus mendaciis. Propter que mala nunc crucior in hac flamma. Ad te igitur minate clamo Ad te suspiro: et gemo de profundis tenebrarum locis petens vt ores: et orari pro me facias! Attende quam grauis est ignis quem patior cum etiam excedat omnem penam quam vnquam aliquis martyrum passus est in mortali vita: vt dicit Augustinus. et recitatur de. penultima distinctione. septima. nullus. De quo etiam idem Augusti. in quodam sermone dicit quod iste ignis deterior est quam quicquid in hoc seculo penarum aut videre aut sentire: aut cogitare quis potest. De quo similiter dicebat ille gloriosus dei athleta Sebastianus quod tam ardens est: vt ignis presentis seculi non sit nisi quedam pictura respectu illius. Unde merito dicere possum illud Tren. primo. O vos omnes qui transitis per viam attendite: et videte si est dolor similis sicut dolor meus. Et profecto inuenietis quod non. Sed dicere potest aliquis Ecce patrem bonum: pium/ humilem: misericordem: castum. Et omnibus virtutibus plenum habui Et si vera sunt: que lego eum esse beatum non dubito Cur ergo pro eo orare volo. Cur eleemosinas dare Cur ieiunare? Non est ergo necesse pro eo orare. Hanc autem instantiam facit Augustinus ad fratres heremitas sermone quadragesimo quarto. quam ibidem soluit dicens O homo attende quod nemo sine crimine viuit. Nemo gloriari potest castum vel mundum se habere cor. Quid ergo consulo: nisi quod dimittas incertum: et accipias certum. Quid est quod incertum est: nisi quod nescis vtrum pater tuus crucietur. vel vtrum fuit dignus odio vel amore. Multi enim fuerunt reputati sancti et tamen in conspectu dei mali inuenti sunt. Accipe ergo quod est certum: et dimitte quod est incertum. Certum est enim qd peccator fuit pater tuus: licet bonis operibus ornatus fuerit. Ignoramus tamen vtrum gloriam eternam meruerit possidere; Et plus pauca. Et si beati vel damnati sunt pro quibus rogas: dum modo nescias et a deo reuelatum tibi non fuerit non iniurias facis beatis nec deum offendis quamuis damnati obtinere non valeant nec tamen bona que pro talibus facis amittis Nam oratio tua in sinu tuo conuertetur. Igitur semper pro deffunctis orandum est hec ille. Si ergo orandum sit pro

omnibus per maxime ergo pro suis propinquis orandum est Sed prothdolor hodie valde pauci filij: et heredes defunctorum inveniuntur qui hec faciant:sed quod deterius est bona parentum dilapidant prodige/et vane illa consumendo Alij varios processus movent pro occupandis possessionibus et bonis deffunctorum. et interim testamenta non complentur.

℣ ¶Rem gestam referam. Fuit parisius quedam fidelis matrona: que vulgo la trassie appellabatur.que cum abundaret multis bonis tam mobilibus quam immobilibus: Nec prolem haberet: legauit fermie octa mile libras monasterijs reformatis:que parisius habentur promissis dicendisad eius piam intentionem Sed ea mortua insurrexerunt quidam nepotuli/et nepotule se opponentes executioni dicti testamentitia deo quod nondum plene demandatum : est excutioni dictum tastamentum quo hec scripsi.cum tamen ante annos sex decim : mortem obierit. relinquens multam substantiam dictis heredibus preter eam quam legauit modopredicto Nunquid ergo pia illa anima merito tales heredes potest alloqui et sigillatim dicere.De profundis clamaui ad te.si modo in profundis purgatorij detineatur?

¶Sexto et vltimo quelibet talis anima potest ad quemlibet deuotum fidelem clamare et dicere.De profundis clamaui ad te.O christiane vt saltim iuues me per tuas orationes et beneficia generalia quia reuera crucior in hac flāma et quasi extranea facta sum amicis meis et propinquis. apud quos perijt memoria mea cum sonitu. Et qui iuxta me erant cum scilicet adhuc in carne essem vt comederent substātiam meam.nunc profecto de longe steterunt : et quod deterius est . vim faciunt.id est processus et iurgia contra seinuicem suscitant qui querunt animam meam. hoc est substantiam temporalem.Ecce enim video impletum.Ecclesiastici sexto Est amicus secundum tempus suum : et non permanebit in die tribulationis. Et est amicus qui conuertitur ad inimicitiā Est autem amicus socius mense et non permanebit in die necessitatis. Ex quo ergo noti mei quasi alieni recesserunt a me nec est inter eos qui amplius sit memor mei. saltem te deprecor deuote christiane vt participem me constituas precum tuarum apud dominum vt illi suggeras quatenus liberet me de isto carcere. et hec est causa quare de profundis clamo ad te.Scis quid dominus olim preceperit. Deuteronomie vigesimo secundo. Si iniquit videris asinū aut bouem fratris tui in via cecidisse. non despicies sed subleuabis cum eo. Ego enim in via cecidi : id est in purgatorio qui est via michi eundi in celum.nec habeo subleuantem mecum. ergo non me despicias. sed subleua mecum hanc intollerabilem sarcinam pena

rum et cruciatuum pro me orando. quod si feceris michi hanc misericordiam, et ego me mor ero tui cum bene michi fuerit in celo. quia vt vulgo dicitur quod pro alio orat pro seipso laborat. Et hoc est quod ait Aug. ad fratres in heremo sermone. quadragesima.iiii Ora inquit pro defunctis vt dum fuerint in eterna vita pro te orare non negligent. Expectant enim nos vt iuuentur per nos. clamant quotidie qui iacent in tormentis et pauci sunt qui respondeant. vlulant et non est qui consoletur eos. O quam grandis crudelitas. O quam grandis inhumanitas / clamant ad nos quotidie qui dum dixerunt multa mala pro nobis sustinuerunt. nec eis subuenire curamus. O vere magna inhumanitas. ecce enim infirmus iacet et clamat et a medicis consolatur. clamat porcus et ceteri ad eum currunt et cum eo clamare non desistunt Cadit asinus et omnes eum subleuare festinant. clamat autem in tormentis fidelis et non est qui respondeat ei verbum. Ecce vestra inhumanitas fratres. eya ergo non sic: sed memento te quod sancta et salubris est cogitatio pro defunctis exorare vt a peccatis soluantur: Hec ille. Et vere pauci sunt valde qui memores sint defunctorum etiam dum contingit eos transire per cymiteria et alia loca in quibus iacent eorum corpora. propter quod pie de talibus conqueruntur dicentes illud psalmiste. Et non dixerunt qui preteribant benedictio domini super vos: Benediximus vobis in nomine domini.

¶ Lectio. xcviii.

¶ Fiant aures tue intendentes in vocem deprecationis mee.

¶ Postquam in precedenti lectione penitens petiuit a domino liberari de profundis peccatorum suorum ne scilicet tandem cadat in profundis tenebris carcerum infernalium. hic consequenter ne frustra clamauerit orat dominum dicens. Fiant aures tue intendentes in vocem deprecationis mee. vt scilicet relaxes peccata mea et penas pro eis debitas saltem in alio seculo. Ut enim dicit Gregorius super hoc passu. inter orationem et deprecationem hoc interest. quia oratio pro virtute perseuerantie. deprecatio vero fit pro peccatorum impunitate. hic ergo deprecatur deum penitens vt peccatorum suorum obliuiscatur et vt pater esse velit non iudex de hac autem deprecatione loquitur scriptura. Ecclesiastici vigesimo primo dicens. Fili peccasti non adiicias iterum: sed et de prestinis deprecare vt ibi dimittantur dicat ergo penitens ad dominum. Fiant aures tue intendentes etc. Pro quo notandum quod pondus positum in vno latere statere ipsam inclinat ad partem suam. Habet autem deus

aduls aures scilicet dexteram misericordie qua audit ad salutem et sinistram iustitie qua audit ad perditionem. Si ergo velimus quod auris diuine mie ꝛ clementie sit nobis intenta Appendamus partē ei⁹ pondus elemosine: et tunc nobis intendet et ad partem nostram inclinabitur. hec autem auris dextra mie dei est duplex in effectu. quia est preparatio gratie in presenti et glorie in futuro. Ideo dicit penitēs pluraliter loquens. Fiant aures tue intendentes. ꝛc. Et de hoc scribitur. iij. Regū octauo. vbi Salomon orabat dominum dicens Sint inquit domine oculi tui aperti et aures tue intente ad deprecationem serui tui. ꝛc Sed notandum quod si velimus deum intendere in vocem deprecationis nostre debemus et nos ipsi intendere. Nā secundum iura repellitur a postulando seu aduocando ille qui a tergo vel auersa cella postulat. per quod significatur ꝙ deus illi orationi non intēdit cui orans non attendit postulans a tergo auersa cella: quia petēs aliquid a deo ore ꝛ auersus mente cogitans inania nichil impetrat sicut illi qui adorabant ad orientem habentes dorsa contra templum domini. Ezech. viij. Dominus petr⁹ de palude exponit hunc versū ad literam de Dauid ad deum deprecante pro culpis suis et aduersitatibus multis quib⁹ subiacebat. ꝛ qꝛ quādoqꝫ dn̄m deprecatus fuerat: nec tamen exauditus sicut patet. ij. Reg. xij. quando orauit dn̄m ꝑ paruulo ieiunando: et seorsum ab vxore sua iacendo. vij. dierum spatio. quo non obstante septima die mortuus est puer Ideo in hac oratione timēs repelli rogat dominum obnixius dicens. Fiant aures tue. ꝛc. Itē idem doctor hoc exponit etiā ad literam in persona populi captiuati apud babilonem Qꝛ enim scriptum est prouerbio. xxviij. Qui declinat aurem suam ne audiat legem oratio ei⁹ fiet execrabilis. ideo populus qui propter inobedientiam et legis transgressionem erat captiuatus merito timebat in oratione sua repelli. vnde de illis qui noluerunt audire verbum domini ex ore. Jeremie dicitur ei. Noli orare pro populo isto: quia non exaudiam te. eiusdem. vij. c. Propterea sedechias qui librum i ignem proiecit: mortuus est in captiuate ꝛ multi alij miserabiliter interfecti nolentes acquiescere Jeremie. Joachim vero qui ꝛ Jeconias appellatus est et ceteri qui ad cōsiliū Jeremie tradiderunt se sponte exauditi sunt a domino et liberati iuxta promissionem sibi factam Et ideo isti orant dicentes ad dominū Fiant aures tue. ꝛc. Allegorice autem secundum eundem de palude aures dei patris sunt christus et maria mater eius. auris quidem dextra est humanitas et clementia christi auris vera sinistra misericordia matris eius. per istas autem duas dei aures nobisītendentes peruenit deprecatio nr̄a ad dei patris exauditionem Et hoc est ꝙ dicit deuot⁹

Bernardus Securum o homo accessum habes ad deum. quia illic habes filium ante patrem et matrem ante filium ille ostēdit patri latus et vulnera. illa filio pectus et vbera nulla ergo poterit esse repulsa vbi tot occurrunt charitatis indicia. Dicamus ergo ad dominum. Fiant aures tue intendentes: in vocem. ꝛc. Si autē ista verba dirigantur ad christum hominem. tunc aures sue fient ad nos in tente quando inclinato capite emisit spiritum. et adhuc in eius figura in cruce pendente inclinate sunt huiusmodi aures et hoc ex causa. Sicut enim homo inclinat caput et per consequens aures vt melius intendat in vocem serui sui supplicantis. Sic et in illa capitis christi inclinatione in cruce ostendit nobis idem christus quod vult nos audire et exaudire.

A ¶ Est autem notandum qđ multi possunt dicere predictū verbum scilicet Fiant aures tue intendentes. ꝛc.

Spiritus deprecator
Mentium illustrator
Uel Deuotus orator
Sincerus predicator
Malitiosus insidiator
Uenenosus detractor.

¶ Primo igitur spiritus deprecator. id est anima in purgatorio existens deprecans dominum pro sua liberatione quaꝫ summopere desiderat loquitur eis dicens Fiant aures tue intendētes. ꝛc. Dicit enim quelibet talis anima ad dominum illud Judich. nono. Exaudi me miseram deprecantem ꝛ de tua misericordia presumenteꝫ Item tho. nono. Judicem meū deprecabor.

B ¶ Sed queritur vtrum deprecatio anime existētis i purgatorio aliquid valeat?

¶ Respondeo. non valet sibi. potest tamen aliis valere per moduꝫ supplicationis siue impetrationis. Et ad hoc datur exemplum de comdemnato ad carcerem siue ad tempus siue pro semper qui apud iudicem nichil pro se impetrare potest sed bene pro alio sicut quandoqꝫ condemnatus ad mortē commendat vxorem suam et prolent iudici. qui tamen pro se impetrare quicquam non valet Rogat ergo dominum predicta anima vt aures sue clementie sint intente in vocem deprecationis sue. id est deprecationis pro ea superuiuentibus infuse et formate Cum enī terra sit elementum surdū purgatorium autem sit sub terra vox si eam haberet anima ibi existens non audiretur super terram Sed vox viuentiū super terram de facili defertur per aerem in celum. per quod volo concludere qđ vota purgande anime non sufficiunt ꝑ se vt audiantur ad illius exitum et liberationem antequaꝫ spluerit nouissimum quadrantem penas luendo nisi per suffragia ei subueniatur a viuentibus in mundo vel etiam i celo quia sicut orationes beatorum possunt valere viatoribus ita et animabus in purgatorio existentibus licet non vniformiter quantum ad omnia.

¶ Secundo mentium illustra

tor sine ponderator qui deus est quasi vnumquemque nostrū de sua salute admonēs videtur dicere Fiant aures tue intendentes et non obtuse per obstinationem i vocem deprecationis mee. Cupio enim tuam salutem tanquam si pro ea te deprecarer. Hec enim est vox illa de qua Johannis tertio. Spiritus vbi vult spirat et vocem eius audis. Sed nescis vnde veniat aut quo vadat.

¶ Quid autem facere debeam⁹ ad hanc vocem pulchre ostendit psalmista. dicens. Audiam quid loquatur in me domin⁹ deus. Sed proth dolor multi sunt similes aspidi surde que obturat aures suas vt non exaudiat vocem incantantium. Sic et multi graues peccatores videntur obturare aures cordium suorum per obstinationem ne exaudiant dominū deprecantem eos de sua salute Propter quod ipse pie de vnoquoque tali conqueritur dicens illud Job decimonono. Seruum meum vocaui et nō respōdit, ore proprio deprecabar illum. id est verbis prophetarū qui sunt os domini et non intendit michi supple. Unde in figura huius diuine deprecationis legit Luc. decimoquinto. quod cum filius senior nolet introire ad prādium quod fecerat pater in aduentu filiū sui iunioris: ipse pater ad eum foras egressus cepit rogare illum vt domum introiret et cum aliis epularetur. Quis autem pater familiaris nisi ille cui q̄tidie dicimus. Pater noster q̄ es in celis. Quiquidem pater adeo sollicitus est de nostra salute vt etiam nos rogare videatur vt intremus domum illam celestem et simul epulemur cū fratribus nostris iam in celo regnantibus. Sed proth dolor plerique nolunt audire tam piam vocem deprecationis dei. cuiusmodi sunt qui mandata dei i que ad vitam ingredi faciunt eternam obseruare nolūt de quibus psalmi. Aures habent et non audient. Et alibi de vnoquoque tali sigillatim dicitur. Noluit intelligere vt bene ageret: sed iniquitatem meditatus est in cubili suo: quantum ad peccata cordis astitit omni vie non bone: quantum ad peccata operis malitiam autem non odiuit: quinimo dilexit quod pessimum est. Multo enim peius est nolle carere viciis quam consentire eis: vel p̄seuerare in ipsis psal. Dilexisti malitiam super benignitatem: iniquitatem magis quam loqui equitatem.

¶ Tertio. Deuotus orator cū ad dominum orādum accedit vtique illi dicere debet. O domine Fiant aures tue intendentes, etc. vt scilicet me exaudire digneris Taliter orabat dominum regius ille propheta cum aiebat. Uerba mea auribus p̄cipe domine intellige clamorē meum. Intēde voci orationis mee rex meus et deus meus. Taliter etiam orabat dominū Salomon tertij Regum octaua. dicens. Respice ad orationem serui tui: et ad preces ei⁹ domine deus. Audi hymnum et orationem quam seruus tu⁹ orat coram te hodie. vt sint o-

oculi tui aperti super domum hanc die: ac nocte. Sed profecto frustra ille petit aures diuine clementie intendere in vocem deprecationis sue qui sibijpsi non intendit: et qui mentem suam in deum non dirigit maxime cum oratio sit pius animi affectus in deum tendens vt dicitur de cōsecratione distinctione prima quando autem stamus: Non enim orationis voces ad dei aures dirigūtur nisi cum animi affectu vt dicitur di. trisesima octaua. sedulo. Quia vt dicitur de conse. di. v. non mediocriter. Melior est quinque psalmorum cantatio cum deuotione. quam totius psalterij modulatio cum anxietate. Item aures diuine clementie minime intendunt in vocem deprecationis illius qui abstenato manens animo deū orat, aut quipro obstinato peccatore deum exorat. sicut patuit de crucifixo qui visus est obturasse aures suas proprijs manibus cum deprecaretur a viris iustis pro peccatore iniquo et damnato. Dicat ergo qui debite vult orare dominū cum psalmista. O domine auribus percipe orationem meā. ad te supple porrectam, non in labijs dolosis. Dicitur autem non in labijs dolosis. ad differentiam eorum qui orant in dolo vt scilicet reputentur deuoti, cuiusmodi sunt illi qui faciunt resonare verba sua inter labia sua vt communiter faciunt quedam mulieres dicentes. pi/pi/pi. Et talem modum orandi reprehēdit saluator. Matthei decimo quinto, allegans illud Esaye. vigesimo nono. Populus hic labijs me honorat. cor autem eorum longe, etc.

¶ Quarto sincerus predicator diuini verbi potest merito dicere cuilibet auditorum suorum. Fiant aures tue intendentes in vocem deprecationis mee. Est enim vox predictionis velut quedam depcatio qua hortatur ad morum et vite emendationem ad quam quidem vocem debent esse aures auditoris intente. in cuius rei signum cum christus proposuisset iudeis parabolam de semine per quod dixit verbum dei debere intelligi adiunxit. Qui habet aures audiendi audiat. Luce octauo. Audiat inquam non solum exterius aure: sed potius interius corde quia vt dicitur. i. q. i. interrogo. Non minus est reus qui predicationem negligenter audierit: quam qui corpus xpi interram cadere permiserit. Hoc autem modo erant intente aures populi israelitici ad audiendum verbum dei quando legente Esdra verba legis a mane vsque ad meridiē erant eorum aures erecte ad eum diligenter audiendum. ij. esdre. viij. Similiter aures populi israelitici intendebant assidue in verba Aaron. quando quidem eo predicante verba dn̄i credidit oīs populus et proni adorauerunt in terram. Exodi. iiij. Item aures marie Magdalene valde erant intendentes in vocem predicationis christi. quandoquidem secus pedes eius audiebat verbum illius. Luce decimo. Nonne etiam

aures Judeorum tunc erant valde intente ad predicationem Christi quando scilicet eo predicante in templo omnis populus suspensus erat audiens verbum illius. Luc. xix. Item predicante Philippo in samaria deuote intendebantur de his que dicebantur ab eo. Act. viij. Dicat ergo deuotus predicator auditorio suo. Fiant aures tue intendentes in vocem deprecationis .i. predicationis mee: per quam te deprecor vt a malo resilias: et in bono assuefias. Noli ergo tantum esse diuini verbi auditor: sed potius factor: quia factores verbi et non auditores tantum iustificabuntur: vt dicitur Jacobi. i. Audi quid filij Israel Moysi predicatori feruido dixerunt Omnia inquiunt verba que locutus est dominus: faciemus. Exod. xxiiij. Non autem dixerunt audiemus: sed faciemus. Propterea sanctus ille Job domino loquebatur dicens. Auditu auris audiui te. propterea ago penitentiam in fauilla et cinere. eiusdem. xlij. Item de Herode rege legitur Marci vi. quod et si malus esset. nihilominus libenter audiebat Joannem predicantem. et audito eo multa faciebat. item mulieri dicenti Christo. Beatus venter qui te portauit et vbera que succisti. Respondit ipse Christus. Quinimmo: beati qui audiunt verbum dei: et custodiunt illud Luc. xi. Sed prohdolor hac tempestate pauci sunt qui velint audire aure et implere opere diuinum verbum quales sunt tyranni principes iniuste bellantes. populum subditum spoliantes ecclesias depredantes: similes illi impijssimo regi Achab de quo legitur tertij Regum vigesimosecundo. quod nolebat audire predicationem Michee prophete eo quod non loqueretur ei placentia: sed eum grauiter reprehenderet de idolatria sua. atque ei prophetaret malum sicut merebatur. Circa ergo diuinum verbum aduertandum est quod aliqui sunt qui nec ipsum audire volunt: nec facere desiderant: quos Christus vocat filios diaboli. Joannis octauo dicens. Qui ex deo est verba dei audit. propterea vos non auditis quia ex deo non estis. Constat enim quod rex non sit dominus alicuius castri quando ei volenti ingredi porta clauditur. modo sic est quod porta per quam dominus vult intrare in cor hominis est auris ipsius quam obstinatus peccator deo claudit quando verbum salutis audire contemnit. ideo. etc. Tales erant Judei qui obturauerunt aures suas vt non audirent Stephanum predicantem. Actuum septimo. Alij sunt qui dei verbum libenter audiunt: sed ipsum non faciunt. similes infirmo qui crederet se curari solo auditu medici. Vel illi qui solo aspectu speculi crederet deformitatem a se remoueri. Et tales sunt maledicti secundum illud Deutero. xxvij. Maledictus qui non permanet in sermonibus legis: nec eos opere perficit. Alij vero sunt qui audiunt et faciunt et tales sunt benedicti a deo secundum illud Christi verbum prius allegatum. Beati qui audiunt verbum

dei ꝛ custodiunt illud Luc. xi. Item Apocalyp. i. Beatus qui audit et legit verba prophetie huiꝰ: ꝛ seruat ea que in ea scripta sunt. Sed isti pauca sunt.

¶ Quinto malitiosus insidiator qui diabolus est dicit homini quē tentat. O charissime Fiant aures tue. aures inquaz cordis magis quam corporis. intendentes in vocem deprecationis mee: id est desiderij quod habeo de tua ruina ꝛ finali perditione. Quia enim demon neminem potest ad peccatum trahere nisi consensu illius q̄ tentat interueniente. ideo ei quez tentat dicit. Fiant aures. ꝛc. Sed caueat homo sub interminatione maledictionis eterne. ne illi p̄beat aures: sed eas obstruat. secundum quod scriptū est Deutero. xiij. Non audies verba illius prophete somniatoris. Ita vt merito possit dicere illud psalmiste. Ego autem tanquā surdus non audiebam scilicet malitiosas incantationes demonis. In cuius figura legitur. i. Machabeorum. ij. ꝙ cum rex Antiochus vellet minis ꝛ terroribus cōpellere Iudeos a lege dei discedere ꝛ idolis immolare. Mathatias ꝛ filij eius constāter restiterūt dicentes ministris illius. Nō est nobis vtile relinquere legem ꝛ iustitiam dei: ꝛ ideo non audiemus verba regis Antiochi: nec sacrificabimꝰ transgredientes mādata legis nostre vt eamus altera via. Hec ibi. Ubi per regem Antiochum superbissimū Diabolꝰ designatur qui est superbissimus: ꝛ qui vult nos inducere vt relinquamus legem dei nostri: ꝛ illi per peccatū adhereamus. sed si boni fuerimꝰ. respondebimꝰ ei quod non audiemus verba eius: etiam pro morte vitanda. Sicut enim aspis audiens incātatorem cum cauda claudit aurem superiorem. ꝛ aliam claudit coniūgendo ad terram: ne scilicet per sibillatorem incantetur. Ita et nos quamprimū videmus: aut sentimus paratum incantatorez: id est diabolū qui nos vult incantare per occultam suggestionem mali. Tunc debemus adhibere caudam: id est memoriam finis nostre mortis et iudicij. Similiter debemus aliaz aurem obturare terra: id est recordatiōe vilitatis nostre que per omnes meatus corporis se apertissime declarat: et per talem modū de facili poterimus euadere pericula inimici nos incantantis: et erimus sicut aspis surda obturās aures suas ne exaudiat vocem incantantiuz. Sed prohdolor pauci ita faciunt. Quinimmo potius exaudiunt vocem diaboli quam spiritussāti. similes nautis maritimis qui in cātibus syrenarum delectati ꝛ allecti repente subiungunt. Audiat ergo qui ab isto incantatore tentatur: quid scriptura dicat. Ecclesiastici vigesimooctauo. Noli/inquit/ audire verbum nequam. Uerbū enim nequaz audit qui tentationi demonis obedit.

¶ Sexto venenosus detractor loquens ei qui libenter prestat illi aures: ꝛ qui letanter audit sinistra narrari de proximo dicit ei. Fiant aures tue intēdentes: in vocez dep̄cationis mee.

quasi dicat. Te deprecor vt audias q̄ referam. Et de hoc scribitur Neemie octauo. Erant aures omnis populi recte supple ad audiēdum verba detractoris. Hoc autem quam malum sit. patet per illud Psalmi ste. Factus sum tanquam vas perditum: id est perforatū. quoniam audiui vituperationem multoꝝ commorantium in circuitu. Ista ergo sunt verba illius qui detractorem libenter audit. qui dicitur factus tanquam vas perditū. Hoc est perforatum. quia sicut huiusmodi vas non potest retinere liquorem in eo reconditum. sic nec multi possunt silere maluꝫ quod de proximo audierunt a vicinis commorantibus in circuitu illius. de quo detrahitur. Et hoc est quod ait. quoniam audiui vituperationem: id est detractionē non quidem vnius tantum: sed multorum commorantium in circuitu: scilicet iusti ꝛ innocentis. Nam sicut interdū multi canes conueniunt in communi platea ad mordendum canem pauperis peregrini transeūtis viam suam. Ita et multi congregantur. in conuiuijs ꝛ banquetis vbi latrant et mordent attrociter pauperē innocentem. Et tales sunt similes quibusdam monstris que sunt in sitia que secundum Isidorū sunt homines dicti ouessij habitantes in insulis leonis. Habentes aures ita protēsas quod exinde totuꝫ corpus cooperiunt. Sic ꝛ hodie inter homines multi sunt habentes aures ita protensas quod per totū corpus: id est per omnem locum terram ꝛ patriam se diffundūt: quia scilicet omnia volunt scire. ꝛ de omnibus inuestigare: inquirere: ꝛ audire: et maxime vanitates et rumores qui currunt. Item vitam ꝛ mores aliorum perscrutantur diligenter vt habeant: vnde eos mordeant. cuius contrariū persuadet scriptura. Ecclesiastici. xxviij. dicēs. Sepi aures tuas spinis. Sepere aūt aures suas spinis est ad memoriam reducere proprios defectus q̄ sunt quasi quedā spine. quos si detractor diligenter animaduerteret profecto non taꝫ faciliter de alio malum diceret. Sed vt dicit poeta. Qui me deridet nō sua facta videt. Et Seneca. Aliena vitia ante oculos habemus atergo autem nostra.

¶ Lectio. xcix.

¶ Si iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit.

¶ Postquam in precedenti lectione habitum est qualiter penitens de profundis peccatorum clamauit ad dominum vt eum eruat et sursum subleuet ad sublimitatem gratiarum et virtutum in presenti. atq; glorie ꝛ gaudioruꝫ in futuro. Hic consequenter exorat ipsum dominum vt cum eo misericorditer agat: ꝛ non secundum rigorem iustitie dicens. Si iniquitates obseruaueris domine: domine quis sustinebit. quasi dicat. O domine deus. Non secundum peccata mea facias mihi:

neque secūdū iniquitates meas retribuas michi. Alias nemo est qui possit condignā penam in presenti aut in futuro perferre. Et hoc est qđ dicit Gregorius super hoc passu. si, inquit, iniquitatem deus obseruaret. si peccatoribus veniam negaret. si solummodo ostenderet seueritatem: et non adhiberet pietatem: nemo eterne felicitatis gloriam expectaret: nemo ad patiendum iusti examinis penam sufficeret. Omnes enim, inquit Apostolus, peccauerunt et egent gratia dei. Uerum quis penitentibus ex corde ignoscit: et peccatore cōuerso omnium iniquitatū eius obliuiscitur. Quis iam de misericordia dubitet? quis iam de venia desperet? Uel vt dicit glosa interli. Si iniquitates obseruaueris: id est ad vindictam seruaueris: tu scilicet. domine domine quis sustinebit: quasi dicat null⁹. Uel: quis sustinebit: scilicet iudicem tam mirabilē. Denique, vt dicit glosa ordinaria, omnis proprie humana vita peccatis circumlatratur omnisque conscientia suis cogitationibus accusatur. Non est ergo castū cor quod presumit de iustitia sua: presumat ergo de dei misericordia: quia apud eū propitiatio est multa. Possumus ergo hunc passum multipliciter exponere secūdum dominū Petrum de Palude: primo quidem ad literam de populo Israelitico translato cum Joachin in Babiloniam propter peccata sua secundū quod propheta Daniel confitet pro eo orans et dicens. Eiecisti eos propter iniquitates eorū. eiusdem nono. Si enim domin⁹ obseruasset iniquitates eorū per iustitiam: reseruando ad penā debitam nō sustinuissent: id est de captiuitate redire non potuissent: sed ibi defecissent vel remāsissent sicut decem tribus captiuitate per Assyrios que adhuc sunt vltra montes caspios. Sed quia dominus per misericordiam suam iniquitates illorum non obseruauit vltra septuagita annos: sed post tergum suum proiecit condonādo: ideo de captiuitate reducti, sunt dicentes. Si iniquitates obseruaueris domine: domine quis sustinebit.

¶ Secundo hoc idem exponit allegorice dicens. quod dominus ante Christi aduentū iniquitates hominū obseruabat: id est ad penam debitam reseruabat. ideo null⁹ sustinere poterat: sicut si cadaueret tectum domus super solarium: et solarium non valens sustinere cuȝ ipso caderet: vel si per foramen solarij tegula cadens de tecto vsque ad terram descenderet. Sic angelorum iniquitates celorū empiricum sustinere non potuit: sed inde cito deiecti sūt Similiter iniquitates primorum parentum paradisus terrestis ferre nō potuit. quinimmo inde expulsi sunt: nec potuerūt stare. Immo nec terra sustinere tūc poterat iniquitates populi: sed quandoque descendebant homines in infernum: viuentes sicut patuit de Dathan: Chore: et Abyron: Numeri decimo sexto. Ad minus autem in mortis articulo sub mul

titudine iniquitatum ruentes in infernum cadebant. quanta cunque fulgerent gratia ⁊ virtute. Sed domin⁹ posuit in ipso: scilicet in Christo iniquitates omnium nostrum. Nam ipse peccata nostra ptulit in corpore suo super lignum crucis: et vulneratus est propter iniquitates nostras: vt scilicet deleret eas. Esaye quadragesimo tertio. Dicebat ergo Dauid. O domine deus. Si iniquitates obseruaueris quis sustinebit: quasi dicat nullus. Mitte ergo filium tuum et pone in eo iniquitates omnium nostrum: vt saluum faciat populum suum a peccatis eorum: et sic poterimus sustinere. Item in eodem sensu allegorico potest iste textus exponi de animabus existentibus in purgatorio/ que ⁊ si grauissimum supplicium: et tormentum patiantur secundũ quod dicitur i decretis. distinctione vigesimaquinta: qui in aliud qd igni purgatorij nulla pena temporalis est comparabilis. Et idem habetur de penultima distinctione septima. Nullus. Citra tamẽ condignũ patiunt: ⁊ multo minus quam meruerint. hoc cum eis agente dei infinita bonitate et misericordia. Nã rigorem diuine iustitie tollerare nõ possunt. Propterea dicunt domino. O domine deus si iniquitates obseruaueris: id est ad vindictam seruaueris. quis sustinebit: id est sustinere poterit cõdignũ supplíciũ. Certe nullus. Unde Ecclesiastici decimosexto. Opera iustitie eius quis annunciabit aut quis sustinebit? Dicat ergo ad dominũ deprecando anima i penis purgatorij afflicta illud Psalmiste. Et tu domine fac mecum: supple gratiã ⁊ misericordiã/ quia suauis est misericordia tua: eo scilicet quod mitigat seueritatez iustitie tue erga me. Tertio hoc idem potest exponi moraliter de penitente sic dominum alloquente. O domine cui nullus resistere potest. si obseruauerꝫ: id est ad iudicium seruaueris. Iniquitates in qbus sum: ⁊ quas continue facio quis sustinebit: id est sustinere poterit: vere null⁹ quia vt dicit Gregorius. Si districte nobiscum ageret natura diuina: natura humana fragilis nullatenus sustineret: quia nullus est qui non sit peccatis oppressus. Prouerbiorũ vigesimo. Quis potest dicere mundum ⁊ cor meum purus sum a peccato: quasi dicat nullus. Propterea dicebat sanctus ille Job. Nolo multa fortitudine contendat mecũ. Item Psalmista rogabat dominũ dicens. Non intres in iudicium cum seruo tuo domine: qũia non iustificabit in conspectu tuo omnis viuens. Concludamus ergo quod si deus vellet ad rigorem iustitie punire nostra delicta nullus mortaliũ posset tantam penam sustinere eo ꝙ peccando meruimus annihillari: quod sic psuaderi potest. Secundũ enim leges ciuiles ⁊ humanas donatari⁹ ingratus donanti meret perdere totum donũ ⁊ vassall⁹ cõmittẽs feloniã contra dominum suũ ⁊ principem meretur perdem totũ feodum. Modo sic est ꝙ homo ac=

cepit gratis: id est sine suis me
ritis omne esse et bonum quod
habet ab omnipotenti deo se=
cundum illud. i. Corinth. iiij.
quid habeas quod non accepi
sti. si autem accepisti. quid glo
ris quasi non acceperis. prete=
rea ipse dedit eidem homini in
fenus omne bonum quod ha=
bet vt seruiat ei. et ideo deo per
peccatum rebellando et inimi=
co ipsius dei scilicet dyabolo obe
diendo meretur perdere omne
esse suum. Potest etiam ad idē
propositum dari exemplum de
illo qui offendit maiestatē tem
poralis alicuius principis ter
reni qui propter hoc iuste me=
retur perdere oīa sua et illa po
test ab eodē princeps iuste au=
ferre. vt pote corpus et bona tē
poralia: ergo a simili offendēs
diuinā maiestatē meretur per=
dere de rigore iustitie q̄quid
deus potest ab eo auferre. quod
est omne esse. Et ita cum omēs
peccauerint, et sic annihillari
meruerunt. si deus eorum pecca
ta obseruaret. idem si sine mise
ricordia iudicaret: certe nullus
sustinere posset quia sic in ni=
hillum caderent pauperes pec
catores.

¶ Pro maiori autem declara=
tione huius versus. Notandū
q postquam in primo versu hu
ius psalmi habitū est de penis
purgatorij: et quomodo ille pau
peres anime clamant ad mul=
ta genera hominum. Hic conse
quenter tractandum est de pe=
nis inferni de quibus potest re
cte intelligi interrogatio q̄ hic
fit cum dicitur in persona peni
tentis. Si tu supple domine deus
iniquitates obseruaueris. i. re=
seruare vsq in aliud seculū vo
lueris domine quis sustinebit:
id est sustinere poterit penam.

Tam prolixam.
Tam acerbam.
Tam horridilem.

A ¶ Primo igitur quis susti=
nere poterit penam tam proli=
xam qualis est supple illa pena
inferni: que adeo prolixa est q
fine et termino non clauditur
Unde dicturus est christus re=
probis in die iudicij illud Mat
thei. xxv. Ite maledicti in ignē
eternum. Item in psalmista. de
quolibet reprobo dicitur q labo=
rabit: id est cruciabitur scilicet in
penis inferni ineternū: in qui=
bus non consumetur: quia vi=
uet vsq in finem. Unde Apoca
lipsis nono. Querent homines
supple damnati mortem et non
inuenient. Desiderabunt mori:
et mors fugiet ab eis. Item se=
cundi thessa. Penas dabūt ine
ternū eternas a facie domini et
a gloria virtutis eius cum ve=
nerit glorificari in sanctis suis
id est in die iudicij. quandoqui
dem ipse christus veniet cū po
testate magna, et maiestate vt
dicitur Luce vigesimoprimo.
Item Apocalipsis nono. Fu=
mus tormentorum eorum ascē
det in secula seculorum. Ecce
quomodo ex sacra scriptura p
batur prolixitas seu verius eter
nitas pene infernalis. Propte=
rea Augustinus. xxi. de ci. in mul
tis capitulis disputans de hac
materia: et presertim contra il=
los, qui dicunt q in die iudicij
sancti orabunt pro damnatis
quorum preces exaudiet domi
nus. Tandem concludit ex tex
tu sacre scripture q nō ita fiet.

sed qui semel fuerit per diffinitiuam sententiam damnatus. perpetua manebit in tormētis absq3 vlla misericordia eo q2 in inferno nulla sit redemptio.

At vero nonnulli errantes a via veritas asseuerant omnia que de penis illis/et earum perpetuitate dicuntur adinuentiones/et fictiōes esse. Unde Tullius vt inquit aliqua formido improbis esset posita apud inferos. Antiqui supplicia impiis constituta esse voluerunt Sed qui huiusmodi sunt: audiant Grego.dia.iiij.lib.c.xx. dicentem. Si falsum est q2 minatus est deus de penis inferni vt ab iniustitia corrigeret etiam falsa est pollicitus vt ad iustitiam prouocaret. Sed q̄s hoc dicere presumat? Similiter etiam audiant Jeronimum ad palmachium et oceanum sic scribentem. Amputam9 fratres q2 iocando prophete predicent ridendo loquantur apostoli. Christus iudicium infantiliter comminetur. Sed ioci non sunt vbi supplicia intercedunt Si iocando passi sunt: credantur et iocando locuti. Esayas serra secatur. Daniel leonibus deputatur. Paulus gladio trūcatur. Petrus in cruce domini exemplo suspenditur. Et hoc totum vt a peccatis homines sua doctrina reuocarent. Hec ille. O igitur miserabilis/et formidanda nimis damnatorum conditio: qui super se tantū experiūtur dei seueritatem vt pena eorum nunquam finem sit habitura. vt enim inquit Grego. iiij. dialogorum/ recitatur de penultima distinctione. i. volui ssent ad magnam iustitiam iudicantis pertinet vt nunquā careant supplicio: qui in hac vita nunquam carere voluerunt peccato. Certe durum esset homini sano per diem/ et noctem continue lecto molli assidere. Durū etiam foret ebrioso continue ad mensam refertissimam sedere per diem naturalē. Durum denique esset iuuenē quamcūq3 lasciuie per longa spacia cum puellis pōpatissimis choreas ducere. Et breuiter quecunq3 solatiose/ delectabiliter fieri solent: fastidium inducūt pre nimia sui assiduitate. Cur ergo miseri peccatores non cōsiderant q2 in inferno nulla sit redemptio. Ubi parata sunt derisorib9 crudelissima Et inuidita supplicia non ad annos mille/aut ducenta milia: sed per infinita seculorum secula. Cur ergo non corrigunt corruptissimos mores? cur nō timent illic descendere: vnde nunquā dabitur recedere.

B ¶ Secundo quis poterit sustinere in inferno penam tam acerbam quam describens Job decimo loquitur in persona dānati dicens. Uadam et non reuertar ad terram tenebrosam et cetera. In quibus verbis notantur multe illius pene acerbitates mirabiles.

Prima est vtilitas loci: q2 vadā ad terram tenebrosam.

Secunda cruciatio ignis: quia opertā mortis caligine.

Tertia oblatio refrigerij: q2 terram miserie

Quarta excecatio veritatis: q2 tenebrarum.

Quinta associatio malignita-

tis quia vbi vmbra mortis.
Sexta cōfusio mirabilis: quia ibi nullus ordo.
¶ Prima igitur acerbitas pene infernalis est vtilitas loci. Est enim infernus in centro terre: qui est loc⁹ vilissimus/ ⁊ qui vilior apparebit post diem iudicij. Sicut enim videm⁹ parisius q̄ inundantibus aquis pluuialibus tunc feces/ ⁊ immunditie que sunt versus portam sancti iacobi que i alta sito est trahūtur impetu aquarum decurrentiū versus paruum ponte: qui secane adiacet. Ita et in die iudicij quando oīa elementa purgabūtur ab igne cōflagratiōis credēdū est multas feces/ ⁊ purgamenta harū rerū inferiorū/ in profundum inferi descendere ad maiorem cruciatū dānatorū. Huiusmodi autē vilitas loci infernalis non parū augebit penas eorū quod tali exemplo possum⁹ persuadere. Si eñ fili⁹ regis aut filia adiudicaret perpetuo stare in vilissimo / et obscurissimo carcere etiam vbi nulla alia pena infligeretur eidem. Et nihilominus quotiēs apprehenderet loci vilitatem ⁊ quantam gloriā amiserit: quia hereditatem patris non paruz cruciaretur in corde suo. Modo sic est q̄ anima rationalis ē nobilissima creatura vtpote dei filia ad eius ymaginem/ ⁊ similitudinē facta cui beneficio passionis christi/ ⁊ sacri baptismatis est debita hereditas celestis cum ergo viderit post iudiciuz propter sua peccata se turpiter in infernum detrusa: animaduertet: quantum bonum amisseit: ⁊ in quantū vilissimū locum ceciderit: nunquā inde liberāda: ⁊ ex hac causa indicibiliter cruciabitur in corde. O quā mirabiliter affligetur reprob⁹ cū in hora iudicij audiet iudicem intonantem et dicentem illud. Esaye. xxvi. In terra sanctorū iniqua gessit/ ⁊ non videbit gloriam domini. Hec enim erit maxima pena reprobi scilicet carere diuina visione. Ita vt dicat Crisosto. q̄ poti⁹ vellet ipse pati mille ignes infernales quam priuari dei visione. Unde dicit augustin⁹ q̄ nulla pena est maior quam carentia diuine visionis. Quemadmodum ergo clara et facilis dei visio est tota merces electorum secunduz illud psalmiste. Saciabor cum apparuerit gloria tua. Ita ⁊ carentia illius ineffabilis visiōis est tota merces reproborum: ad est principalis/ et essentialis eorum pena: respectu cuius pena ignis non est nisi accidentalis et secundaria.
¶ Secūda. Acerbitas pene dānatorum est cruciatio / ⁊ afflictio ignis. Nam ante iudiciū damnati solum affliguntur in spiritu corporibus remanentibus in terra: sed completa generali omni resurrectione affligentur in spiritu et ⁊ corpore. vt quemadmodū in vtroque peccauerunt: ita et in vtroque puniātur. Quis si queras quomodo ignis ille cum sit corporeus affligit spiritum.
Item quomodo post iudicium poterit perpetuo cruciare corpus humanum sine eius consumptione. Breuiter accipe q̄ et si hoc sit supra nature create virtutem, ⁊ non tamen supra

infinitam dei potentiam. Quē admodum ergo dei virtus tres pueros illesos pro tempore cō seruauerit in fornasse ardentissima quem incenderant ministri regis Nabugodonosor vt legitur Danielis tertio ita et perpetuo conseruabit corpora damnatorum in igne inextinguibili preter ipsorum consumptionem. quia si dei virtus possit aliquid efficere pro tempore potest etiā pro semper eo ꝙ non fagittatur in operando sicut virtus crerata.

C ¶ huius aūt rei possibilitatem declarat beatus Augustinus vigesimoprimo de ci. c. ij. ⁊ tertio. per exempla naturalia quorum primum est de quibusdam vermibus qui in scaturigine aquarum calidarum reperiūtur: quarum tamen feruorē nemo impune contractare potest. In quibus dicti vermes non solum viuere dicuntur: sed quod mirabilibus est extra viuere non possunt. Nūquid autem inquit Augustinꝰ mirabilius est viuere in ignibus. et non dolere: quam viuere/ et dolere ī illis? si ergo hoc creditur cur non et illum? Secūdum exemplum quod adducit ad idem propositum probandum est de salamādra: que in igne viuit: nec tamen consumitur in eo. Item feruntur esse quidam montes in Sicilia qui tanta temporis diuturnitate: et vetustate vsqꝫ nunc: ac deinceps flammis estuant: qꝺ non est in memorijs hominum de opposito: et tamen integri ꝑseuerant. Et per hoc patet qꝺ non omne quod ardet consumitur. Tertiū exemplū est de calce / que ocultissime ab igne igne cōcipit: quē multo tempore occultat. Cui si aqua infundatur statim fumo / ⁊ calore sensibili ignem prodit: qui priꝰ latebat: adeo ꝙ ibi oua decoqui possint. Et propter huiusmodi virtutem calix viua appellaꝛ: ꝙ postqꝫ perfusa fuerit aqua mortua diciꝛ. Feruet autē in aqua sed in oleo frigida manet cum tamen oleum sit pabulū ignis. Si ergo ista sic se habent in natura: cur nō poterit omīpotēs deus cōseruare spiritꝰ / ⁊ corpora damnatoꝝ ī medio flāmarū infernalium incorrupta? Certe nullus sane mentis istud negare pōt. Sed ꝙ miseri damnatī ꝑpetuo sint arsuri ī illo igne infernali testimonio scripturarū vtriusqꝫ testamēti liqꝺe pꝫ. vn̄ Eſ. lxvi. vermis eoꝝ nō morieꝛ et ignis eoꝝ nō extingueꝛ. Itē Judith. xvi. Dn̄s oīpotēs iudicabit in eis scꝫ reprobis in die iudicij visitabit illos. dabit em̄ ignē et vermes in carnes eoꝝ. vt vraꝛ ⁊ sentiant vsqꝫ in sempiternum. Item in psal. Ignis sulphur: ⁊ spiritus procellaruꝫ pars calicis eorum scꝫ damnatoꝝ. Et notāter ꝺt pars qꝛ p̄t hec sunt ⁊ erunt pleriqꝫ alij cruciatꝰ etiā innumerabiles apud inferos. Et alibi idem psal. ait. Ignis a facie eius exarsit carbones succensi sunt ab eo. hoc aūt pulchre applicaꝛ ad ꝓpositū. Nā ī fine seculoꝝ ignis vniuersē ꝯflagratiōis exardebit an̄ faciē dn̄i venientis ad iudiciū vel iste ignis erit ꝑparatio illiꝰ ignis infernalis: q̄ ī die iudicij a facie dn̄i. i. a p̄sentia / ⁊ iperio

chrifti exardebit. hoc est extra ardebit. nunc enim intra ardet quia solum animas cruciat: sed tunc etiam corpora inflammabit. ideo sequitur carbones succensi sunt ab eo. Quid enim carbones aliud quam corpora dānatorum que ad instar carbonum nigrauerunt: secundum illud Treñ. iiij. Denigrata est super carbones facies eorum: id est plus quā carbones. Si enī ignis noster cum sit formosus/ et decor⁹ omnia que tāgit etiā decora deturpat/ et denigrat. A fortiori ignis inferni cum sit obscurus et totus fetulent⁹ denigrat / et deturpat corpus damnatorum. Et non solū huiusmodi carbones nigri erunt: sed et succendētur illo igne: de que Deutero. xxxij. Ignis succensus est in furore meo inquit dominus et ardebit vsq3 in inferni nouissima. Hic est ille ignis de quo Job trigesimoprimo. Ignis vsq3 ad perditionē deuorans. Hoc etiaz ipsum scilicet q damnati sint ineternuz arsuri igne infernali patet testimonio noui testamēti. Hoc enī ex parte dicit Christ⁹ Matthei vigesimoquinto Ubi describēs formam futuri iudicij dicit q tandem Judex dicet his / qui a sinistris eius erunt. Ite maledicti in ignem eternum. Item apocalipsis decimonono. Uiui missi sunt: hi duo. scicet corpus anima in stagnum ignis ardentis/ et sulphuris. Unde i figura huius legitur Genesis decimonono. q dominus pluit super Sodomam / et Gomorem sulphur/ et ignem. Heu miseri peccatores propterea tāta allegata sunt de perpetuitate ⁊ inercdibili ardore huius ignis vt amodo quiescatis puerse agere: et discatis benefacere. Audite euangelistam prophetam Esayam trigesimotertio capitulo dicētem. Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante? Quis habitabit de vobis cum ardoribus sempiternis.

¶ Tertia acerbitas pene inferni est ablatio refrigerij ⁊ toti⁹ consolationis. Sicut enim perfecta felicitas in beatis aufert omnem defectum. Ita per propositum miseria infernalis excludit omne refrigerium / et solatium. Uerum in hac vita mortali velimus nolimus multas miserias sustinemus secundum illud Job. xiiij. Homo nat⁹ de muliere breui viuens tempore repletur multꝫ miserijs. Sed tamen inter eas habet homo interdum aliquas consolationes/ et refrigeria. Sicut denicq ipsas miserias tandem deficere saltem per mortem: sed in inferno vbi est summa miserea nullū est refrigerium adeo q ille diues epulo non valuit obtinere vnam guttulam aque ad refrigerandum linguam suam Luce decimosexto. Si enim ipsi damnati essent affecurati a tormētis debere libereri post tot milia annorum quot sunt stelle in celo. grana arene in littore maris/ et guttule aque in ipso mari adhuc aliquod refrigeriui ei consolationem haberent At vero cum animaduertunt se inde nunquā liberandos. Hinc in grauissimam desperationem cadunt a qua nunquā

resurgent. Quis si dicas damnatos ex consortio aliorum / quod ibi multi sunt: aliquam consolationem habere iuxta illud proverbii. Solatium est miseris socios habere penarum. Certe etsi illud locum habeat in presenti ubi non est tristitia que aliquod solatium non habeat annexum alias absorberet spiritum non tamen sic in inferno ubi dolor et tristitia non immixta letitie / sicut in celo gaudium non permixtum tristitie, quomodo quanto plures damnatur: tanto plus cruciatus ceterorum augetur: quia ut dicitur .ij.q.i. multi. Non minus ardebunt qui cum multis ardebunt.

¶ Quarta. Acerbitas pene infernalis dicitur execatio veritatis et obscuratio mentis. et propterea dictus locus inferni in predicta auctoritate dicitur terra tenebrarum. Sunt enim ibi tenebre exteriores et interiores. Exteriores quidem quia locus cum sit infra concavitatem terre non potest recipere lumen solem Nec etiam illuminatur ab igne ibi existente eo quod talis ignis cum sit in propria natura non lucet nisi forte ex dei ordinatione quantum requiritur ad cruciatum ipsorum reproborum. Unde psalmista. Vox domini intercidentis flammam ignis: id est dividentis claritatem ab eius substantia. Propterea sub parabola loquens christus de quolibet reprobo dic. Matthei. xxij. Mittite eum in tenebras exteriores. Sicut ergo flamma ignis in lignis humidissimis est obscura propter fumum et vaporem inde exilientem, ita in proposito adeo ut dicat Joannes Apocalypsis nono. quod de fumo putei scilicet infernalis obscuratus est aer. propterea in figura huius legitur Exodi. x. quod tenebre quas misit dominus super universam egiptum tante erant quod apparebant palpabiles in tantum quod vir non est motus vel loco suo nec cognovit fratrem suum. Et hoc est quod Gregorius mora. lib. ix. c. clv. loquitur dicens Illa inquit ultrix flamma viciorum concremationem quidem habet sed lumen non habet sup. ad consolationem: sed bene ad penarum augmentationem. Nam sequaces suos in tormento secum reprobi visuri sunt quorum amore deliquerunt hec ille. Sicut ergo delectabile est oculis videre solem. Ita diu manere in tenebris est omni mortali valde tediosum: etiam dato quod nullum sit aliud contristans. quid ergo censendum est de inferno ubi tenebre sunt perpetue. Ceterum ibi sunt tenebre interiores mirabiles. Unde Sophonie. i. Tribulabo eos et ambulabunt ut ceci quia domino peccaverunt et effundetur sanguis eorum sicut humus et corpora eorum sicut stercora. Item Sapientie secundo. Execavit eos malicia eorum. Nam adeo execati sunt oculis cordis ut extiment deum iniustum in punitione eorum et exinde odiant eum. Unde psalmista. Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper.

¶ Quinta acerbitas predicte pene est associatio malignitatis scilicet omnium malignorum spirituum et cunctorum repro

horri. Et propterea dictus locus dicitur vmbra mortis. vbi aduertandum q diabolus conuenienter dicitur mors: quia sicut mors nemini parcit: ita neque diabolus secundum illud Jeremie sexto. Crudelis est et non miserebitur. Item dicitur vmbra mortis: id est similitudo: quia sicut mors priuat vita naturali: ita et per peccatum priuat diabol9 hominem vita spirituali. In cuius rei signu dicitur Aapcalypsis sexto quod qui sedebat super equum pallidum nomen illi mors et infernus sequebatur eum. Juste autem damnati talem habebunt societatem vt quos habuerunt incentores in culpa habeant tortores in pena vt dicit Greg. in morali. Merito autem ipse diabolus dicitur vmbra mortis propter sui aspectus horribilitatem.

D ¶ Unde legitur de quodam religioso quod cum vidisset demonem quemdam in corpore assumpto: ita exteritus est vt exclamando fortissime pre nimio pauore semiuiuus remanserit. In se autez reuersus cum interrogaretur de forma illius Nescirem inquit nec possem vobis describere eum vnum tamen dico q si daretur michi optio intrandi fornacem ardentissimam vel in ictu oculi iterum ipsum videre: potius eligerem fornacem ingredi quam ipsum intueri Istud exemplum habetur in vitis fratrum ordinis predicatorum: heu si tantum horrorem incutit aspectus vnius demonis: quid faciet aspectus et continua habitatio in inferno cum innumerabilibus

E ¶ Item legitur in legenda beati Bartholomei q cum predicaret in india. quadam die volens ostendere populo ydolatranti fatuitatem suam et errorem cunctis qui astabant premonuit vt facerent sibi signum in fronte ne scilicet ex timore et horrore aspectus demonis quem visuri erant nimis turbarentur. Quo facto ecce omnes viderunt demonem tanquam ingentem maurum fuligine nigriorem facie acuta barba prolixa: crinibus vsq ad pedes protensis ex oculis scintillas igneas emittentem similiter et ex ore atq naribus ignem sulphureum: vinctis retro manibus et huiusmodi. Propterea quilibet damnatus merito dicere potest illud Job. xvi. Hostis meus terribibus oculis me intuitus est et infremuit contra me dentibus suis.

¶ Sexta et vltima acerbitas illius pene inferni est confusio mirabilis quia vt dicitur in predicta auctoritate Job. ibi nullus est ordo sed sempitern9 horror inhabitat. Sicut enim ordo inducit in rebus pulchritudinem et complacentiam seu delectationem: ita priuatio ordinis omnimodam confusionem et tristitiam. ex parte tamen dei punientis est optim9 ordo inter ipsos damnatos. punit enim ibi symoniacos cum symoniacis: vsurarios cum vsurariis: superbos cum superbis: luxuriosos cum luxuriosis et huiusmodi. Et hoc innuit christus in illa parbola Matthei decimo. Colligite vos supple ange

li ministri et executiores diuine iustitie zizania in faciculos ad conburendum.

¶ Item talem ordinem seruabit ibi deus quod qui plus peccauit plus punietur secundum illud Apocalipsis decimooctauo. quantum se exaltauit et in delicijs fuit: tantum date ꝛ tormentum et luctum. Sed ex parte ipsorum demonum et penarum nullus erit ibi ordo: sed sempernus horror. Tunc enim non seruatur bonus ordo quando fit transitus de extremo ad extremum non pertranseundo medium quia hoc abhorret naturalis philosophia. Modo in inferno damnati transibūt ab aquis niuium ad calorem nimium sine medio igitur ibi nō erit ordo sed horror et confusio. Item vulgo dicitur quod vbi multudo: ibi confusio ꝛ per consequēs ibi nullus ordo. modo sic est quod in inferno est maxima multitudo peccatorū dicente christo Matth. vij. Lata est via que ducit ad perditionem et multi religiosi incedunt per eam. Multi inquam ecclesiastici: multi regiosi, multi reges et principes: multi diuites et sic de omni statu. igitur ibi est confusio mirabilis ita vt merito possit dici de loco illo illud Actuum decimonono. Impleta est ciuitas tota confusione. Item Job. viij. Qui oderunt te supple domine deus induentur confusione.

F ¶ Tertio principaliter q̄s sustinebit: id est sustinere poterit penam tam horribilem.

Nulla enim pena potest ymaginari tam horribilis sicut pena illa. Redditur autem horribilis propter tria que reuera horrenda et stupenda.

¶ Primum est lamentationes ꝛ eiulatus atque suspiria. Erit enim ibi fletus et stridor dentium vt dicitur Matthei octauo. Super quo dicit glosa ordinaria q̄ dentes ibi stridebunt qui hic de edacitate gaudebāt et oculi flebunt qui in presenti per concupiscentias vagantur Jeremie nono. Uox lamētationis audita est de syon: id est de inferno. Quomodo vastati sumus et confusi vehemēter: hec sunt verba ipsorum damnatorum. quorum etiam lamentationes et suspiria tam grandia erunt vt a longe possint audiri Jeremie trigesimoprimo. Uox in excelso audita est lamētationis/ et luctus. Non autem absque causa illi miseri spiritus lamentabuntur ꝛ lugebunt: quia vt dicit Gregori⁹ super illo verbo Matthei octauo eijcientur in tenebras exte. in iferno erit frigus intollerabile: ignis inextinguibilis: vermis inmortalis: fetor intollerabilis: tenebre palpabiles: flagella cedentium horrida visio demonum confusio peccatorum: desperatio omnium bonorum.

¶ Item Bernardus in quodā ser. ibi clamabit pilosus ad pilosum: vnus ad alium: demon ad demonem: percute/ dilacera etiam interfice: velociter spolia detrahe: cito predare: infer prunas et ebulantibus impone leporibus.

Hec ille. Ecce quam horrenda erit illa pena propter lamentationes ꝛ suspiria. O quā igitur

beati sunt illi qui nunc lugent peccata sua quoniam ipsi consolabuntur Matthei quinto. O quam miseri sunt qui volunt in presenti consolari et gaudere dicente christo. Luce sexto. Ve vobis qui nunc ridetis qr lugebitis et flebitis.

¶ Secundum est locutio omni amaritudine plena. nam damnatissimi illi homines videntes ꝙ nullum vnquam remedium habebūt desperātes vt blasphemabūt deum. Unde appocalypsis trigesimosexto loquitur Joannes de talibus dicens. Māducauerunt linguas suas pre dolore et blasphemauerunt deum celi pre doloribus et vulneribus suis. Item maledicēt patri qui eos genuit ⁊ matri que eos portauit et lactauit. Prouerbiorum trigesimo. Generatio que patri suo maledicit ⁊ q̄ matri sue non bene dicit immo eidem maledicit. Item maledicent sibiipsis dicētes sigillatim illud Job tertio. Pereat dies in qua natus sum et nox dictū est conceptus est homo. Et infra. Quare non in vulua mortuus sum. egressus ex vtero nō statim perii. quare except⁹ genubus: cur lactat⁹ vberibus. Iterum post pauca. quare misero data est lux? Et vita his qui in amaritudine anime sunt. Bene ergo de talibus potest intelligi illud psalmi. Quorum os maledictione et amaritudine plenū est. Heu quam horrendum et super omne malum detestandum / maledicere creatori suo / similiter factori ac genitori. Heu quam benedictionem meretur habere qui sibiipsi nō cessat maledicere? Qui sibi nequā cui bonus?

S ¶ Nota ad hoc propositum exemplū quod legitur in summa de septem donis scilicet de illo vsurario qui noluit restituere vsuras ne duo filii quos habebat cogerentur mendicare. Eo igitur mortuo dixit iunior fratri suo. Frater mi scis quod pater noster impenitens mortuus est quia vsuras restituere noluit. Consulo ergo ꝙ illas restituamus ne tandē cū eo damnemur. Alter vero eum audire noluit. sed dicit. Si pater noster vsuras fecerit et non restituerit ve sibi. quid ad me? Junior ergo restitutione facta de quota que ad eum peruenit religionem ingressus est. Alter vero dum rebus mundanis seculiter immergeretur repente moritur. et ad inferna cum patre trahitur. Cumque superstes erat pro et pater rogaret vidit terram apertam et in inferno patrem inter flammas sepultum et filium iacentem super eum. Maledicebat autem pater filiū dicēs. Maledicta hora in qua te genui. sisque maledictus: quia propter te feci vsuras vt te ditarem. nec in fine volui restituere ne te pauperem relinquerem: et propter hoc crucior in hac flamma. At vero filius nequam dicebat patri. Maledictus sis tu pater: et maledicta sit dies in qua me genuisti: quia exemplo tuo malo docuisti me fenerari ⁊ vsuras extortas restituere noluisti propter qd nunc etiam ineternum crucior in hac flamma. Post hec igitur vidit quomodo trahebant se mutuo per

capillos et dentibus more cani no se inuicem mordentes dilacerantes: crudeliter eiulantes et deum omnipotentem turpiter blasphemantes atque maledicentes totam celestem curiam. Quo viso ille dei seruus gratias egit deo qui eum liberauerat a tanto periculo vsuras restituendo: qui tandem saluatus est.

¶ Tertium quod reddit predictam inferni penam horribilem et stupendam est seueritas punientis de quo hebre .x. decimo loquitur apostolus dicēs Horrendum est incidere in manus dei viuētis. Item Sopho. secundo horribilis domin⁹ super eos scilicet reprobos. De hac autem seueritate loquitur ipsemet dominus dicens Deuteronomie trigesimosecundo. Congregabo super eos mala et sagittas meas: id est seuas penas complebo in eis. Consumentur fame scilicet resumptis corporibus et deuorabunt eos aues morsu amarissimo. Ubi per aues in proposito intelliguntur demones secundum quod in illa parabola Luce octauo dicitur quod volucres celi: id est demones comederunt semē quod cecidit secus viam. Huiusmodi ergo aues qui in seipsis apparebunt animabus dānat⁹. verisimile etiam est quod post generalem resurrectionez apparebunt in corporibus assumptis oculis corporeis reproborum in qua effigie horribili fingent se velle deuorare corpora ipsorum damnatorum Quod autem sequitur Dentes bestiarum immittam in eos cū furore: et cetera ad eundem sensum pertinet. Ecce ergo seueritas omnipotentis dei reprobos in inferno punientis propter quod Romanorum vndecimo dicitur. Uide bonitatem dei et seueritatem eius bonitatem quidem in premiando bonos seueritatem vero in puniendo malos.

H ¶ Refert enim domin⁹ Anthonius in prima parte cronice sue .t. quarta. §. quinto quod causabiles qui i Esdra arthar xerses seu assuetus vocatur a deo princeps extitit quod quādam iniustum iudicem excoriari fecerit. et super cellam cute eius coopertam filium dicti iudicis sedere fecerit vt scilicet semper timeret iniuste iudicare ne simile iudicium pateret cum patre.

I ¶ Hinc etiam historie alludit id quod legitur in cronicis ducum normanie de quodam illius terre qui cum peregre proficisci vellet commisit vxorem suam formosam apprime: comiti cenomanēsi custodiendam. Quam cum inuitam cognouisset. duce redeunte et rem gestam audiente inijt prelium contra dictum comitem. quo vi armorum superato eum excoriari fecit et cellam equi sui pelle ipsius cooperire fecit dicens Tu equitasti vxorem meam: et ego equitabo pellem tuam. Hec enim crudelia sunt et pene inhumana: sed profecto longe seuerius agit deus cum reprobis i inferno. Cruciatus enim predictorum tantum corporales et momentanei fuerunt. Sed cruciatus damnatorum

spirituales et corporales simul que eterni erunt post iudicij diem. Propterea dicebat ipse salvator Matthei decimo. Nolite timere eos qui occidunt corpus. animam autem non possunt occidere: sed potius timere eum qui potest et animam et corpus perdere in gehennem. Patet ergo quam horribilis est pena inferni de qua merito possumus dicere illud Naum. iij. Omnis qui viderit te resiliet a te a qua nos preseruet iesus christus. Amen.

Lectio. c.

¶ Quia apud te propitiatio est. & propter legem tuam sustinui te domine,

¶ Postquam in precedenti lectione ostensum est quam mirabilis et quam grauis sit pena infernalis, quamque prolixa et horribilis. Hic consequenter penitens ne incurrat tantum supplicium recurrit ad diuinam misericordiam / et clementiam quasi dicens secundum glosam ordinariam. O bone deus si iniquitates obseruaueris. profecto nullus poterit sustinere: sed tamen non despero quia apud te propitiatio est. et in hoc mihi datur spes de salute consequenda. Si ei iudex solum esse velles. et misericors esse nolles. omnes iniquitates obseruares. Quo facto quis ante testaretur et quis iudicio tuo staret? vna ergo est spes: quia apud te propitiatio est quasi dicat penitens: quia tibi proprium est misereri et parcere. ideo non decet te iniquitates predicto modo obseruare. Scriptum nempe est Ecclesiastici decimoseptimo Magna misericordia dei et propitiatio illius conuertentibus ad se. Item Joelis secundo. Conuertimini ad dominum deum vestrum quoniam benignus et misericors est: patiens et multe misericordie et prestabilis super malitia. Sequitur et propter legem tuam quam supple promittit vere penitentibus misericordiam et gratiam. Item que viuificat et peccata condonat. sustinui te expectando beneficium tue misericordie vel sustinui te domine flagellantem et premia differentem expectans misericordiam liberantem et iustitiam retribuentem. Unde psalmista. Expectans expectaui dominum et intendit mihi. Dominus autem Petrus de Palude exponit hunc passum ad literam de Dauid dicente ad dominum. O domine deus sustinui te flagellantem supple me per filium meum Absalon. et hoc totum propter iniquitates meas. sustinui inquam te me flagellantem et hoc propter legem tuam que promittit veniam penitenti: que etiam dicit Nolo mortem peccatoris sed vt etc. Sustinui ergo te domine expectando ad te veniam et hoc rationabiliter quia apud te propitiatio est. secundum illud. ij. paral. vlti. Tu autem secundum bonitatem tuam promisisti penitentiam remissionis peccatorum ergo propitiare michi misero peccatori qui adulterium commisi atque proditionem cum homicidio perpetraui circa seruum meum

fidelem vriam etheum. Potest etiam ad literam istud exponi in persona populi israelitici in captiuitate babilonica existentis. in qua patienter sustinuit seruitutem. lxx. annorum qui. semper sperabat et expectabat a deo propitiationem iuxta legis promissionem que dicit Deuteronomie tricesimo secūdo. Propitius erit dñs terre populi.

A ¶ Sed pro maiori declaratione huius versus. Notandum in primis iuxta primam clausulam. Quia apud te propiciatio est. quod dominus deus propiciatur populo suo pluribus modis. videlicet.

Redemptorem mittendo
Aduocatum tribuendo
Peccata remitendo.
A malo preseruando
Culpas vlciscendo.
A penis liberando.

¶ Primo igitur dominus deus propiciatur populo suo. id est miseretur illius. redemptorem mittendo quod impletum fuit incarnatione domini nostri iesu christi secundum quod prophetatum fuerat. Deuterono. xxxij. propicius erit dominus terre populi sui. Unde canit ecclesia ad deum patrem loquēs Qui irasceris et propicius eris et omnia peccata hominum in tribulatione dimittis. Tunc enim ipse deus pater iratus est quando Adam mandatum eius facile ad custodiendum preteriuit. Item tunc iratus ē quando vidit omnem carnem esse corruptam per fedam luxuriā Ita vt dixerit. Penitet me fecisse hominem. Genesis sexto. sed tandem propicius factus est quando redemptionem misit populo suo. tunc vero omnia peccata hominum in tribulatione dimisit quando posuit iniquitates omnium nostrum supra dorsum filij sui in cruce tribulati et dicentis illud psalmiste. Tribulationem et dolorem inueni et nomen domini inuocaui. supple dicendo. Hely hely lamazabathani. Hoc ē deus meus deus meus vt quid dereliquisti me? Et hoc est qđ loquitur Johannes in sua prima cano. c. iiij. dicens In hoc est charitas dei patris. nō quasi nos dilexerimus eum. sed qm̄ ipse prior dilexit nos et misit filium suum propitiationez pro peccatis nostris. Item Paulus. ij. Corint. v. Deus erat in christo mundum reconsilians sibi non reputans illis delicta ipsorum. Et paucis interiectis subdit. Eum qui non nouerat peccatum pro nobis peccatum fecit. id est hostiam et oblationem pro peccatis nostris. Ecce quomō deus pr̄ propiciatus est toti mundo filium suuz in redemptionem peccatorum mittendo. vnde illi dicem possumus. O deus pater apud te propiciatio est. i. sacrificiū propiciationis filiū tui q. s. oblato et sanguie eius effuso dēs merito delē vniuersa peccata nostra. Istud eīm est propiciatoriū illud i quo duo cherubin versis vultibus se respiciunt. vt in figura dicitur. Exodi. xxv. Per hoc autez intelligitur dei misericordia et iustitia. Olim enim iustitia volebat totū mūdū punire et perdere. misericordia autem per

oppositum volebat totum mū dum saluare. Sed in christo i uenit iustitia quod petebat et misericordia quod volebat. Nam punitum est sufficientissime siue iustissime peccatum ade per mortem christi. atq; misericordissime deletum est. Tūc enim misericordia et veritas obuiauerūt sibi iustitia & pax obsculate sunt. Ecce quomodo ipse benignissimus Jesus factus est propiciatio nostra apud deum patrem. De qua etiā propiciatione vice versa deus pater potest iuste dicere vnicuiq; nostrum. Apud te propiciatio est. id est. adhuc apud te est filius meus saltim sacramētaliter et per gratiam suam et fidem. ecclesiam iustificando et illuminando secundum illud Matthei vigesimo octauo. Ecce ego vobiscum sum vsq; ad consequēti scilicet. Si quis igitur peccauerit non disperet: sed statim currat ad hunc propiciatorem quem apud se habet presentem.

¶ Secundo deus pater propiciatur nobis: id est pie et misericorditer agit nobiscum aduocatū tribuendo scilicet christum filium suum. Et hoc est q̄ dicitur. i. Johā. ij. Si quis peccauerit aduocatum habemus apud patrē hierusalē christū iustum. Et ipse est propiciatio pro peccatis. non pro nostris autem tantum. sed etiam pro totius mundi. De quo etiam aduocato loquitur B. dicens. O homo securum accessum habes apud deum &c. Iste autem aduocatus habet omnes bonas conditiones requisitas i vno aduocato scilicet diligentiam fidelitatem siue veritatē et equitatem. Nam quantum ad primū non cessat die ac nocte aduocare pro nobis ante thronum diuine maiestatis in celis. & hoc secundum humanitatem secundum quam est minor patre q2 scdm diuinitatem cum sit equalis patri eadē dat que et pater. Si ergo multum valde oratio iusti assidua. vt dicitur Jaco. v. quanto plus proderit apud deum patrem oratio christi assidua? Item q̄tum ad secundum iste aduocatus veritatem semper loquitur & allegat sine admixtione alicuius falsitatis. Item quantū ad tertium obseruat equitatē in aduocando. quia nunquam iniustam causam defendit. aut iustam quandoq; opugnat q2 vt dicit. i. Pe. ij. Non est inuentus dolus in ore eius. Sicut tamen aduocatus terrenus iuste patrocinans potest suscipere pro penis et laboribus moderatum salarium et similiter iurisperitus pro consilio dato p̄ ut habetur. xiiij. questione quinta Non sane. Ita etiam iustū est vt huic fidelissimo aduocato Jesu christo aliquid impendamus aut gratiarum actiones referendo aut bona temporalia pauperibus ob eius reuerentiam largiendo: quia hoc reputat tanquam sibi factum et datum. Matth vigesimo quinto. Qđ vni ex minimis meis fecistis &c. quantum autē prosit nobis aduocatus iste apud deum patrem pulchre in figura ostenditur. secundi. Regum. decimo quar-

to.vbi legitur quod Joab per quem intelligitur christus me dio vnius mulieris per quam intelligitur dei misericordia. pacificauit iram Dauid aduersus Absalon filium suum qui occiderat Amō fratrem suum ꝓ eo quod vi oppresserat thamar sororem suam . vt legitur in precedenti capitulo. Dauid ergo iratus aduersus Absalon significat deum patrem ꝙ irascitur cōtra filios suos christianos propter eorum scelera. sed tamen per intercessionem Jesu christi pacatur et reconsillatur illis. Merito ergo dicere possumus deo patri. O pater de celis deus miserere nobis. quia apud te propiciatio est. scilicet filius tuus Jesus christus qui non cessat orare pro nobis apud tuam clementiam.

¶ Tertio deus pater propiciatur seu compatitur nobis peccata remittendo. Ipse enim est qui dicit Jeremie tricesimoprimo. Propiciabor iniquitati eorum. ⁊ peccati eorum non ero memor amplius: scilicet ad puniendum. Et nota quod nō loquitur de omnibus peccatoribus. sed tantum de illis qui ad eum redeunt per veram penitentiam secundum illud Ezech. decimo octauo. In quacunque hora ingemuerit peccator omnium iniquitatum ⁊c. Et nota quod dicit ingemuerit. Hoc enim modo propiciatus est publicano qui eum orabat percutiendo pectus suum in quo insinuatur cordis contritio dicens. Deus propicius esto michi peccatori. Luce decimo octauo. de quo postea ibidē subditur quod descendit iustificatus in domum suam. Hoc deniꝙ modo propiciatus est ipse dominus regi manasse. Ezechie Dauid Nabuchodonosor. Petro. Paulo. Zoches. Mattheo. Magdalene. mulieri in adulterio deprehense. latroni. Marie egiptiace. ⁊ pene infinitis aliis peccatoribus et peccatricibus Dicat ergo quilibet peccator illud. psalmiste. Benedic anima Benedic anima mea domino. id est lauda dominum . et noli obliuisci omnes retributiones eius . scilicet bona pro malis reddendo. cogita ergo O anima mea quot mala feceris . et inde videbis multas retributiones dei. qui te non damnauit prout potuit. ⁊ de rigore iustitie debuit. sed ad penitentiā te expectauit/et multa bona tibi retribuit. Noli ergo obliuisci omnes retributiones eius. eius inquam qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis. ea delendo per infinitam misericordiam suam qui dicit. Esaye. xliiii. Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me. Patet ergo ex illo verbo. Qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis quod simile dimittit deus omnia peccata Mich. vltimo. Deponet iniquitates nostras et proiiciet in profundū maris omnia peccata nostra. Quid autem est proiicere omnia peccata in profundum maris nisi in profundam penitentiam in qua submerguntur omnes egyptii. id est peccata ⁊ demones? Non igitur desperent pauperes peccatores neꝙ for=

mident redire ad dominum qz vt dicit. ps. Ipse est misericors et propicius fiet peccatis eorum: et non disperdet eos. scilicet in infernum finaliter detrudendo. si tamen velint in presenti penitentiam agere. Ipse enim non vult mortem peccatoris: sed vt magis conuertatur et viuat. Ezechi. xviij. Dicat ergo ei quisuis peccator illud psal. propter nomen tuū dñi i. i. propter bonitatem que de te predicatur. O bone deus propiciaberis peccato meo. multum est enim. supple graue ipsum peccatum meum. sed tamen maior est gratia tua quā quevis culpa mea. maius enim potes quam delere peccatum meum.

¶ Quarto deus propiciatur populo suo a malo preseruando. Hec enim est maxima gratia dei cum scilicet aufert ab aliquo occasiones et affectū mali agendi ⁊ cum eum preseruat a futura ruina. vtpote infirmitatem seu quecunqz alia aduersa immittendo. Treñ. iij. Misericordie domini quia nō sumus consumpti. glo. quilibet anima misericordie domini tribuit qz non est consūpta flagitijs suis videlicet infirmitate carnis delectatione seculi. hostium insidijs. Unde Augustinus. Omnia peccata sic habenda sunt tanquam dimittantur, a quibus deus custodit ne comittantur. Nonne deus propiciabatur ipsi Dauid eum a malo preseruādo quando quidem habebat i potestate sua saul qui animaz eius querebat: nec tamē illi nocere voluit: quem occidere potuit. Unde et dixit. propicius inquit sit michi dominus ne faciam hanc rem christo domini vt mittam manum meā in eum viuit dominus quia nisi dominus percusserit eum. aut dies eius venerit vt moriatur. aut descendens in bello perierit non morietur. i. Regū. xxiiij. Ecce quanto a malo pseruauit dñs ipsum Dauid. Nonne etiam propiciabatur isto modo ipsi Paulo quando dedit sibi stimulum carnis qui erat quidam dolor in carne eius qui dicitur iliaca passio secūdum quod refert de lyra. vt sic per infirmitatem carnis preseruaret eum ab infirmitate mentis scilicet a superbia et elatione spiritus secundum quod ipsemet ait. ij. Cor. xij. Ne magnitudo reuelationum extollat me. datus est michi stimulus carnis mee angelus sathane qui me colaphizet Nonne deniqz valde propiciabatur. dominus balaam quando quidem ea pergente super asinam suam ad maledicendum populo domini. hoc procurante rege moabitarum stetit angelus domini in via contra ipsū balaam tenens gladium euaginatum. ad cuius visionem territa asina declinauit a via. nec vltra progredi voluit. Nume. xxij. Et breuiter deus totiens nobis propiciatur, quotiens nos preseruat a futura ruina: et ideo orandus est vt hoc faciat dicendo illud Eccle. xxiij. Domine pater ⁊ dominator vite mee. Ne derelinquas me i cogitatu supple maligno. et consilio eorum scilicet demonum qui querunt animam meam vt

auferant eam. Sicut ergo tuo munere factus sum ita tuo munere defendar a vorагine vitiorum vt dicit ibi glo so ordi.

¶ Quinto deus propiciabatur electis suis et amicis culpas vlciscendo supple in presenti vt enim dicitur. ii. Machabeo. vi. Multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere: sed statim vltiones adhibere magni beneficii est indicium. Tum quia tales vltiones sunt quedam medicamina contra commissa peccata. Tum etiam quia preseruant a futura ruina. Et hoc est quod dicit Boetius libro secundo de consola. prosa sexta. Et enim inquit plus reor hominibus aduersam quam prosperam prodesse fortunam illa enim semper specie felicitatis cum videtur blanda mentitur. Hec vero semper vera est cum se instabilem mutatione demonstrat. Illa fallit: hec instruit. Illa a vero bono deuios blanditiis trahit. Aduersa plerunque ad vera bona reducens velut vnco. id est tenaculo retrahit. hec ibi. Unde grego. super Ezechielem omelia. i. satis ad propositum loquitur dicens. Dei pietas culpas insequitur: et tamen peccantes protegit iratum se iudicat: et tamen ab hostibus defendit. Sic plerunque paruulo filio delinquenti mater irascitur: reprehendit: increpat: verberat Sed si hunc in preceps terre conspexerit vbi in mortis periculum ruat manum tendit: et retinet ac si irata non verberasset: hec ille. Nonne queso deus summe hoc modo propiciabatur Regi Manasse. de quo legitur quarti Regum. xxi. quod fecit multas abhominationes: et pessimas in iuda super omnia que fecerunt Amorre: et hoc quantum ad ydolatriam: cui operam dabat. Insuper fudit multum sanguinem innoxium: donec impleretur Jerusalem vsque ad os vide ibi et similiter. ii. paral. cc. xxx. vbi ad longam describuntur eius impiissimi mores. Qui postea sub Assyriis captus et cathenis vinctus/atque impedibus ductus est in Babylonem. etc. Postquam autem coangustatus est orauit dominum suum et egit penitentiam magnam coram deo patrum suorum deprecatusque eum et obsecrauit intente: et exaudiuit ipse dominus orationem eius: reduxitque eum in Jerusalem: et in regnum suum. Ecce quomodo piissimus deus propitiatus est tam facinoroso regi culpas eius vlciscendo in presenti.

Non est ergo infallibile signum reprobationis cum quis patitur in presenti pro suis delictis. Unde et dicebat Augustinus. Hic vre. hic seca: vt ineternum parcas. Propterea dicebat dominus de Dauid. Si dereliquerunt filii eius legem meam etc. sequitur visitabo in virga. id est in pena temporali iniquitates eorum: et in verberibus peccata eorum. Misericordiam autem meam: non dispergam ab eo. Unde et de filiis israel legitur in Exodo in plerisque capitulis quod quam primum peccauerant dominus vlciscebatur iniquitates eorum nunc aduersarios eis suscitando

nunc serpētes/ z feras bestias immittendo: nunc vite necessaria ab eis subtrahendo: et huiusmodi. Sed quampriműs clamabant ad dominum cum tribularentur: mox de necessitatibus eorum liberauit eos: vt legitur in Psalmista. Unde Psalmista in alio passu de huiusmodi propitiatione loquitur dicens. Domine deus noster tu exaudiebas eos. Deus tu propitius fuisti eis: z vlciscens in omnes adinuentiones eorum. At vero euidentissimum reprobationis indicium: z desertionis gratie dei est. Hominem in presenti relinqui absque freno correctionis/ et flagellorū dei. Solent em̄ homines quandoque equos suos senio cōfectos postquam sunt omnino inutiles domui relinquere eos abire quo volunt: sed cum vagantur liberi p prata z syluas frequenter deuorant a lupis. Ita et miseri peccatores a deo derelicti de facili ruunt de peccato in peccatum: z tandē deuorantur a demonib9. Et hoc est qđ loquitur psalmista dicens. Dimisit eos secundum desideria cordis eorum. idem non flagellauit eos i p̄senti. Et ideo ibūt in adinuentionibus suis: id est post cōcupiscentias suas. Uel in adinuentionibus suis: id est in peccatis nouis que adinueniēnt ruētes de peccato in peccatū. Unde de reprobis. ij. Machabeorum. vj. dicitur in alijs nationib9 scilicet a Judeis de9 patienter expectat: vt eas cum dies iudicij venerit in plenitudine peccatoruz puniat. Deus ergo multuz misericorditer agit cum electis eos in presenti pro omni errato temporaliter puniendo.

¶ Sexto de9 propiciatur animabus in purgatorio existentib9 eas a penis liberando. De quo dicitur Deuterono. xxxij. quod vindictā retribuet in hostes eorum: scilicet electorū filiorum suorum: z propici9 erit terre populi sui: sclz terre purgatorij in qua habitat popul9 domini: id est anime q̄ cum gratia decesserunt: tamen cum obligatione ad penam temporalē. Unde dicte anime clamant ad ipsum dominum dicētes illud Psalmiste. O domine propici9 esto peccatis nostris: id est pene debite pro peccatis nostris propter nomen tuum. Quis si queras modum quo propiciatur dominus ipsis animabus. Uide illud capitulum. Anime defunctorum. xiij. q. ij. vbi dicitur quod predicte anime quatuor modis soluuntur: aut oblationibus sacerdotū/ aut precibus sanctorum/ aut eleemosynis carorū/ aut ieiunio cognatorum. Unde quelibet talis anima merito potest dicere illud Job. xxxiij. Inueni i quo ei scilicet domino propicier: scilicet quatuor predicta remedia. Iuste ergo anima in illis penis detenta pro qua exhibentur domino a superuenientibus predicta remedia potest rationabiliter eidē dicere. Apud te propiciatio est: id est tibi ab amicis meis offertur oblatio: pro qua merito debes mihi esse propici9/ et misericors me a penis liberando.

B ¶ Iterum breuiter notan-

dum iuxta secundam illã clausulam: et propter legẽ tuam sustinui.etc. quod ista verba possunt merito dicere tria genera personarum.

Scilz.
- Jesus Christus.
- Iustus afflictus.
- In purgatorio detentus.

¶ Primo igitur Christus cum patiebatur pro nobis in cruce dicere poterat ad patrẽ. O pater sanctissime propter legem tuam de qua scriptum est Esaye.liij. propter scel9 populi percussi cum sustinui te: id est patienter tuli hoc genus mortis quãuis vilissimum sit: atqꝫ dolorosissimum. O mirabilis lex que iubet dominum pro seruo occidi. Innocentem pro nocente: creatorem pro creatura. Ut enim in eodẽ capitulo dicitur. Omnes nos quasi oues errauimus. Unusquisqꝫ in viam suaꝫ declinauit: et posuit domin9 in eo iniquitatem omniũ nostrũ. Et de ista patientissima sustinentia saluatoris in cruce pendentis in figura legitur Genesis.xxij. quod Abraham volẽte immolare filiuꝫ suum Isaac qui fuit aperta figura saluatoris ipse Isaac in omnibus patientissime obediuit patri. Sic et Christus deo patri in sufferendo dirũ supplicium crucis. Quis si queras quenaꝫ sit illa lex dei patris qua voluit filiuꝫ suum pro nobis occidi. Certe hec est lex diuini amoris/ et immense charitatis: qua nos intime dilexit ipse pater etiã quodammodo plusqꝫ filium suum: qꝛ pro nobis viuificandis tradidit illum occidendum. Unde de hac lege loquitur Apostol9 Romanorum.v. dicens. Commẽdat deus charitatem suam in nobis: quia cum inimici essemus reconsiliati sum9 deo per mortem filij eius. Item eiusdẽ.viij.cap. Proprio filio suo non pepercit de9: sed pro nobis omnibus tradidit illum. Dicat ergo Christ9 patri. O pater propter legem tue charitatis qua mundum tantum dilexisti: sustinui te me tradentem ad mortem pro homine.

¶ Secundo. Iustus in presenti afflictus/ et aduersa patiens merito potest dicere ad dominum. O domine deus sustinui te me supple flagellantem propter legem tuam. quia statuisti per multas tribulationes esse intrandum in celum: secunduꝫ quod de te scriptuꝫ est homini iusto. Esaye.xxij. Coronãs coronabit te supple deus tribulatione id per meritum tribulationis: et propter virtutem patientie in aduersis. Et hoc modo ille Eleazar9 de quo.ij. Machabeorum.vi. legitur dicebat ad dominum cum cruciaretur Domine qui habes sanctã sciẽtiam manifeste tu scis quia cũ a morte posseꝫ liberari: scilicet edendo carnes porcinas contra tamen edictum legis. ideo supple propter legeꝫ tuã istud vetantẽ duros corporis sustineo dolores. secundũ animam vero propter timorem tuũ hec libenter patior. Nonne etiam propter legem dei precipienteꝫ patientiã habendam in aduersis sustinebat dñꝫ ipse Paulus cum dicebat.i. Corinthiorum.iiij. Maledicimur/ et benedici=

mus : persecutionem patimur/ et sustinemus:blasphemamur/ et obsecramus. Ut enim inquit idem Apostolus.i.Corinthiorum.xiij.Charitas: id est amor dei super omnia: omnia suffert omnia sustinet supple dura/ et aduersa.i.Petri.ij. Hec est gratia si pter deū sustinet / quis tristitias patiens iniuste. Que enim est gratia si peccantes/ et collaphizati suffertis ? Sed si bene facientes patientur sustinetis:hec est gratia apud deū. ¶ Tertio spiritus in purgatorio detent⁹ potest dicere ad dominū. O pater celestis propter legem tuā qua statuisti omnem preuaricatorem mandatorum tuorum in mundo/aut in inferno/ seu in hoc loco puniendū sustinui te me supple flagellantem : sustinui inquam patiēter sciens / quoniam iuste mecum agis , Unde talis spiritus potest dicere illud Miche.vij.Cū sedero in tenebris supple purgatorij.Dominus lux mea est . hoc est spero lucem post tenebras. Nec propter tenebrarum loca/aut grādia supplicia/que patior impatiens efficiar.quin immo iram dñi portabor quoniam peccaui ei,donec causam meam iudicet/⁊ faciat iudiciū meum:educet me in lucem:scilicet paradisi: ⁊ videbo iustitiā eius:id est quam iuste/⁊ rationabiliter dure/ ⁊ seuere me punierit in purgatorio.Talē autem spiritū consolatur scriptura.Ecclesiastic.ij. dicēs.In dolore sustine:⁊in humilitate tua patientiam habe.Quoniam in igne probatur aurum/⁊ argentū:homines vero receptibiles in camino hūilitatis:quasi dicat:sicut aurum/⁊ argentū materiale purgatur i fornace :ita et anime rationales in camino et igne purgatorij: que scilicet in presenti non plene satisfecerūt de commissis delictis:quia vt dicitur Matth.v. Non exibis inde donec reddas nouissimum quadrantem.

¶ Lectio.ci.

¶ Sustinuit anima mea in verbo eius , sperauit anima mea in domino.

¶ Postquam in precedenti lectione ostēsum est quomodo verus penitens sperat a domino inuenire misericordiam ⁊ gratiam eo maxime: quia apud eū propitiatio est.i.pronus est ad propiciādum/ seu indulgendū magis ꝙ ad vlciscendum. Hic consequēter idē penitēs aliam assignat causam huius spei: scilicet dei promissionem dicens. Sustinuit anima mea inverbo eius.i. in promisso quod vt dicit glo.inter℟. nō fallit: ⁊ quod regnum celorū post veniā promisit. Promittit eñ dñs in presenti misericordiam vere penitenti dicēs illud Eze. xviij. In quacūqꝫ hora ingemuerit peccator omnium iniquitatū eius nō recordabor amplius.tandē autem eidem promittit gloriā in futuro.psal. gratiā ⁊ gloriā dabit dominus.Gratiā quidē in presenti: gloriā aūt in futuro. Uel illud verbū est dei fili⁹. de quo Joan.i. Uerbū caro factum est: ⁊ habitauit in nobis.

In hoc ergo v̄bo debet anima nostra sustinere: et fulciri per fidem: quia vt dicit Grego. super hoc passu: q̄ manet in verbo nō fraudatur a regno. Aliter nanq̧ fructum facere non possumus: nisi in hoc verbo maneamus. Ideoq̧ ait. Manete i me: et ego in vobis. Io. xv. Ubi ergo manendū est nisi in ipso? Deficiēt domus. palatia ruēt: destruentur ciuitates ab imis sedimus: turres euellētur. Postremo celum et terra transibunt. verbū aūt dn̄i manet ineternum. Maneamus ergo in eo qui manet ineternum: vt possimus cū eo manere ineternum. Nō sequamur vanitatem deserentes veritatē nec contristemur sicut ceteri q̄ spem non habent sed sustineamus eū. Et si moram fecerit expectemus: quia veniēs veniet/ et nō tardabit. Expectemus inq̄ ne contingat nobis illud ecclesiastici. ij. Ue his qui perdiderunt sustinentiā. Sequitur sperauit anima mea in dn̄o. Nec quidem immerito. q: sicut maledictus homo qui cōfidit in homine vt dicitur hiere. xvij. Ita et beatus cuius est nomē dn̄i spes eius et non respexit in vanitates: et insanias falsas. i. nō posuit spē suam in rebus vanis que false sunt/ et insanire faciūt homies: quemadmodū sunt diuitie temporales/ mūdani honores. Delitie carnales. Dn̄s autem Petrus de Palude exponit hunc passum ad literā i persona populi captiuati apud Babiloniā dicētis. Sustinuit anima mea in verbo eius. i. patienter portaui captiuitatē propter remissionem dn̄i per hieremiā: qui prophetauerat de eius liberatione: scilicet post. lxx. annos. Sperauit anima mea in domino: nō in ciro/ vel dario: nec in Zorobabel vel hieremia: quia quanuis illi reges/ et isti duces instrumentaliter cooperati fuerint ad reditum de captiuitate et ad templi reparationem/ atque ciuitatis Tamē deus facit talia principaliter/ siue interius inspirando/ siue exterius p prophetas et aliis modis adiuuando. Allegorice autem hoc idem doctor exponit de Helia/ et Enoch existentibus in paradiso terrestri: et expectantibus conuersionem reliquiarum Israel que fiet in fine mundi. vt dicitur Esaye. x. Unde quilibet eorum dicit. Sustinuit anima mea in verbo eius. i. patiēter sustinui dilationē glorie propter verbū domini illā promittētis. Ideo sequitur. Sperauit anima mea in domino: qui scilicet facturus est talem gloriosam trāslationem in celum. Uellent vtiq̧ multo plus illi venerabiles patres dissolui/ et esse cum Christo: quam tantum differri a regno: sed tamen patienter portant huiusmodi dilationem/ propter verbum domini/ et spē de salute populi sui tunc conuertendi.

A ¶ Est ergo notandum iuxta hunc passum quod tria genera personarum merito dicere possunt istud verbum. Sustinuit anima mea in verbo eius.

Scz.
- Antiqui patres.
- Martyres incliti.
- Spiritus tribulati.

¶ Primo igitur patres veteres olim sigillatim dicere poterāt hoc verbum. Sustinuit anima

mea in verbo eius. Hi enim cōfidentes in promissione facta per sanctos dei prophetas patienter sustinebant dilationem regni celestis manentes captiui in limbo sperantes firmiter inde per incarnationem/ & passionem domini liberari. Unde quilibet eorum dicere poterat. Sustinuit anima mea in limbo supple captiua in verbo eius: id est in spe promissi eius: et in spe verbi incarnandi sperauit anima mea in domino: id est in Christo venturo secundum illud Job. xix. Reposita est hec spes mea in sinu meo. Item Genesis. xlix. Salutare tuum expectabo domine: id est descensum filij tui in hunc locū tenebrarum. qui me inde liberaturus est. Unde dicebat sanctus ille Job in persona cuiuslibet talis spiritus in limbo existentis. quartodecimo capit°. Expecto donec veniat immutatio mea: id est tempus in quo mutabor de hoc loco tenebrarum ad locum claritatis eterne. Uocabis me tu supple omnipotēs deus dicens illud Luce. xiiij. amice ascende superius et ego respōdebo tibi: id supple quod sequitur. Operi manuum tuarum porriges dexteram: scilicet me ab hoc loco liberādo vt tādem valeam tibi decandare illud Psalmiste. Domine eduxisti ab inferno animam meā saluasti me a descendibus in lacū scilicet inferni vel libi. De hoc autem verbo: id est dei promissione q̄ olim fiebat cuilibet sancto patri in dictum locum limbi descendentis scribit. Esaye xxviij. Expecta reexpecta. expecta reexpecta. modicum ibi modicum ibi: scilicet in limbo detineberis. Et hec sunt verba dei patris ad predictos patres quibus eos gratiose consolabatur. Cum autem in descensu Christi ad iferos liberati sunt quilibet decātabat illud Psalmiste. Expectans expectaui dominū & intendit mihi. Nec quidē frustra expectaui ipsum dominum: quia exaudiuit preces meas & eduxit me de lacu miserie: & de luto fecis. Dicitur autem predictus locus limbi: locus miserie & lutum fecis. Tū quia erat ibi magna miseria: scilicet non videre deum quē summopere desiderabāt illi patres tum quia sic erant in eodem loco infixi vt non possent absꝫ speciali dei auxilio & gratia inde liberari.

Secundo quilibet sanctus dei martyr potest dicere. Sustinuit anima mea in verbo eius hoc aūt fuit quādo ipsi martyres suis corporibus pro Christo qui est verbum patris eterni immania pertulerūt tormēta. Et hoc est quod loquit Joan. Apocalyp. vi. dicens. Uidi subtus altare animas interfectorum propter verbum dei et propter testimonium quod habebant: id est quod reddebant de sancto dei euangelio. Unde martyr grece testis latine iterpretatur. Nullus autem potest aliquam veritatē magis testificari quam dicendo. volo mori si non sit ita vti dico. Hoc aūt egerūt sancti dei martyres dicentes ad verbum dei: hoc est ad Christum illud Psal. Propter te mortificamur tota die.

Non enim inquit Augu. secundum quod recitatur de conse. distinctione quarti baptismi. Pena facit martirem sed causa. Multi nempe granissima perpessi sunt supplicia. qui tamen ad tormenta multo crudelior descenderunt quia non sustinuit anima eorum in verbo ei⁹ id est propter verbum patris carnem factum sed potius propter laudem hominum sicut valerius maximus narrat de curtio milite nobili romano qui armatus proiecit se in magnū hyatum factum in vrbe data responsione a diis quod non clauderetur talis apertura terre nisi fortis miles se in ea iniiceret. Quiquidem hyatus per ipsum curtium qui se in eo precipitem dedit clausus est: sed tamen ad vtriusq; hominis ipsius interitum secundum illud Jeronimi verbum. Quod recitatur. prima. questione. prima vide. Si inquit opinionem vulgi sectantes intrepidi fuderimus sanguinem: huic operi nō tam premium quam pena debetur.

¶ Tertio quilibet spiritus in purgatorio tribulat⁹ iuste potest decere hoc verbum Sustinuit anima mea in verbo eius. id est in promissione ipsius dei Cum enim aliqua anima soluto carnis vinculo pro complēda penitentia et satisfactione condigna. descendit ad purgatorii locum tunc iusto dei iuditio taxatur sibi pena soluēda qua expiata repromittitur illi celestis gloria. et ex tali dei promissione efficitur ipsi anime dicta pena tollerabilior Verbi gratia. Est aliquis detentus in carcere satis tenebroso in quo habet multa pati. veruntamen quia securus est quod ibi non morietur: sed soluto p̄cio per se aut per alium pro quo precio ibidem detinetur mox inde liberabitur. et in maiori libertate atq; dignitate cū bonorum copia constituetur quam forte antea fuerat. ex his omnibus tollerabilius suffert dictam penam. Ita etiam in proposito quia vt dicit Gregorius consideratio et spes premii diminuit vim flagelli. Nō enim inquit psalmista. Relinquet dominus virgam peccatorum super sortem iustorum quasi dicat. Ad dei magnam iustitiam non pertinet vt ardor ignis qui est virga qua percutit ipse dominus miseros dānatos sine fine maneat sup iustos et electos que sunt in purgatorio quamuis bene ad tempus percutiantur illa virga. Non enim talibus in perpetuum irascetur deus neq; ineternum comminabitur Unde Abacuch. iii. Cum iratus fueris supple dictis electis in purgatorio existentibus. id est ad modum irascentis te habueris eos puniendo . misericordie recordaberis: videlicet a penis totaliter liberando et ad celeste regnum perducendo.

¶ Ceterum notandum iuxta illam secundam clausulam. sperauit anima mea in domino. quod anima cuiuslibet nostrum debet sperare in domino triplici de causa scilicet.

Dei largitatem
pper Beatorum charitatem
Propriaz operositatẽ

¶ Primo igitur debemus sperare in domino propter eiusdẽ largitatem et liberalitatem Unde deuotus. Bernar. in quodã sermone de septem panib⁹ sic inquit Tria considero in quibus tota spes mea consistit: charitatem adoptionis: veritatem promissionis: potestatem redditionis Scio cui credidi ⁊ certus sum quia in charitate nimia adoptauit me: quia verax est in promissione: quia potẽs est in exhibitione. hic est funiculus triplex q̃ difficile rumpitur quem nobis a patria nostra in hunc carcerem dimissũ firmiter obsecro teneamus vt ipse nos subleuet: trahat ⁊ protrahat vsq; ad conspectum glorie. hec ille. De primo quidem funiculo scilicet de charitate adoptionis scribitur. i. Io. iij. Uidete qualem charitatem dedit nobis deus. vt filij dei nominemur ⁊ simus Nonne que so multum sperare debemus in dño considerantes q̃d ipse est pater noster. Unde glo. super illo verbo mat. vi. Pater noster qui ⁊c. In hoc datur nobis fiducia, quid enim negabit filijs qui iam dedit q᷑ pater est. Luce. xi. Si vos cum sitis mali nostis bona dare filijs vestris, q̃to magis pater vester ⁊c. vnde largitas tanti patris declaratur sub parabola de filio prodigo: quem pater tam festiue ⁊ gratiose suscepit Lu. xv. De secundo scilicet de veritate promissionis patet in scriptura sacra que ⁊ quanta bona in futura vita promittat ille pater celestis diligentibus se ⁊ sperantibus in eum. vnde Jaco. i. Beatus vir qui suffert tentationem eum quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vite quam repromisit deus diligentibus se. Item in psal. Memor esto verbi tui seruo tuo i q̃ mihi spẽ dedisti Ipse autem deus fidelissimus est in promissis nec mentiri potest aut fallere. ideo quod promittit implebit. De tertio autem scilicet de potestate redditionis. Aduertendum quod huiusmodi potestas debet in nobis multum corroborare spem ad desi. significanter attento q᷑ eque facile sit ipsi liberare a magnis sicut a paruis periculis ⁊ saluare cũ paucis sicut cum multis. Item considerato q᷑ ipse est creator noster dñs. gubernator redemptor: et huiusmodi. multũ habet nos inducere ad sperandũ in eum. Artifex enim naturaliter amat opus suum adeo vt vix possit audire q᷑ ei detrahatur. Et ita verisimile est quod ille summus et vniuersalis omnium artifex deus amat opera sua et precipue hominem quẽ ad ymaginem ⁊ similitudinem suam creauit Gene. i. Item cũ sit dominus noster et naturaliter amans homines que sua sũt atq; conseruant et si aliqua et perdiderint gaudent cum illis recuperauerint. verisimile est ergo quod ipse domin⁹ noster velit omnes iustos conseruare et peccatores quos perdidit. quantum in ipso est recuperare. et ad hoc propositum facit illa parabola de centum ouib⁹

et decem dragmis Luc.xv. Itē cum inter homines debeat seruus domino suo fidem vt scilicet et in omnibus obediat et dominus debeat seruo protectionem et subuentionem certissime debet homo sperare q̄ ab hoste inuisibili impugnat quod si tētatio sit supra vires suas deus ei in succursum veniet. nec eum deseret nisi per culpam suam steterit. aut negligens in mittendo ei nuncium orationis fuerit vel infideliter vltro et se reddiderit. Et hoc est quod dicit paulus.i.Cor.x. Fidelis deus qui non patitur vos tentari supra id qd̄ potestis: sed faciet eum tentatione prouentum. Exemplum habemus de beato Martino quādo in alpibus incidit in latrones. Item cum ipse deus sit summe misericors magis vult et optat ipsum miserum peccatorem liberare a peccato et a periculo eterne damnationis q̄ ipsemet homo velit liberari. Unde leo papa et recitatur de penitē.di.i. Multiplex. Multiplex inquit misericordia dei ita lapsibus humanis subuenit vt non solum per baptismi gratiam sed etiam per penitentie medicinam spes vite reparetur eterne. Patet ergo quantum debemus sperare in domino propter multiplicē ei⁹ largitatem ad homines.

¶ Secundo principaliter debemus sperare in domino propter ipsorum beatorum cū xp̄o regnantium charitatem et suffragium quod triplex est.

D ¶ Primum est christi inq̄tum homo est de quo Ro.viii. Qui etiam interpellat pro nobis. Et.i.Jo.ii. Si quis peccauerit aduocatum habemus apud patrem Jesum Christum ¶ Item Bernardus. Securum accessum ad deum habes o homo vbi mater stat ante filium filius ante patrem. non poterit esse repulsa vbi sunt tot amoris insignia Secundum suffragium in quo sperare debem⁹ est beatissime virginis Marie. Unde in sacra scriptura dicitur mater sancte spei Ecclesiastici vigesimo quarto. eo scilicet quod ipsa eam nobis procurat. Insuper dum consideramus eius benignitatem et misericordiam erga nos hoc inducit nos ad spem diuini adiutorii. vnde de eā videtur loqui paulus Hebre.iiii. dicēs. Adeamus cum fiducia ad thronum gratie eius vt misericordiam consequamur et gratiā inueniamus in auxilio oportuno Item in prosa sic de ea cātatur. Spes reorum es Maria peccatorum mater pia. Item in illa angelica salutatione q̄ incipit. Salue regina. dicimus ei. Spes nostra salue. Tertium suffragium in quo sperare debemus sunt orationes et preces sanctorum tam angelorū ꝫ quam hominum. non quidem sic quod habeamus ab ipsis sperare gratiam aut gloriam: sed a domino tantum. meritis tamen ⁊ intercessionibus ipsorum sanctorum. Unde cū psalmista dixisset. Leuaui oculos meos in montes vnde veniet auxilium michi. mox subiungit. Auxilium meum a domino. Secundario ergo et sub

deo possumus sperare tam in angelis bonis: quam in ceteris sanctis In angelis quidē. tum quia sunt custodes animarum nostrarum tum qꝛ sunt delatores earundem ante conspectum diuine maiestatis si bene decesserint a corporibus. tum quia erimus socij et commensales eorum in gloria. In sanctis vero hominibus similiter sperare debemus. Nam si cum in mundo isto erant ꝛ iuuabāt miseros: multo magis nunc sperandum est quod iuuant eosdem cum in caritate sint perfectiores quam antea dum viuebant Specialiter autem illos iuuant qui pecularius eisdem afficiuntur sicut beatus Dominicus iuuat deuotos filios suos fratres predicatores: similiter beatus benedictus religiosos monachos. Item beatus franciscus fratres minores regulariter viuentes. et sic de alijs. Unde specialiter cantamꝰ in quodam responsorio de ipso patre nostro dominico sic. O spem miram quam dedisti mortis hora te flentibus dum post mortem promisisti te pro futurum fratribus imple pater quod dixisti nos tuis iuuans precibus. Ecce qualiter possumus sperare in suffragijs sanctorum dei.

¶ Tertio debemus sperare in domino propter nostram operositatem. Incunctanter enim et indubie debemus credere ꝙ si mandata dn̄i fecerimus ipse saluabit nos. Et hoc est quod dicit ps. Sacrificate inquit sacrificium iustitie. scilicet bonorum operum que tunc sacrificantur cum deo debite offeruntur ꝛ sperate in domino vel sacrificium iustitie est cordis cōtritio: oris confessio: et operis satisfactio. Si ergo domino sacrificauerimus hoc triplex sacrificium iustitie. profecto i eo sperare indubie poterimus ꝙ scilicet propicius erit pctis nostris. Propterea ad propositū loquitur Ambrosius et recitatur de pe. distin. i. Ecce nunc dicens. Confessio spem saluandi tribuit. Nec enim ad salutem duo prima sufficiunt videlicet Diuina misericordia et liberalitas cum multiplici sanctorū suffragio. nisi etiam concurrat saltim in adulto proprium meritum dicente Augu. Qui fecit te sine te nō iustificabit se sine te. Si enim oportuerit christū per proprium sanguinem itroire in celum vt dicitur Hebre. ix. quāto magis nos homines peccatores per proprium laborem ꝛ meritum habemus itroire celeste regnū. Propterea magister senten. di. xxvi. tertij diffiniens spem dicit. quod spes est certa expectatio future beatitudinis ex meritis et gratia proueniens. Nam sperare vitam eternam sine proprijs meritis nō est spes sed presumptio vt dicitur di. eadem. Sic ergo operemur vt merito rationabiliter in domino sperare possimus.

Lectio. ciij.

¶ A custodia matutina vsꝫ ad noctem speret israel in domino.

¶ Postquam in precedenti lectione ostēsum est quare penitens debet in domino sperare: quia propter eius promissum. Item propter triplicē causam vt vltimo habitum est. Hic consequēter ostenditur eidē quanto tempore et quādiu debet in domino sperare: quia a custodia matutina vsque ad noctem: id est quandiu viuit: quia a pueritia que est quasi custodia matutina quando scilȝ homo primo incipit ratione vigere: ⁊ seipsum custodire vsqꝫ ad noctē: id est vsqꝫ ad mortē. Unde psalmista. Dominus custodiat introitum tuum et exitum tuum: speret Israel: id est fidelis qui videt deū iam per fidem in domino non ergo in mundo neqꝫ in diuitijs aut parētib⁹ ⁊ amicis. Non ergo satis est ad salutez sperare in domino in mane pueritie aut iuuētutis nisi speretur continue vsqꝫ ad noctem senectutꝫ ⁊ vltime hore vite hominis; quia scriptum est Matthei.x. quod qui perseuerauerit vsqꝫ in finem hic salu⁹ erit. Non autē dixit qui inchoauerit hic saluus erit. Multi enim bene inchoauerūt qui pessime finierunt sicut patuit de Saul de Salomone ⁊ similib⁹: ⁊ ideo dominus volens ostēdere perseuerantiam finalē ad salutem necessariā: in figura hui⁹ precepit Leuiti.i. vt caput et cauda hostie simul domino offerrentur. Et ad hoc nos admonet scriptura. Ecclesiasti.xi. dicēs. Mane semina semen tuum ⁊ vespere ne cesset man⁹ tua: qꝛ nescis quid magis oriaꝛ hoc aut illud ⁊ si vtrunqꝫ simul melius erit. Dicat ergo penitens cum Psal. Spes mea domie tu supple es a iuuētute mea. Et ideo ne proijcias me in tempore senectutis ⁊ cuȝ defecerit virtus mea ne derelinquas me domie sed quanto plus tendo ad noctē mortis tanto magis fac me sperare in tua misericordia: et in bonis glorie tue vt tanquaȝ verus Israel possim tandem te videre clare et aperte sicuti es in terra viuentiū. Est ergo notandum secūdum dominū Petrum de Pallude. quod iste textus potest tripliciter exponi.

¶ Primo quidem literaliter de populo Israelitico captiuato in terra inimicorum caldeorū: qui ibi viuēs cum magnis angustijs. habuit die ac nocte de se plurimū timere. sperare autem in domino; ⁊ non in humano adiutorio: eo ꝙ omnes erāt hostes ipsoruȝ: ⁊ eos impugne occidebāt sicut maxime quando Thobias rapiebat corpora occisorū: ⁊ nocte ea sepeliebat: vt dicitur eiusdem.ij.c. Quandoqꝫ autem ipsi Caldei proponebāt omnes Judeos simul interficere maxime tēpore Aman qui hanc licentiam impetrauerat a rege Assuero Hester.ij. et iij.c. Et ideo a custodia matutina. i. a summo mane vsqꝫ ad noctem habebāt in solo domino sperare vel quia de mari rubro liberati sūt filij Israel submersis Egyptijs in vigilia matutina. Exod.xiiij. Item in Babilone interfectus est Balthazar rex Caldeorum noctis tempore qui tenebat Judeos captiuos. Danielis quito. Sed Darius Medus in regnum succes

sit cum cyro rege persarum qui liberauit eos. Ideo dicit. A custodia matutina quo ad liberationem de egypto. vsque ad noctem quo ad liberationem de babilone. speret israel in domino. q. d. Speret ille populus liberari a domino de babilone. sicut iam fuit liberatus de egypto. Sicut enim Abrahe fuit predictum et reuelatum de seruitute egyptiaca et liberatione ab eadem, Sic et Jeremias predixit de captiuitate babilonica et de reditu ab eadem.

¶ Secundo idem doctor hoc exponit allegorice post Augustinum et Gregorium dicens quod custodia vel secundum aliam literam vigilia matutina fuit quando natus est christus vel quando resurrexit a mortuis.

¶ Nam in vtroque sacramento fuerunt aliqui vigilantes. In natiuitate quidem pastores qui custodiebant vigilias noctis supra gregem suum. Luce secundo. In resurrectione vero milites qui custodiebant sepulchrum qui pre timore exterriti sunt et facti sunt velut mortui. Nox vero finem designat seculi. Israel autem populum catholicum deum per rectam fidem videntem insinuat. Tunc ergo a vigilia matutina vsque ad noctem sperat israel in domino quando christo nato aut a mortuis excitato populus fidelis vsque ad consummationem seculi que erit nox mundi: sperat in domino quo ad peccatorum remissionem et glorie perceptionem. Hanc autem spem qui christum precesserunt non plene habuerunt saltem quo ad effectum eo quod nullus tunc regnum celeste intrare poterat etiam quacunque sanctitate preditus. possumus et hoc in eodem sensu allegorico exponere de animabus que sunt in purgatorio sic dicendo. A custodia seu vigilia matutina qua scilicet pia anima nocte purgatorii transacta euigilat ad videndum deum cum angelis et sanctis omnibus vsque ad noctem: i. vsque ad consummationem mundi. speret israel. id est ipsa anima deuota. in domino quod scilicet in predicta nocte reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue vt dicitur philippen. tertio Uel dic quod per custodiam matutinam intelligitur tempus preteritum quod etiam precessit aduentum christi per noctem vero tempus reliquum quod durat vsque ad finem seculi. Israel autem animam deuotam et deum per fidem rectam videntem designat que tamen adhuc in tenebris purgatorii detinetur. Tunc ergo a custodia matutina vsque ad noctem sperat israel in domino. quando quidem ille pie anime in purgatorio custodite et recluse expectant a domino liberari quarum alique que illic ante christi aduentum descenderant. etiam eo mortuo et resuscitato ibidem remanserunt. Non enim vt inquit. d. t. tertia parte questione quinquagesima tertia articulo octauo Christus ad inferos descendendo liberauit omnes animas in purgatorio deten=

tas sed tantum illas que plene satisfecerant. quotquot autem in limbo patrum inuenit inde eduxit teste Gregorio tertio. libro.moral. Dum inquit conditor ac redemptor noster claustra inferni penetrans electorum exinde animas eduxit: nos illuc ire non patitur: Unde iam alios descendendo liberauit. Patitur autem nos ire in purgatorium non autem in limbum ergo descendendo ad inferos animas sanctorum patrum liberauit non autem animas purgatorij nisi que parate erant per condignam satisfactionem intrare cum eo ad celestes nuptias. Tertio idem doctor post dominum cardinalem exponit hunc passum moraliter sic. A custodia seu vigilia secundum aliam literã matutina vsq ad nocem. id est a prima infusione gratie vsq ad occasum culpe. speret israel in domino: quia hoc tempore valet spes non valet autem quandiu homo est in nocte culpe qr existens in peccato non proprie sperat sed presumit, maxime cum spes sit certa expectatio future beatitudinis ex meritis et gratia prouenientes. vel dic aliter. A custodia matutina vsq ad noctem. id est a iuuentute vsq ad senectutez. speret israel in domino. id est omnis populus christianus qui fide videt dominum. Dicit autem notanter in domino et nõ in alio quia vt dicitur Jeremie decimoseptimo Benedict⁹ homo qui confidit in domino. maledictus autem qui confidit in homine.

A ¶ Sed pro ampliori declaratione huius textus in quo agitur de spe preter ea que de ea superius dicta sunt. adhuc circa eam insistendum est declarando ipsius vtilitates que multe sunt.

¶ Prima igitur vtilitas ipsi⁹ spei est quod incitat ad penitẽtiam. Nullus enim penitere vellet nisi veniam speraret. teste Ambro. et dicente quod nemo potest digne agere penitentiã nisi sperauerit veniam. In cuius figura dictum est Deuter. xxiiij. Non accipies inquit domınus loco pignoris molam superiorem nec inferiorem. Mola superior que deprimit significat timorem q̃ deprimit opera hominis ne ex eis nimiũ in corde suo exaltetur et glorietur. Sed mola inferior que retinet materiam ne in terram cadat est spes que retinet hominem a motu desperationis ne absorbeatur tristitia. et inter ista duo debet moliri corpus nostrum per penitentiam. et cor per interiorem dolorem. Spes ergo ad penitentiam incitat et inuitat hominem. Hec enim est que traxit Petrum in foueam vt ibi defleret negationez magistri sui christi. Hec est que traxit in desertum locum magdalenam. mariam egiptiacam. pellagiã et pene infinitos peccatores et peccatrices. Et p oppositum desperatio a penitẽtia hominem abducit. sicut patet de Cayn qui dicebat post fratricidiũ. Maior est iniq̃tas mea q̃ vt veniam merear. Gen. iiij. Sed in hoc errauit qr vidit Grego. super Ezech. Omel. ix.

Maior est potētia medici quā magnitudo languoris nostri: quid est eñ quod reparare ad salutē non possit qui omnia ex nihilo creare potuit? Itē Augustin⁹ in enchiridiō. c. lxxiij. Sic inquit de criminib⁹ quantumcunqꝫ magnis remittēdis: in sancta ecclesia dei misericordia desperanda non est agentibus penitentiam secundū modum sui cuiusqꝫ peccati. Item idem ad fratres in heremo: sermo. xxxv. nulla: inquit: culpa tam magna est que non habeat veniam.

¶ Secūda vtilitas ipsius spei est quod fortificat et corroborat hominē in aduersis secundū illud Esaye. xl. Qui sperant in domino mutabunt fortitudinem. Nonne sperantes in domino bene mutant fortitudinē quandoquidem dominus efficitur fortitudo eorum qui antea sperabant in baculo arundineo? propterea Psalmist. loquitur dicens de seipso. in domino sperauit cor meum ꝛ adiutus sum: scilicet ab ipso contra queqꝫ aduersa. Et de hoc historiam habemus. ij. Machabeorum. vij. de illa sanctissima muliere que cū cerneret septem filios suos coram oculis suis crudelissime interimi sub vni⁹ diei tempore tantam aduersitatem equo animo ferebat propter spē quam in deo gerebat: et quod maius est singulos eorū hortabatur voce patria fortiter repleta sapientia: ita vt superaret femineū animū: quinimmo etiā virilem. Ecce quam prodest spes ꝛ qualiter fortificat hominem in aduersis. Hoc etiam idem patuit in Job: qui spoliatus vniuersis bonis: orbatus filijs: afflictus corpore ꝛ ab amicis derisus ex virtute animi ꝛ ipsa spe armatus dixit. Si occiderit me in ipso sperabo. Eiusdē decimotertio. Non ne etiam ipsa spe bene corroboratus contra ingentia aduersa erat ipse Thobias qui cum increparetur ꝛ irrideret a parentibus dicentibus ei. Ubi est spes tua pro qua eleemosynas et sepulturas faciebas. Increpans illos dixit. Nolite sic loqui: quoniam filij sanctorum sumus: ꝛ vitam illam expectamus quā deus daturus est his qui vitam suam nūquam mutant ab eo. Eiusdem secundo.

¶ Tertia vtilitas spei est quod ipsa aperit intellectum in dubijs que subito emergunt. Unde Sapient. iij. Qui confidunt intelligent veritatem. De hoc historiam habem⁹ in Abrahaz qui ex magna spe quaz habuit ad deum. statim fuit illuminatus ad cognoscendum quomodo se deberet habere in illa perplexitate circa vxorez suamcū descendit in Egyptū. Genesis. xij. De quo dicit Augustinus. et recitatur. xx. q. ij. queritur. Fecit qd potuit. quod non potuit deo commisit in quem sperauit: nec eum fides aut spes fefellit. Quotienscunqꝫ ergo aliquod arduuz repente occurrit mox debemus ad deum recurrere ponendo in eo omnem spē nostram: quod vbi fecerimus. profecto non deerit nobis: sed interius illuminabit cor et intellectuz nostrū docendo quid agendum: quid ve relinquendū

Et hoc est quod dicitur. i. Joannis. ij. Unctio docet de omnibus: scilicet ad salutem necessarijs. Unde satis ad propositum loquitur Psalmist. dicēs. Spera in eo: scilicet in deo. Et ipse faciet. Sed q̄d faciet? Certe quod est sibi proprium: scilicet misericordiā aperiendo intellectū in dubijs. Ideo sequitur. Et educet quasi lumen iustitiam tuam et iudicium tuum tanquam meridiem: quasi dicat si bene et firmiter speraueris in domino / pfecto dabit tibi gratiam agendi iusta et iuste: hoc est intellectu non errāte. Quia vt dicitur Ecclesiastici. ij. Nullus sperauit in domino et confusus est.

¶ Quarta vtilitas spei est qd a malis liberat: scilicet ab angustijs et aduersitatibus multis. Unde Psalmista. In te sperauerūt patres nostri: nec quidem supple frustra / quia sequitur: sperauerūt et liberasti eos: vt populum Israel de Egypto Exod. xiiij. Danielem de lacu leonum. Danie. xiiij. Tres pueros de camino ignis. Danielis iij. Joseph de carcere. Genesis. xli. sequitur. Ad te clamauerūt scilicet in suis necessitatibus: vtpote in Egypto / in deserto / in captiuitate Babilonica / et salui facti sunt / in te sperauerunt et non sunt confusi. Unde Judich. vi. Non derelinquis presumentes de te: presumētes autē de se et de sua virtute gloriantes humilias. Propterea dicebat ille rex Josaphat. ij. paralip. xx. Cum ignoremus quid agere debeamus hoc solum residui habeamus vt oculos nostros dirigamus ad te. Hoc autem modo sperauit in domino sancta illa Susanna in tribulatione cōstituta de qua dicitur. Danielis. xiij. quod cum false accusaretur a duobus presbyteris in medio populi flens suspexit ad celum / et erat cor eius fiduciam habens in domino. Que tandem propter meritum spei sue diuinitus preseruata est a morte et priori honori restituta.

¶ Quinta vtilitas spei est quod triūphat de tentationibus diaboli. Unde Psalmista. In deo speraui nō timebo quid faciat mihi homo: id est diabolus. Qui in euāgelio vocatur inimicus homo. Matthe. xiij. Et de hoc figurā habemus. i. Regū. xvij. de Dauid qui armatus clypeo et scuto sancte spei diuini adiutorij prostrauit Goliath. Dauid ergo qui non cōfidebat in propria virtute. Sed tantū in virtute omnipotens dei. Unde et dicebat aduersario. Tu venis ad me cum gladio / et hasta / et clypeo. Ego autem venio ad te in nomine domini exercituū q̄ dabit te in manu mea: significat inquam ipse Dauid virū fidelem qui cū tentatur ab hoste maligno / et superbissimo: debet se hūiliare: et in domino totam fidutiam ponere dicendo illud Psalmiste. Non nobis domine non nobis. Sed nomini tuo da gloriam conferendo scilicet mihi triumphum de hoste meo: quod si fecerit: indefectibiliter preualebit. Taliter autem egit beatus ille Martinus. Cui cum dixisset diabolus. Martine in omnibus tibi aduersabor.

Respondisse fertur. Dominus mihi adiutor non timebo quid faciat mihi homo: id est diabolus, qui a deuicto homine forte sumpsit nomen vt homo diceretur.

B ¶ Omnino simile legitur de beato Taurino primo episcopo, et apostolo ciuitatis Ebroycensis. Cui primum ingredienti vrbē ipsam apparuit demon in triplici effigie horribili: scilicet vrsi, bubali, et leonis. Quem vir dei clypeo sancte spei stipatus apprehendit in specie bubali per alterum cornu dicēs. Dominus mihi adiutor. etc. Et mox illa illusio euanuit ab oculis eius preter cornu quo ipsum apprehenderat. quod relictum est in manu sua forte ex speciali dei gratia in signū victorie. Ipsum autem cornu ad perpetuam rei memoriā reseruatur in quadā abbatia extra muros dicte vrbis: in qua primo quieuit corpus viri sancti. Vidi autem ego proprijs oculis dictum cornu si hominibus credatur. Ecce quantum prodest spes firma in domino contra demonis tentamēta. Dicat ergo constanter quilibet deuotus christicola cum tētatur ab hoste vno, vel pluribus illud Psalmiste. Dominus mihi adiutor: Et ego despiciam inimicos meos.

¶ Sexta et vltima vtilitas sancte spei est quod ipsa bona temporalia multiplicat. Vn̄ Psalmista. Ego aūt sicut oliua fructifera in domo dei speraui in misericordia dei ineternū et in seculum seculi. Item alibi. Iacta cogitatum tuum .i. spem firmam in domino: et ipse te enutriet. Item idem. Iunior fui: et enim senui: et non vidi iustū derelictū: nec semen eius querēs panem .i. ad extremā necessitatem et pauperiem deuētum. Et hoc est quod voluit insinuare Christus. Mat. vi. dicēs. Cōsiderate lilia agri quomodo crescunt, non laborant: neque nent. Si ergo fenū agri etc. Item in eodem ca. Respicite, inquit, volatilia celi que non serūt: neque metunt: neque congregāt in horrea. Et pater vester celestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis. q. d. ex quo pater celestis pascit aues celi, et facit lilia agri crescere multo fortius vos homines debetis sperare in eo quo ad sustētationē vite. Quis enim nutriuit filios Israel in deserto per annos quadraginta? Certe spes. Quis Helyam fugientem a facie Zezabel, et in desertis latitantem? spes. Quis Dauid cū fugeret a facie absalonis filij sui? spes. Tu ergo christiane spera i domino. vt inquit Psal. Sed quia spes sine operibus vana est: ideo audi quid sequitur: et fac bonitatem .i. bonum opus. Et inhabita terram: et pasceris in diuitijs eius. Ecce quomodo spes bona multiplicat. Ex quo ergo spes tot, et tantas vtilitates affert: ideo sperate in domino. Omnis congregatio popul. i. homines cuiuscunque status etatis aut conditionis, effundite coram illo corda vestra persinceram deuotionē. Nec certe sperabitis in eo inuanū. quia deus adiutor noster ineternum. q. d. non solum ipse iuuabit speran

tes in eum in presenti: verumetiam in futuro. Ergo a custodia matutina vsqз ad no.ꝛc.

¶Lectio.ciiij.

¶ Quia apud dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio.

¶ Postquam in precedenti lectione ostēsum est quādiu sperandum est in domino: quia A custodia matutina vsqз ad noctē. Hic consequenter assignatur. ratio tante spei cū dicitur qꝛ apud dn̄m.ꝛc. Si ergo queratur quomodo penitens aut quisquis peccator audebit sperare in dn̄o. hic datꝛ responsio cū dicitur. Quia apud dn̄m misericordia: supple fuit/est/ꝛerit sicut apud fontem viuum riuulus iugiter emenat quem sola ingratitudo desiccat: vt dicit deuotus Bernar. de quo quidem fonte misericordiarum dicitur Zacha.xiij. Erit fons patens domui Dauid ꝛ omnibus habitantibus hierusalē in ablutionem peccatoris/ꝛ mēstruate. Querit autem Gregorius super hoc passu quis sit fons iste. Et respōdet qꝫ est vnigenitus dei filius de quo Psal. ad deum patrem loquitur dicens. Apud te est fons vite. hic aūt fons tunc patens extitit: quando in mūdo visibilis apparēs pro liberatione nostra carnem assumpsit. Fuit aūt patens iste fons domui Dauid. tum qꝛ ex semine Dauid secundū carnez natus apparuit. tū qꝛ adulterium/ꝛ homicidiū eiusdē Dauid purgauit ꝛ abluit. Et non solū domui Dauid patuit iste fons. Uerū omnibus in Hierusalē habitantibus.i.in ecclesia militāte ambulātibus: ꝛ hoc in ablutionē peccatoris.i.minorꝝ peccatorū/ꝛ menstruate.i. maiorꝝ. Utraqз enim venit abluere dei filius suo sanguine. Aliqui aūt libri habent peccatorꝝ et menstruate/ꝛ tunc ly peccatorum significat peccata actualia. Menstruate aūt originale/ qꝛ menstruū de carne oritur/ et vtraqз purgauit: quantū in se fuit fons iste: quādo fluxit a dextera dei patris in vterū virginis. ꝛ de vtero virginis ascēdit in arborē crucis. Ecce igitꝛ qualiter nobis patet fons misericordie redemptor noster: de quo merito possunt dicere anguli humano generi. Apud te est fons vite. Lauemus igitꝛ in eo maculas criminū nostrorū. Et qꝫ fontē misericordie si clausus esset querere debuimus saltem apertū ꝛ patentē nō negligamus. Penset itaqз deuotus fidelis quāta fuerit apud deū patrem misericordia. Quando quidem vnigenitū filiū suū de sinu suo in hanc vallez miserie descendere iussit: vt carnē mortalē assumeret: ꝛ pro nobis opprobria vincula/flagella/crucē mortemqз tolleraret. Consideret deniqз quāta etiā apud dominū filiū fuerit misericordia cum ouem perditam venit querere/ꝛ inuentā in humeros suos in cruce patiendo ad ouile ouiū celestium reportare. Deniqз animaduertat populꝰ christianus quanta apud eundem dominū Jesum Christū nunc

sit misericordia. qui nos pascit et potat in mensa altaris suo sanctissimo corpore et sanguine. Certe non fecit taliter omni nationi. Non enim est alia natio tam grādis, que habeat deos appropinquantes sibi sicut adest nobis deus noster scilicet in altari. Ecce quanta sit apud dominum misericordia. Sequitur et copiosa apud eū redemptio. id est apud eundem dominum est copiosum precium nostre redemptionis scilicet ipsemet Christus, de quo prime Corinthiorum sexto. Empti estis precio magno. Et. i. petri primo. Non corruptilibus auro, vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paterne traditionis. sed precioso sanguine quasi agni immaculati christi, et incontaminati. Dominus autem Petrus de Palude exponit hunc passum tripliciter. Primo quidem ad literā de Dauid cui deus ex maxima sua misericordia relaxauit offensam suam dicente ad eū Natham. Dominus transtulit ad te peccatum tuum secundi Regum. xij. Et similiter peccatum de numeratione populi sui secundi Regum vltimo. Et ideo tantum beneficiū recognoscēs dicit de domino. Certe Apud dominum misericordia. Propter quod data sibi optiōe dicit ad Gad prophetam domini. Melius est mihi vt incidam in manus domini. Multe enim misericordie eius sunt quam in manus hominum vbi supra. Similiter literaliter potest istud exponi in persona populi captiuati. Demum autem ex dei misericordia, et non ex sua iusticia de captiuitate redempti et liberati. In cuius persona dicit propheta Dauid. Apud dominum misericordia supple est sed apud nos iniustitia. Unde Danielis nono. Tibi domino nostro misericordia, et propiciatio. Et aliquibus interpositis sequitur in eodem capitulo Neqꝫ enim in iustificationibus nostris prosternimus preces nostras ante faciem tuam: sed in miserationibus tuis multis. Sequitur et copiosa apud eū redemptio: quia non solum dictus populus liberatus est in persona: sed etiam cum bonis quantum ad vasa templi tam aurea quam argentea que restituta sunt: sicut et liberatio ex egyptiaca seruitute fuit copiosa redēptio: quia tunc iusti tulerunt spolia impiorum vtpote vasa aurea, et argentea similiter et vestes. Et hoc predixerat dominus Genesis. xv. dicens. Egredientur cum multa substantia. Secūdo exponitur moraliter. Sed de hoc sensu satis dictum est prius. Tertio exponitur allegorie de misericordia exhibita toti generi humano in incarnatione filij dei: et de copiosa redemptione per eundem facta. Propterea de huiusmodi misericordia loquitur Paulus tit. iij. dicens. Non ex operibus iustitie que fecimus nos: sed secūdū suam misericordiam saluos nos fecit. Et psalmista. Redemptionem misit dominus populo suo. Similiter in eodē sensu allegorico possumus hoc idem exponere de animabus existentibus in purgatorio que

apud dominum inueniunt mi-sericordiã relaxantẽ pro quan to non tantum puniuntur:quã tum de rigore possent puniri: quamuis mirabiles cruciatus patiãtur. vt dicitur.xv. di. qui in aliud demum apud eundem inueniũt copiosam redemptio-nem cum aperijs liberentur in celum vehuntur. Et de hoc po-test intelligi illud Exodi deci-moquinto. Dux fuisti in mise-ricordia tua populo quem re-demisti: et portasti eum: id est portari meruisti tu sup. Chri-ste i fortitudine tua.hoc est in passione tua / in qua de hoste triumphasti ad habitaculũ sã-ctum tuum: id est in celum / in quo per gloriam habitas.

A ¶ Sed pro maiori declara-tione notandum iuxta illud. Quia apud dominum miseri-cordia.q si interrogauerimus omnes testes diuine misericor-die:et qui illam vtiq bene no-uerũt:atq vbi cubat:et requie scat non ignorauerunt:vbi sci-licet eam inuenire poterimus omnes vna voce clamabunt et respondebũt dicentesq Apud dominum.

¶ Primo nempe sit interroga-uerimus sanctos dei prophe-tas:vbi et apud quem inueni-re poterimus dominam miseri cordiam.vtiq respondebunt q apud dominum. Hoc testatus est eximius ille prophetarum Moyses Exodi trigesimoquar to dicens. Dominator domine deus misericors/ z clemens/pa tiens/ z multe miserationis/ac verax:qui custodis misericor-diam in milia:id est qui parat9 es omnibus misereri. Item deu teronomie.iiij. Nouissimo tem pore reuerteris ad dominum deum tuum / et audias vocem ei9: quia deus misericors do-minus deus tuus est. Hoc etiã idem testificatus est regius il-le propheta Dauid in suo psal mo cum cythara decantans dulciter/et dicens ad dominũ. Magnificata est vsq ad celos misericordia tua cũ scilicet ve-ris penitentibus nedum pecca ta in presenti dimittis:verum-etiam celos in futurum aperis Et alibi. Tu autẽ domine sua-uis/et mitis/ z multe misericor die omnibus inuocantibus te. Item alibi. Domine in celo mi sericordia tua supple est. Si er go in celo sit misericordia: er-go est apud dominum de celis. Item. Miserere mei deus secũ-dum magnam misericordiam tuam. que profecto adeo ma-gna est quod homines/et iumẽ ta saluabis domine queadmo-dũ multiplicasti misericordiã tuam deus. Sed quid est deum homines/et iumenta ex immen sa sua misericordia saluare. Nunquid iumenta cum homi-nibus celum intrabunt? Absit per iumenta ergo in proposito intelligi possunt viri actiui:per homines vero contemplatiui. Tunc ergo homines/et iumen ta saluat domin9 cũ vtrosq scz actiuos et contemplatiuos in-troducit i celum. Ecce quomo do apud dominũ est misericor-dia. hoc etiã idem testatur scri ptura ecclesiastici secundo di-cẽs. Pius z misericors est de9: et remittit in die tribulationis id est contritionis peccata. Si militer hoc ipsum testat Esaye

lv.c.dicens. Derelinquat impius viam suam: et vir iniquus cogitationes suas. Et revertatur ad dominum. Et miserebitur eius, Similiter et Joel secundo capitulo. vbi inquit Convertimini ad dominum deum vestrum quia benignus et misericors est patiens/ et multe misericordie / et prestabilis super malitia populi sui. Et breuiter tanta est apud dominum misericordia: quod quis excederet annis Matussalem: et omnes expendisset in offensam et in iniuriam sui creatoris etiam fidelem abnegando: eo tamen deveniente ad vltimum vite terminum: et suspirium si inde doleret.

Tanta est apud dominum misericordia quod illi omnino parceret. Hoc patuit in latrone pendente ad dexteram Christi. Et hoc est quod dicitur vigesimasexta questione sexta. Si presbiter. Quod vero confessio in vltimo tempore esse potest. quia dominus non solum temporis sed etiam cordis inspector est. O igitur amplissima patris celestis misericordia. O largissima summi creatoris magnificentia: que tanta est vt si daretur homo viator cum omnibus peccatis que vnquam perpetrauerunt qui in inferno damnati sunt/ et qui in futurum damnabuntur: immo tot quot sunt in celo stelle: et in mari aquarum guttule: quot frondes in nemoribus/ et lilia in pratis. atque de illis puro corde penitere vellet apud dominum et patrem misericordiarum gratiam inveniret.

Secundo, Si interrogemus sanctos noui testamenti vbi nam inuenire poterimus dominam misericordiam hospitatam. Utique respondebunt quod apud dominum: hoc clamat princeps apostolorum Petrus dicens. Benedictus deus / et pater domini nostri Jesu christi: qui secundum misericordiam suam magnam regenerauit nos in spem viuam. Hoc idem testatur Paulus Ephesios secundo dicens quod deus diues est in misericordia. Quinimmo secunde Corinthiorum primo vocat eum patrem misericordiarum ita dicens Benedictus deus / et pater domini nostri Jesu Christi pater misericordiarum/ et deus totius consolationis/ qui et cetera. Item cythara Spiritussancte virgo Maria. Luce primo. Misericordia inquit eius scilicet domini a progenie in progenies timentibus eum. Et breuiter misericordia tantum obtinet locum apud dominum quod superexaltat iudicium. vt dicitur Jacobi secundo: id est supponitur iudicio vt dicit glosa interlignea. Vel superexaltat iudicium. id est super id quod debetur ex iudicio in altiori loco homines collocat in celo.

Tertio si interrogauerimus sacros ecclesie doctores. Ubi poterimus inuenire hanc venerabilem dominam misericordie. Profecto respondebunt quod apud dominum. Unde Jeronimus. et recitatur de penitentia distinctione prima. Qr diuinitatis. dicit sic. Quia diuinitatis natura clemens est et pia: magisque ad indulgentiam prona quam ad vindictam: quia

non vult mortē peccatoris: sed vt conuertatur et viuat siquis post lapsum peccatoris ad veram penitentiam se conuertit: cito a misericordie iudice veniam impetrabit. Item.xxvi. q.vi.his dbus.dicit leo papa ꝙ misericordie nec mensuras possumus ponere nec tempora diffinire. Item idem Jeronimus ⁊ recitaꝛ di.xciij. Diaconi sunt sic ait. Moderatio ac dei pietas solum nostrum reditū querit ac nos cupit longa sua bonitate saluari. Si non conuertimur si duri colli sumus: si in peccatis vsqꝫ ad mortem illicite perduramus assidue peccātium non miseretur deus.

Item ad idem propositum loquitur Augustinus super psalmum.lxxiij. Nō est inquit quo fugias a deo irato nisi ad deū placatum.

¶ Quarto si interrogemus peccatores illos ⁊ peccatrices qui consecuti sunt misericordiam a christo vbi poterimus conformiter ad eos inuenire dominā misericordie. Pro certo respondere poterunt ꝙ apud dominum. Nam in tali hospitio eam inuenerunt. hoc potuit in Maria magdalena de qua legitur Luce septimo ꝙ cū cognouisset ꝙ Jesus accubuisset in domo simonis leprosi ad dictum hospitiū accessit querens dominam misericordie quam inuenit apud dominum christum ad mensam sedētem. Hoc autē maxime fuit quando christus dixit ei Remittuntur tibi peccata. Item illa mulier adultera de qua legitur Jo.viij. misericordiā apud scribas ⁊ phariseos quesiuit. sed eam ibi nō inuenit immo verius iustitiam et seueritatem. Tandem autem eā ad pedes christi inuenit qn̄ dicit ei. Ego te non condemnabo: vade et amplius noli peccare. Similiter mulier illa chananea misericordiam pro se et filia sua a demonio vexata hinc inde quesiuit: sed tandem eam apud dominum iesum inuenit. quando quidem dixit ei. Fiat tibi sicut vis Mat.xv.

B ¶ Ceterum solennis et famosa illa meretrix q̄ thays dicebatur ad predationem sancti panucij corde compuncta ⁊ ignibus traditis pene infinitis copijs quas ex meretrici cōgregauerat. Tandem se recludens in arctissima cellula in qua pane arcto et aqua breui sustentata per annos tres. tandem misericordiam apud dominum inuenit. in quā sicut in magdalena fuit impletum illud xp̄i verbum Mat.xxi. Publicani ⁊ meretrices precedent vos in regnum dei. Propterea deuotus Bernar. ser.xxij. loquitur ad dominum iesum dicens. Omnino propter mansuetudinē que de te predicaꝛ. o bone iesu curremus post te audientesqꝫ ꝙ pauperem non spernas peccatorē non horreas. non enim horruisti confitentem latronem: non lachrymantem peccatricem: nō chananeam supplicantem non deprehensam in adulterio: non sedentem in theloneo: non supplicantem publicanum non negantem discipulum: non persecutorem discipulorum paulū: nō deniqꝫ ipsos crucifixores tuos. hec ille. Ecce q̄ꝫ magna mul

titudo peccatorũ qui apud dominum christum misericordiã inuenerunt curam⁹ ergo ꝛ nos post eos in odorem vnguentorum misericordie ipsius christi plorantes coram domino qui fecit nos immo qui et refecit: quia ipse est dominus deus noster nos autem populus eius q̃ christiani et oues pascue ei⁹: id est ecclesie sue sctẽ in qua pascit oues suas varietate gratiarum et sacramentorum.

¶ Quinto si interrogauerim⁹ infideles et gentiles vbi poterimus inuenire dominam misericordiam hospitatem et manentem. Certe veraciter respondere poterunt ꝙ apud dominum Ibi enim et non alibi eam inuenerunt viri niniuite: quibus cũ minatus fuisset dominus mortem et sue ciuitatis destructionem loquens per prophetam suum Jonam tandem ad penitentiam conuersi per humilitatem vestis: macerationem corporis: et dolorem cordis predictam dominã inuenire meruerũt apud dominum vt dicitur Jone tertio. Unde de penultima distinctione. iij. sicut achab .§. niniuite. dicitur sic. Niniuite quos dominus in euangelio commendat scilicet Matthei. xij. penitentiam egerunt in predicatione Jone et ex misericordia domini indulgentiam consecuti submersionis interitum subterfugere meruerunt. Propterea de magnitudine diuine misericordie loquitur Chriso. secũdum ꝙ recitatur de pe. di. tertio. Talis ita dicens. Talis mihi crede talis est erga homines pietas dei: nunquã spreuit penitẽtiam si ei sincere ꝛ simpliciter offeratur etiã si ad sũmum quis perueniat malorum et inde tamen velit reuerti ad virtutis viam suscepit eũ de⁹ ꝛ libẽter amplectit. Unde. xxvi. q. v. agnouimus. reprobantur illi sacerdotes qui denegabant peccatoribus penitentiã quam non ante vite terminũ petebãt. Non enim credebant deum velle talibus misereri quod falsũ est. Contra quos celestinus papa in illo ca. loquitur dicens. Horremus fateor tante impietatis aliquẽ inueniri vt de dei bonitate desperet quasi nõ possit ad se quouis tempore concurrenti succurrere et periclitãtem sub onere peccatorum hominem redimere. Sed q̃d rogo aliud est quã morienti mortem addere. Hec ille.

¶ Sexto si interrogauerimus illos grauissimos peccatores quos nũc ecclesia maximo honore prosequitur et veneratur quales specialiter sunt Dauid Matheus et Paulus vbi inuenire poterimus sepe dictam dominam misericordiam vtiq; respondere poterim⁹ ꝙ apud dominum. Nempe dauid luxuriosus fuit. paulus superb⁹: Matheus auarus. Hij tamen tres peccatores notorij tandem per nitentiam tandem apud dominum misericordiam inuenerũt vt eorum voces et dicta magis quam aliorum voluerit spiritussanctus in ecclesia resonare Quamuis enim inueniãtur apud aliquos psalmi editi ab alijs ꝓphetis preter eos quos edidit Dauid. nihilominus nõ sunt ita vsitati in ecclesia sicut

sti. Similiter licet Joannes/ Marcus/ et Lucas euangelia scripserunt: tamen frequētius legitur in ecclesia euangelium beati Matthei. Ceterum licet Petrus/ Jacob⁹/ Judas Thadeus/ ⁊ Joannes epistolas seu canonicas scripserunt: nihilominus epistole beati Pauli sunt magis in vsu i diuinis officijs Hoc autem ideo factum est nō ambigo vt omnes percipiāt q̄ grata ⁊ chara sit omnipotenti deo peccatorum ⁊ sceleratorum hominum conuersio: qui predictos tres tā sublimiter per penitētiam in sua ecclesia dignatus est exaltare. Hi ergo nobis traditi sunt in exemplum non quidem ruine: sed penitētie vt quos forte imitati sum⁹ in culpa non confundamur eosdem imitari in penitentia querentes apud dominum misericordiam. Neq̧ enim negare poterit se misericordem nō esse maxime cum hoc testentur vtriusque testamenti scripture: et signanter Dauid in presenti passu dicens quod apud dominū misericordia: verbum autē alicuius temporis nō addidit vt intelligatur misericordia apđ dominū residere neq̧ ab eo aliquādo recedere. Propterea ipsa merito potest dicere illđ prouerbiorum. viij. Dominus possedit me in initio viarum suarum: antequam quicquam faceret a principio: ab eterno ordinata sum ⁊ ex antiquis anteq̄ terra fieret. Nondū erant abyssi ⁊ ego iam cōcepta erā. Necdum fontes aquarū eruperāt: necdū montes graui mole constiterant. Ante omnes colles ego parturiebar. Quando preparabat celos aderam: ⁊ huiusmodi. Hec autē ⁊ si ad literam intelligantur de sapientia increata pulchre tamen possunt applicari ad propositum nostrum de diuina misericordia. Concludam⁹ ergo quod apud dominum misericordia.

C ¶ Preterea notandum iuxta illam secundam clausulam: et copiosa apud eū redemptio quod redemptio quam pro nobis operatus est Christus fuit copiosa propter multa.

¶ Primo quidem ex parte redimentis qui fuit dei filius equalis patri i diuinitate: quāuis minor in hūanitate. i. Joannis. iij. Sic deus dilexit mūdum vt filium suū vnigenitum daret supple in preciū nostre redemptionis. Poteram⁹ quidem redimi a debito pene eterne perpuram creaturam angelicam vel humanam si deo placuisset: ⁊ ita statuisset: sed profecto copiosa redēptio nō fuisset. Non enim potest esse meritū alicuius pure creature tante efficacie: vt de condigno posit in satisfactionem culpe ⁊ offense totius humane nature: maxime cum etiā pro minimo veniali quis non possit satisfacere secluso Christi merito: de quo dicitur Esa. liij. quod dominus posuit i eo iniquitates omnium nostrum.

¶ Secundo: dicta redemptio fuit copiosa ex parte p̄cij. Nihil enim pretiosius pro nobis redimendis dare potuit Christus quam vitam propriam et totum sanguinē. i. Petri. i. Nō corruptibilib⁹ auro vel argen

to redēpti estis. ⁊c. Itē Ephe. i. Habemus redemptionez per sanguinem ipsius. Fuit autem huiusmodi preciū a deo copiosum quod plusquam sufficiens est ad redemptionem omnium hominum: etiam ⁊ infinitorum mundorum si essent. Unde. i. Joan. ij. Ipse est propiciatio pro peccatis nostris. non solum autem pro nostris: sed etiam pro totius mundi. Propterea cum Christus in vltima cena institueret altaris sacramentum dicit. Hic est sanguis meus noui testamenti q̄ pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Matthei. xxvi. O quantū ponderare debemus nostrā redemptionem que tanto precio cōparata est: videlicet sanguie agni immaculati Jesu Christi.

D ¶ Tertio huiusmodi redēptio fuit copiosa ex parte vtilitatis ⁊ fructus qui est multiplex. Primus est remissio peccatorū Apocalyp. i. Dilexit nos et lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Item. i. Joannis i. Sanguis filij eius Jesu Christi emundat: id est emundauit nos ab omni peccato: ideo canit ecclesia. Ut nos lauaret crimine manauit vnda sanguine. Quod si dixeris ergo nō oportet nos penitere: maxime cum passio Christi sufficiat ad mundanduz nos ab omni peccato. Respondeo immo oportet penitere: quia passio Christi et si sufficiat ad faciendū talē purgationem. non tamen eam efficaciter operatur nisi apud volentem vel per se sicut in adulto: vel per alterum sicut in paruulo. Secūdus fructus huius redemptionis est ianue et glorie celestis apertio secundū illud Hebreorū. ix. Christus per proprium sanguinez introiuit semel in sancta eterna redemptione inuenta. Per hoc autez reliquit nobis exēplū per passionem tēporalem veniendi a regnum eternum: ⁊ per calicem tribulationis ad gloriam maiestatis. secunduz illud Actuū xiiij. Per multas tribulatiōes oportet nos introire in regnū celorum. Tertius effectus siue fructus est sanctorum patrum de tenebris liberatio ⁊ ad lucē inextinguibilem perductio. Zacharie. ix. Tu vero in sanguine testamenti tui: id est mortis in qua fecisti mirabile testamētum de quo meminit Ambrosius dicens. Actor humani generis ⁊c. emisisti vel secundum aliam literam eduxisti vinctos tuos de lacu in quo nō est aqua: scilicet refrigeriū vt dicit glosa: et hoc quo ad carentiā diuine visionis: patet ergo quā bene dicit Dauid quod copiosa apud dominum supple Christum redemptio. Cum enim ipse Christus sit precium nostre redemptionis qui est verus deus ⁊ verus homo in infinitum ipsum preciū excedit redemptū. Sed hoc ideo factum est eo q᷑ magnitudo amoris mēsuram non nouit. ideo dicebat Job. vi. ca. in persona Christi. Utinam appenderentur peccata mea quibus iram merui: id est peccata hominum que feci mea per precij solutionē ⁊ calamitas quaz patior in statera quasi arena maris hec grauior appareret: quasi dicat. Et si peccata om-

nium hominū multa sint & gravia: nihilominus quasi nihil sunt respectu fructus mee passionis & redemptionis.

¶ Lectio.ciiij.

¶ Et ipse redimet israel, ex omnib⁹ iniquitatibus eius.

¶ Postquam in precedenti lectione ostēsum est quare penitens debet sperare in domino: eo scilicet quod apud ipsuz sit misericordia & copiosa redemptio: que etiam in infinitum excedit quecunqꝫ peccata. Hic cōsequēter regius ꝓpheta ostendit quid sit facturus vero penitenti ille quē prius dixit misericordem & copiosum in opere redemptionis dicens. Et ipse scilicet Christus redimet Israel: id est quemlibet deum videntem per fidem. Accedentem enim ad deum per penitentiaz oportet credere quod scilcz sit vnus verus deus omnipotens ad remittendum & redimendū peccata. Redimet inquam ipse Christus omnem talem Israelitam ex omnibus iniquitatibus eius. Et notanter dicit ex omnibus: quia vt dicitur de penultima distin.iij. inter omnia sceleratior. Illa penitentia est falsa cuz spretis alijs peccatis de vno solo penitentia agitur. Idem habetur eodem lib. dist. v. Fratres: vbi additur quod etiam falsa penitentia est cum sic agitur penitentia de vno ꝙ nō disceditur ab alio. Nam de vno peccato penitentiam agere & nō de alio est quasi crudū laterez lauare: quem cum quis lauare laborat: tanto magis lutum facit: vt dicitur de pe. dis. iij. Ille penitentiam. Sed quo thesauro redemit Christus Israel. Certe non thesauro materiali & artificiali: sed precio sui sanguinis quo toti⁹ mūdi peccata redemit vt dicitur in glo. interl. Necesse autē fuit vt ipse redimeret Israel.i.populum fidelem: quia vt dicit eadez glo. Israel se vēdere potuit: sed nō redimere: sed ille ꝙ sine peccato est eum redemit. Sed a quo redemit: profecto ex omnibus iniquitatibus eius.i.ex debito pene eterne cuius debitor erat pro omnib⁹ iniquitatib⁹ suis. Homo eñi obligatus erat propter peccatū et maculatus: sed Christ⁹ pene debitū pro eo soluit per penā quā in cruce sustinuit. maculaz aūt lauat & delet per gratiaz quam in baptismo infundit: & sic plene per Christū redimit homo. Esaye.xliij. Ego sum ꝙ deleo iniquitates tuas propter me.i. sola gratia mea & nō ex meritis tuis. Ut eñi dicit Greg. nullū peccatorē reuertentē despicit qui peccatores redimere venit. Si igit̄ redimi volumus: restat vt Israel efficiamur & omnē transcēdentes creaturā in euz qui omnia creauit mentis aciē dirigam⁹. Disponamus ergo ascētiones in corde nostro & per eas ad cōditorem angelorꝫ puro et simplici intellectu ascendamus.

¶ Quid enim inqt Greg. super hoc passu tā suaue & tā iocūdū ꝙ mētis oculis et cordis desiderio cōtēplari deū: & hoc est esse Israel. Et tūc de nobis poterit dici illud Jo.i. Ecce vere

Israelita in quo dolus nō est.
A ¶ Est ergo aduertandū iu
xta illud verbum. Et ipse redi
met Israel.⁊c. qđ Israel multi
pliciter accipitur: et quocunq̄
modo capiatur verum erit di=
cere. Dn̄s redimet Israel.⁊c.
¶ Primo igitur Israel potest
capi literaliter: scilicet pro po=
pulo sic appellato de quo verū
est dicere: quod ipse dominus
redimet Israel ex omnibus.⁊c.
Et hoc tam tēporaliter quam
spiritualiter.
B ¶ Pro quo aduertendū se=
cundū quod refert Uincentius
in speculo historial. lib. v. cap.
xxij. Et post ipsum domin⁹ An
thoninus in prima parte cro=
nice sue. ti. iiij. cap. ij. §. x. quod
cum Alexāder Macedo venis=
set ad montes caspios miserūt
ad eum filij Israel decem tri=
buum qui ibi captiui teneban=
tur: postulantes ab eo licētiam
egrediendi: qui cum quesiuis=
set de causa captiuitatis respō
sum quoq̄ sibi fuisset eo quod
a deo Israel recessissent immo
lādo vitulis aureis: ⁊ per pro=
phetas esse predictum eos in=
de nō egressuros. Tūc respon=
dit ipse Alexander quod erant
digni arctius includi. Cumq̄
angusta viarū obstruere cona=
retur molibus bituminatis: vi
deretq̄ humanum laborem ad
hoc non sufficere orauit domi
num deū Israel vt illud opus
cōpleret ⁊ subito accesserūt ad
se inuicem prerupta montium.
Ex quo liq̄de apparet non esse
voluntatis dei vt inde exeant:
egredientur tamen circa finem
mūdi magnam stragem homi=
num facturi. Et hi sunt secun=
dum quosdam goth ⁊ magoth
de quibus legitur Apocal. xx.
quamuis non omnibus scripto
ribus hoc placeat: maxime cū
beatus Jacob⁹ Hierosolymo
rū episcopus in principio sy
canonice scribat dicens. Jac
bus dei et domini nostri Je
Christi seru⁹ duodecim tribu=
bus que sunt in dispersione sa
lutem. Ecce quomodo aposto=
lus scribit xij. tribub⁹ iam con
uersis ad fidem vt patet in de=
ductione illius capituli: et per
consequēs illud quod legitur
de captiuitate. x. tribuū a tem=
pore Alexandri vsq̄ ad secun
dum domini aduentum nō est
multum autenticum. Supposi
ta tamen veritate hystorie. di=
cimus consequenter quod de=
cem ille tribus: ⁊ si sint facture
magnam stragem in fideles vt
pote tanquā cooperatores an
tichristi: tandem tamen de hoc
penitentiam agent: ⁊ ad Chri=
stum verum Messiam conuer=
tentur. Sic enim prophetatum
est. Esa. x. In veritate reliquie
conuertentur. Reliquie inquā
Jacob ad dominum fortē. Si
enī fuerit popul⁹ tuus Israel
quasi arena maris reliquie cō=
uertentur ex eo. Hec ibi. Me=
dium autem conuersionis hu=
iusmodi reliquiarū Israel erit
predicatio Elye ⁊ Enoch. Iux
ta quod scriptum est. Malach.
vltimo. Ecce ego mittam vobis
Elyam prophetam antequam
veniat dies domini magnus ⁊
horribilis ⁊ cōuertet corda pa=
trum ad filios ⁊ cor filiorū ad
patres eorum: vbi nota q̄ pa=
tres sunt iudei: filij vero Chri
stiani. Unde psal. Pro patrib⁹

tui nati sunt tibi filij. Tunc ergo conuertentur corda patrũ in filios ⁊ ediuerso quando ex iudeis ⁊ christianis fiet vnum ouile ⁊ vnꝰ pastor. de hoc etiã prophetatum est. Mich. v. Dabit eos dominꝰ vsqꝫ ad tẽpus in quo parturiens pariet: scilicet ecclesia Christi: et reliquie fratrum eius conuertentur ad filios Israel. Et hoc est qḋ promisit moyses filijs Israel. Deutero. iiij. vbi postquã predixit eorum dispersionem in varias nationes si peccarent in dominum deum suum. tandẽ subdit nouissimo tempore reuerteris ad dominum deum tuum. Sed quid per nouissimũ tempus nisi tempus consummationis seculi designaṫ. In hoc itaqꝫ nouissimo tẽpore reliquie Israel et decem ille tribus supposita veritate historie reuertẽtur ad dominum deũ suum per fidem et charitatem et sic salue fient. Et hoc est quod ait apostolus Rom. xi. dicẽs. Cecitas ex parte ꝯtingit in Israel: donec plenitudo gentiũ intraret. Et sic omnis Israel saluus fieret. Ecce quomodo dominus redimet Israel ex omnibus. ⁊c.

¶ Secundo Israel potest capi anagogice: videlicet pro populo qui regnaturus est cum deo Israel in celo cũ corpore ⁊ anima. Nam ⁊ si anime electorum iã videãt facialiter deũ Israel secundum illud Sapientie. iij. Iustorum anime in manu dei sunt: ⁊ nõ tanget illos tormentum mortis: tamen corpora ad huc detinenṫ in sepulchris velut in carcere. et hoc in penam culpe originalis ⁊ trãsgressionis offense primi parentis: cui post esum ligni vetiti deductũ est a domino ⁊ singulis de posteritate sua. puluis es ⁊ ĩ puluerem reuerteris. Genesis. iij. Huiusmodi autem sanctorum corpora redimentur in generali omni resurrectione a predicto sepulchri carcere. Unde dicetur eis a domino illud Luce xxi. Respicite ⁊ leuate capita vestra quoniã appropinquat redemptio vestra. Adde ⁊ glorificatio vestra. Non sic tamen redimet dominus omnes: quia et si omnes resurgemus: nõ tamẽ omnes immutabimur vt dicit Apostolus. i. Corinthiorũ xv. Sed tantũ ad glorificationem corporis redimet Israel: id est populum catholicũ qui fide formata cum vidit in presenti ⁊ in tali fide decessit. Iam enim redemit electos per passionem ⁊ beatos per animarũ glorificationẽ. Sed cum mors sit inflicta ꝑpter peccatũ Ade similiter ⁊ incineratio vt prius allegatum est ex Genesi. Nõ est perfecte redemptus Israel ex iniquitate Ade quo ad totalẽ effectum quousqꝫ mortale hoc induat in corruptionẽ quanuis tamen quo ad meritum et causam per primũ Christi aduentum sit facta redemptio ipsius Israelis. per hoc scilicet quod tunc ipse Christus soluit totale precium humane redẽptionis: ita quod nulla amplius restat redemptionis solutio: nichilominus restat adhuc finalis ⁊ complectiua redẽptionis executio ⁊ consummatio. Patet ergo quomodo ipse dominꝰ omniũ redimet Israel

ex omnibus iniquitatibus ei⁹. At vero non sic redimet domi nus reprobos in generali iudi cio. Non enim eorum corpora erunt impassibilia: sed maxime passibilia/quia mittent in ignē eternum vt in illo perpetuo ar deant secundum illud Matth. vigesimoquinto. Ite maledicti in ignem eternum. ꝛc. Psalmi sta. Ignis sulphur et spiritus procellarum pars calicis eorum. Et nota quod dicit pars ergo aliunde patientur. Sed ne di catur quod domin⁹ iniuste a get cum eis tam seuere ꝛ tā lō ge eos cruciando: ideo subdi tur. Quoniam iust⁹ dominus/ supple est et iustitias dilexit e quitatem. ꝛc. Secundo corpo ra dictorum damnatorum non erunt agilia ꝛ leuia: sed maxi me grauia a deo qꝺ terra non poterit ea portare quo non mi nus descendant in profunduꝫ inferni. Tertio non erunt sub tilia sed grossa et spissa: ita vt oporteat terram diuidi ꝛ ape riri in eorum descensum in in fernum post iudicium sicut de Datham/Chore/ꝛ Abiron di cit. Nume. decimosexto. Quar to non erunt clara: sed valde opaca ꝛ obscura: ꝛ valde defor mia sicut videmus de carbona rijs qui propter frequentatio neꝫ cum igne efficiuntur nigri et turpes. Item videmus quod ignis inclusus statim generat nigredinem in locis circumad iacentibus. Modo sic est quod ipsi damnati post iudicium re cludentur in corpore et anima in inferno vbi ignis includet: ꝛ nec poterit euaporari ideo ef ficientur predicta corpora ni gra et deformia. Et hoc est qꝺ dicitur in Psalmista. Pones eos vt clibanum ignis in tem pore vultus tui: scilicet iudicij ideo. ꝛc.

¶ Tertio Israel potest capi al legorice: ꝛ tunc potest significa re quamlibet animam in penis purgatorij detentam: que pro pterea Israel appellatur: quia deum videt per fidem: cū enim non habeat deum presentē per aptam visionē. restat quod ad huc ambulet per fidem ꝛ spem: quantumcunqꝫ ergo deus vi deatur differre liberationē ta lis Israelis a predictis penis tandem tamen eam redimet ex omnibus iniquitatib⁹ eius: id est a penis quas ꝑ suis pecca tis prius dimissis patitur. Un de Psalmi. Deus redimet ani mam meaꝫ de manu inferni: id est purgatorij qꝺ est pars infe ri: cum acceperit me: id est ab hoc seculo per mortē absolue rit. Fit autem ista redemptio a deo/tum in virtute meriti pas sionis filij sui Jesu Christi. Tum etiam propter suffragia que fiunt a viuentibus pro ip sis animabus. Tū denicꝫ pro pter alia bona de quibus ha bes. xiij. questiōe. ij. Anime de functorum. Quod autem dicit ex omnib⁹ iniquitatibus eius. Dupliciter potest intelligi: pri mo quideꝫ de pena debita pro mortalibus confessis et remis sis in presenti: secundum ꝙ di citur. ij. Machabeorum. xij. quod sancta ꝛ salubris est cogitatio pro defunctis exorare vt a pec catis: id est a penis pro pecca tis debitis soluantur. Secun do vero idē potest intelligi de

culpis venialibus que possunt in purgatorio remitti etiā quo ad culpaz prout tenet. b Tho. in.iiij.sen̄.dist.xxi. Et host probat per apostolū.i. Corint.iij. dicentē ꝙ quedam deferunt in aliud seculū lignum et stipulā perque intelliguntur diuersa genera venialium peccatorum quorum quolibet consumitur in purgatorio. Item ad idem est Gregorius: et recitatur. distinctiōe.xxv. qualis vbi dicit ꝙ de quibusdam culpis ante iudicium credendus est esse ignis purgationis. Istud autē decretuz intelligitur de culpis venialibus secundum glosam. Nota tamen ꝙ ista remissio venialium in purgatorio non fit per nouum actum meritorium sed per actum bonum habitum in via secundum sententiā beati Greg. quarto. lib. dialogi sui. c.xxxix. Sic inquiētis. De minimis nihil quisꝙ purgationis obtinebit. nisi bonis hoc actibus in hac adhuc vita positus vt illic obtineat promereatur.

¶ Quarto israel pōt capi tropologice et moraliter pro quolibet electo qui videt deum per speculum et in enigmate. ꝛ hūc israel redimet dominus de criminum et peccatorum suorum obligatione si que in presenti commiserit. Unde. psal. Liberabit supple dominus pauperem a potente. Pauper est homo electus qui a deo pauper est ꝙ omni die cogitur mendicare panem suum dicens ad dominum largitorem omnium bonorum. Panē nostrum quotidianū da nobis hodie. Matthei.vi. Pauper ergo valde est qui ex se nullum bonum habet sed tantum a deo. Ja.i. Omne datum optimum et omne donum perfectū desursum est descendens a patre luminum. Ecce quomodo homo pauper est. potens autem est diabolus. de quo Job quadragesimoprimo. Non est potestas super terram que valeat ei comparari. Uel potens est peccatum a deo enim potens est quod rex appellatur Romanorum sexto. Nō regnet peccatum in vestro mortali corpore. Ab vtroꝙ igitur potente liberabit dominus pauperem electum vt tandem non preualeat ei inimicus. sed quem pauperem liberabit. Certe pauperem cui non erat adiutor. supple alius quia nec homo / nec angelus / nec liberum arbitrium propter quempiam liberare a diabolo vel peccato nisi solꝰ leo de tribu iuda Apocalypsis quinto. Sed quid vltra faciet dominus. Profecto parcet pauperi et inopi. supple electo et peccata si que habet dimittendo. et animas pauperum saluas faciet scilicet salute perpetua. Preterea ex vsuris et iniquitate redimet animas eorum: videlicet electorum. Ubi aduertendum quod vsure in proposito significant penas ad quas obligatur peccator: siue eterne sint siue temporales. que bene dicuntur vsure quia plus exigitur in pena quam committatur in culpa. saltim extensiue. Unde Gregorius. Momentaneum est qđ delectat eternum est quod cruciat. Ab istis itaque vsuris pe-

narum et iniquitate culparum
redimet dominus animas pau
perum electorum. quorum et si
nomen sit vile in presenti apud
homines mundanos, nihilomi
nus honorabile est coram illo
scilicet in celo. Luce. x. Gaude=
te quia nomina vestra scripta
sunt in celis. O quam tam gra=
tiam et beneficium facit domi=
nus electis ex talibus vsuris et
iniquitate redimendo animas
eorum et restituendo eos liber
tati per gratiam qui prius erant
in seruitutem redacti per cul=
pam. Omnis enim qui est in cul
pa dignus est a deo omnino re
linqui, vt sic derelictus recto
tramite vadat in infernũ. Sed
frequenter dominus ex immen
sa sua bonitate tales peccato=
res retrahit a tanto periculo.
sicut patz de Dauid Petro pau
lo. et huiusmodi. Unde in figu=
ra huius legitur Danielis. xiiij.
quod babilonij miserunt Danielẽ
in lacum leonũ stetitque ibi spa=
cio sex dierum. erant autem ibi
septem leones quibus toto illo
tẽpore nihil datum est vt deuo
rarent Danielem. sed tamẽ ad=
iutorio inde liberatus est. Ad
propositum per Danielem pre
seruatum in lacu leonum intel
ligitur quilibet electus vel iu=
stus quem in lacu huius mun=
di: finaliter preseruat dominus
a septem peccatis mortalibus
aut si in illis iam ceciderit, in=
de tamen cito eum retrahit. nõ
quidem ab vno tantum sed ab
omnibus: ideo notanter dicit
psal. ex omnibus iniquitatibus
eius. In cuius etiã figura chri
stus eiecit a Maria magdale=
na septem demonia Marc. xvi.
et Luce. viij. Non quidẽ quod
fuerit corporaliter possessa: sed
per hoc significatur vniuersi=
tas peccatorum mortalium qui
bus subiacuerat magdalena cũ
esset in ciuitate peccatrix.

¶ Quinto prosequendo predic
ctum sensum tropologicum, ite
rum redimet dominus israel:
id est virum fidelem et catholi
cum a demonum iurisdictione
et potestate. Unde psal. Rede=
mit nos ab inimicis nostris.
Sed quos nos? Certe nos chri
stianos. Sed quo precio? Pro=
fecto cruore proprio. Unde Apo
calypsis quinto. Redemisti in=
quiunt deuoti christiani chri=
sto. nos deo in sanguine tuo.
Sed a quibus inimicis redẽ=
mit nos christus? Certe ab om
nibus demonibus qui sunt hu
mane salutis inimici capitales
Et ista spiritualis redemptio
figurata fuit in illa redemptio
ne q̃ temporaliter liberati sunt
filij israel ab egyptijs eos per=
sequentibus crudeliter: de qua
Exodi. xiiij. Legitur enim in
quodam libro de mirabilibus
orientis: quod in india sit quedã re=
gio in qua homines vadũt nu=
di habentes faciem caninam.
qui si hominem in bello cepe=
rint: si non sit qui ipsum redi=
mat eum deuorant et comedũt
si vero aliquis voluerit eum re
dimere liberũ ipsum abire per=
mittunt. Sic et in regione hu=
ius mũdi sunt multi demones
qui sũt spiritualiter nudi scili
cet omnibus virtutibus, et bo=
nis gratuitis. Uel ideo sunt nu
di: quia carent corpore quod
est quasi vestis spiritus. Hi ergo
maligni spiritus dicunt habere

faciem caninã propter crudelissimam insatiabilitatẽ ⁊ ideo homines quos possunt capere in bello tentationum per peccatum illos solent comedere ⁊ vorare: atq; in speluncam inferni trahere: pter tamen illos quos christus ex sua summa liberalitate et mia voluerit redimere, et saluare dicat ergo deuotus christian⁹ illud psalmiste. Dñs adiutor me⁹, ⁊ ptector meus in ipso sperauit cor meum: ⁊ adiutus sum sup. ab eo contra oẽs inimicos meos. Huic ergo tanto redemptori debem⁹ gratias agere super bñficio redẽtionis nostre secundũq; nos admonet psalmista dicẽs. Dicãt nũc qui redẽpti sunt a dño quos redemit de manu inimici. i. de potestate demonis sed quid dicent. Certe illud quod ibi immediate premittit: scʒ qm̃ bonus supple est dñs. qm̃ in seculũ misericordia eius.

¶ Sexto prosequẽdo similiter eundem sensum moralem: terũ redimet dñs israel. i. virũ fidelem de periculosa periclitatione, et quasi a faucibus inferni. Unde cuilibet tali loquit̃ scriptura dicens. Redimit de interitu vitam tuam. Nec solũ dñs redemit nos a tanto periculo: verumetiam restituit nobis hereditatẽ celestem: quam perdideram⁹ per cõmissam culpam ⁊ hoc totum ex sola mia: ideo sequitur in predicto psal. Qui coronat te in mia et miserationibus. Nam sicut hereditas vendita potest per proximum redimi sicut volunt leges ciuiles: similiter et diuine sicut patet expresse Leui. xxv. ⁊ hoc ideo interdictum est: ne hereditates deuoluant extra gen⁹ eorũ quorum sunt. Quis si casu vendite fuerint vel distracte p aliquos pdigios, ⁊ mali regiminis homines possint per redemptionem ⁊ reclamationẽ ad genus, et sanguinẽ vnde exierẽt reuerti. Ita et in proposito cum primogenit⁹ frater noster adã vendiderit hereditatem suam scilicet pro vno vili, et miserabili morsu pomi voluit vnicus dei filius fieri frater noster per carnis assumptionem vt haberet ius verum et titulum repetendi, et redimendi hereditatẽ nostram celestẽ miserabiliter perditam, et illam nobis restituendi, et reddẽdi. quod et fecit precium soluendo super lignum crucis. Et hoc ẽ quod ait psalmista. Redemptionem misit domin⁹ supple pater populo suo. sed quam redemptionem. Profecto non redemptionem materialem auri vel argenti sed benedictum filium suum qui factus est precium nostre redemptionis.

¶ Incipit septimus psalmus.

Lectio. cv.

DOmine exaudi orationem meam auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua exaudi me in tua iustitia.

¶ Iste est septimus et vltimus psalmus penitentialis qui recte sequitur sex alios psalmos precedentes eo ꝙ per totū hūc psalmū clamat penitens ad dominum: ⁊ post istā perfectionē penitentie sequitur introitꝰ in paradisum. qui quidē introitꝰ insinuatur in fine huiꝰ psal. cū dicitur. Spiritꝰ tuus bonꝰ deducet me in terram rectā: quia postquā verꝰ penitēs fecit ⁊ impleuit totā penitentiā: tunc patet sibi ianua paradisi dicente christo Mat. iiij. Penitentiam agite appropinquabit regnum celorū. Est aūt notandū ꝙ hūc psal. edidit Dauid in illa persecutione quā passus est ab Absalō filio suo de qua diffuse habes. ij. Regū. xv. Pro cuiꝰ liberatiōe orabat dn̄m dicēs. Dn̄e exaudi oratione ⁊c. Et qr iustitia dicit est ꝙ filius honor ⁊ patrem: et dicit Exo. xx. ideo subdit Dauid in veritate tua exaudi me in tua iustitia. q. d. fac vt iustitia / ⁊ lex tua impleat in filio meo erga me. Allegorice ꝑ Dauid christꝰ significatur vel eius sponsa ecclesia. Per Absalon aūt iudas designat. Nā sicut Absalō in quercu tandē suspensus tribꝰ lanceis est cōfossꝰ sic ⁊ iudas suspēsus crepuit medius / ⁊ diffusa sunt viscera eiꝰ vt dicit act. i. Similiter ꝑ ip̄m Absalon merito possunt intelligi oēs persecutores ecclesie vt pote tyranni / heretici / scismatici / ydolatre ⁊ huiusmodi. Orat ergo ecclesia deū patrem vt in tantis aduersis constituta conseruetur: protegatur: defendatur. Dicat ergo Dauid in persona totius ecclesie. Dn̄e exaudi orationem meam auribꝰ ⁊c. Item potest esse vox christi qui secundū ꝙ homo hic orat ad deum trinitatem pro se / ⁊ membris suis. sicut etiā legit orasse Jo. xvij. dicens. Pater clarifica filium tuum. ⁊c. Similiter etiā in horto Matthei. xvi. Dicit ergo Domie scilicet sancta trinitas exaudi orationem meā. ⁊c. Et ita factum est sicut ipse orauit. Unde Joh. xi. dicit. Pater scio quia tu me semper audis. Sequitur. In veritate tua exaudi me in tua. ⁊c. Quia enim ipse Christꝰ fuit mediator missus ad confirmandum promissiones patrum: et ad faciendū iudicium / et iustitiam in terra. Ideo equum fuit: et iustum ꝙ sua oratio in omnibus et pro omnibus acceptaretur a deo ⁊ exaudiretur ab eo Moraliter autem iste textus potest exponi in persona penitentis petentis iustificari a domino / ⁊ dicētis. Domine quia omnia potes exaudi: id est extra audi plꝰ cōferendo quam peto: orationem meam quam ad te facio: et tibi porrigo pro bonis impetrandis: auribus percipe obsecrationem meam / quam tibi facio pro malis amouendis. Est autem obsecratio petitio cum attestatione sacrorum deo facta qualiter loquitur Paulus Ephesios. iiij. dicens. In omni oratione et obsecratione cū gratiarum actione petitiones vestre innotescant apud deum In veritate tua: id est propter veritatem tuam tenendam vt scilicet semper inueniaris verax in promissis tuis. De te eni dicit Paulꝰ. ij. Thi. ij. Fidelis

est deus seipsum negare nō potest. Modo sic est ꝙ tu promisisti Ezechie. decimooctauo. ꝙ in quacunq̧ hora ingemuerit peccator omnium iniquitatū eius non recordaberis amplius.
Item tu dixisti ore tuo sancto / et benedicto Joh. xv. Quodcū q̧ volueritis petetis et fiet vobis. Ergo in veritate tua exaudi me in tua iustitia. Scio em̄ ꝙ non habitat in me bonum vllum aut iustitia propter quam merear ad te exaudiri. Sed tamen iustitia tua parcit penitentibus: et se damnantes absoluit vt dicitur in glosa ordinaria. Qui autem gloriatur aut confidit in propria iustitia nō exauditur. Unde phariseꝰ: qui iustitiam suam in templo statuere voluit: a domino reprobatus fuit. Gloriemur ergo īquit Gregorius super hoc passu in iustitia dei si exaudiri querimꝰ vt merito cum propheta dicere possimꝰ domino. Exaudi me in tua iustitia. Quis autem gloriatur in iustitia dei: nisi qui nihil boni suis meritis tribuit ꝛ iustum esse quicquid aduersi tollerat sentitꝰ.
A ¶ Est autem notandum iuxta hunc textum in quo fit mentio de oratione / ꝛ obsecratione a deo exaudienda ꝙ antequā sit digna exauditio debet habere plures domicellas secum tā quam pedisse quas ipsius: quarum.
¶ Prima est dolor / seu contritio de peccatis cum proposito abstinendi / et precauendi sibi in futurum quantum humana fragilitas adeo adiuta patitur Nam vt inquit Gregoriꝰ. li. xvi moralium tunc cor fiduciam in oratione accepit: cum sibi vite prauitas nulla contradicit. Et per cōtrarium peccatum impedit ne oratio exauditur a domino. Ita enim dicit psalmista Iniquitatem inquit si aspexi in corde meo non exaudiet dominꝰ. Propterea: scilicet quod non aspexi iniquitatem in corde meo exaudiuit dn̄s / et attendit voci depcationis mee. Predictam ergo domicellā orationis habuit oratio illius publicani de quo legitur Luce. xviij ꝙ percutiebat pectus suum dicens. Deus propitius esto mihi peccatori. De quo ibidē subditur ꝙ descendit iustificatꝰ in domum suam. Similiter hanc domicellam secum habuit oratio regis Manasse. De quo legitur. ij. parali. xxxiij. ꝙ q̄uis esset sceleratissimꝰ. qr tamē orauit dn̄m cū dolore de peccatis suis: ideo exauditus est. Unde de eo ibidē dicit. Orauit Manasses dn̄m deum suū / ꝛ egit penitentiam valde coram deo patrum suorum: et exauditus est. Idem dicendum est de oratiōe regis Ezechie qui postquā in corde suo elatus fuisset ob victoriam diuinitus habitā contra Sēnacherib cecidit ī lectū: nunciataq̧ est ei mors sua per Esayam prophetam. quo audito ille faciem suam cōuertit ad parietem: orauitq̧ dominū cū lachrymis: ꝛ corde compuncto et exaudiuit eum dominus dā do ei peccatorum remissionem atq̧ prolongando sibi vitam corporalem per annos. xv. iiij. Regū. xx. et Esaye. xxxviij. quā uis ergo deꝰ non acceptet ora-

tionem peccatoris in peccatis suis manere volentis. secundũ illud Johan. ix. Deus peccatores non audit nihilominus libenter audit: et exaudit orationez peccatoris a peccato recedere volentis ꝛ vite emendationem proponentis. sicut patet de precedentibus peccatoribus Et hoc est quod dicit Augustinus prout recitatur de pe distinctio. iij. c. adhuc perfidi. in fine illius capituli Cur inq̃t docuisset dominus orantes dicere Dimitte nobis debita nostra nisi ipse misericors persuaderet qui nos ab hac petitione non vult deficere?

¶ Secunda domicella que debet esse comes divine orationis est humilitas cordis: quia vt dicitur ecclesiastici. xxxv. Oratio humiliantis se nubes penetrabit: et non discedet donec altissimus aspiciat. qꝛ dicit Augusti. in quodam sermone oratio si semel celos penetrauerit vacua non redibit.

¶ Item Bernardus. Quando fidelis ꝛ humilis ꝛ feruens oratio fuerit. celum sine dubio penetrabit Unde certuz est quod vacua redire non possit Talis fuit oratio publicani. Luce decimo octauo. Talis fuit oratio mulieris chananee / que se catelle comparauit dicens Nã et catelli edunt ꝛc. Matthei decimo quinto. Talis fuit oratio illius castissime. Judich: que cum aggressura esset Holofernem fudit primo orationem ad dominum cum omni humilitate dicens. O domine deus sup bi enim placuerunt tibi ab initio sed humilium: ꝛ mansuetorum semper tibi placuit deprecatio. iudich. ix. Talis fuit oratio Abrahe dicentis. Loquar ad dñm meum cum sim cinis / et puluis. qui ergo vult debite dominum maiestatis orare debet summe se humiliare ꝛ miserum peccatorem atq̃ vilẽ creaturam se reputare: quia vt dicit Grego. libr. ij. moral. c. viij. Ille veram deo ad orationem exhibet: qui semetipsum quod puluis sit humiliter videt qui nichil virtutis sibi tribuit. qui bona que agit esse de misericordia cõditoris agnoscit. hec ille. Longe igitur ab hac humilitate in oratione habenda sunt plerique vtriusq̃ sexus homines qui cum quodam fastu et apparatu volunt magistrũ et doctorem humilitatis orare: quales sunt illi: qui vno genu in terram demisso et capite sursum erecto orant. quandoq̃ etiã componentes capillos suos: et gestus incompositos gerendo aut annulos in digitis suis circumuoluendo. Sũt et quedam mulieres que ad ecclesiam deferunt / seu deferri ad tergum faciunt libros deuotionales: quos horas appellãt illos apperientes reuoluunt diuersas hystorias deauratas ibi depictas / quas osculantur sine magna deuotione: sed vt a circunstantibus videantur qđ non fit absq̃ nota superbie: aut ypocrisis.

¶ Tertia domicella comes: et pedisse qua deuote orationis est eleuatio mentis in deum ꝑ sanctam contemplationem: qꝛ vt dicitur distinctio. trigesima octaua sedulo. Orationis vo-

ces ad dei aures non dirigun tur: nisi cum animi affectu.
¶ Item de conse. d.i. quando dicit Cyprianus papa qd quã do stamus ad orationem inui gilare: et incumbere ad preces toto corde debemus. Cogitatio carnalis hominis: et secularis abscedat: nec quicquã tũc animus aliud quam id solum cogitet: quod precatur Ideo et sacerdos ante orationem prefatione premissa. parat fratrũ mentes dicendo sursum corda vt dum respondet plebs. Habemus ad dominum: admoneatur nichil se aliud quam dominum cogitare debere.
Deinde immediate subdit.
Claudatur contra aduersarium pectus: et soli deo pateat: nec ad se hostem dei tempore orationis venire patiatur.
Hec ibi in forma. Itẽ Bernardus in suis meditationibus. c.vi. satis ad propositum loquitur dicens. Cum ad orandum in ecclesiam intrauaueris. tumultus fluctuantium cogitationum exterius relinque. Omnemqꝫ exteriorem: et mundanam solicitudinem postpone: vt soli deo possis vacare. quia fieri non potest: vt aliquando cum deo loquatur: qui cum toto mundo etiam tacens fabulatur. Intende ergo illi qui intẽdit tibi. Audi illum loquẽtem tibi: vt ipse exaudiat te loquentem sibi. Quod ita fiet si diuinis laudibus soluendis debita reuerentia: et sollicitudine assistas. Et super singula verba diuine scripture diligenter attendas. Hec ille Ad talem autem mentis eleuationem in de um tempore orationis monemur exemplo ipsius Christi et qui oratur⁹ patrem vt frequẽtius eligebat superiora loca. Unde expresse legitur matthei decimo quarto. quod post miraculum de multiplicatione panum demissa turba ascendit in montem solus orare. Super q̃ verbo dicit glo. interli. quod q̃ bene orat: mentem a terrenis sursum leuat. Eius igitur exẽplo dum ore oramus mentem ad superna erigere debemus quia cum oramus cum deo loquimur. vt dicit Isidorus, et sic ipsa oratio nos quodã modo familiares efficit deo ĩ quo patet eius maxima dignitas.
Et hoc patet tali exemplo. B. Fuit enim in francia quidam rex nomine Philippus qui inter infirmos seruos sue curie vnum habuit: qui multo tempore ei seruierat. nec remuneratus fuerat. Petijt ergo a rege pro omni salario: et mercede quatenus vnum ei officium daret quod in nullo eum grauaret: videlicet quod posset omni die dicere ad aurem suã vnum pater noster. Rex itaqꝫ annuit sue petitioni. Uidentes ergo ceteri curialiste tam magni q̃ parui etiam proceres regni qꝫ rex tantam familiaritatẽ huic simplici viro preberet: eo maxime quod omni die cum eo ita familiariter loqueretur ipsum deinceps multum honorare ceperunt: et supplicationes suas illi porrigere cum maximis donis et muneribus. Et per talem subtilem modum in breui non parum ditatus est. Ad propositum sancti dei angeli viden-

tes deuotos oratores tam frequenter et quasi familiariter loqui: modo in ecclesia: modo in domo modo in agro. Ex hoc incipiunt eos non parum honorare.

C ¶ Sed forte dicis. Pater quando volo orare dominum tot michi occurrunt distractiones et mentis euagationes quod vix possum dicere vnum Aue maria cum recta attentione ad ipsum dominum. Responsio. aut enim tales euagationes tibi placent aut non. Si tibi placent et preter hoc etiam illas tibi procuras deliberate. tunc impediunt fructum tue orationis et tibi sunt nociue immo sic deum orando faciem ab eo auertis et dorsum ad ipsum conuertis. Modo cogita apud teipsū si taliter faceres regi: quā grauiter incurreres eius indignationem: a fortiori in proposito. Si vero tales distractiones subrepticie sunt et inuoluntarie. tunc dicendum quod et si retardent profectum anime. non tamen omnino impediunt. Unde ad hoc propositum loquitur deuotus Bernardus i suis meditationibus. cap. xi. ita dicens. Magnā luxuriam deo facio cum illū deprecor vt meam precem exaudiat quam qui fūdo non audio. Deprecor illum vt me audiat et michi intendat et ego nec illi nec michi intendo sed quod deterius est imunda et inutilia in corde versando fetorem horribilem ei9 aspectui ingero. hec ille. Unde et ipse saluator tales verbosos et inattentos oratores reprehendit Matthei vigesimo quinto. allegans verbum Esaye. vigesimo nono. dicentis. Populus hic labiis me honorat: cor autem eorum longe est a me.

¶ Quarta domicella pedissequa deuote orationis dicitur misericordia et pietas ad pauperes quia vt dicitur tho. duodecimo. bona est oratio cum ieiunio et eleemosina. Est enim oratio secundum Augustinum super psalmistā. lxv. velut quedam auicula que volat vsque ad deum ibique mandatum peragit quo caro peruenire nequit cuius ale sunt ieiunium et eleemosina. Jeiunium enim leuem facit orationem vt cito euolet i celum sed eleemosina eam pinguem facit ne deficiat in via. Item de hoc scribitur Ecclesiastici vigesimo nono. Conclude eleemosinam in sinu pauperis id est da occulte pauperi. et hec pro te exorabit supple altissimum ab omni malo. id est vt tibi remittat omne peccatū. Econtrario autem scribitur prouerbiorum vigesimo primo. Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis ipse clamabit et non exaudietur. Hoc patuit in diuite epulone qui clamans ad patrem Abraham vt misereretur illius non fuit exaudit9: eo scilicet quod clauserat aurem suam ad clamorem pauperis Lazari cupientis saturari de micis que cadebant de mensa illius. Luce decimo sexto.

D ¶ Sed forte queris in quo consistit predicta misericordia pedissequa et ancilla orationis Responsio. in tribus consistit scilicet in subuentione corpo-

rali Esaye.lviij. Frange esurienti panem tuum Deinde sequitur. Tunc inuocabis et dominus exaudiet: clamabis: et dicet ecce assum. Secundo consistit in subuentione spirituali scilicet orando pro peccatoribus vt conuertantur, vnde Matthei quinto. Postquam christus monuit nos ad misericordiam exemplo patris celestis qui solem suum oriri facit super bonos et malos. mox subiungit. Orate pro persequētibus et calumniantibus vos. Ecce quomodo pietas circa salutem proximi simul concurrit cum oratione. Tertio consistit in remissione iniuriarum. Unde Marci vndecimo dicebat christus. Cum stabitis ad orandum dimittite si quid habetis aduersus aliquem vt et pater vester qui in celis est dimittat vobis peccata vestra.

Et ista est precipua misericordia que debet inseparabiliter sequi seu concomitari deuotā orationem tanquam ancilla dominam suam. quia orare dominum et rancorem in corde contra proximum tenere est laborem suum et fructum orationis perdere: eo quod talis oratio fit in peccatum. id est cum peccato. Unde Augustinus. Cum qua fronte orat qui aduersus alterū inimicitiam seruat. Item ysido. de summo bono libro tertio. Duobus iquit modis oratio impeditur ne impetrare quisq3 valeat postulata hoc est si aut quisq3 adhuc mala committit si aut delinquēti sibi debitum non dimittit. Cum igitur fundimus preces ad dominum nō debemus esse memores iniuriarum nostrarum: sed illas pleno corde remittere atq3 pro eisdem iniuriantibus dominum exorare ita enim fecit Abraham dum orauit pro sodomittis ne eos perderet dominus qui tamen sibi grauiter inimicabantur Genesis decimo octauo. Item similiter fecit moyses seruus domini qui multociens ipsum dominum exorauit vt aufferret a Pharaone et a cuncta egipto plagas mirabiles quibus premebatur. Exod. viij. ix. et. x. ca. Hoc etiā agere docuit nos christus qui pro suis crucifixoribus exorauit patrem Luce vigesimo tertio. Nam vt inquit Gregorius. in moralis. Conditoris auribus illa maxime commendatur oratio qua pro inimicis quoq3 intercedere nitimur Habeamus ergo predictā triplicem misericordiam ad proximam si cupimus orationem nostram volare vsq3 ad thronū diuine maiestatis.

¶ Quinta domicella que debet esse comes dominice orationis voca pseuerantia scđm q᷑ consulit xp̄s Lu. xviij. dicēs Oportet semper orare et nō deficere. Hoc etiam idē obseruandū docet apl's. i. Thessa. v. Sine intermissione orate in oībus grās agite. Quātum aūt prosit domine orationi in suo comitatu habere hanc ancillam sancte perseuerantie. patet per dictū christi Luce. xi. vbi proponit parabolam de amico se excusante ne id prestaret quod ab eo petebatur nihilominus tandē importunitate compulsus dedit

quod postulabatur. Sup quo dicit glosa. quod si amicus homo surgit et dat non amicitia sed tedio compulsus. quanto magis dat deus qui sine tedio largissime donat quod petitur Sed fortassis vt inquit deuotus Bernardus in suis meditationibus. capitulo sexto dicis in ira temetipsum. Quotidie ora et orationis mee nullū fructum video. sed sicut ad illam accedo sic et redeo. Nemo mihi respondet. Nemo michi loquitur. Nemo aliquid michi donat. sed in cassum laborasse videor. Sic loquitur humana stulticia non attendens quid promittat veritas dicens Amē dico vobis quia quicquid orātes petitis credite quia accipietis et fiet vobis. Noli ergo vilipendere orationem tuam. quoniam ille ad quem oras nō vilipendit eam sed antequam egrediatur de ore tuo ipse eā scribi iubet in libro suo Et vnū de duobus indubitanter sperare debemus. quoniam aut dabit nobis quod petimus aut quod videt esse vtilius. Hec ille. Pater ergo quod perseuerāter orandum est. Quia si queras cur deus non statim exaudit deprecantē etiam iusta petentem et in petitione perseuerantem.

¶ Ad hoc tibi respondetur id fieri ad magnam petentis vtilitatem. vt scilicet sic perseuerando magis ac magis mereatur. Nam quanto diutius atꝫ patientius quis laborat in petendo: tanto plus meretur. Et hoc est quod dicit Gregorius. in suis moralibus Amanti inquit deum dilatio imponitur vt ex dilatio moris desiderio meritum retributionis augeatur. Patet ergo quod et si homo non statim obtineat a deo quod petit. non tamen debet ꝓpterea desistere ab oratione et petitione. Et istud patet multiplici exemplo sacre scripture. Primo nempe helyas septies misit puerum ad videndum si pluuia descenderet super terram Nec aliquid apparuit ante septimam missionem eiusdē pueri vt dicitur tertii Regum. decimo octauo. Item Daniel ter in die orabat dominū etiā genibus flexis nec ad primam genu flexionem fuit exauditꝰ. Daniel sexto. Item beata anna aste Jeronimo non obstantibus precibus et elemosinis multis stetit cum viro suo Joachim annis. xx. antequam prolem conciperet. quamuis tamē perseueranter dominum exoraret Idem legitur de Zacharia patre beati Johannis baptiste qui ob meritum sancte perseuerantie ipse senex tandem ex veterana vxore sua helizabeth ipsum genuit Johannem precursorem domini.

¶ Sexta domicella pedissequé generose domine orationis dicitur discretio. Debet enim orans petere a deo ea que decet eum dare ꝛ que ipsi oranti sūt vtilia cuiusmodi sunt peccatorum remissio a futuris malis preseruatio: diuine gratie collatio ꝛ huiusmodi. et istam discretionem docuit nos habere christus Matthei sexto. dicēs. Querite primum regnum dei: idest gratiam eius in presenti

et gloriam in futuro. Ea vero que salutem impediunt aut ab ea retardant: minime debet petere vtpote honores mūdanos rerum secundarum abundantiam: inimicorum vindictam & siqua sunt similia. Propterea christus Matthei.xx. reprobauit petitionē filiorum zebedei qui per matrē petebant vt vnus sederet ad dexteram illius & alter ad sinistram, dixitqꝫ eis plane. Nescitis qd petatis: quasi dicat. Non aduertitis ꝙ ambitio honoris repugnat vestre saluti. Unde de illis qui predicta petunt dicitur Jaco.iiij. Petitis et non accipitis eo ꝙ male petatis.

E ¶ Aduertendum tamen est circa petitionem temporaliū ꝙ illa possumus licite petere ī tribus casibus. Primo propter presentis vite necessitatem: et istomodo illa salomon cum dicebat ad dominum prouerbiorum.xxx. Duo rogaui te ne denieges mihi antequam moriar. Mendicitatem et diuitias ne dederis mihi tribue tantum victui meo necessaria. Itē ad predictum finem docuit nos saluator ipsa temporalia petere cū docuit nos dicere. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie Luce.xi.

F ¶ Legitur in vitispatrum ꝙ erant duo fratres in heremo simul et sancte conuersantes & de labore proprio viuentes. Uenit autem vni in mentē grauis tētatio vt scilicet omni humana solicitudine et temporali laborare relictis: soli deo vacaret. Non multo ergo post relicto socio suo interius desertum secessit et aliquibus diebus sic contemplans tandem cepit graui fame vrgeri. Cum itaqꝫ nullum cibum ibi haberet tandem compulsus est redire ad socium suū. Cui alter ostiū clausit: sed post multos ictus interrogatus a socio quis nam esset qui sic importuno percuteret. Respondit. Adest socius tuus At ille, non credo inquit. Nam frater et socius meus non est plus cum hominibus nec eorū subsidijs amplius indiget: sed cum angelis contemplatur celestia: atqꝫ pascitur celico cibo. Hec igitur et his similia dicēs postquam permisit ipsum diu fame cruciari: tādem ostiū aperiens eum increpauit dicens. Si homo es & humano cibo indiges necessitate habes laborare. Sic eniꝫ statuit dominus post Ade peccatum Genesis tertio. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. patet ergo ꝙ non possumus transire presentem vitā sine labore et sine temporalibus subsidijs. Secundo possumus tēporalia petere a domino quasi in subsidium virtutum. Sunt enim ipse diuitie adminicula & instrumenta virtutum vtpote liberalitatis et magnificentie ad pauperes. vt ergo habeamus vnde possumus aliorum necessitatibus subuenire licite possumus a domino temporalia petere. Tertio petere possumus temporalia ad euidendum mala & occasiones malorum. Multe enim puelle se exponunt turpitudini et stupri ob defectū temporalium sicut patet in legenda beati Nicolai de illo patre qui voluit exponere tres fi-

kias suas stuprui propter rerū inopiam. Sed tāto malo obuia uit ipse beatus Nicolaus. Itē multi viri efficiuntur fures et predones atq₃ homicide propē nimiam egestatem. Propterea Salomon prouerbiorum. xxx. petebat a domino vite necessaria ne inquit egestate compulsus furer et periurem nomē dei me scilicet negando me furtum commisisse timore mortis.

Lectio. cvi.

¶ Et nō intres in iudicium cum serno tuo, quia non iustificabitur in cōspectu tuo omnis viuens.

¶ Postquam in precedenti lectione estensum est quomodo verus penitens debet formare orationem suam ad dominum ⁊ cum quibus constantijs. Hic consequenter orat ipsum dominum vt eum misericordem inueniat ī hora iudicij dicens. Non intres in iudiciū cū seruo tuo: id ē non diuiricte mecum agas in futuro vt exponit glo. interlinearis vel vt dicit glosa ordinaria. Ille intrat in iudiciu₃ cum domino qui suam iustitiam constituit: seu qui de donis suis presumit. Talis autem nō est verus penitens qui humili voce loquitur domino dicens. Ecce enim ad te domine deus meus confugio quamuis non sim dignus vocari filius tuus. Nec tecum intrare volo in iudicium: nec iustitiam meam cōstituo xo ꝗ statim posses mihi improperare illud Ieremie secundo. Quid vultis mecum in iudicio contendere? quasi supple dicentes ex debito iustitie propter operavestra debere saluari? Certe non sic. ideo sequitur. Omnes dereliquistis me dicit dominus. Stultum ergo est cum deo cōtendere. i. de se peccato excusare cum deus accuset vel ex debito iustitie celeste premium expectare. Maxime cum scribat Iob vigesimoquinto. Nunquid iustificari potest homo comparatus deo? Item Esaye. xliiij. Quasi pānus menstruate omnes iustitie nostre. Et Luce decimoseptimo. Cum feceritis omnia que precepta sunt vobis: dicite serui inutiles sumꝰ: qđ debuimus facere fecimꝰ. Non ergo peto contendere tecum in udicio domine deus meus. sed supplex peto vt facias cum seruo tuo misericordiam cum intraueris in iudicium. neq₃ enim decet tuam maiestatem in iudicium intrare cum seruo tuo. ego enim me fateor seruum tuum indignū tamen misericordia egeo: fugitiuus redeo: pacem quero. ergo noli intrare in iudicium cum seruo tuo. Quod si queratur a penitente quare tantum timet dominum intrare in iudicium cum eo. Respondet quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens: ⁊ si apud se aut apud homines qui vident que exteriꝰ patent. deus aūt intuetur cor. Dicit ergo non iustificabitur in cōspectu tuo. i. i tui cōparatione. omnis viuens: id est omnis homo adhuc degens in hac mortali vita eo ꝙ nul=

lus talis est absq; peccato etiā infans vnius diei qui origina li tenetur. Unde nec Paul⁹ ausus est se iustum dicere: sed dicit. Nihil mihi conscius sum: sed non ī hoc iustificat⁹ ī hoc sū. i. Cor. iiij. Non solum aūt dicit nō iustificabit in cō. t. o. v. supple homo. sed gn̄aliter non apl'us nō propheta: nō angeli nō throni nō cetere āgelice nature: qr sol⁹ deus est in quē peccatum cadere nō potest. in cui⁹ conspectu astra nō sunt mūda. Uñ Job. xv. Quid est homo vt immaculatus sit et vt iust⁹ appareat natus de muliere? Ecce inter sanctos ei⁹ nemo immutabilis. et celi. i. angeli nō sunt mū di in cōspectu illius. q̄ꝰto magis abhominabilis et inutilis hō qui bibit quasi aquā iniq̄tatis Et eiusdem. xxv. Ecce luna etiam non splendet: et stelle non sunt munde in conspectu eius. q̄ꝰtomagis homo putredo et filius hominis vermis. Notandum est autem q; iste textus potest multipliciter exponi. Primo quidem ad litteram secundum dominum nicolaū de lyra de ipso Dauid qui sciebat q; illa persecutio quam patiebatur a filio suo Absalon: erat cōtra eum diuina permissione mota. vez in penam sui adulterij cū Bersabee et proditionis atque homicidij cōtra suum fidelissimum militē Uriam: secundum q; predixerat sibi ꝓpheta mathan. ij. Reg. xij. in hec verba. Hec dicit dn̄s Ecce ego suscitabo sup te malū de domo tua ꝛc. Et propterea dicebat ad dominum. Non intres in iudicium cum seruo tuo. q. d. non me puniās secūdum rigorem iustitie tue secundū quā merui mortē: quia secundum legem diuinam vtrumq; predictorum scelerū plectitur morte. Et ad hoc allegat humanam fragilitatem secundum quam peccauerat dicens. quia nō iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. quasi dicat null⁹ homo in hac mortali vita degens potest omnino iustus coram deo apparere. eo q; quantumcunq; sibi caueat a peccato, nihilominus frequenter labitur saltim venialiter peccando quia vt dicitur. Prouerbiorū. xxiiij. septies in die cadit iustus Secundo potest idem textus exponi moraliter secundum beatum Gregorium de vero penitente qui petit dominum cū eo non intraturū in iudicium: neq; e diuerso. Quis autem seruus cum domino intrat in iudicium ostendit idem Gregorius super hoc passu dicens. Qui contra conditoris flagella murmurat quasi cū eo in iudicium intrat. Dei nanq; accusat iudiciū qui se existimat iniuste percussum. Et quasi cū deo in iudicio contendit qui inter flagella innocentem se ostēdit. Uel dic q; ille cū deo in iudicio intrat qui cū orauerit. murmurat si nō exauditur. Nunquid enim quasi in iudicio cū deo contēdebant qui dicebant. Quasi ieiunauimus et non aspexisti. humiliauim⁹ animas nostras et nescisti? Esaye quinquagesimooctauo. Ualde em̄ stultū est ab oratione deficere. si deus differat cū rogat exaudire. presertim cū quid oremus sicut oportet nesciamus.

Sicut ergo David rogat dominum vt non intret in iudicium cum seruo tuo: Ita et quilibet homo rationabiliter admoneri debet vt nō intret in iudicium cum domino suo quasi volens cum eo disputare et aduersus ipsum murmurare. Tertio hoc idem potest exponi allegorice. Ita vt p seruū pctōr intelligat scdm illud. Joh. viij. Qui facit peccatum seruus est peccati.
Si quis ergo peccauerit debet orare dominum vt non intret in iudicium cum seruo: id est cum peccatore: quia vt dicitur prius seruus non manet in domo ineternum. filius autem manet in domo ineternuz: studeat ergo quisqꝫ effici filius dei per gratiam vt possit cū eo tandem permanere per eternam gloriaz que filijs datur iure hereditario secundum illud Romanoꝝ octauo. Si filij et heredes. heredes quidem dei coheredes vero iesu christi.
A ¶ Est autem notandū iuxta hunc textum quod valde debemus timere intrare cum deo in illud finale iudicium quod expectatur in fine seculorum. et hoc propter multa.
¶ Primo quidem quia omnes nascimur filij ire vt dicit Ephesios secundo et ita si dominus nobiscum districte ageret. omnes nos damnaret. Nulla enim lex dictat ꝙ filius spurius debeat habere hereditatem patris quinimmo oppositum. Unde extra qui filij sint legitimi. c. Ref. rente. dicitur expresse ꝙ filij illegitimi non debent succedere parentibus. Item. xv. q. viij. cum multe dicitur ꝙ ꝓles aliena polutione nata hereditatem nunquam accipiet. Item expressius scribitur. xxxv. q. vij quidē ꝙ filij nati de incestu nō debent succedere in bonis paternis. Propterea dicitur Genesis vicesimoquinto ꝙ Abraham filijs concubinarum largitus est munera: id est bona mobilia. Sz ysaac reliquit possessionem suam. Cum ergo per culpam originalem nascamur omnes filij ire et quasi spurij. relinquitur ꝙ nullum ius habemus ad regnum celeste nisi forte de nouo acquisitum vtpote per gratiam baptismalem.
Qui ergo non baptizantur valde timere debent intrare cum deo in illud vltimum iudicium quia constat aparte ꝙ non habebunt hereditatem patris celestis dicente christo Jo. iij. Nisi quis regnatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non intrabit in regnum celorum. Secundo quia nos christiani qui in baptismo suscepimus dei gratiam multotiens illam amisimus per sequentem culpam et turpiter ipsam a nobis repudiauimus Hebre. x. Irritam quis faciēs legem moysi sine vlla miseratione duobus vel tribus testibus moritur quantomagis putatis deteriora mereri supplicia qui filium dei conculcauerit et sanguinem eius pollutum duxerit in quo sanctificatus est. et spiritui gratie contumeliam fecerit. Ex istis verbis patet liquide ꝙ multum habent timere intrare dei iudicium mali christiani eo ꝙ grauius ceteris nationibus damnabuntur vt patet ex verbꝫ apostoli. Et arguit

secundum illam maximam tho picalem. Si illud quod minus videtur inesse inest, et illud qđ magis. Sed minus videtur ꝙ irritās legem moysi debeat puniri morte. quam irritans legē euangelicam et tamen primum est verum vt patet Deuterono. xvij. et. xix. Igitur ⁊ secundum verum est. sed quid est christianum conculcare dei filium. Profecto est ipsum vilipendere / et admodum conculcantis se habere quales sunt blasphemi periuri heretici et huiusmodi. Unde in huiusmodi iudicio ipse christus improperabit malo christiano dicens. Si inimicus meus: scilicet iudeus vel paganus maledixisset mihi sustinuissem vtique: id est fuisset magis tollerabile. Et si is qui oderat me supple aperte. super me magna locutus fuisset. scilicet nomen meum blasphemando quod est valde magnum peccatum abscondissem me forsitam ab eo: et loquitur hic christus more hominum iustorum qui se abscondunt ab eis qui de ipsis aut alijs male loqui solent. Sed illud inquit christus non potuit ita sustinere videlicet quod amicus meus: id est fictus christianus maledi ceret mihi Michaelis septimo. Inimici hominis domestici eius. Cañ. primo. Filij matris mee pugnauerunt contra me. Et hoc est quod subditur in psalmista. Tu vero homo vnanimis: id est tu pessime christiane qui videbaris vnius animi mecum. Dux meus: id est qui deberes esse dux populi mei p bonum exemplum ⁊ notus meus: id est quem noui ex nomine quia christianus. et qui etiam dicis te cognoscere me per rectam fidem: qui simul mecum dulces capiebas cibos. supple in sacramento altaris. in domo dei: id est in ecclesia ambulauimus cum consensu: quantum supple apparentiam exteriorem. Sed profecto in occulto cordis tui parabas mihi intestinum bellum per peccata tua. Ueruntamen impune non euades iudicium meum ideo sequitur. Ueniat. id est veniet mors scilicet eterna super illos videlicet malos christianos et descendant. id est descendent in infernum viuentes / quia completo generali iudicio reprobi in corpore et anima descendēt in infernum. Prouerbio. xxix. Repentinus ei scilicet reprobo superueniet interitus. Frustra autem tunc diceret christo reprobus christianus. Non intres: id est noli intrare in iudicium cum seruo tuo quia velit nolit ipse intrabit et terribiliter eum increpabit dicens. Esuriui et non dedisti michi manducare. ⁊c. Psalmista. loquetur ad eos in ira sua et in furore suo conturbabit eos videlicet reprobos.

¶ Tertio debemus summe timere intrare in illud iudicium finale: et coram tam destricto iudice comparere propter peccatorum nostrorū multitudinem. Nam vt dicitur Ja. iij. In multis offendimus omnes. Qui oēs dicit offensores nullū excludit. Ergo nos religiosi in multis offendimus. Hoc idem dicant ecclesie prelati. Similiter

principes et domini. diuites et pauperes viri et mulieres iuuenes et senes. Dicāt inquam hi omnes in multis offendimus. Nam vt dicitur Ecclesiastes. vij. Nō est homo iustus est terra qui faciat bonum ꝛ non peccet. Unde psalmista. Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt non est qui. ꝛc. Merito ergo quilibet nostrū dicere potest illud secundi Parali. vltimo. Peccaui super numerum arene maris / et multiplicata sunt peccata mea ꝛ cetera. His igitur pensatis ꝛ libratis quis non timebit ante faciem tuam districti iudicis comparere. Profecto non video. Unde deuotus Bernardus in suis meditationibus capitulo secundo sic inquit. Ue mihi misero peccatori cum venerit dies illa iudicij et aperti fuerint libri in quibus omnes actus mei et cogitationes domino presente recitabuntur. Tunc demessio capite pre confusione male conscientie stabo trepidus et anxius vtpote commemorans commissa scelerum meorum. Et cum dicetur de me. Ecce homo ꝛ opera eius heu quantum erubescam. Tunc reducam ante oculos meos omnia peccata mea. Quadam namque vi diuina fiet vt cuiusqꝫ sua opera bona vel mala in memoriam reuocentur, et mentis intuitu mira celeritate cernantur. et quod nunc confiteri erubescimus: tunc omnibus manifestabitur. Tunc enim peccata suum actorem intrepide accusabunt dicendo. tu nos egisti. opera tua sumus. non te deseremus sed tecum ad iudicium pergemus. Hec ille.

¶ Quarto debem⁹ timere predictum diē iudicij propter peccatorum nostrum continuationem et suppliciorum aggrauationem. ad vnum enim sequitur reliquum. De cōtinuatione autem peccatorū nostrorum scribitur Prouerbiorū. xxiiij. Septies in die cadit iustus. hoc tamen intelligitur de casu intra domum et non extra. quia quidem casus fit per venialia. Patet ergo ꝙ non est dies in anno. neque etiam in tota vita nostra / de adultis loquor i qua nō offendamus dominum multipliciter. Ecce mala peccatorum continuatio a qua nullus potest regulariter ꝑseruari. qr vt dicitur. i. Joh. i. Si dixerimus quia peccatum non habemus ipsi nos seducimus et veritas in nobis non est. De tali autem peccatorum cōtinuatione et perseuerentia damnabili loquitur deuotus Ber. in. lib. suarum meditationum. c. xij. dicens. Ex quo peccare cepi nunquam vnum diem sine peccato transire potui sed de die in diē peccata peccatis. ad addo. ꝛ ea pre oculis habeo nec gemo erubescenda video nec erubesco. quod est mortis signum ꝛ future damnatiōis iudicium membrum enim quod dolorem non sentit mortuum est. et morb⁹ insensibilis est incurabilis. Hec ille.

¶ Quinto debem⁹ timere intrare in iudicium cum domino ꝑpter examinis rigorem. Tunc enim fiet rigorosissimū ꝛ asperrimum seu rigidum examen.

Nempe tunc dicet iudex vnicuiq3 attenta tamen personarū qualitate illud Matthei. decimooctauo. Redde quod debes Si quidem tūc erit necesse reddere rationem de multis.

B ¶ Primo de malis cogitationibus Sapieñ. primo. In cogitationibus impij interrogatio erit. Unde Gregorius exponens illud Matthei decimo Capili capitis vestri omnes numerati sunt. dicit quod deus sic vias nostras considerat et cunctos gressus dinumerat vt nec minutissime cogitationes que apud nos vsu viluerunt eius iuditio indiscusse remaneant. Oportebit ergo tunc reddere rationem de omnibus cogitationibus circa vindictam circa auariciam. luxuriam. superbiam. inuidiam et huiusmodi.

¶ Secundo oportebit tūc reddere rationem de verbis ociosis dicente saluatore Matthei decimo secundo. De omni verbo ocioso quod locuti fuerint homines super terram. reddēt rationem in die iudicij. Dicit autem Jeronimus quod verbū ociosum dicitur quod sine vtilitate loquentis vel audientis profertur. Si ergo de tali verbo oporteat rationem reddere multo magis de verbis nociuis et secum important quodam indecentiam.

¶ Tertio oportebit reddere rationem de operibus malis. Ecclesiastes. vltimo. Cuncta que fiunt adducet dominus ad iudicium. Item tunc exigetur ratio de tempore. Unde Bernardus. Omne tempus nobis impensum a nobis exigetur qualiter sit expensum. Item de bonis temporalibus quomodo z scilicet illa acquisita sint similiter et exposita Nec solum tūc fiet examen de operibus malis verum etiam de operibus bonis que omnia sunt vtpote de ieiunijs: eleemosinis/ orationibus sanctis meditationibus ecclesiarum frequentationibus z z huiusmodi. Specialiter autē ipse christus districte examinabit: z reprehendet reprobos de eo quod non impleuerint opera misericordie dicens eis illō Math. xxv. Esuriui: et non dedistis. zc.

¶ Sexto et finaliter debemus summopere timere intrare i illud terribile iudicium quo esset sancti angeli tremebunt Et hoc propter omnium creaturā hostilitatem z oppugnationē. Nam tunc dominus deus armabit creaturā vniuersā ad vltionē inimicorum suorum. vt dr Sa. v

D ¶ Primo quidem armabit sanctos āgelos/ quos ipsi reprobi habuerūt in presenti custodes. Unde iob. xx. Reuelabunt celi. i. angeli iniquitatē ei⁹ vel pctōris. Tunc eīn dicent quod per eos non stetit quo miser peccator non fuerit bonus eo quod multociēs inspirauerūt eū de sua salute: z de mali vitatione: sed potius credidit diabolo quam ipsis.

¶ Secundo deus armabit sanctos cum eo regnantes in celis contra hmōi reprobos Sapieñ v. Stabūt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerūt: qles fuerūt grossi vsurarij: diuites auari/ iudices iniqui/ principes tyrāni/ z hmōi.

¶ Tertio armabit contra eos demones: qui ipsos traxerunt ad peccatum tunc enim dicent et narrabunt numerum pecca torum ipsorum reproborum cũ expressione loci, temporis, et huiusmodi. Nichil enim obliuiscantur propter lapsum tempo ris eo quod omnia peccata tã grandia quam parua scribunt in registro memorie sue. Unde dicit Johannes ad propositũ apocali.xij. quod proiectus est idest proijcietur accusator fratrum nostrorum. qui accusabat illos. id est accusabit ante conspectum dei supple in die iudicij.

¶ Quarto armabit eos contra seinnicem. Unus enim reprobus alium reprobũ oppugnabit: et accusabit in die iudicij. Matthei.xij. Uiri niniuite surgent in iudicio cum generatione ista et condemnabunt eam. Specialiter autem damnati accusabunt illos qui fuerunt causa sue perditionis. In cuius figura dixit Adam ad dominuz Genesis tertio. Mulier quam dedisti michi sociam dedit michi de fructu supple ligni veti ti, et comedi.

¶ Quinto armabit contra eos propria peccata Ezechi. xxiij. Hec dicit dominus deus. Ecce ego suscitabo omnes amatores tuos contra te: de quibus saciata est anima tua. Et congregabo eos aduersum te i circuitu. Et post pauca. Lorica et clypeo: et galea armabuntur contra te vndique et dabo coram eis iudicium: et iudicabunt te iudicijs suis. Unde tunc poterit dicere miser peccator illud Johannis decimo. Opera que ego facio ipsa testimonium perhibent de me. De hac autem accusatione scribit specialiter Jeremias. ij.c. dicens Arguet te malitia tua: et auersio tua increpabit te.

¶ Sexto et vltimo armabit deus contra ipsos reprobos beneficia que illis cõtulit in presenti: et quibus abusi sunt Jacobi.v. Agite nunc diuites plorate vlulantes in miserijs vestris que aduenient vobis. Diuitie vestre putrefacte sunt et vestimẽta a tineis comesta sũt aurum: et argentum vestrũ eruginauit et erugo eorum erit vobis in testimonium sup. in die iudicij. vnde sequitur Thesaurizastis vobis iram in nouissimis diebus Item de hac armatura: seu accusatione creaturarum irrationabiliũ aduersus reprobos scribitur Abacuch ij. Lapis de pariete clamabit: supple vltionem: et hoc potissime intelligitur de illis prelatis qui edificant sibi magna et exquisita palatia: et suas ecclesias permittunt cadere in terram. Sequitur et lignum quod inter iuncturas edificiorum est respondebit. Sed quid? Certe quod verum est testimonium lapidis Ecce ergo quam mirabiliter omnes creature armabuntur contra reprobos in die iudicij propter quod summe timere debemus intrare in ipsũ seu in eo comparere. Unde Anselm. in suis meditationibus. O quam anguste tunc erũt vie reproborum. Hinc erunt accusantia peccata. Inde terrens iustitia. Subtus patens horri

dum chaos inferni. Desuper iratus iudex Intus conscientia vrens. Foris mundus ardens. Peccator sic deprehensus in quam partem se premet constrictus vbi latebo: quomodo parebo? Latere erit impossibile: apparere intollerabile. Illud desiderabor: et nusquam erit. Quis me eruet de manibus dei? Unde michi consilium? Unde michi salus? Sequitur. Respira iam o peccator respira et ne desperes. Spera in eo/quem times. Aufuge ad eum a quo fugisti. Inuoca importune/quem superbe prouocasti. Iesu. Iesu propter hoc nomen tuum. Secundum hoc nomen tuum Iesu Iesu. Obliuiscere superbum prouocantem. Respice miserum inuocantem. Quid enim est Iesu nisi saluator? Ergo propter temetipsum esto michi Iesus qui me plasmasti ne peream. quod redemisti me ne condemnes: quod me creasti tua bonitate ne pereat opus tuum mea iniquitate. Rogo piissime ne perdat mea iniquitas: quod fecit tua omnipotens bonitas. Iesu Iesu miserere dum est tempus miserendi: ne damnes in tempore iudicandi. Que nanque vtilitas in sanguine tuo si descendero in eternam corruptionem. Neque enim mortui laudabunt te domine: neque omnes qui descendunt in infernum. Hec Ansel. Dicat ergo quisque ad dominum. Non intres in iudiciũ cum seruo tuo quia non. etc.

Lectio.cvij.

¶ Quia persecutus est inimicus animam meam, humiliauit, in terra vitam meam.

¶ Postquam in precedenti lectione ostensum est quomodo penitens petit dei futurum iudicium euadere: ne scilicet dãnetur cum impiis peccatoribus qui a sinistris iudicis erũt hic consequenter allegat rationem sue petitionis dicens. Quia persecutus est inimicus supple diabolus animam meã quasi dicat. O domine Deus scio quod diabolus querit perditionem anime mee ex magna eius inuidia. Quam gerit aduersus salutem hominum et signanter persequetur animam meam pauperem in die iudicii Et ideo prius te rogauit: et iterum rogatum facio ne intres tunc in iudicium cum seruo tuo: me ad sinistram tuam collocando prout optat ipse inimicus meus diabolus. qui libenter videret omnes secum descendere in abyssum. Job quadragesimo. Habet fiduciam quod influat iordanis in os eius. Nec tunc solum scilicet in die iudicii persequetur dictus inimicus animam meam vt rapiat eam. Uerum etiam incessanter eam in dies persequitur dum ad illicitum consensum ipsam trahere conatur. Sed quo nam pacto istud operetur diabolus audiamus. Nempe sub velamine delectationis momentanee nobis molitur perpetuum et irreparabile malum. Ut enim inquit Gre

gorius super hoc passu. Ipse incautos homines decipit: et in via huius vite gradientibus laqueos tendit secūdum illud Psalmiste. In via hac qua ambulabam absconderunt laqueum michi. Rursum de eo scriptum est Job decimooctauo. Abscondita est in terra pedica eius ⁊ decipula illi⁹ super semitas. Dum enim perdere innocentem appetit, prius ei aliqd quod libeat ostendit. Quod dum apprehendere incautus homo nititur: occulto peccati mucrone transuerberatur Quasi ergo in terra pedica absconditur: dum in terrenis commodis peccatum occultatur. Preter ea decipula ab hoste antiquo super terram ponitur cuz in actione huius mundi quam mens appetit: peccati laqueus paratur: da exemplum de appetitu prelature. Item officij ciuilis et huiusmoni. Propterea vero decipula in terra ponitur vt exposita esca ipsa nō videatur. Et vt dum homo auiditatis amore ad escam fertur: ex improuiso laqueo peccati capiatur: et suffocetur.

Ecce quā latenter ⁊ subdole ꝑsequtur ad mortē eternā inimicus ⁊ auersarius nr̄o diabolus aīas nostras. Quis ergo hui⁹ inimici persecutionem non metuat? que tanto est perniciosior quanto occultior. Ceterum quos in via dei ambulantes: ⁊ in proposito iusticie: et operationis bone fortiores/atq₃ feruentiores viderit eos grauius persequitur: et a statu rectitudinis subruere conatur. Ideo ait psalmista Quia persecutus est inimicus animam meam: humiliauit in terra vitam meam. O grauis persecutio Qui enim inquit Gregorius. ceperam amore celestium terrena relinquere: et comtemptis diuitijs secularibus in celis conuersari iam impulsione diabolica cogor summa: et eterna despicere. et de mundi huius prouidētia incerta cogitare. Deprimit enim terrena inhabitatio sensum multa cogitantem: vt dicitur Sapientie nono Qui enim contemptis celestibus ad ima solum modo appetenda deducitur eius vita in terra humiliatur. hec gregori⁹. Potest autem ad literam iste versus exponi de Dauid recurrentis ad diuinum adiutorium: cuius causam assignat dicens.

Quia persecutus est inimicus scilicet Saul: vel filius meus Absalon: et Achitophel eius consiliarius animam meam/id est vitam meaz corporalem: qr vterq₃ quesiuit occidere ipsum Dauid. de Saul quidem patet diffuse. primi Regum. decimo octauo. vsq₃ ad vigesimū octauum. capitu. qualiter frequenter quesierit eum occidere. De Absalon vero patet. secūdi Regum decimosexto. Et de Saulis persecutione subdit Dauid dicens. humiliauit in terra vitam meam. adeo vt diceret ei Dauid. Quem persequeris rex israel canem mortuum? pulicem vnum. secundi Regum vigesimoquarto. Similiter potest pie conqueri de filio suo Absalon/et dicere humiliauit in terra vitam meam supple filius meus. cum tamen iure na

turali: et diuino potius debuis
set exaltare: et honorare in ter
ra vitam meam. Nonne valde
humiliauit Absalon in terra
vitam Dauid patris sui. Quā
doquidē pius pater fugit flēs
peditādo/ & operto capite/ Ut
legitur. secundi. Regū. xv. Itē
quando eū de solio regni deie-
cit: et de Jerusalem sede regni
expulit/ non est ergo nouum ꝙ
filij persequantur parentes et
progenitores suos Sed atten
dant tales maledicti filij quid
acciderit ipsi Absalon: et quā
miserabiter interierit. Non tā
dem proprijs capillis ad quer-
cum pendens spiritū exalauit.
secundi Regum decimooctauo
Ita & filij persequentes paren
tes suos tandem suspendētur
in patibulo inferni.
A ¶ Est autem notandum iux
ta hunc textum ꝙ multa homi
num genera merito dicere pos
sunt quilibet pro se. Persecu-
tus est inimicus animā meā.
¶ Primo quidem christus im
minente mortis sue tempore re-
cte dicere poterat de diabolo
quod persecutus est inimicus
aīam meam scilicet medio Iste
traditoris: de quo quidem ini
mico dicitur Jo. xiij. quod cena
facta cum diabolus iam misis
set in cor vt traderet eum Ju-
das simonis scariothis &c. Po
test et iā iste inimicus signi-
ficare iudaicum populum: qui
quidem inimicus persecutus
est animam. idest vitam xpi qñ
clamauit coram pylato dicēs.
Crucifigatur sup. xps. Et qui-
libet inimicus tam diabolus ꝙ̄
iudas ꝙ̄ etiā iudaicus popul9
persecutus est animam. idest vi
tam christi vsꝙ ad mortem in
clusiue: sed differenter: qr dia-
bolus occulte. Judas proditio
se. Judaicus populus publice
Et quilibet istorum inimicorū
humiliauit: vitam ipsius chri-
sti per suam nequitiam: & hoc
intra. i. in hoc mundo. vel in ter-
ra. i. vsꝙ ad mortem. Hoc tamē
non poterat facere triplex ille
inimicus nisi ipso christo per-
mittente Tunc autem illis per
misit: vt taliter humiliarēt qñ
dicit eis. Soluite templū hoc:
& in tribus diebus excitabo il-
lud. Johannis secundo. Hoc
autem dicebat de templo cor-
poris sui. vt ibidem subditur.
Item ipsemet christus humilia
uit in terra vitam suam: quan
do descendens a summo celi fa
stigio i vterū virginis vsꝙ ad
mortem humiliter conuersat9
est phil. ij. Humiliauit semetip
sum factus obediēs patri vsꝙ
ad mortem. mortem autē cru-
cis. Item nonne bene humilia
uit vitam suam quando descē
dit i inferiores partes terre. i.
vsꝙ ad limbū: vt dicit ephese.
iiij. Hec autem summa xpi hu-
militatio nr̄am superbiā repri-
mere debet. Unde Augu. Eru-
bescat homo fieri superbus p
quo factus est humilis dei fi-
lius. Propterea dicit i decretꝫ
disti. xciij. Dominus noster ꝙ
omnia a christo humiliter fa-
cta sunt: vt nos humilitatis ha
beremus exemplum.
B ¶ Secūdo peccator valens
recedere a diabolo per veram
penitentiā: & fugere ab eo meri
to potest dicere. Persecutus ē
inimic9 aīam meā. Unde Gre.
libro. xxiiij. moraliū dicit sic ad

propositū. Hostis noster quantomagis nos sibi rebellare cōspicit: tanto amplius expugnare cōtendit: eos enim expugnare negligit quos quieto iure se possidere sentit. Nam sicut lupus naturaliter persequitur ouē miluus pullos/ et catus murem Ita et diabolus peccatorem ab eo fugere volentem. Exod. xv. dicit inimicus persequar: scilicet hominem a me recedere laborantem: et comprehendā: supple eum: id est comprehendere satagam. Sicut enim catus nō pugnat nec percutit: aut mordet murem iuxta se existentem. immo cū ipso ludit/ et quasi applaudit leniter ipsum tangens pede: sed fugientem insequitur et ipsum tunc vulnerat vngulis et dētibus. Sic et diabolus non affligit: nec multum molestat captum peccatorem: quem iuxta se habet: et firmiter tenet vngulis suarum tentationum. Quinimmo secū ludit mouens eum ad varia peccata: sicut patet in luxuriosis/ superbis/ auaris/ gulosis/ et huiusmodi. Sed volentem per viam/ et semitam penitentie fugere ad Christū: tunc aduersus eū: mirabiliter insurgit: et acrius tētat/ proponens penitentie difficultatem/ peccati delectabilitatem/ morū in futurū emendationem/ et huiusmodi. Item sicut tyrannus iniuste occupans aliquam ciuitatem semper est in timore perdendi ipsam. Et ideo cum percipit fieri aliquem tractatum a ciuibus tūc statim illos/ quos suspicatur sibi velle tollere ciuitatem: perdit: et crudeli morte interimit. Ita et diabolus/ qui tyrannice possidet animā peccatoris: cum non sit possessio sua: sed dei templum qui dicit Ezechielis. xviij. Omnes anime mee sunt quamprimū videt in corde peccatorum versari sanctas inspirationes/ bonas volitiōes/ et desideria iusta. Mox sua crudelitate quantū potest: se euiscerat ad exterminandū/ et extinguendum hec omnia. Item reuocat et retrahit memoriam/ et occupat eam ad cōmemorandas huius vite vanitates. Intelligentiam reuocat a superno rum contemplatione/ et inducit ad intuendū mundi superbiam. Voluntatem retrahit ab amore dei et proximi: et ipsam ad omnem illicitum amorē accendit. Et ita exterminatis anime viribus non amplius timet diuinas inspirationes sibi posse subripere ipsam animam. Et de ista persecutione inimici humani generis inuadentis peccatorem ab eo per penitentiam recedere volentē habemus authoritatem et figuram. Authoritatem quidem Ecclesiastici. ij. Fili accedens ad seruitutē dei: sta in timore et prepara animā tuam ad tētationem. Figuram vero habemus Genesis. xxxi. Ubi legitur quod Jacob dum esset apud Laban nō est ab eo percussus. Quamuis tamē multipliciter delusus. Nihilominus ab eo fugientem cum vxoribus suis/ persecutus est eum in manu forti/ et multitudine armatorum: vt vi/ et violentia reduceret ipsum Jacob ad pristinam seruitutem. Deus tamen illum impediuit ne assequeretur intētum suum. Ad propositum per

Laban qui multipliciter fefellit: et illusit pauperē Jacob intelligitur diabolus qui quanuis derideat peccatorem: nihilominus non percutit ipsuz in statu peccati: sed quam primuz videt qđ vult fugere ab eo per penitentiā tunc eum toto posse et studio persequitur. Similem figuram ad propositū probandum habemus de Pharaone qui non tantum est persecutus filios Israel sibi seruiētes sicut conatus est persequi cum ab eo recedere voluerūt. Nam cum Moyses et Aaron monuissent eum ex parte domini: vt dimitteret populū Hebreorum ire libere in desertū ad sacrificandū sibi. Ille stomachato animo dicit. Quis est dominus vt audiam vocem eius: et dimittam Israel? Nescio dominum et Israel non dimittā. Exod.v. Preterea vt ibidē subditur ipse Pharao precepit prefectis operum dicens. Nequaquam vltra dabitis paleas populos ad conficiendos lateres sicut prius: sed ipsi vadant et colligant stipulam et mēsuram laterum quam prius faciebant imponetis sup eos nec minuetis quicquam. Tandem autem cum popul9 exiret de Egypto. tunc ipse Pharao cōgregauit omnem militiam suam et fecit exercitum mirabilem vt posset impedire recessum Hebreoruz a terra Egypti. Exo.xiiij. Certe vt dicit apostolus. i. Corinthiorū.x. omnia in figura contingebant illis. Pharao enim recte diabolū designat qui fortius inuadit peccatores quos videt tendere versus desertum penitentie: et petere terram promissionis glorie celestis. Sed quale remediū cōtra hoc. Certe optimum remedium est refugere ad dominum auxilium petendo et gratiam resistendi dicēdo illud Treñ.i. Uide domine afflictionem meam quoniaz erectus est inimicus meus: scilicet diabolus contra me sicut quandoqz solet serpens se erigere vt homini noceat.

¶ Tertio penitens inchoans primos fructus penitētie: et nouā vitam merito debet auxilium petere a domino dicēs. O domine deus adiuua me: qz persecutus est inimicus animā meā. Ille inquam inimicus de quo Matthei.xiij. Inimic9 homo hoc fecit. Hic ergo inimic9 persequitur penitentem nouiter conuersum ne proficiat aut perseueret in sancto proposito suo: et primos flores sue cōuersionis nititur omnino destruere. Uidemus enim sensibiliter in arboribus et plantis quod si ledantur in floribus totus fructus qui inde sequi nat9 est leditur. et huius ratio est qz flos est principium ex quo fructus habet egredi. Spiritualiter qđ suo modo dicitur de arborib9 metaphorice reperitur i hominibus: nam in homine seminātur et plantantur bone inspirationes a deo cum primum incipit bona cogitare: quia vt dicitur.ij. Corinthiorum.iij. Non sumus sufficientes aliquid cogitare a nobis quasi ex nobis, sed sufficiētia nostra ex deo est. Florent autem cum incipit bene velle et ꝯsentire in opus virtutis cum deliberatione com-

plēdi illud. Et hoc totum simi- liter fit a deo secūdū illud Phi lip.ij. Deus est qui operatur in nobis ꝛ velle ꝛ pficere pro bo- na voluntate. Sed quoniā iste bone cogitationes : seu conce- ptiones: similiter ꝛ sancta desi deria non sunt firmiter radica ta in nouiter cōuerso: ideo per ventum leuis tentationis pos- sunt cadere ꝛ deperdi. Et ideo diabolus taliū cognoscens de- bilitatem ꝛ nouitatem multū insidiatur illis ꝛ nititur quan- tum potest illa destruere ne cre scant aut proficiant sciens qḋ vbi essent in consuetudinē ver sa non tam faciliter posset illa destruere. Et de hoc habemus primo authoritatem. dicit enī Petrus Rauennas super Mat theum: quod diabolus semper primordia bona pulsat : rudi- menta virtutum captat: si san- cta sunt in ipso ortu festinat ex tinguere sciens qḋ postea non posset ea funditus subuertere. Secundo ad idem probandū habemus figuram Exod i. vbi legitur quod Pharao videns populum Israeliticū in Egy- pto crescere ꝛ proficere: timuit ne nimium cresceret: ꝛ ideo or- dinauit paruulos per obstetri ces suffocari in aquis.

¶ Ad propositū per Pharao nem vt dictum est prius diabo lus significatur. Pharao enim nudās virū interpretatur dia- bolus autem nudauit primum parentū stola innocentie ꝛ im- mortalitatis. Et ideo recte per Pharaonē designatur. Hic er- go Pharao populū domini co natur detinere semper in pecca tis qui cum aspicit virtutes in nobis crescere statim conat ex tinguere primos bonos conce ptus vt non crescant per opus bonum / et hoc cupit facere in aquis delitiarū mundi: seu de- lectationum carnalium in qui- bus sepissime moriuntur ꝛ sub merguntur prima bona propo sita et prime bone cōceptiones atq; volitiones: ꝛ ideo cū sum- ma diligentia debemus custo- dire agrum conscientie nostre: postquā fuerit in eo semen bo- ni operis seminatū ne scilicet volucres celi: hoc est demones comedāt illud: ꝛ sic omnino im pediant fructū nostre salutis.

D ¶ Quarto homo i bono in cepto perseuerans: ꝛ omni gra tia refertus cum videt diabo- lum conari vt possit ab eo om- ne bonum afferre potest nō in- congrue clamare ad dominum et dicere. Adiuua me piissime deus: quia persecut⁹ est inimi- cus animam meam. Solent eñi crudeles hostes capta et deui- cta ciuitate: destruere eius mu nitiones vtpote muros turres fortalitia ꝛ huiusmodi ne scili cet sit in posterū amplius apta illis resistere: ꝛ sic eā relinquūt prostratam: et per talem modū fit immundior : quia diruptis muris illius bruta animalia il lic passim intrant ꝛ exeunt: sic- que totū deturpāt. Ita in pro- posito diabolus qui est tyran- nus crudelissimus ꝛ immiseri cors si semel possit obtinere vi ctoriam de animabus iustorū et perseuerātium: mox per cul pā intrat ad illas ꝛ omnes vir tutes atq; merita que ibi inue- nit / subripit / exterminatq; ibi muros cordis vt ibi brute ten-

tationes intrare et inhabitare libere possint et valeant. Et de hoc primo habemus authoritatem in Psalmist. Deus venerunt gētes: id est demones qui more gentilium sine lege et obedientia ad deum existunt: venerunt inquam in hereditatem tuam: id est in animam tuo sanguine redēptam. Sed quid fecerūt ibi. Certe polluerūt templum santum tuū: id est humanam conscientiaz que est illud templum de quo Colo.iij. Templum dei sanctū est quod estis vos. Itez Augustinus in libro soliloquiorum ad propositum loquitur dicēs. Ipsi scilicet demones obseruauerunt me et despexerunt me: diuiserūt sibi vestimenta mea quibus honoraueras me: fecerunt sibi viā per me sub pedibus suis conculcauerunt me: fecibus peccatoruz polluerunt templū sancū tuuz posuerunt me desolatum tota die merore cōfectū. Ibam post eos cecus et nudus et illaqueatus funibus peccatorū: trahebāt me post se in circuitu de vitio in vitium: de luto in lutum seruus eram: seruitutem amabam: cecus eram: cecitatem desiderabam: vinctus eram: vincula nō horrebam: amarū dulce et dulce amarum putabā miser hec non cognoscebam: quia sine te eram. Hec Augustinus. que quidē verba merito potest dicere quilibet iustus si semel fuerit ab inimico demone persecutus: et ab eodem in peccatū prostratus. Secūdo de ista persecutione inimici aduersus hominem iustū figuraz habemus iiij. Regum.xxv. vbi legitur qđ Nabuzardam princeps exercitus Babilonis postquā vi armorum superauit Hierusalem statim expoliauit templū et inter multa preciosa iocalia que inde abstulit fuerunt ista: videlicet candelabrum luminis: altare aureum: mense panis propositiōis: corona faciei templi vasa incensi: vasa aque sacrificij: vestes sacerdotales: et postmodum induxit omnem spurciciam in templum. Ad propositum diabolus vincens animaz rationalem per aliquam tentationem mox intrat templū cordis per culpam quo facto primo extinguit cādelabrum: hoc est excecat iudicium rationis. Secūdo subripit altare aureū: per quod charitas designatur Tertio: euertit mensas panis propositionis per quas intelligūtur predicationes verbi dei quod est panis spiritualis anime. Quarto remouet coronam faciei templi: quia successu temporis delet verecundiam de facie et ruborem peccandi. Ita vt anima deinceps efficiatur tota inuerecunda et quasi meretrix effrenata. Quinto destruit vasa incensi per que signātur deuote oratiōes. Sexto similiter destruit vasa aque sacrificij: quia puertit cor et oculos ne ibi possit inueniri cōtritio lachrymarum per quam fit deo acceptū sacrificium nostrum. Demū lacerat vestem sacerdotalem: scilicet palliū innocētie qđ Christus nobis acqsiuit merito sue passionis et quod accepimus in baptismo. His igitur ablatis et spoliatis miser homo qui paulo ante erat templum dei efficit

cloaca et prostibulum diaboli et receptaculum gentis Babilonice: id est demonum infernalium qui habitant in Babilonia: id est in loco confusionis: vbi null9 ordo: sed sempiternus horror inhabitat. Ecce quomodo diabolus inimicus ꝛ aduersarius salutis hominum persequitur iustos et qui videntur quasi columne in domo domini. Ideo qui existimat se stare videat ne cadat.

E ¶ Quinto vir religiosus cũ sentit demonis tentamenta potest rationabiliter dicere persecutus est inimicus animã meã et ideo ad te clementissime de9 refugio pro remedio. Nõ enim est locus quãtumcũqꝫ sanctus aut optime mutatus quẽ non intret diabolus vt persequetur quemcũqꝫ ibi inuenerit: immo religiosas personas acrius tẽtat ceteris. Unde Augustinus: et recitatur di. xlvij. quantumlibet: dicit sic. Sicut difficile sum expertus meliores: quam qui in monasterio profecerunt ita non sum expertus deteriores quã qui in monasterio defecerunt. Nisi enim demõ persequeretur claustrales nulli essent ibi mali: nulli proprietarij nulli incontinentes: nulli apostate. cuius tamen oppositum sensibiliter videmus. Quod ergo demon persequat̃ claustrales etiam perfectos: patet per illud Psalmist. Persecutus est: scilicet demon hominem inopẽ et mendicum: id est hominẽ religiosum qui debet esse inops ꝛ mendicus per votum paupertatis ꝛ compunctũ corde: persecutus est inquã demon mortificare: id est vt mortificet̃ per peccatum quo ad animam. Bene aũt dicitur religiosus compunctus corde: quia vt dicitur xvi. questio. i. Monachus. Monachus non docentis sed plangẽtis habet officium qui vel se vel mundum lugeat: et domini pauidus prestoletur aduentũ. Sed quid est monachum lugere se vel mũdum certe est lugere propria peccata: vel eorum qui in mũdo sunt: vt dicit glosa super eodem cap. Secundo hoc idem propositũ patet per figuram de Christo: de quo legitur Matth. iiij. quod ductus est in desertum a spiritu vt tentaretur a diabolo vbi dicũt doctores qd̃ ly vt tenetur ibi non causaliter: sed cõsecutiue. Per Christum ergo baptizatum intelligitur vir religiosus quem intrantem claustrum sequitur diabolus vt persequatur animam eius immitendo varias tentationes: et illusiones mirabiles. Hoc patuit in beato Anthonio. Item in beata Catherina Senensi ordinis predicatorum quam aliquando persecutus est diabolus in specie visibili tentans eam de incontinentia ꝛ breuiter pene infinitos tales vtriusqꝫ sexus homines reperies quos in claustro persecut9 est diabolus nec mirum quia religio est locus militantium. Unde cuilibet religionem ingredienti potest dici illud. Ecclesiastici. ij. Fili accedens ad seruitutẽ dei sta in iustitia: id est in obseruantia votorum ꝛ cerimoniarum religionis: ꝛ in timore supple ruendi per tentationez ꝛ prepara ani=

inam tuam ad tentationē: quia scilicet sine ea non eris.

F ¶ Sexto quilibet homo siue iustus siue iniustus dū horam mortis appropinquat potest veraciter dicere non soluz de preterito: verūetiam de presenti. Persequitur inimic⁹ animam meam. Solent enim armigeri vti multis cautelis et astutijs cōtra inimicos inter quas istam frequenter obseruant: videlicet quod cum sciunt inimicos debere transire per certum passagiū siue pontem siue montem vt ad propria redire possint: tunc intercidunt eis viam et ibi expectant eos: vt in premeditate ipsos inuadant et occidant sicut nostra tempestate egerunt Ueneti aduersus Carolum octauum Frācorum regem redeuntem de Neapoli in loco q̄ dicitur Forliuuiū alias lingua gallica Fournoue. tamē in malum eorum. Sic et diabolus in articulo mortis: cuiuslibet etiam quantumcunq; iusti ponit se medium inter eū et celū vt in illo stricto passagio rapiat spiritū eius si possit. Sūt em̄ in hoc aere caliginoso plus quam centum mille demones: immo plusquam decies cētena milia qui assidue expectant rapere animas exeūtes de corporib⁹ humanis si possint. Et de hoc habemus primo authoritatem in Psalmista. Quāta inquit Dauid malignat⁹ est inimicus: scilicet diabolus in sancto. i. in viro iusto. Certe multa et grauia malignatus est tam in vita quam etiam in morte. Item idem Psalm. in alio passu loquitur de insidijs diaboli quas parat morientibus dicēs: Oculi eius in pauperem respiciunt: id est in morientem quez diabolus respicit terribilibus oculis quiquidem moriens vere pauper dicitur: tum quia nihil fert de omnibus bonis huius mundi secū nisi lintheum: tum quia ab omnibus derelinquitur etiā ab his quos in vita multuz dilexerat. Sequitur insidiatur: scilicet ipse demon: quasi leo in spelunca sua. Sed quare profecto vt rapiat pauperem: id est morientē. Secundo habemus de hoc figuram Numeri. xxi. vbi legitur quod filij Israel venientes de Egypto vt irent in terram promissiōis habuerūt necessario trāsire per terras et fines inimicorum suorum vt pote amorrheorum. Missis itaq; legatis ad Seon regem Amorrheorum: et datis promissionib⁹ nihil tangendi de pertinentibus ad ipsum etiaz nec guttam aque de cisternis suis: nō potuerūt obtinere ab eo liberum passagiuz vt tantum viam regiam graderentur: quinimmo ille rex Seō congregato ingēti exercitu inuasit illos cupiens eos perdere/ spoliare/ et occidere. Quod cū vidissent ipsi Israelite ascēderunt in Jasa et viriliter contra eū dimicare ceperunt et obtenta victoria fugauerunt ipsum regem cum toto suo exercitu et vrbes illius cōbusserunt Ad propositum rex Seon qui interpretatur elatus recte diabolum significat qui est rex super om̄es filios superbie: vt dicitur Job. xli. Filij autē Israel sunt boni et deuoti christiani q̄

in mari rubro baptizati exie=runt Egyptum originalis pec=cati: et per desertum huius vite peregrinantes finaliter tendũt ad terrã promissionis celestis. Cumque appropinquant passa=gium mortis solent premittere legatos cum promissionibus. Isti legati sunt bona opera vt pote eleemosyne/orationes/ie=iunia/peregrinationes/ sancte meditationes/ deuote affectio=nes/ et huiusmodi que solẽt iu=sti premittere ante se in celũ ad implentes illud verbum Psal=miste. Opera tua precedent fa=ciem tuam. Sed rex Seõ: id est elatus diabolus non est cõten=tus quinimo in illo stricto pas=sagio mortis vult omnes spo=liare virtutibus et bonis operi=bus: insuper et occidere: scilicet peccato et morte eterna. Quale igitur tunc remediũ. Certe nul=lum nisi sursum ascendere: sci=licet in deum per spem et confi=dentiam firmam: quod si fueri=mus vere contriti et penitẽtes: liberabit nos a tantis pericu=lis et malis: atque velint nolint predicti inimici nostri trãsibi=mus passagiuz illud et cum dei adiutorio perueniamus victo=res ad terram illam promissio=nis celestez: et de hoc habemus historiã in beato Martino cui laborãti in extremis apparuit diabolus in stupenda et horrẽ=da effigie. Quem alloquẽs vir dei et de domini misericordia confidens ait. Quid hic astas cruenta bestia. Nihil in me fu=nestũ reperies: sed sinus Abra=he me suscipiet. Et hec dicens tradidit spiritum.

Lectio. cviiii.

Collocauit me in obscu=ris sicut mortuos seculi, & anxiatus est super me spiri=tus meus, in me turbatum est cor meum.

Postquam in precedenti le=ctione penitẽs pie conquestus est ad dominum de malo quod patitur et passus est ab inimico suo diabolo qui nũquam finit eum in pace dicẽs. Persecutus est inimicus animam meã. Hic consequenter conqueritur de eo=dem inimico propter aliud ma=lum et nocumentum sibi ab eo=dẽ illatũ dicẽs. Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi. Ubi aduertendum quod per mortuos seculi in proposito si=gnificantur illi homines qui pro=pter sua facinora recluduntur in foueis subterraneis nunquam inde exituri et ideo reputantur mortui seculo et morte ciuili. Ita etiã diabolus collocat ho=minem peccatorem in obscuris tenebris vitiorum vt dicit glo. interli. vel in obscuris tenebris ignorantie ne videat periculũ cui subiacet et celeste bonuz quod peccãdo admittit. Propter quod merito potest dicere illud Tho. v. Quale gaudiũ mihi erit qui in tenebris sedeo et lumen celi non video. Heu quid hac collo=catione in obscuris prioribus infelicius viuebat enim olim deo antequam scilicet peccaret ho=mo et mortuus erat seculo: sed eo lapso econtrario viuit mun=do et mortuus est deo. Quid enim peccatum nisi mors: quod ani=mam separat a deo. Unde Au=

gustinus. hec est vera mors q̃ non timent homines: scilicet se parari a deo. Bene ergo dicit penitens de diabolo loquens. Collocauit me in obscuris si cut ꝛc. quasi de p̃terito loquẽs Nam ex quo peccator fact⁹ est penitens iam ereptus est de il lis obscuris quibus prius sub iacuerat: ꝛ adductus est ad lu cem gratie dicente apostolo. Ephe.v. Eratis aliquando te nebre: scilicet per peccatũ. nũc autem lux in domino: videlicet per gratiam ꝛ veram peniten tiam. Sequitur ꝛ anxiatus est super me spirit⁹ meus: scilicet pre dolore culpe commisse. Uel anxiatus est super. ꝛc. scilicet propter vicinitatẽ periculi im minẽtis: qr est questio de dam natione anime mee nisi de⁹ suc curreret ex infinita eius miseri cordia: in me turbatum est cor meum interli. ad penitentiam. Uel vt dicit Gregor. super hoc passu. Penitentis viri spiritus anxiatur cum superna deside rans carnis corruptiõe depri mitur: quia vt dicitur Sapien tie.ix. Corpus quod corrũpi tur aggrauat animã. Tota au tẽ ista litera potest exponi hy storialiter de Dauid quem do minus volens saluare ꝛ prote gere cõtra persecutionez Sau lis ꝛ absalonis filij sui. Collo cauit ĩ obscuris sicut mortuos seculi. Quandoquidem eum la tere fecit nunc in montibus: et desertis: nũc in cauernis ꝛ spe luncis. Sequitur: anxiatus est inq̃t ipse Dauid super me spi ritus me⁹: scilicet ex nimia per secutione ꝛ afflictiõe multipli ci in me turbatum est cor meũ videlicet propter maliciaz filij mei me persequentis. Allegori ce autez istud potest exponi de Christo secundum glo.or. post Augus. qui tempore passionis pie conquerebatur de populo Iudaico dicẽs: Collocauit me supple dictus populus Iudai cus in obscuris sicut mortuos seculi: id est ita me luce huius seculi priuauit tanquam fuis sem peccator. Item collocatus est in obscuris sicut mortui se culi: quando more aliorum ho minum mortuoꝝ/corpus eius veneratissimum fuit collocatũ in sepulchro. Sequitur anxia tus est inquit ipse Christ⁹ su per me spiritus meus: secundũ illud. Matth. xxvi. Tristis est anima mea vsq̧ ad mortẽ. Itẽ tunc anxiatus est super eũ spi ritus su⁹: quãdo in cruce pen dens dixit deo patri: de⁹ meus deus meus vt quid dereliqui sti me: Matthei.xxvij. Tun e tiam cum penderet in cruce di cere potuit in me turbatum est cor meum. Tum ex pie et me ste matris presentia. Tum ex discipulorum ruina. Tum ex Iudeorum ingratitudine per maxima.

A ¶ prosequendo autem pri orem expositionẽ moralem no tandum est quod summopere debemus fugere et abhorrere peccatum mortale. Propter tria mala que infert suo acto ri que in hoc textu exprimun tur. Nam mẽtem excecat: quia collocauit me in obscuris sicut ꝛce. Spiritum contristat: quia anxiatus est super me. ꝛc. Ra tionem perturbat: quia in me turbatum est cor meum.

¶ Primū igitur malum quod operatur peccatum mortale in homine est quod mentem ꝛ spiritualem intelligentiā excecat circa ea que quis potest ꝛ tenetur scire. Sicut enim in rebus corporalibus contingit obscuritas per defectū luminis corporalis: ꝛ per consequēs talis obscuritas solet oculum corporeū impedire ne videat que videnda sunt. Ita in rebus spiritualib⁹ obscuritas dicit carentiam veri luminis ratiōis que quidem obscuritas impedit rationem ne possit videre q̄ sunt ab homine agenda ꝛ que fugienda. Unde Psalmista. Obscurentur oculi eorum ne videant scilicet futurū eis malum. Sapientie.ij. Excecauit illos malitia eorum: ꝛ nescierunt sacramenta dei nanq͂ sperauerunt mercedē iustitie. Itē Sopho. i. Ambulabunt vt ceci: quia domino peccauerunt. Propterea in figura hui⁹ legitur. Judich. xvi. qḋ Sanson captus a Philisteis excecat⁹ est ab eis. ad insinuandum quod viro quantū cunq͂ pri⁹ perfecto capto a demonibus per aliquam mortalem tentationem eruuntur oculi intellectus: non quidem sic quod priuetur potentia intellectiua vel operatione ipsi⁹ potentie simpliciter: sed quia in particulari opere eligibili ita passione obtenebratur ꝙ tunc non auertit illud esse malū qḋ de facto est malum: sed bonum saltim apparens videtur sibi illud faciendum: quanuis in habitu ꝛ in generali cognoscat illud esse malū. Et hoc est quod dicit Philosophus in Ethicis quod omnis malus ignorans: et quod erat omnis mal⁹. Unde Prouerbiorum.xiiij. errant qui operantur maluꝫ. Item in decretis. distinctione. xxxviij. quanuis dicitur quod non nisi rerum ignorantia potest errari. Sed si q̄s existimet se scire quod nescit: pro vero quippe approbat falsum quod erroris est propriuꝫ. Item quilibet peccans ignorat quot ꝛ quanta bona per peccatum perdat: et similiter quanta mala incurrat. Ecce qualiter peccatū mentem excecat et eam in obscuris tenebrarum ignorantie collocat sicut mortuos seculi q̄ continue in obscuris ꝛ tenebrosis locis reclusi detinentur vt dictum est.

B ¶ Est autem circa istud notandum quod inductiue ostendi potest per figuras quod peccatum mortale excecat ꝛ obscurat mentalem intelligentiam. Ita vt de quolibet genere peccati merito possit dicere miser peccator. Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi.

C ¶ Primo itaq͂ homo superbus et arrogans potest merito dicere Collocauit me supple superbia mea in obscuris sicut. ꝛc. i cuius figura legitur. Act. ix. quod saulus cadens in terram ꝛ deinde surgens apertis oculis nihil videbat. Ad ppositum per saulum superbissimū et qui ex maxima superbia persequebatur christianos: vt in eodem cap. premittitur significantur omnes superbi quos excecat sua superbia ꝛ mentis arrogātia. Videmus enim quosdam homines excecari corpo-

raliter propter quandaz grossam τ inflatam carnem que super oculos eorū crescens τ intumescens tandē cooperit pupillam oculorum. Ita etiam in proposito de superbia respectu oculorum mentis. Nonne que so bene collocauerat in obscuris superbia per mentis cecitatem ipsum Pharaonem quando quidem Moysi dicenti. hec dicit dominus. Dimitte populum meum vt. ꝛc. Respondit. Nescio dominum τ Israel non dimittā. Exod. v. Nonne etiaz Roboaz merito dicere poterat collocauit me superbia ī obscuris quando scilicet superbe populo dixit. Minimus digitus meus grossior est dorso patris mei. iij. Reg. xij. Nonne etiam hec est que excecauit Goliam: Nichanorem: Antiochū: Sennacherib: τ pene infinitos tales? Unde deuotus Bernard9 de. xij. gradib9 humilitatis dicit quod trabes in oculo grandis τ grossa superbia in mente est: que oculum mentis obscurat τ veritatem obumbrat. Si autem modum huius obscuritatꝫ scire desideras. Audi Augustinum in libro de conflictu vitiorum τ virtutū ita inquiētē. Superbia dicit. Certe multis immo pene om̄ibus melior es verbo/ scientia/ diuitijs/ honoribus/ cunctos ergo despice cunctis temetipsum superiorē attende. Hec ille. Nonne etiam superbia collocat in obscuris cecitatis plerosqꝫ magnates q̄ de puluere paupertatis suscitati: mox superbiūt τ suos minime recognoscere volunt. contra quos inuehit ipse deuotus Bernardus supermissus est circa finem. Uideas inquit p̄eros que in ecclesia de ignobilibus nobiles: de pauperib9 diuites factos subito intumescere pristine obliuisci abiectionis: genus quoqꝫ suum obliuisci τ infimos dedignari parentes. hec ille.

D ¶ Secundo homo auarus τ tenax iuste potest dicere Auaritia collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi τ hoc per mētis mee cecitatem. In cuius figura legitur Thobi. ij. quod Thobias excecatus est a stercore hyrundinum quod a casu cecidit super oculos ipsi9. Ad propositum per stercora significantur temporalia bona que Paulus Phili. iij. reputat tanquā stercora. Hec igitur indebite concupita vel habita: seu etiam indebite retenta excecāt oculos diuitum et auarorum. Uidemus enim quosdā homines excecari a puluere a vento suscitato aut saltim ī oculis ledi ab eo. Ita in ꝓposito de puluere rerum temporalium respectu oculorum interiorū. Nonne queso diues ille epulo q̄ nec micā panis dabat pauperi lazaro/ merito dicere poterat collocauit me auaritia mea in obscuris mētis mee ita vt nō possem videre lazarum esurientez et cupientez saturari de micis q̄ cadebant de mensa mea? Demum autem dicta auaritia collocauit me in obscurissimis tenebrarum infernaliū locis. In quibus sepultus perpetuo iaceo. Ambrosius autē prout recitatur, distinctione. xlvij. sicut hi. ostendit hanc cecitatē aua-

rorum comparans eos arrepticijs dicens Sicut hi qui per insaniam mente translati sunt: non iam res ipsas sed fantasias passionis sue vident. Ita etiam mens auari semel vinculis cupiditatis astricta semper aurum semper argentū videt. semper redditus cōputat. Hec ibi. Item ad idem propositum loquitur Jeroni. prout recitatur. xxxvij. Nonne ita dicens. Nonne vobis videtur in vanitate sensus et mentis obscuritate ingredi q̄ diuitias per fas et nefas querit? qui adulatur rebus? hereditates capiat alienas et opes congregat. quas i momento cui sit relictur⁹ ignorat. Hec ille. Quia autem ipsa auaritia collocet hominem in obscuris patet. Nam si quis auarus velit alium decipere potius querit tenebras quam lucem sicut patet de mercatoribus pannorum qui libenter vēdunt pannos suos in camerulis obscuris. Idem patet de dā tibus falsam monetam ꝛ huius modi.

E ¶ Tertio homo lubricus et carnalis potest iuste dicere Collocauit me luxuria mea sup. in obscuris sicut mortuos. ce. ꝛc. Quanuis enim teste saluatore Johannis tertio. Omnis qui male agit odiat lucem. specialiter tamen hoc verum est de luxurioso. Non eni est homo ita lubricus qui vellet peccare in publico: sed omnis talis querit loca secreta: et obscura vt non deprehendatur. Et istud signum est quod ipsa feda luxuria obscurat: et obtenebrescit i tellectum: et rationem. Unde persone luxuriose dicem possunt illud Sapientie quinto. Sol intelligētie non illuxit nobis. Et hoc est quod dicit Gregorius cum inquit Luxuria semel mentem inuaserit nullum bonum cogitare permittit. Ecce obscuritas mentis: nec solū de deo non cogitat luxuriosus sed neq̧ de diabolo cuius efficitur membrum: et qui eum tā dem absorbebit. Unde ad propositum dicitur Daniel. decimotertio. quod illi duo senes luxuriosi: qui querebant dehonestare pudicam Susannam declinauerunt oculos suos: vt non viderent celum: neq̧ recordarentur iustorum iudiciorum dei: que supple fecit de luxuriosis: sicut patuit in diluuio.

¶ Item in subuersione Sodome: et huiusmodi. De hac autem obscuritate et cecitate mē tis quam operatur ipsa luxuria. Figuram habemus Judicum decimo sexto. vbi legitur quod Sanson propter nimiū amorem ad suam vxorem Dalidam tandem ea operante captus est a philisteis: et excecatus ab eis. Ubi per Sansonem intelligitur omnis luxuriosus per Dalidam carnalis voluptas que tradit animam talem philisteis. hoc est demonibus qui mox eum excecant: vt non recordetur iustorum iudiciorꝫ dei: neq̧ videat malum: cui subiacet: et quod secuturum est sibi. hoc patuit in Salomone: quem luxuria sua a deo ebetauit: et excecauit vt coleret deos deos concubinarum suarum. iij. Regum. xi. Item. xxxij. q. iiij Salomon.

F ¶ Quarto homo iracund⁹ potest bene dicere Collocauit me sup. ira mea in obscuris sicut mortuos seculi. Nam de talibus potest intelligi illud psal miste. Super cecidit ignis scilicet terre: et non viderunt solē, id est rationis iudicium: quia vt ait poeta. Ira impedit animum: ne possit cernere verum. Nam vt dicitur. xi. q. iij. illa: iratus commotionis tempore iustum putat omne quod facit Et hoc patet ad oculum. Uidemus enim multos qui aliter iudicant in passione ire: et aliter extra. Multa enim volunt ira predominante: que postquam sopita est nulla pacto vellent: sicut habetur. xi. q. iij. cum apō vbi datur exemplum de Theodosio imperatore vide textum Item secundi Regum. xiij. legitur quod Dauid audito qd filius suus absalon occidisset Amon fratrem suum valde iratus est contra eum et nisi fugisset forte occidisset ipsum: quez tamen post annos tres cessauit prosequi: et ei indulsit Qualiter autez ipsa ira collocet hominem in obscuris intellectus per errorem: et ignorantiam figuram habemus Lu. xviij. vbi legitur quod quidā cecus clamabat in via nec poterat compesci a turba pretereunte. Sic et homo iracundus sine ratione clamat: nec potest quiescere aut silere: guod si forte ab assistentibus gratiose admoneatur ad tacendum: tunc fortius clamat: palam quoqꝫ facit si quez occultum defectum aut crimen in proximo cui irascitur nouerit. In hoc similis ope feruenti coram igne intra quā si vna modica faba contineretur: illā statim produceret ad os. Similiter ad os talis olle bulientis veniunt omnes feces in illa retente: que antequam ferueret quiescebant in fundo ipsius: et tantum interdum feruet: quod cum fecib⁹: et spuma simul emittit pinguedinem. Ita in proposito homo iracundus dum feruet in ira sua: si quicq̄ma. lisit aut infamie in proximo totum ore profert: et foras emittit: q̄ prius pausabat in corde ipsi⁹: et nec tunc cogitat quid inde sequi debeat dummodo se vindicet nullum quoqꝫ secretum tenet: aut personam reueretur Unde legit Thobie. iij. ꝙ dum Sarra (que demum vxor Thobie iunioris facta est) increparet ancillā suam ꝓ culpa sua et illa cū ira: et impetu animi contra eam insurgens improprauit ei dicens Nunq̄d tu me occidere vis: sicut occidisti septem viros tuos. Patet ergo q̄ñ ipsa ira collocat hominem in obscuris iudicij rationis.

G ¶ Quinto Homo gulosus ratiōabiliter dicere pōt Collocauit me sup. gula mea i obscuris sicut mortuos seculi Nā ingluuies et similit ebrietas causant obscuritatem: et cecitatem in anima: impediuntqꝫ ratiōis iudicium sicut patuit de Loth qui postq̄ fuit inebriat⁹ cōcubuit cum filiabus suis nō discernens q̄ aut quales essent Gen. xix. Propterea Osee. iiij. dicitur ꝙ vinū: et ebrietas auferūt cor. id est cordis intelligentiaz et rationis iudicium. Unde in decretis. xx. q. i. sane dicit sic.

Sane dicimus vitandam ebrietatem per quam crimina cauere non possumus. Nam que sobrii cauem⁹ per ebrietatē ignorantes cōmittimus. Nesciūt q̄d loquanẗ q̄ nimio vino indulgēt Item August. ad sacras virgines. Ebrietas est flagitiorum omniū mater: culparumq̄ materia radix criminum: origo vitiorū turbatio capitis. subuersio sens⁹. tempestas lingue. hec ille. Item Hugo de sancto victore. Ebrietas inquit iudiciū rationis obfuscat cōtentiones et bella procurat. robur et naturalem virtutem eneruat. infirmitatem generat. mortem naturalem adducit: rebus temporalibus spoliat: et quod deteri⁹ est diuinā maledictionē īducit. Item Ambrosi⁹ in libro de penitentia. Ebriosus inquit cum absorbet vinum: absorbetur a vino abhominatur a deo. Despicitur ab angelis. Deridetur ab hominib⁹. Distituitur a virtutibus. Confunditur a demonibus. Conculcatur ab omnib⁹ Item Petrus Rauaneñ. in quodam sermone sic inquit. Ubi regnat ebrietas: ratio exultat. intellectus obtunditur. Consilia deuiant iudicia subuertuntur. hec ille. Aduertendū autem est q̄ ꝛ si ebrietas ipsa ab omnib⁹ cauenda sit: vtpote totius boni inimica: permaxime tamen a mulieribus / quarum sexus quia fragilis modico fomento prorumpit in vetita. Propterea Ualerius Maximus libro. ii. dicit q̄ vini vsus romanis feminis ignot⁹ fuit: ne scilicet in aliquod dedecus / aut etiam in capitis turbationem prolaberentur. Ceterum quecunq̄ inquit femina vini vsum immoderate appetit: et virtutibus ianuam claudit: et delictis apperit. Patet ergo multiplici testimonio quomodo ipsa gula presertim que in immoderato potu consistit: rationem in homine enarrat: et cecitatem causat. In cuius figura legitur Joh. nono q̄ erat quidam homo cecus a natiuitate: quem illuminauit christ⁹. per quē significatur gula: quam a natiuitate nobiscum contraximus. Propterea dicunt doctores theologi: q̄ etsi castrimargia possit castigari: non tamen totaliter extirpari.

H ¶ Sexto homo inuid⁹ potest congrue dicere Collocauit me supple inuidia mea i obscuris sicut mortuos seculi. idem causauit in me spiritualem cecitatem. Uidem⁹ enim q̄ excellens corpus luminosum excecat / et obtenebrescere facit visū ita etiam magna prosperitas / seu felicitas proximi obscurat iudiciū / et intellectum inuidi. Quid eniꝫ aliud est inuidia nisi tristitia / et displicentia de bono alterius inquantum extimatur tanquam diminutiuū proprie excellentie honoris et glorie? Nō eñ possunt ipsi inuidi videre eq̄ animo alios feliciores se. In cuius figura legitur primi Regū secūdo. q̄ hely eñ poterat videre lucernam domini priusq̄ extingueretẗ. Sic neq̄ inuid⁹ potest videre bona ꝓximi sui absq̄ dolore: nisi extinganẗ / aut diminuanẗ. Propter qđ dicebat. Seneca vtinam inuidi oculos haberent in omni-

bus ciuitatib⁹: vt de omnium felicitatibus torquerentur. Nam quanta felicium sunt gaudia: tanti inuidorum sunt gemitus. Preter hec autem vt in paraphis non excedamus numerū senarium. Notandum q homo accidiosus potest conformiter ad precedentes dicere. Collocauit me scilicet accidia mea in obscuris pro quanto ipsa execat intellectum hominis. In cuius figura legitur Genesis vigesimoseptimo q oculi ysaac caligauerant: et videre non poterat pre senectute. Sic et accidiosus tanquam senex et debilis nihil operari potest. Patet ergo ex dictis q quemadmodū mortui seculi: id est qui secūdū seculū reputantur mortui: quales sunt illi q̄ cōdemnantur ad perpetuos carceres collocantur: et recluduntur in obscuris locis. Ita etiā quodlibet mortale peccatum collocat hominē in obscuris mentalibus/ et spiritualibus: et ideo cauendum est summopere.

J ¶ Secundum malum quod operatur mortale peccatum in homine est quod spiritum contristat: et hoc notatur cum dicitur in precedenti versu anxiatus est super me spiritus meus vt enim dicitur in ethicis malus impletur penitudine scilicet propter remorsum conscientie: qui sequitur ex peccato. vnde Augustinus libro. viij. Confessionum iussisti domine: et sic est vt omnis inordinatus animus ipse sibi pena sit. In figura autem huius legitur secundi Regum decimotertio. q ammon postquam oppressit thamar sororem suam magis eam odiuit quam prius dilexisset. Ita etiam frequenter in presenti/ et apud improbos sequitur maior tristitia post perpetratum peccatum quam fuerit delectatio prius in illo experta. Hoc patere potest in peccato gule/ luxurie/ superbie/ et huiusmodi. Ueruntamen hanc anxietatem seu languorem spiritus non percipiunt illi/ qui in peccatis sunt assueti similes ī hoc piscib⁹ maris: qui ꝑpter assuetudinem non percipiunt aquā maris salsam nihilominus in fine bene experientur dictam anxietatem. In hoc pene similes cuidam fatuo qui cum audisset multum commendare falconem magistri sui de bonitatē ipsum occulte occidit/ et comedit. Cunq postea multum plāgeretur a domino: et commendaretur plurimum de bonitate dicendo q maluisset perdidisse miliorem equum stabuli sui: nesciens tamen quid de eo actum fuisset ait fatuus domino suo. Certe vos estis bene fatuus tā tum commendare talem auem. vt sciatis ego audiens tantum laudare vestrum falconem de bonitate ipsuz occidi: sed in cō scientia mea nunquam peiores carnes comedi, mallem enim lardum comedere quam de simili carne que certe valde dura erat: et amara atq insipida Ita in proposito pauperes / et stulti peccatores decepti a demone credunt inuenire multā dulcedinem in peccato: sed profecto decipient: quia tādē inuenient maximam anxietatem/ et amaritudinē in illo: saltē post-

quam fuerint in inferno: que in infinitum excedet magnitudinem delectationis in illo habite: et tunc quilibet talis dicere poterit. anxiatus est super me et cetera. propterea in persona talium loquitur scriptura. Sapientie quinto dicens. Lassati sumus in via iniquitatis et perditionis: et ambulauimus vias difficiles. Uiam autem domini ignorauimus. Quid nobis profuit superbia? aut diuitiarum iactantia quid cõtulit nobis? Transierunt illa omnia tanquam umbra etc. Ecce quomodo anxiabitur super miseros damnatos spiritus eorum.

R ¶ Tertium malum quod mortale peccatum operatur in homine est quod rationem conturbat et istud insinuatur in verbis predictis cum subditur in me turbatum est cor meum. Nunquã enim aliquis est bene quietus/aut pacatus in conscientia quamdiu in sinu suo dormit aliquod mortale peccatum teste propheta Esaye quadragesimooctauo. Non est pax impijs dicit dominus. Quamuis enim ipsi impij/et peccatores videantur habere quandoque inter se pacem temporalem sicut patet de Herode/et Pylato aduersus christũ. Hec tamen pax est magis dicenda pugna et bellum quam pax eo quod tales neque habẽt pacem conscientie cũ deo neque habituri sunt pacẽ eternitatis: quam Christus repromisit suis discipulis/et electis Johannis decimoquarto. Pacem relinquo vobis; scilicet pacem conscientie. Pacem meam do vobis videlicet pacem eternitatis: quam vobis promitto. Mali autem. id est reprobi nunquam habituri sunt secundam pacẽ: nec similiter habent primam: scilicet pacem peccatoris; sed potius turbationem in interiori homine dicente psalmista. Turbati sunt omnes insipiẽtes corde sed qui incipientes corde nisi peccatores? qui adeo insipientes sunt quod pro vilissima precio/et momentanea delectione vendunt partem suam paradisi? significati per illum reprobum Esau/qui pro edulio lentis vendit ius primogeniture sue Genesis. xxv. Tales itaque insipientes corde turbantur: et si non defacto tamen de iure quotiens scilicet aduertunt peccata que commiserunt premia quã ex suo demerito amiserunt: et supplicia que demeruerunt. Turbentur ergo in presenti per cordis dolorem/et cõtritionem ne in futurum turbẽtur per eternam damnationem cum illis de quibus Sapientie quinto. Uidentes turbabũtur timore horribili. etc.

Lectio. cix.

¶ Memor fui dierum antiquorum meditatus sum in omnibus operibus tuis, & in factis manuum tuarum meditabar.

¶ Postquam in precedenti lectione ostẽsum est quomodo penitens pie plangit se apud dominum ex eo quod peccatum mortale tria mala causauit in eo scilicet ignorantiam/anxietatem/et ra

ctionis perturbationem:que q̄-
dam mala exprimuntur cum di
citur. Collocauit me in obscu-
ris sicut mortuos seculi/et an-
xiatus.&c. Ideo hic consequen
ter idē penitēs ꝓponit destrue
re per veram penitentiam oia
que cōmisit peccata dicēs. Me
mor fui dierū antiquorū.id est
peccatorū preteritorū in quib⁹
ab antiquo innolutus sum.me
mor inquam fui talium dierum
non ad complacendū/ et dele-
tandum / sicut pleriq̄ peccato-
res:faciunt:in quorū memoria
veniunt cucumeres/& pepones
porri/ cepe / et allea que prius
comedunt in egypto.id est pec
cata que prius commiserūt: in
quorum reminiscentia taliter
delectantur.ꝙ libenter vellent
ad illa redire si esset eis possibi
le. Sed memor fui inquit peni
tens huiusmodi dierū antiquo
ad condolendum et detestan-
dum. Quod si queratur a peni
tente vnde sibi spes venie super
diebus antiquis.id est commis
sis olim peccatis. Huius spei
rationem assignat cum loqui-
tur domino dicens. Meditat⁹
sum in omnibus operib⁹ tuis:
et in factis.&c.in quibus omni
bus et singulis lego/& inu nio
te semper fuisse misericordem/
et pium his qui ad reuerti vo-
luerunt per penitentiam. Hoc
tet de niniuitis.Jone.iij. Item
in rege Ezechia.iiij. Regū.xx.
Item in Dauid/et pene in infi-
tis talib⁹. Sed fortassis dices
incongrue per dies antiquos
peccata designari: maxime cū
dicat christ⁹ Joh.iij. Omnis q̄
male agit odit lucem. Itē Pau
lus Rom.xiij. comparat pecca
ta tenebris dicens. Abijciam⁹
opera tenebrarum & induamur
arma lucis: id est gratia spiri-
tussancti. Propterea dictum est
in precedenti lectione ꝙ pecca-
tū collocat hominem in obscu-
ris.igitur. Responsio/etsi pec-
catum magis debeat dici nox
quam lux:aut dies nihilominꝰ
potest quodammodo dici dies
pro eo scilicet ꝙ non fit nisi ab
eo qui lucem huius mundi ha
bet in intellectum et rationem
quamuis errātem. Hic est ergo
dies cui maledixit Job.iij.di-
cens. Pereat dies in qua nat⁹
sum. Dicat ergo penitēs ad do
minū. Memor fui:et ero supple
dierum antiquorū:id est pecca
torum per me commissorū quā
tuncūq̄ antiquata/et inuetera
ta sint ī me et studebo seu co na
bor huiusmodi dies per peni-
tentiam reuocare. Recogitabo
enī omnes annos meos in ama
ritudine anime mee. Taliter et
egit Dauid postq̄ peccauit di-
cens. Cogitaui dies antiquos.
id est antiqua/&preterita pecca
ta mea vtpote adulteriū cū ber
sabee homicidiū/vrie elationē
cordis in numeratione populi
mei et huiusmodi. Nec tamē ex
tali cogitatione/seu reminiscē
tia desperaui:neq̄ meipsū deie
ci quinimmo annos eternos in
mente habui.i.speraui de dei
mia in presenti/et gloria in fu-
turo. Aliter aūt in eodē sensu
moraliter expedit hūc passū dtūs
Greg. de illis dieb⁹ antiquis i.
de illo statu quem habuit pri-
mus parens ante lapsum/et si-
militer de statu et miseria eius
post lapsum. Dicit ergo vir cō
templatiuus et deuotus.

Memor fui dierum antiquorum id est ad memoriam reduxi statum primi parentis qui ante lapsum habuit dies felices: dies gaudij et leticie inestimabilis: dies pacis dies delitiarum et suauitatis: quis non perturbabat meror: non ifestabat augustia: non obumbrabat infirmitas. Sed isti dies gaudij et leticie conuersi sunt statim in dies luctus et meroris tristitie et anxietatis. quando quidem dei precepto transgresso dictum est primo parenti. puluis es et in puluerem reuerteris Genesis tertio Memor ergo inquit penitens fui dierum antiquorum: idest status primi parentis ante lapsum et eiusdem post lapsum. Treñ. tertio. Memoria memor ero et tabescet i me anima mea. considerando scilicet tam subitam et inauditam mutationem nature humane vtpote de statu ne innocentie ad statum peccati et offense de statu iustitie institute ad statum iustitie destitute: de statu glorie ad statum miserie Uel aliter ista possunt esse verba viri iusti aduersa iiuste patientis qui in tribulatione et augustia constitutus pro consolatione sua et releuatione sui spiritus considerat non esse nouum si iusti affligantur et aduersa in presenti patiantur dicens. Memor fui dierum antiquorum. quasi dicat ad memoriam reduxi gesta priscorū temporum et semper inuenio quod homines quanto iustiores tanto miserabiliores quo ad mundum. Hoc patuit in sāctissimo illo patriarcha abraham quem caldei voluerunt ignibus tradere eo quod non adoraret ydola eorum. Item in ysaac quem persequebatur grauiter frater suus Hysmael. Item in Jacob quem persequebatur frater suus Esau. Item in Joseph quem sequebantur fratres sui quem etiam tandē ex inuidia vendiderunt. Item in populo hebreorum quem generaliter persequebatur Pharao rex egypti volens ipsum omnino delere a facie terre et sic de multis alijs. Quod autē sequitur. Meditabor in omnibus operibus tuis et in factis rc. ad eundem sensum pertinet Audiamus ergo illum victoriosissimum Judam machabeum nos hortantem ad predictam memoriam dierum antiquorum. id est ad recordationem vite sanctorum patrum q̄ nos precesserunt ei dicentem. Mementote quomodo olim salui facti sunt patres nostri et nunc clamamus in celum ⁊ miserebitur nostri deus noster. primi Machabeorum. quarto. Uos ergo religiosi et ego vna vobiscum mementote quomodo olim salui facti sunt patres nostri. idest predecessores ⁊ religionum primi fundatores.

Nunc igitur clamemus in celum post eos et miserebitur nostri deus noster. Item vos domini pastores et prelati iudices et supp̄mi. mementote quomodo olim salui facti sunt patres vestri. idest illi qui vos in talibus dignitatibus aut officijs precesserunt et sic de alijs statibus.

¶ Sed pro ampliori declara-

sectione huius sententie et versus in quo fit mentio de reminiscentia dierum antiquorum et meditatione sanctorum operum dei. aduertendum est in primis quod circa dies antiquos debemus tria memorari que sunt.

Potentia creatoris.
Iustitia punitoris.
Clementia redemptoris.

A ¶ Primo igitur debemus circa dies antiquos memorari potentiam creatoris quomodo scilicet deus, adeo potens est vt ex nichilo omnia que sūt inesse produxerit etiam valde bona. Gene. primo. Uidit deus cuncta que fecerat et erāt valde bona et si non in se tamen ī ordine ad ipsum totum vniuersum. Nunquam etiam debet excedere a memoria cordis nostri quomodo deus per suam īfinitam potētiam formauit hominem de limo terre et inspirauit in faciem eius spiraculum vite creando eius animam ad imaginem et similitudinem suam vt dicitur in principio Genesis. Reminiscentia primi debet nos inducere ad humilitatem sectandam considerantes quam vilis sit origo nostra ex parte corporis ita vt in hoc simus similes bestijs terre Reminiscentia vero secundi debet nos prouocare ad dei laudem gratias illi referentes qui ex hac parte tantum nos nobilitauit quod non fecit nos tantū pares angelis. verūetiam quodammodo sibi ponendo in nobis expressum vestigium trinitatis. Quid enim designant in nobis tres potentie que sunt memoria: intellectus et voluntas: radicate in eadem essentia anime nisi quod pater et filius ꝛ spiritussanct⁹ sunt vnus de⁹ perfectus. Ad hanc autem reminiscentiam habendam nos hortatur scriptura Ecclesia. duodecimo. dicens Memento creatoris tui. videlicet qui te tam mirabiliter creauit. mirabilius recreauit. mirabilissime glorificabit vel certe iustissime condemnabit. ergo memento creatoris tui non quidem speculatiue tantum. quia etiam hoc modo mali homines et demones sepe recordantur illius sed practice illi deuote seruiendo ꝛ gratias pro omnibus beneficijs suis agendo et refundendo. Hanc reminiscentiam creatoris habebat Dauid qui dicebat eidem. Memor ero ab initio mirabilium tuorum. Huiusmodi autem mirabilia que fecit deus ab initio fuerunt rerum de nihilo productio hominis psalmatio: mulieris de costa viri formatio: celorum et astrorū constitutio: ꝛ huiusmodi. Ideo subdit psalmista. ꝛ meditabor in omnibus operibus tuis. Ubi aduertendum quod bene inueniuntur aliqui qui meditantur in aliquibus operibus domini vtpote in opere creationis quales sunt illi qui cogitant quod deus omnia fecit propter hominem et ex tali meditatione immoderate et illicite abutuntur creaturis et diuitijs modo in escis: modo ī ludis: modo in luxurijs: modo in curiosis vestimentis. nec volunt meditari opus recreationis: id est dominice incarnatio

nis vbi dominus omnium tan tam paupertatem et vilitatem: atqz grauissimum tormentum sustinuit. Nec similiter volunt meditari opus iudicij in quo de omnibus oportebit reddere rationem. et vbi mali diuites arcebuntur ab ingressu celi et mittentur in profundum inferni. Alij vero sunt qui et si quandoqz meditentur in huiusmodi operibus domini. non tamen exercentur in eius adinuentionibus que sunt resistere malo. diligere inimicos: benefacere his qui aderunt eos. sed potius exercitant se in adinuentionibus humanis vt pote in causis litigiosis et practicis mundanis. non sic autem fidelis et deuotus christianus agit. sed loquitur domino dicens. O domine deus meus memor ero ab initio mirabilium tuorum: et meditabor in omnibus operibus tuis: scilicet prioribus et futuris et preter hoc in adinuentionibus tuis exercebor.

¶ Permaxime autem religiosus debet dicere ad dominum iesum christum in adinuentionibus tuis exercebor, id est in operibus consilij que primo adinuenisti et opere impleuisti.

B ¶ Secundo circa dies antiquos debemus memorari iustitiam punitoris considerantes quam rigide punierit deus iustus iudex malos priscis temporibus tam angelos quam homines Hoc patuit in ruina luciferi de celo cum sibi adherentibus malignis spiritibus quando scilicet deus dicit. Non habitabit in medio domus mee qui facit superbiam. Heu si deus angelis peccantibus non pepercit. sed rudentibus inferni detractos est tartarum tradidit cruciandos in iudicium reseruari vt dicitur. ij. pe. ij. quam dominus parcet his qui habitant domos luteas et qui terrenum habent fundamentum vt dicitur Job. iiij. i. hominibus peccatoribus qui sunt multo inferiores angelis in donis nature. Similiter debemus memorari quam dure ipse dominus in diebus antiquis hoc est circa mundi exordium punierit malos homines sicut patuit in primis parentibus quos statim post lapsum eiecit extra paradisum. Item in illo horrendo exterminio quod fecit de mundo per aquas diluuij. Genesis. vij. Similiter quam mirabiliter subuerterit Sodomam gomorram et omnem circa regionem Gen. xix. Item qualiter puniuit superbum sennacherib. iiij. Re. xx. Anthiochum blasphemum. secundi. Machabeorum nono. Dauid adulterum. secun. Respon. xij. et sic de pene infinitis talibus. Ecce quomodo debemus esse memores dierum antiquorum considerantes rigidam dei iustitiam quam olim exercuit contra malos propterea dicebat psal. Memorabor iustitie tue solius Et alibi. Memor fuit iudiciorum tuorum a seculo domine. i. que fecisti ex quo cepit mundus. et ex tali supple memoria consolatus sum. Contra immo debuisset potius dicere. et perterritus sum. Responsio Dauid tunc erat de numero bonorum qui non terrentur ad narrationem talium que fecit deus in punitione im

piorum. sed mali debent merito ex talibus terreri et experge fieri. dicente psalm. in persona peccatoris. A iudicis enim tuis supple deus timui. et ideo feci iudicium et iustitiam scilicet de meipso ne cogaris eam facere et tradas me calumniantibus me scilicet demonibus.

¶ Tertio circa huiusmodi dies antiquos debemus memorari clementiam seu misericordiam redemptoris scilicet iesu christi qui iam in diebus antiquis redemit mundum maxime cum nunc currat numerus annorum humane salutis. in. d. xii. Debemus itaque assidue memorari benignitatem quam ipse christus in sua incarnatione nobis ostendit. tormenta que pro nobis in cruce sustinuit gratiam et gloriam quam tunc nobis promeruit. maximum precium quod pro nobis tribuit. Unde ad hanc memoriam habendam hortatur nos scriptura. Ecclesiastici vigesimonono dicens gratiam fideiussoris ne obliuiscaris. dedit enim pro te animam suam. Iste autem fideiussor fuit christus qui se constituit fideiussorem gall. pleyge pro nobis apud deum patrem. Et hunc fideiussorem petebat qui dicebat. Domine vim patior: id est cogor satisfacere deo patri et eius iustitie propter offensam a me commissam. Sed quia ex me hoc non possum eo quod cum his qui displicet ad intercedendum mittitur. Irati animus ad. d. p. iii. q. vii In grauibus. ideo responde pro me scilicet opere et facto penam pro me sustinendo. Et hoc est quo loquitur psalmista in persona peccatoris dicens. Dominus retribuet pro me: scilicet precium mee redemptionis quod pro se nihil debuit in quo etiam princeps mundi huius quare occideretur et crucifigeretur peccatum non inuenit. Tu ergo pauper peccator et gratiam fideiussoris ne obliuiscaris. sed semper illam recogita gratias ei mente et opere referendo. Nam ad hoc multum teneris: eo maxime quod dedit pro te animam suam: id est vitam secundum illud Jeremie. xii. Dedi dilectam animam meam in manus inimicorum eius. Propterea ipse pugilnus fideiussor christus in cruce extensus totus sanguinolentus clamat ad vnumquemque nostrum ne huiusmodi gratiam obliuiscamur dicens. Tren. iii. Recordare paupertatis mee quia nudus in cruce pro te iaceo. et transmigrationis mee: cum scilicet transmigraui de celo ad terram vt te quererem tanquam pastor ouem perditam et in celum reducerem. Recordare inquam absinthii et fellis quibus potatus sum in cruce vt tibi potum eterne dulcedinis tribuerem. Respondeamus ergo sibi / et dicamus sigillatim id quod immediate subiungitur in Trenis. Memoria memor ero scilicet beneficiorum dei et signanter assidue memorabor dominice passionis secundum quod admonet Apost. Hebre. xii. dicens recogitate eum qui talem sustinuit a peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem vt non fatigemini animis vestris deficientes. Pulli enim pel-

licani videntes patrem aut matrem suam propter sui viuificationē vulnerari ꝛ languere solent illis compati: atque ipsos nutrire. Sic ꝛ deuot⁹ christian⁹ debet semper memorari sanguinem Christi quē pro eo fudit abundanter in cruce: et illi compati atq; ipsum in suis mēbris nutrire ꝛ fouere secūdum illud Hebreorum.x. Memoramini pristinos dies: id est vitā Christi. Patet ergo quomodo homo debet esse memor dierū antiquorum.

D ¶ Preterea notandū est iuxta illam partem presentis versus: meditatus sum in omnib⁹ operibus tuis ꝛ in factis. ꝛc. quod circa omnia opera domini ꝛ facta manuum suarū presertim in istis inferiorib⁹ ꝛ rebus sensibilibus possum⁹ tria meditari: scilicet ipsorum operum.

Uanitatem.
Falsitatem.
Insatiabilitatem.

¶ Primo quidē vanitatem. Ut enim inquit Paulus Romanorū.viij. Uanitati creatura subiecta est non volens: sed ꝓpter eum qui subiecit eā: scilicet tali vanitati in spe: videlicet future resurrectiōis in qua nō erit vltra subiecta vanitati: sed semper in eodē statu permanebit sine alteratione ꝛ defectione: ꝛ hoc quo ad bonos secus de malis. Itē beatus Jacobus in sua canonica.cap.iiij. querit quid sit vita nostra: ꝛ respondet qꝺ non est aliud quam vapor ad modicam parens. Item Psalmista. Homo sicut fenum: supple est ex parte corporis dies eius tanquam flos agri sic efflorebit. Flos enim agri hodie oritur ꝛ forte cras marcescet: ꝛ in terram cadet. Sic etiam est de humana vita. Nā multi eodem die nascuntur ꝛ moriūtur Item qui florent per iuuentutem ꝛ corporis decorem parua infirmitate decidunt a flore et marcescūt. Et hoc est quod expresse loquitur Esayas.xl.ca. dicens. Omnis caro fenum: et omnis gloria ei⁹ quasi flos feni: exiccatum est fenum: ꝛ cecidit flos. Et breuiter scriptura sacra quotiens loquitur de vita humana semper eam compa rat rebus caducis vanis ꝛ trāsitorijs vtpote vapori feno: flori sicut patet in allegatiˢ authoritatibus. Itē vmbre sicut ibi in Psalmist. Homo vanitati similis factus est dies eius sicut vmbra pretereunt. Istud autē diffuse ꝛ ꝑpulchre deducit magister Robertus Holcoth super librum Sapientie. lectione xvij. ꝛ.xlx. vide ibi si vis multa ad propositum. Et tamen his non obstantibus non possunt homines mundani ab illius amore separari. Si ergo queritur lōga vita bona ꝛ vera quare nō queritur vbi est: ꝛ nō vbi non est. Nullus enim prudenter quereret aquam dulcem in mari neque latro thesauros in domo pauperis. Sic in proposito si quis q̄rit vitā que mortem nescit ꝛ a deo bonam ꝛ verā quod nullo malo permiscetur non querat illam in presenti ꝛ a mundo: sed a deo pro statu futuro. Ut enim inquit Augustinus in quodam sermone. Non est vera vita nisi vbi feli-

citer viuitur: nec vera incorru
ptio nisi vbi salus nullo dolo=
re corrumpitur.
¶ Secundo possumus in istis
inferioribus operibus dei con
templari et meditari falsitatem.
Sicut enim verum est id quod
ista est a parte rei: sicut exteri9
apparet. Ita falsum est qd non
est ita in re sicut exteri9 appa=
ret: sicut ptz de auricalco. Mo
do sic est qd multa sunt in istis
inferioribus que apparet tan=
quam vera bona cum tamen a
parte rei sint falsa et vitiosa at
que saluti aduersa: quia vt di=
cit Gregorius.xxii.libro Mo=
ral.cap.xi. Sepe nonnulla vi=
tia virtutes se esse mentiuntur:
sicut effusio: siue prodigalitas
nonnunquam misericordia et
tenacia: nonnunquam persimo
nia et crudelitas aliquando iu
stitia vult videri. Item secun=
dum eundem. libro.xxxii. Mo=
ral.ca.xxii. Hostis nostri ma=
litia tanta se arte immutat: vt
plerunqz ante decepte mentis
oculos culpas virtutes fingat
vt inde quisque quasi expectet
premia vnde dignus est eterna
inuenire tormenta. Plerunque
enim in vlciscendis vitiis cru=
delitas agitur et iustitia puta=
tur: atqz immoderata ira iusti
zeli meritum creditur: plerun=
qz dissoluta remissio quasi mā=
suetudo ac pietas habetur et
dum plusquā decet delinquen
tib9 temporaliter parcitur: ad
eterna supplicia crudeliter re=
seruātur. Hec Gregorius. Nō=
ne etiam diabolus facit appa=
rere falsitatem sub ratione ve=
ritatis et cuiusdam bonitatis
quamdoquidem facit aliquos
appetere dignitates et prelatu
ras vt aliis prosint: et hoc totū
vt ipsos sic alliciat et decipiat:
de quibus loquitur ipse diuus
Gregorius in suo pastorali.ca
pitulo.ix.ita dicens. Plerunqz
hi qui magisterium pastorale
subire concupiscunt nonnulla
queqz bona animo proponunt
et quamuis elationis intentio=
ne id appetant: operaturos ta
men se magna pertractāt. Sed
sepe mens ipsa de se mentitur:
et fingit se de bono opere ama
re quod non amat de mūdi au
tem gloria non amare quod a=
mat. Cumqz percepti principa
tus officio perfrui seculariter
ceperit libenter et cito obliuisce
tur quicquid religiose cogita=
uit. Hec ille. Quod si fortassis
tales velint palliare suam ini=
quā cogitationē per illud ver=
bum apostoli.i.Timoth.iii.di=
centis quod qui episcopatū de
siderat bonum opus desiderat
Audiant ipsum Greg. in eodē
pastorali capit.viii. dicentem.
Plerunqz inquit qui preesse cō
cupiscunt ad vsum sue libidi=
nis instrumentū apostolici ser
monis arripiunt quo ait. Si
quis episcopatū desiderat bo=
num opus desiderat: sed notā=
dum quod illo in tempore dici
tur quo quisquis plebib9 pre=
erat: primus ad martyrii tor=
menta ducebatur. Tunc ergo
fuit laudabile episcopatū que=
rere quando per hunc quemqz
dubium non erat ad supplicia
grauiora non peruenire: vera=
citer ergo episcopatum nō ap=
petit: sed fallaciter qui non per
hunc boni operis ministerium
sed honoris gloriā querit. Hec

ille patet ergo quomodo in operibus domini presertim que circa hec inferiora versantur possumus meditari falsitatem Sed forte dices longe esse a veritate vt opera domini falsa sit quia cum ipse sit summa veritas et ex vero secundum maximam thopicalez non sequatur nisi verum non videtur conuenienter dictum quod possimus meditari falsitatem vllam in operibus domini. Sed hec instantia faciliter euacuatur. si consideremus opera domini in ordine ad humanam malitiam Nam sicut deus a deo bonus est et potens quod ex malis nouit elicere bona. Ita per oppositum humana malitia ex bonis quandoq; elicit mala Hoc enim probat scriptura. Sapiētie decimo quarto. dicēs quod creature dei in odiuz facte sūt et in tentationem anime hominum et in muscipulam. id est laqueum pedibus insipientium. hoc est affectionibus peccatorum. Non ergo fecit deus creaturas vt per eas offendatur. et odio habeatur. sed tamen ex illis sumpsit humana malitia occasionem deum offendendi cum tamen inde debuisset sumpsisse occasionez ipsum diligendi et laudandi. similiter neq; eas falsas creauit sed hominum nequitia illis falsitatem connexuit modo prius exposito. Et sic patet quomodo possumus meditari fasitatem in operibus dei et quomodo non.

¶ Tertio possumus contemplari in operibus dei insatiabilitatem Diuitie enim seculi opus dei sunt et tamen insatiabiles sunt. idest non saciant. q2 vt dicitur Ecclesiastes quinto. Auarus non implebitur pecunia. Item potestas tam spiritualis quam terrena op9 dei est. quia vt dicitur Romanorū decimotertio Omnis potestas a domino deo est et tamen non saciat superbum et ambitiosū. sed qui plus habet de honore plus vult et appetit honorari. de malis loquor. Item cibi et potus qui veniunt in vsum hominis opus dei sūt qui omnia creauit. et tamen non saciant gulosos nisi forte ad tempus. sed statim reuiuiscit ingluuies in ipsis propter quod bene cōparantur canibus qui insatiabiles sunt. Unde psalmista. Famem patientur vt canes. et sic de aliis operibus dei dici potest. Propterea prouerbiorum tricesimo dicitur quod tria sūt insatiabilia. et quartum quod nunquam dicit sufficit infern9 et os vulue et terra que non satiatur aqua. Ignis vero nunquam dicit sufficit. Ubi per infernum intellige dyabolum q̄ nunquam satiatur animabus damnatorum hominum quinimo libenter omnes etiā iustos et sanctos deuoraret Job. xl. Ecce absorbebit fluuium. id est multitudinem maximam peccatorum et non mirabitur quasi supple dicens satis est. et habet fiduciam quod influat iordanis. id est vniuersa multitudo hominum in os eius in infernum. Per os vulue intellige luxuriam que delicīs carnalibus non saciatur. quinimmo eius sacietas est ãxietas quod

scilicet non potest corpus vlterius obedire libidinose voluptati. vnde Jeronimus in quadam epistola libido inquit nunquam saciatur et extincta reaccenditur. vsu crescit et deficit. nec rationi paret que impetu ducitur per terram intellige terrenum et auarum hominem qui nunquam satiatur aquis diuitiarum. Ecclesia. quarto. vnus est et secundum non habet. nō filium non fratrem. etiam quandoq; ad literam verum est. vel dicitur auarus non hebraice filium aut fratrem. quasi non habeat quanuis forte multos habeat. sed quia illis non benefacit cum possit non habere dicitur. Sequitur et tamen laborare non cessat nec satiātur oculi eius diuitijs nec recogitat dicens Cui laboro. et fraudo animam meaz bonis/bonis inquam gratie in presenti que non stat cum auaritia. et tandem bonis glorie i futuro que non dabuntur auaro. De talibus etiam auaris potest intelligi illud. Prouerbiorum vigesimoseptimo. Oculi hominū sup ple auarorum insatiabiles per ignem vero qui sursum naturaliter fertur intellige superbiam ambitionem que semper alta petit. Nec aliquando dicit sufficit. quia qui est capellanus alicuius ecclesie cathedralis. vellet esse canonicus. et qui canonicus decanus. et qui decanus epūs et q̄ epūs archiepiscopus. et qui archiepiscopus cardinalis. et qui cardinalis pontifex summus. Qui vero pontifex maximus quandoq; vellet altius ascendere si posset. Unde de vnoquoq; tali potest intelligi illud psalmiste Ascensiones in corde suo disposuit scilicet superbus et hoc cogitando quomodo poterit peruenire ad altiorem dignitatem siue per nephas siue per sauaritatē siue per simoniā. Sed vbi voluit sic ascendere Profecto in valle lacrimarum: id est in hoc mundo vbi potius debuisset descendere quia iuxta dñi sententiam. Omnis qui se exaltat humiliabitur et qui se humiliat exaltabitur. Matthei vigesimotertio. et breuiter si bene meditemur et contēplemur omnia opera dei et facta manuum eius indubie comperiemus quod nichil est i quo possit totaliter quietari humanus appetitus preter ipsum dominum clare visum in celesti patria: et hoc est quod loquitur psalmist. dicens. Satiabor cū apparuerit gloria tua. Item alibi Benedic anima mea domino: sequitur. qui replet in bonis desiderium tuum. id est replebit scilicet in celo Uel potest esse vox exultantis in celo et dicentis. Benedic anima mea domino. qui replet in bonis scilicet glorie vel in bonis. id est de ipso deo qui est eminenter et superexcellenter omne bonum desiderium tuum. q2 vt dicit Augustinus animam dei capacez nichil minus deo implere potest. Item idem Augustin9. Fecisti nos domine ad te et inquietum est cor nostrum donec veniat ad te.

Lectio. cxi.

¶ Expandi manus meas ad te anima mea sicut terra sine aqua tibi,

¶ Postquam in precedenti lectione ostensum est qualiter penitens dolet de commissis peccatis que per dies antiquos designantur cum dicitur Memor fui dierum antiquorum. Hic consequenter idem penitens recurrit ad diuinum auxilium & misericordiam pro impetranda remissione dictorum dieruz antiquorum dicens. Expandi manus meas ad te. Et notanter dicit ad te: quia solus deus potest dare et facere talem remissionem scd͠m quod ipse ait Esaye. xliij. Ego sum ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas propter me. id est ad honorem nominis mei. Honor enim regi est facere gratiam et misericordiam secundum exigẽtiam culparum. Uel dic conformiter ad beatum Grego. quod tunc expandimus manus nostras ad dominum quando bone volitioni interiori coniungitur bona operatio exterior que per manus designatur. Non enim sufficit ad salutem expandere cor nostrum ad dominum per bonum velle nisi etiam tempore et loco expandamus manus nostras per rectam operationẽ Hinc dicunt doctores theologi quod illa maxima tantũ facis quantum intendis. intelligitur in malis et non in bonis Qui enim vult fornicari iam mechatur in corde suo: et similiter qui vult furari iam fur iudicatur apud deum. Secus autem in bonis quia qui vult ieiunare non propterea reputatur ieiunus nec qui vult religionem intrare et reputatur ipso facto religiosus. Expãdamus ergo manꝰ nostras ad dominum cum corde: ad quod faciendum nos admonet Jeremias Treñ. iij. dicens. Leuemus inquit corda nostra cum manibus ad deum. id est cum operationibus iustis. Qui enim dat elemosinam pauperi propter deum manus expandit ad ipsum. et similiter qui ieiunat recta intentione & qui peregrinatur & sic de aliis rectis operibus expandit manus ad dominum. Dominus autem petrus de palude exponit hunc passuz ad literam de Dauid eo scilicet tempore quo desiderabat aquam de lacu dicens. O si quis daret michi aquam de cisterna que est in bethleem. secũdi Regum. xxiij. sed tamen apportatam noluit bibere sed libauit eam domino dicens. Expandi manus meas ad te tibi offerens illam aquam petẽs veniam. qꝛ fui sicut terra deficiens. irrationabiliter eam cõcupiscens eo quod exposui periculo mortis animam et vitam illorum qui eam quesierunt propter philisteos qui stabant in obsidione contra ciuitatem bethleem iuxta cuius muros erat dicta cisterna. Aliter autem et mistice idem doctor exponit hoc de christo loquente ad patrem et dicente. Expãdi manus meas in cruce ad te dicens. pater ignosce eis quia nesciunt quid faciunt. Luce vigesimotertio Et sic est oratio p

aliis. Secundum autem quod est oratio pro se tunc est sensus. Expandi manus meas in cruce ad te supple pater et dicens Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Quia autem sequitur. anima mea sicut terra sine aqua tibi. significat desiderium magnum quod habebat pars sensitiua christi ad percipiendam per redundantiam gloriam partis superioris ipsius. Vel etiam significat illam alterationem et siccitatem que erat tunc in corpore christi propter quod dicit Sitio. et tunc dederunt ei bibere vinum felle mixtum. Vel dic quod anima christi fuit ecclesia quam ipse dilexit tanquam animam suam. Hec autem anima quandiu fuit sub tutela matris sinagoge fuit valde sicca per defectum aque gratiarum. sed tunc maxime fuit irrigata quando christi sanguine et aqua sacri baptismatis fuit perfusa siue consperса Beatus autem Gregorius exponi hanc secundam partem. anima mea sicut et cetera. moraliter et dicit quod quasi terra sine aqua. est anima sine gratia Sicut enim terra que ymbre non perfunditur. non vestitur herbis non venustatur floribus non abundat messe Sic anima carens gratia non operitur virtutibus. Non cogitat de celestibus. Non insilit vtilibus. Qui ergo penitens recognoscit se dominum offendisse: et per consequens animam suam aridam et siccam sicut terram sine aqua remansisse. Ideo expandit manus suas ad dominum pro gratie impetratione: et culpe condonatione. Et hoc rationabiliter quia hoc maxime placet deo: quinimmo ad hoc faciendum ipsemet nos inuitat dicens. Omnes sitientes venite ad aquas: et qui non habetis argentum non propterea desistatis venire sed properate Esaye. lv. Item Christus in euangelio Johannis. vii. clamat dicens Si quis sitit: veniat ad me et bibat. Heu. quam miseri: et stulti sunt peccatores negligentes venire ad hanc aquam: que extinguit omnem sitim terrenam et viciosam. Si enim esset aliqua taberna communis in aliqua ciuitate in qua esset preciosissimum vinum reconditum: et dominus illius clamaret per vicos et plateas quod omnes sitientes: et bibere volentes illic se transferent: et gratis daret ei bibere tantum quantum vellent: homines se precipitarent ad intrandum. Et ecce dominus nos inuitat ad istum potum spiritualem gratie sue. Nec nisi pauci sunt qui velint ex eo bibere Ideo non mirum si multi damnantur: et pauci saluantur Expandamus ergo nunc: et semper manus nostras ad eum dicentes cum muliere illa Samaritana Domine da michi hanc aquam vt non sitiam amplius Johannis quarto.

A ¶ Sed pro maiori elucidatione huius textus est notandum iuxta illam primam clausulam. Expandi manus meas ad te: quod tria sunt genera habentium manus suo modo quorum quilibet loquitur homini dicens. Expandi manus meas ad te. Hi ergo sunt.

Deus
Diabolus
Homo pius.

B ¶ Primo igitur deus habet manus non carnosas & molles sed virtuosas/et spirituales: & iste sunt duplices vlz manus misericordie: et manus iusticie. De quibus loquitur ipse dñs toti humano generi pro diuersis tamen partibus ipsius dicens. Expādi manus meas ad te. Expandi quidem manū mie sup bonos & super eos qui conuertuntur ad cor: et qui specialiter sperāt in eo: & ho c ad multiplicem effectum. primo quidē ad protegendum: & defendēdū eos contra aduersarium suum diabolum. vnde dixit dominus de dauid: & similiter de quolibet iusto vt legitur in psal. manus mea auxiliabit ei: & brachiū meum confirmabit eum Nichil proficiet inimicus in eo. s. diabolus qui anthonomatice dicit inimicus hois: de quo esset subdit & filius iniqtatis nō apponet nocere ei & concidam a facie ipsius scz in mortis articulo inimicos eius: & notanter dicitur inimicos eius in plurali: quia tunc non solum comparebit vnus diabolus: sed plures ad tentandum morientem: sed tamen non preualebunt aduersus iustum. ideo subditur et odientes eū in fugam conuertā Secundo ad pseruandum eos a futura ruina peti. Ex. xlix. In vmbra manus sue protexit me Nam sicut vmbra protegit et preseruat hominem ab estu solis. sic & manus diuine mie ab ardore peti. Tertio ad protegēdum eos contra piculum eterne dānationis in articulo mortis. Tunc enim veniunt sancti angeli: qui deferunt aias electorum inter manus omnipotentis dei in celis & tūc nō possunt illis nocere maligni spūs Sapieñ. iij. Justorum aie i manu dei sunt. i. in eius protectiōe & tuitione. Corpora quidem iustorum sunt vt in pluribus i potestate hominum tam i vita q̄ in morte sed non anime q̄ i solius dei manu sunt subiectione Sequit. Et non tanget eos tormentū mortis supple eterne Tāget qdē iustos & electos tormētū mortis corporalis & tpal cū etiā tetigerit victorē ipsius mortis iesū xpm: sed pseruabū tur a tormento mortis gehēne a qua qdem morte nullus resurgit. Ecce q̄ ratioābl'r pōt dicere dñs cuilibet iusto: & signāter iam regnāti i celo. Expādi manum mie mee ad te pdicto triplici mō. Preter aūt istos tres effectus q̄s opat i electis manus ista diuine mie habet & operat tres alios effectus gl'iosos C ¶ Primo quidem subleuat cadentes. psalmista. Cum ceciderit sup. iustus predestinatus p peccatū veniale: quod est casus in domo non a domo vt dt dñs Hugo cardi. De q̄ etiā casu intelligit illud puer. xxiiij. Septies i die cadit iustus nō collidetur sup. p mortale: q2 etsi aliq̄lit ledat non tū spiritualit occidit q2 dñs supponit manum suam scz manum mie q̄ eū suscipit et preuenit ne tentatio venialis tandē fiat mortalis Da exemplum de iusto: q̄ tentatur de illecebra. Facit ergo dñs circa iustum sicut nutrix: aut ma=

ter erga paruulū: quem docet ire pedes: circa quē habet brachia et manus extensas et paratas ad ipsum subleuandū si viderit eum qualitercunq; titubantem, ita in proposito de domino erga electū/ et iustum. Secundo manus diuine gratie/ et misericordie sustentat debiles et nouiter conuersos ad penitentiā: ne iterū cadant in mortale peccatum. Da exemplū de nutrice que cum manu dextra solet sustentare paruulū/ tenendo eum per brachium cū incedit eo quod pedes eius tibye: et crures non sunt adhuc sufficienter solidate. Sic in proposito. Et ppterea debet talis nouiter conuersus sepe orare dominū et dicere illud Psalmiste. Firmetur manus tua: id est confirmētur in me bona opera me sustētāte tua misericordia. Unde et dicebat David in persona nouiter conuersorum ad penitentiam. Confirma hoc deus qd operatus es in nobis. Quia enim tales acrius impugnantur ab hoste/ et impelluntur: vt iterum cadant: sunt quoq; adhuc in seipsis multum debiles ideo sepe habent dicere predictū verbū. Confirma hoc deus etc. quod si fecerint indefectibiliter iuuabit eos dominus teste Psal. q ait. Impulsus euersus sum vt caderem: et dominus suscepit me: id est sustentauit me ne caderē per cōsensum in peccatum nouum. Tertio manus diuine misericordie liberat periclitātes. Videmus enim q si quis periclitetur i fluuio/ et ab aliquo fortiori det sibi manus tunc liberatur a periculo submersionis. Ita et deus sepe porrigit manum misericordie sue/ et gratie suis amicis cū videt eos periclitantes in aquis tentationū/ siue carnaliū siue quarumcunq;: et eos liberat ne demergantur in profundum per plenum consensum. Voco autē plenum consensum tam formalem q interpretatiuum/ et virtualem. Qui ergo tentatur: recurrat ad diuinā misericordiā et dicat cū Psal. Fiat manus tua vt saluet me. i. preseruet me a periculis et malis ingruentibus. Ecce igitur quantum nobis prodest expansio/ seu extensio manus misericordie dei super nos.

D ¶ Dicto de manu diuine misericordie q est quasi manus dextra omnipotētis dei: quā expādit sup virū dextre sue. i. super quēlibet electū. Consequenter differendū est de manu sue iustitie q est quasi manus eius sinistra: quā expādit super virū sinistre. i. sup reprobū. De qua in Psal. Manus tua gentes disperdet. i. peccatores/ qui more gentilium/ et paganorum absq; lege vixerunt. Ubi aduertendū quod ista manus diuine iustitie disperdit gentes: id est peccatores et hoc tripliciter.

E ¶ Primo quidem quandoque corporaliter secundum q legit Act. xiij. de Simone Mago: qui cū toto posse resisteret aplis. Et Christi fideles auertere a fide conaret dicit ei Paulus. O plene omni dolo/ et omni fallacia fili diaboli: inimice omnis iustitie. nō desinis subuertere vias dñi rectas. Et nūc ecce manus domini super te: et

eris cecus non videns solē vs=que ad tempus. Hec est etiam manus que percussit olim Egyptum: item que percussit Sennacherib. Similiter Antiochū et similes.

¶ Secundo ista manus diuine iustitie quādoqꝫ disperdit peccatores pertinaces temporaliter auferēdo ab eis substantiā et possessionem temporalē. In cuius rei signum legitur Danielis.v. quod cum Balthasar rex iniquus sederet ad mēsaꝫ: letareturqꝫ cū optimatibus regni sui: quos ad conuiuium inuitauerat: biberetqꝫ i vasis aureis que abstulerat de templo qđ erat Hierusalem pater su⁹: laudaretque deos suos subito apparuerunt digiti quasi manus hominis scribentis cōtra candelabrum in superficie parietis aule regie. Rex aūt aspiciebat articulos manus scribē tis non absqꝫ ingenti pauore. Scriptura autem hec erat: mane thetel phares/ quam interpretatus est Daniel dicēs. Mane: id est numerauit de⁹ regnū tuum/ ⁊ compleuit illud; nec vltra regnabis. Thetel: id est appensus es in statera: scilicet iudicij: ⁊ inuentus es minus habens supple de equitate/ et iustitia quam putares. Multum enim de iniustitia habuisti: et min⁹ de iustitia. Phares: id est diuisum est regnū tuum/ ⁊ datum est Medis et Persis. Ecce quomodo rex iste Babilonioruꝫ ex diuina iustitia punitus est temporaliter: id est in temporali possessione propter peccatum suum: qui etiam eadem nocte interfectus est: ⁊ Darius Medus successit ei in regnum.

¶ Tertio hec man⁹ diuine iustitie frequenter disperdet peccatores eternaliter: ita vt quilibet dānatus possit merito dicere illud Ruth.i. Manus domini egressa est contra me. Itē illud Job.xix. Manus domini tetigit me. Similiter illud psalmist. Grauata est super me manus tua. Recte ergo dicit psalmista de domino. Manus tua gētes disperdidit. Ex quibus omnibus patet quam rationabiliter loquitur dominus vniuerse multitudini/ creaturarū rationalium dicens. Expandi manus meas ad te. Manū quidē misericordie ad te o vir bone. Manū autem iustitie ad te o peccator pessime. Patet etiaꝫ quod i manu domini sunt omnes fines terre. In manu quidem misericordie/ aut iustitie: et qui non vult subesse manui misericordie: mox supponitur manui iustitie.

F ¶ Secūdo principaliter dico qđ diabolus habet suo modo manus; de quibus potest intelligi illud Job.xx. Manus illius reddent ei dolorem suum: scilicet peccatori cum fuerit in inferno. Tunc enim filius hominis: id est om̄is peccator tradetur in manus peccatoruꝫ: id est demonū qui anthonomatice/ ⁊ per quādam excellentiam peccatores dicuntur. Sed ad quid tradetur in manus eoꝝ? Profecto ad illudendū: flagellandum: ⁊ crucifigendum. Ad illudenduꝫ quidem/ quia tunc dicent ei cuꝫ improperio illud Psalmiste. Ecce homo/ qui nō posuit deum adiutorem suum:

nec sperauit i deo salutari suo sed sperauit in multitudine diuitiarum suarũ: et preualuit in vanitate sua: id est fuit tot⁹ deditus vanitatib⁹ seculi. Ad flagellandũ vero quia tunc princeps synagoge ifernalis dicet ministris suis: id est alijs demonibus illud Apoc. xviij. Quantum glorificauit se/ et in delicijs fuerit tantum date illi tormentum/ et luctum. O quanta igitur tũc flagella peccatoris: ad crucifigendum autem: quia vt dicitur. i. Esdre. vi. A deo decretum est positum: vt omnis homo q̃ mutauerit iussionẽ eius: id est precepta tollatur lignum de domo ipsius: et erigat: et configat: id est crucifigatur in eo. Hoc autem in figura dictũ est de punitione/ et crucifixiõe dãnatorum in patibulo inferni. Ecce ergo ad quid miser peccator tradetur in manus peccatorũ: id est demoniorum: qui nunq̃ sunt absq; peccato: sicut neque esse volũt. Merito ergo potest diabolus dicere predictũ verbum videlicet. Expãdi manus meas ad te o homo peccator. Ad te inquam rapiendum/ et in infernum detrudendum. Quid si queras que sint manus diaboli q̃ est spiritus carnẽ et ossa non habens. Respõsio tibi datur a sapiente ecclesiastes. vij. Ubi ait quod vincula sunt manus illius. Uincula inquam: id est peccata quib⁹ ipse illaqueat miseras animas et secum trahit in profundum abyssi infernalis: sicut funibus solent trahi a rusticis canes mortui extra ciuitatem et tandem proijci in locum prophanũ cum ceteris cadaverib⁹/ et immũditijs. Cũq; illic ipsas animas traxerit: tũc profecto manus suas lauabit in sanguine peccatorum: id est delectabitur/ aut saltim ad modũ delectãtis se habebit in puniẽdo/ et torquẽdo infelices reprobos. Caueamus ergo nobis ne ipse diabolus expãdat manus suas super nos ad peccatũ inducendo in presenti: et ad infernum in futuro trahendo. Nam ad hoc efficiendum non cessat die ac nocte. De quo potest intelligi illud Genesis. xvi. Manus eius contra omnes tam regulares quam seculares: tã ecclesiasticos quã laicos/ tã magnos quod paruos Armemus ergo nos aduersus eum vt possimus resistere illi in die malo: et possit de nobis dici illud qđ sequitur in predicto capitulo: et manus omnium cõtra eum. Manus nostre sunt nostra bona opera: cum quibus habem⁹ dimicare contra ipsum: et omnem exercitum illius ne expandat manus suas super nos. A quo malo quod est super omne malum preseruet nos domin⁹.

G ¶ Tertio dico quod homo pius et misericors ad pauperes et egenos habet manus/ quib⁹ illis largitur sua. De quib⁹ potest intelligi illud Cant. v. Man⁹ mee distillauerũt myrrham. Mirrha enim vnguentum preciosum/ qđ a corruptione preseruat pietatis opus designat per quod pauperes preseruantur a corruptione: id est a morte/ et egritudine saltim ad tempus. Tunc ergo manus nostre distillant myrrhã quando abũdanter damus egenti secũdum

tamen quod suppetit nostra facultas/ et illi⁹ exigit necessitas. Sequit᷑ in predicta authoritate. Et digiti mei pleni myrrha probatissima: per qđ insinuatur quod debemus facere eleemosynam de iuste acquisito secundum illud Prouerbiorum. iij. Honora dominū de tua substantia. Et hoc est contra illos vsurarios/ et depredatores rerum alienarū/ qui credunt deū placare condendo magnū testamentum: aut construēdo capellas/ hospitalia/ et huiusmodi. Et hoc totū de bonis iniuste acquisitis. Alij autem sunt qui multa consumunt prodige in conuiuijs ludis spurcitijs/ et huiusmodi. Pauperibus autem nihil aut parum tribuunt. Sed vir iustus/ et pius non sic agit: sed pauperibus propter Christum tribuit. Propter qđ poterit merito dicere Christo cum ad portas mortis venerit Jesu Christe fili dei viui miserere mei: et expande man⁹ tuas ad me: quia in vita mea expandi manus meas ad te: id est ad pauperem loco tui: quia tu dixisti ore tuo sancto et benedicto Matthei. xxv. Quod vni ex minimis meis fecistis: mihi fecistis. Ad hoc autem propositū dicitur de muliere forti. Prouerbiorum. xxxi. quod manum suā apparuit inopi: et palmas suas extendit ad pauperes. Et istud est contra multos qui bene expandunt/ siue extendunt manus suas ad accipiendum: sed non ad dādum: quinimmo quantum ad dandum habent eas clausas contra quod scribitur Eccli'ast. iiij. Non sit porrecta manus tua ad accipiendum/ et ad dandū collecta. Expandam⁹ ergo manus nostras pauperibus ad largiendum: et si effectus non possit sufficere: nunquā tamen effectus debet deficere.

H ¶ Ceterum notandum iuxta illam secundam clausulā. Anima mea sicut terra. etc. qđ amans secundum Augustinū quodammodo efficitur vnū cū re amata: et quodam peculiari modo in ipsum amatum transformatur. Et ideo anima auari qui plus diligit terrenā substantiam quam deum quodam modo per talem amorem efficitur terra: et similiter anima luxuriosi aqua: anima superbi aer. Et de istis tribus similitudinibus in presenti videbitur.

I ¶ Primo igitur homo auarus recte potest dicere. Anima mea sicut terra supple est: id est merito terre cōparatur: et hoc propter tria videlicet propter.

Firmitatem.
Grauitatem.
Insatiabilitatem.

¶ Primo quidem propter firmitatem et soliditatē. Nam inter omnia elementa ipsa terra est valde firma in situ suo: quia vt dicitur Ecclesiastes. i. terra in eternum stat. Non enim potest mutari de loco suo totali: nec propter sui profunditatē omnino ab homine penetrari: sic et anima auari est valde firma et stabilis i malitia et culpa sua per obstinationem a deo qđ non potest inde quandoq; moueri siue elongari per desertionem culpe: neq; etiam penetrari siue per diuinam inspiratio-

nem siue per exteriorem moni= tionem/siue per corporalē fla= gellationem. Ecce enim ad eas vox prophetica clamat dicens Hiere.xxij. Terra/terra/terra/ audi sermonē domini. Cōstat enim prophetā non loqui ter= re insensibili ergo terre sensibi li. Est ergo sensus: terra.i. cor humanum terrenis deditū: au di sermonez domini monentis supple vt ista temporalia con= temnas et celestia super omnia appetas. Sed profecto ista ter ra a deo dura est quod plerun que nō audit verbum domini: alias symoniace pmoti ad ec= clesiastica bnficia illa resigna= rent et similiter q plura habēt: vnicū retinerēt. Similiter vsu rarij vsuras restituerent: simi= liter subdoli mercatores ab ini qua et fallaci venditione desi= sterent.

¶ Secundo anima auari terre comparatur propter grauita= tem. Est enim terra elementum multū graue et semper deorsuz tendēs quousq peruenerit ad centrū sue sphere. Sic et auar9 per affectum semper tendit de= orsum quousq peruenerit ad infernum qui ponitur a docto rib9 in.iiij.sen. in centro terre. Et hoc voluit innuere sapiens cū ait Prouerb.xxv. Celū sur= sum et terra deorsum.q.d. sicut viri spirituales et contemplati ui appetunt celestia et eterna. Ita auari terrena et tempora= lia concupiscunt et quod dete= rius est quanto plus senescūt: tanto ardentius circa illa cor suum infigunt. Unde hiero.in quadam epistola. Cū cetera vi tia senescente homine senescāt sola auaritia iuuenescit.

¶ Tertio aīa auari terre cōpa ratur propter insatiabilitatē. Terra enim et potissime in locis sabulosis et petrosis absorbet omnem inundantiam aquarū quantacunq descenderit de ce lo. Unde Salomon Prouerb. xxx. inter quattuor insatiabi= lia connumerat terram que in quit nunq satiatur aqua. Sic et auar9 est insatiabilis. Et p= pterea scriptura vbi supra cō= parat ipsam auaritiā sanguis= suge dicens quod sanguisuge due sunt filie que semper dicūt affer: affer. Est autem sanguis= suga vermis aquatilis: gallice sensue: qui cum carni humane inheserit et sanguinez hauserit euomit qd hauserat vt recētio rem sanguinem possit suggere. Et ideo per illum vermen me= rito significatur auaritia cui9 due sunt filie: scilicet auaritia ecclesiasticorum et laycorum. Et vtraq semper dicit affer. Nam ecclesiastic9 habēs vnū benefi ciū dicit illi qui potest dare af fer secūdū. quo habito dicit af fer tertiū. Similiter laicus a= uarus dicit pauperi ab eo mu tuum petenti. affer mihi predi um tuum vel vineaz in pignus vt sim securus de pecunia mea Propterea in figura huius le= gitur Apo.xij.q terra aperuit os suum et absorbuit fluuium. Terra ista est auar9 vsurarius qui tūc aperit os suū quando blande loquit pauperi dicens q nisi intēderet illi facere pla= citum non mutuaret sibi pecu niam suam siue bladū: pannuz aut quamcunq rem venalē cū tamē hoc faciat eo fine vt tan=

dem absorbeat fluuium eius id est possessionē et hereditatem. Sperat enim ꝙ pauper nō soluet annuum censum. et sic in fine manebit sibi hereditas illius. Bene ergo de insatiabilitate auari loquitur scriptura Ecclesiastici quinto dicens ꝙ auarus non implebitur pecunia: id est bonis temporalibus. Unus enim episcopatus auarus non est contentus redditibus maximis sui episcopus nisi etiam habeat cū hoc vnam vel plures abbatias Similiter princeps terrenus et auarus non est contentus terminis quos posuerunt patres sui: id est predecessores nisi etiam inuadat et rapiat dominia aliorum minus fortium. Item vnus ecclesiasticus auarus libenter vellet esse prebendatus in qualibet ecclesia collegiali. Item auarus mercator vellet libenter esse solus in vna ciuitate et habere lucrum omniū aliorum et huiusmodi. Ecce quam insatiabile est terrenū cor auari. vnde et bene loquiturr poeta ille Iuuenalis dicens ꝙ crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit.

¶ Secundo principaliter luxuriosus potest iuste dicere anima mea sicut aqua supple est scilicet per carnalem fluxū. Unde psalmista. in ꝑsona luxuriosi loquitur dicens.

K ¶ Sicut aqua effusus sum scilicet ad omnem lubricitatem Nonne sicut aqua effusi erant illi de quibus Sapientie secūdo. Nullum sit pratum quod non pertrāseat luxuria nostra. Est ergo notandum ꝙ luxuria per aquam recte significatur. et hoc propter tria scilicet.

ꝓpter
- Fluxibilitatem.
- Accessionem.
- Submersionem.

¶ Primo igitur luxuria per aquam significatur propter fluxum illius et transitionem. Aqua enim que continue fluit cito trāsit nec reuertitur eadē. ita et luxuria cito fluit et transit quantum ad delectationem quam causat nec vnquam illa delectatio que semel transit reuertitur eadem numero relinquit tamen in suo transitu immundissimas feces per quas intellige maculam peccati necnō et reatum: id est obligationem ad penam eternam. Unde beda Breuis est voluptas fornicationis. sed perpetua pena fornicatoris. Item vulgata propositio Gregorius dicit ꝙ momentaneum est quod delectat. eternum autem quod cruciat.

¶ Secundo luxuria significatur per aquam propter accensionem. aqua enim proiecta in magnam fornacem magis eam accendit et ardere facit quam extinguat sicut videmus in fornace fabri. ita et actus carnalis magis accendit ignem illū maledictum carnalis concupiscentie quam ipsum extinguat. in hoc similis spume olle carnium que cum pinguis sit si proiiciatur in ignem flammam ipsius suscitat et sursum eleuare facit. ita in proposito in cuius figura legitur Danielis tertio. ꝙ nabugodonosor precepit vt succēderetur fornax in qua mittendi erant Sidrac Misac et Abdenago. centuplum quam succendi consueuerat vt autem

peramplius succenderetur for nax iussit in eam iactari naptā stuppam et picem que omnia sunt fomentum et pabulum ignis. Sic et actus carnalis facit plus feruere concupiscentiam postquam ante ferueret. Et hinc ꝙ ceteris paribꝰ plus tantamur de illecebra illa que semel fuit corrupta quam virgo adeo vt dicat quādoqꝫ non posse continuere.

¶ Tertio ipsa luxuria significatur per aquam propter submersionem. Nā sicut aqua profunda submergit homines corporaliter: ita luxuria spiritualiter ꝛ tandem eternaliter in cuius figura legitur Gene. septimo ꝙ aque diluuij operuerūt vniuersam superficiem terre extinguentes omnem animā viuentem a reptili vsqꝫ ad volucres celi paucissimis exceptis qui recepti fuerāt intra archā. Alia figura legitur Exo. xiiij. de submersione egyptiorum in mari rubro sup quos reduxit. dominꝰ aquas maris: et sic interierunt. Sic et illi quos operit feda aqua luxurie submerguntur quo ad animam. Sed quale remedium miseris luxuriosis. Certe aliud non video nisi implorare diuinam gratiā et dicere cum psalmista. Saluū me fac deus quoniam intrauerunt aque supple carnaliū voluptatum vsqꝫ ad animam meā causando in ea turpissimā culpam et maculam. nec quidam possū meipsū sine auxilio gratie tue ab istis aquis liberare: quia infixus sum in limo profundi: id est in profunda luxuria. Nam quemadmodū equus vel asinus qui posuit pedes suos vsqꝫ ad genua vel ventrem in profundo limo siue luto nō potest nisi difficulter extrahi inde ita neqꝫ homo luxurie vitio deditus potest inde liberari nisi per auxilium gratie dei. Osee. xiij. Perditio tua israel supple ex tantūmodo in me auxilium tuum.

L ¶ Tertio principaliter superbus potest iuste dicere. anima mea sicut aer supple facta est. Sapientie secundo. Spiritus supple superbus diffundetur tanquam mollis aer. Dicit enim catholicon ꝙ aer dicitur ab a quod est sine ꝛ aeris quod est lis quasi sine lite per contrarium quia fit omnimoda lis ventorum in aere. Ad propositum lis ventorum in aere designat litem superborum qui sunt elati et inflati ad instar aeris. q; vt dicitur prouerbiorum. xiij. Inter superbos semper iurga sunt. Est ergo notandum ꝙ superbia congrue per aerem designatur propter tria videlicet

ꝑpter
- Instabilitatem.
- Infectionem.
- Commotionem.

¶ Primo quidem ꝑpter instabilitatem. Inter enim quatuor elementa aer est instabilius et mobilius. Sic et gloria superborum valde instabilis est. Unde istud admirans psalm. ait. Uidi impium: id est superbum superexaltatum et eleuatum sicut cedros libani: quasi dicat sicut cedri sunt altiores alijs arboribus: ita impius superbus omnibus alijs hominibus se prefert in corde suo. Sed quid factum est de eo au

di quid sequitur. Trãsiui et ecce non erat supple in priori celsitudine: quesiui eum ⁊ non est inuentus locus eius: id est possessiones magne et palatia eius quasi regalia quia mortuo homine superbo et ambitioso qui gloriabatur in talibus tam possessiones et habitationes illius trãseunt in dominium alterius nec amplius dicitur ista est domus talis domini. sed denominatur a presenti possessore. Item satis ad propositũ loquitur psal. in eodem psalmo dicens. Inimici domini id est superbi qui inimicantur domino eo quod volunt ab eo auferre propriam hereditatem scilicet gloriam de qua dicit Esaye. xlij. gloriam meam alteri non dabo. huiusmodi ergo inimici mox vt honorificati fuerint et exaltati scilicet dignitatibus/honoribus/beneficijs/aut officijs. deficiẽtes quẽadmodum fumus deficient. Et perfecto hec similitudo cõgrua est. et fumus enim quantomagis ascendit tantomagis euanescit. Sic et ipsi superbi quanto altius extolluntur in seculo tanto profundius demergẽtur in inferno. vnde psal. Deiecisti eos dum alleuarentur. De hac ergo superborũ instabilitate loquitur Boetius .i. de cõso. metro primo sic inquiens. Quid me felicem totiẽs iactastis amici? Quid cecidit stabili nõ erat ille gradu. Hoc patuit in amã in holoferne in Anthioco: ⁊ in multis alijs.

¶ Secundo superbia per aerẽ designatur propter infectionẽ Aer enim de facili inficitur quo infecto similiter de facili inficit hec inferiora. Ita et homines de facili inficiuntur peste superbie qui postquam fuerint in se infecti facilime alios: cum eis participantes inficiunt et corrumpũt quia vt dicitur Eccle. xiij. Qui cõmunicauerit superbo induet superbiam. Nam vt dicit Criso. super Mattheũ Bonus malo sic connectitur quod aut pares redduntur: aut cito abinuicem separantur Amicitie enim pares aut querũt aut efficiunt. Et post pauca: rerum inquit natura sic est vt quotiẽs bonus malo coniungitur: non ex bono malus melioratur. sed ex malo bonus contaminatur. Diuersitas cũ rerũ nunquam põt habere concordiã ⁊ multos solicitat ad malũ societas nephãda Sed dicis si nõ cõmunicauero cũ tali quem scio superbum et flagitiosum virum reputabit me inimicum suũ: sicque perdã gratiam ipsius. Audi qui hec obijcias ysidorum lib. ij. soliloquiorum. Melius multo inquit est habere malorum odium quam consortium. Deuitandus ergo est omnis arrogans et superbus ¶ Tertio ipsa superbia per aerem significatur propter cõmotionem. Sicut enim aer frequẽter inquietatur ⁊ commouetur ventis ⁊ tempestatibus multis insuper et vna pars pellit aliã ita similiter ipsi superbi plerũque inter se discrepant et mutuo se inquietant eo quod quilibet eorum vult preesse et nullus subesse. Unde semel dicebat michi quidã pater ego habeo meliorem vxorem ciuitatis si vera sunt que hodie predicastis scilicet quod vir et vxor debent habe

dere vnum velle. Nam ego volo esse magister et ipsa magistra: et ita habemus idem velle. Unde ergo lites et iurgia inter homines seditiones et bella nisi ex superbia? Bene ergo allegatū est supra ex prouerbijs quod inter superbos semper iurgia sunt: aut quia volunt simul et semel in eodem loco esse: aut quia alter alteri superesse contendit quod est impossibile. pratica si vis quasi in omni statu. Unde in figura huius legitur Apoc. xvi. quod vnus angelus per quem intelligitur lucifer qui est rex super omnes filios superbie effudit phialam suam: id est virus superbie in aerem hoc est i cor de superbo et statim facta sunt fulgura voces et tonitrua atque terremotus magnus quia perfecto effuso isto veneno pestifero superbie in corde humano statim aspirant hoies ad dignitates/ officia/beneficia ad pompā et fastum seculi quia nō possunt faciliter et ad libitū obtinere insurgūt processus/lites/discordie odia/bella/homicidia / et pene infinita mala Merito ergo omnis superbus et elatus dicere pōt Anima mea sicut aer supple effecta est propter tria predicta.

¶ Lectio. cxi.

¶ Velociter exaudi me domine defecit spiritus meus.

¶ Postquam in precedenti lectione ostensum est quomodo penitens recurrit ad diuinum auxilium vt possit impetrare apud dominū remissionem peccatorum suorum dicens. Expandi manus. etc. et similiter ostendens suam indigentiam cū subdit anima mea sicut terra. et ce. quasi dicat aīa mea sine gratia tua est arida et omnino infructuosa. Hic consequenter petit a domino velociter exaudiri et hoc propter imminētem necessitatē quia defecit idest spiritus meus: id est vita mea in breui deficiet nec scio quando. ideo velociter exaudi me domine dando mihi omnium peccatorum meorum remissionem. Ubi nota iuxta illud verbum velociter. et ce cetera. quam deus aliquando differt exaudire vt magis ac magis inflammetur desiderium petentis vt dicit glosa interlinea: hoc tamen non debet intelligi de necessarijs/ ad salutem quia quamprimum illa petuntur a domino conceduntur ab eo. Est ergo notandum quod iste textus potest tripliciter exponi prout tāgit dominus Petrus de Palude. Primo quidam ad literam de Dauid qui in persecutione saulis tantum angustiabatur et coartabatur quod deficiebat i eo spiritus: id est virtus / et audacia nisi dominus velociter illi succurrisset. et ideo orabat eum dicens. Uelociter exaudi me. et ce. Secundo potest exponi moraliter in persona veri penitentis qui animaduertens quod oportet mori nec scitur quando vbi aut quomodo petit velociter exaudiri in oratione/ quam facit pro peccatorum suorum remissione. Et ad hoc petendum ipsum incitat spiri-

tussanctus in scriptura loquēs et dicens Ecclesiastici quinto. Ne tardes conuerti ad dominum et ne differas de die in diem subito enim veniet ira eius et cetera. Dicit ergo penitens ad dominum. O domine deus cui humilium et mansuetorum semper placuit deprecatiōe hu mili peto et rogo vt velociter exaudias me sicut ꝓmittit seruus tuus Esayas trigesimo.c. dicens. Ad vocem clamoris tui statim vt audierit respondebit tibi: concedendo supple quod postulas. Ergo in quacunque die inuocauero te velociter exaudi me. Et rationem cur velociter me exaudire debeas allego quia scilicet defecit spirit⁹ meus scilicet rogando te et suspirādo ad te ita vt merito possim dicere illud Job decimoseptimo. Spiritus me⁹ attenuabitur. Item illud psalmiste. In deficiendo ex me spiritum meū. Uel istud possumus secundum beatum Gregorium referre ad spiritum superbie et elationis interne de quo quidem spiritu loquitur saluator Matthei.v. dicens. Beati pauperes spiritu: id est illi sunt beati btitudine vie qui non habent spiritum inflantem superbie. sed tantum spiritum humilitatis interne. Penitens ergo dicendo ad dominum. defecit spiritus meus: pauperē spiritu se esse testatur et de seipso nō ꝑsumere. sed sacrificium deo acceptum videlicet spiritum contribulatū offerre. Et de isto duplici spiritu scilicet superbie et humilitatis loquitur psalm̄. dicens ad dominum. Auferes spiritum eorum spiritum inquam superbie ⁊ deficient: id est desinent fieri ⁊ esse superbi ⁊ in puluerem suum reuertentur: id est recognoscent se puluerem esse et viles. Et quia corruptio vniusest generatio alterius. ideo ablato spiritu superbie mox datur spiritus humiliatus et gratie de quo subditur. Emitte: id est emittes spiritum tuum ⁊ creabūtur. Et bene dicit creabuntur. Quia enim verus penitens a deo se humiliat coram deo qꝛ reputat se nihil esse respectu illius. a quo nihilo ꝯstituitur in esse gratie a deo: ideo bene dictum est. et creabuntur. Sequitur. et renouabis faciem terre: id est anime quantum ad ymaginem quā deturpauerat peccatum. De qua renouatione loquitur Apocalypsis Ephesios quarto dicēs. Renouamini spiritu mentis vestre. Deficiamus ergo spiritu superbie vt incipiamus esse per spiritum humilitatis et gratie. qꝛ vt dicit Gregori. nullus receptaculum spiritus dei efficiatur. a quo spiritus superbie primo non expellitur. et hoc insinuatur. Esaye. lxvi. vbi secundū antiquā translationem sic legitur. Sup quē requiescet spiritus me⁹ nisi super humilem et quietum. et cetera. Tertio possumus hūc textū exponere allegorice de christo qui tempore passionis sue orabat patrem suum dicens. Uelociter exaudi me domine: supple pater qui simul es dominus meus et pater me⁹. Dominus quidem respectu humanitatis. Pater vero respectu diuinitatis. Ratio autem quare

a te peto exaudiri est quia defecit spiritus me9:id est in proximo est vt deficiat vita mea per separationem spiritus a corpore. Ipse autem christus tūc fudit orationem ad patrem pro qua petebat velociter exaudiri quando dicit. pater in manus tuas commendo spiritum meū quo dicto inclinato capite tradidit spiritum vt dicunt euangeliste. ecce quomō defecit spiritus eius.

A ¶ Notandum est autem ꝙ quamuis de oratione multa dicta sint in precedentibus etiam in diuersis passibus. Nihilominus adhuc propter materiam subiectam de ea aliqua differēda sunt in presenti. Ubi nota ꝙ tria hominum genera possunt dicere verbum predictum videlicet. velociter exaudi me domine.

scʒ Iustus viator. Uer9cōprehēsor. Spūs aspirator.

¶ Primo quidem iustus viator orans dominum pro peccatorum preseruatione gratie augmentione boni propositi continuatione / et eterne felicitatis adeptione: merito potest dicere Uelociter exaudi me domie me inquam orantem pie. fideliter / perseueranter. Sed pro maiori elucidatione petitionum ꝛ orationum que fiunt domino. notande sunt alique propositiones.

B ¶ Sit ergo ista prima propositio. Non est semper salutis signum nec diuine dilectionis efficax argumentum. si velociter exaudiatur homo a deo. Probatio quia talis exauditio quādoq; non fit ad vtilitatem petētis quamuis bene ad desideriū ipsius et voluntatem hoc patet de filijs israel de quibus legitur. Numeri vndecimo. ꝙ cum essent in deserto et māna veniet eis in fastidiū petierunt carnes a domino. quibus misit abūdanter de celo sed cum carnibus simul descendit ira ipsi9 hoc idem patet de eisdem filijs israel qui petierunt regem a domino sicut et cetere nationes habebant. quos statim exaudiuit. vt patet primi Regum. octauo. Nam prefecit eis saul in regem. Hoc tamē illi displicuit nec eorum petitio ei placuit. secundum ꝙ plenius insinnatur Osee. xiij. Dabo tibi inquit dominus regem in furore meo. Item legitur. Matthei octauo ꝙ cum christ9 eijceret multitudinem demonū ab obsessis / ipsi demones rogabant cum dicentes. Si eijcis nos hic mitte nos in gregem porcorum. Quibus annuit dicens ite. Illi ergo exeuntes abierunt in porcos. ecce quomodo velociter exaudiuit eos dominus nec tamen ex hoc potest concludi ꝙ eos dilexerit. Unde Augustin9 sup Io. exponēs illud. Quodcunq; petieritis patrem in nomine meo et cetera dicit sic. Male vsurus eo quod vult accipere deo potius miserante non accipit. proinde et si hoc illo petitur. vnde homo exaudit9 leditur magis metuēdū est ne ꝙ posset nō dare propitius det iratus.

C ¶ Secunda propositio. Nō est signum ꝙ homo min9 adeo diligatur cui petenti multa denegantur probatio. Nam iust9

potest multa a deo petere que expediunt sue saluti si cōcedātur vt forte est valitudo corporis. liberatio aduersitatis/prosperitas temporalis / et si qua sunt similia. Nec tamen huiusmodi iust⁹ omnino frustratur fructu sue petitionis quia vt dicit Augustin⁹. Frequenter de⁹ prouidet hominibus meliora quam petunt. verbi gratia. si pauper petat a diuite turonū: et ille dederit Carolum vel scutum non frustratur petitio ei⁹. De hoc historiam habemus in Paulo qui vt dicitur secundo. Corinthiorum duodecimo petiuit a domino stimulum carnis ab eo amoueri. et tamē hoc non obtinuit quāuis esset maximus ei⁹ amicus: sed tamen melius sibi concessit scilicet gratiā superandi huiusmodi stimulū dicens. sufficit tibi gratia mea paule. Nam virtus in infirmitate perficitur. De istis autem duobus modis exauditionis simul loquitur August. in quodam sermone dicens ꝙ exauditur diabolus petens a domino tentare / et flagellare sanctum Job. et non exauditur apostolus petens stimulum a se remoueri. Exaudiuit ergo diabolū quem disposuerat damnare et non exaudiuit paulum quem disposuerat saluare. Et dat exemplū de medico qui multa cōcedit egroto de quo desperat vbi tamen multa denegat alteri de quo spem habet bonam. Quando ergo inquit August. petitis a domino tēporalia cū modo petite et cum timore illi committite. vt si prosint det. ꝗ si nouerit obesse non det. Quid enim prosit vel obsit. nouit medicus melius quā egrotus. hec ille.

D ¶ Tertia propositio. Qui multa petit a domino nec in vllo exauditur talis habꝫ efficax argumentum ꝙ a domino non diligitur sꝫ quod ab eo oditur reprobatur. Probatio. Nā dominus deus a deo liberalis est et curialis quod non posset denegare amico suo omnem petitionem suam. quamuis bene aliquam. Quis enim diceret illum militem habere gratiam regis cuius omnis postulatio ab eo repellitur? Signum ergo amicitie apud regem est quandoque porrecta supplicatio q̄ exauditur. Et ꝑ oppositū signum inimicitie est si quelibet repellatur. Ita in proposito. Sed quod est illud quod impedit vniuersalem petionum exauditionem apud dominum. Profecto illud solum / est peccatum quod diuidit et separat hominem a gratia sui creatoris. Vnde Esaye. i. loquitur ipse dominus peccatoribus dicens. Cū multiplicaueritis orationē nō exaudiam. Cuius causam immediate subiungit dicens. Manus vestre sanguine plene sunt: id est opera vestra peccatis plena sunt. Item psal. Iniquitateꝫ si aspexi in corde meo non exaudiet dominus. Item prouerbiorum. xxviij. Qui declinat aurem suam ne audiat legem oratio eiūs erit execrabilis qꝛ vt dt Criso. sup Mat. Qui orat et peccat nō orat deū sed deludit ipsum. Leuem⁹ ergo corda nostra cum manibus id est cū bonis operib⁹ ad dn̄m

in celos et dicamus ei. Nos ini que egimus et ad iracundiam te prouocauimus. idcirco tu in exorabilis es. Tren. iij. Cōtingit autem quandoqꝫ ꝙ orans dñm in se bonus sit. sed qꝫ orat pro his qui non sunt digni beneficio quod eis implorat: ideo non exauditur. In cuius signū dixit dominus Jeremie de illo populo iudaico pessimo et indurato. Tu noli orare pro populo hoc nec assumas pro eis laudem. et orationem. ⁊ non obsistas mihi quia ego non exaudiam te. Deinde subdit causam immediate dicens. Nonne vides qd illi faciunt in ciuitatibus iuda et in plateis hierusalem Jeremie. vij. Ad hoc autem propositū facit exemplū quod habetur in legenda beati Bartholomei vbi dicitur ꝙ cum anno domini. dcci. saraceni inuasissent albanam tandem venerunt ad locum in quo quiescebat corpus ipsius beati Bartholomei. quem quidem locum vastauerunt. ac eius sepulchrū confringentes ossa ipsius dispergerunt. Ea tempestate dictus beatus Bartholomeus apparuit cuidam sancto viro dicens. Surge et collige ossa mea que dispersa sunt. At ille. Qua inquit ratione ossa tua colligere aut aliquem honorem tibi exhibere debemus. cum permiseris deleri locum istum nec vllum auxilium in tantis angustijs nobis impenderis? Cui ille. Per multum inquit tempus meritis meis dñs huic loco pepercit. Sed peccatis populi huius nimiū inualescentibus ⁊ in celum vindictam contra actores suos clamantibus iam nō valui pro ipso populo veniam impetrare. Ecce quomō peccata aliquorūm impediūt ne preces iustorum illis suffragentur

¶ Secundo principaliter quilibet beatus orans et petens aliquid a deo pro aliquo viatore potest illi rationabiliter dicere. Velociter exaudi me domine supple orantem et supplicātem pro tali mihi deuoto. Unde de Jeremia defuncto scribitur. ij. Machab. vlt. Hic est qui multum orat pro populo ⁊ vniuersa sancta ciuitate hierusalē Item Jeronimus dicit ꝙ si apostoli et martyres adhuc in corpore constituti quando scilicet pro se debebant esse soliciti. p alijs orabāt quātomagis post coronas victorias / et triumphos?

F ¶ Sed fortasse queris quomodo ipsi sa[...]ti cognoscunt vota eorum q[...] ipsos interpellant. Ad hoc dubium respondet beatus Thomas quarto seū. distin. xlv. q. iij. ait. i. dicēs ꝙ sancti in celo videndo diuinam essentiam cognoscunt omnia que ad eorum gloriam pertinent. Modo sic est quod ad eorum gloriam magnam pertinet quod alios iuuare possint quo ad consequendam salutem eternam / et ita oportet ꝙ cognoscant vota et desideria eorum qui eos interpellant vt sic prebeant auxilium indigentibus ad salutem eternam et p ipsis intercedant ad dominum dicentes sigillatim. Velociter exaudi me domine pro tali famulo meo supplicantem.

Quis si vlterius queras.

Utrum semper pro illis efficaciter orent qui se cōmendant precibus ipsorum.

G ¶ Dico probaliter q non. Non enim deum orant nec ab eo aliquid petunt nisi quod cō templando suam essentiam vident eum velle maxime cum se conforment in omnibus diuine voluntati. Modo sic est q deus non vult semper et vniuersaliter dare cuilibet petenti qđ petit vt satis constat et ideo.et cetera. Quando ergo a viuentibus deprecatur pro aliquo bono quod vident in verbo deum velle dare tunc et non alias orant apud ipsum dicendo. Uelociter exaudi me domine. et sic semper exaudiuntur etiam velociter secundum q materia petitionis exigit. Patet ergo quam bonum sit et vtile se deuote commendare precibus et suffragijs sanctorum et hoc ꝓbat dominus Petrus de Palude dist.xlv.quarti sen̄.tali ratione. Lex diuina est infima ad suprema per media reducere vt dicit beatus dionisius.sed quā tum ad dona gratie beati sunt Medij inter deum et viatores: ergo eis mediātibus viatores debent in deum reduci quod vt libentius faciant sunt a viatoribus exorandi.

¶ Tertio principaliter spiritꝰ a spirator per quem intelligo quemlibet spiritum existentem in purgatorio qui aspirat, et desiderat volare in celum potest clamare ad dominum:et dicere predictum verbum Uelolociter exaudi me domine.

H ¶ Quis si a tali spiritu quereret dominus quid petis:sup quo tam velociter clamas ex audiri. Profecto posset illi respondere q tria in sua supplicatione petit. Primo qđā ab illis penis et tormentis terribilibꝰ liberari quia vt dicitur dist. xxv.qui in aliud. Igni purgatorij nulla pena temporalis est comparabilis. Secundo petit ad eum ire:et in celestem gloriā recipi dicens illud psalmiste. Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum,ita desiderat anima mea ad te deꝰ. Tertio petit a superuiuentibus et specialiter ab amicis auxiliū sibi ferri dicens illud Job.xix. Miseremini mei miseremini mei saltem vos amici mei quia manus.&c. Qui si forsam queras.

I ¶ Utrum dominus ad vocē talis spiritus clamantis et dicentis velociter exaudi me domine,aliqđ efficiat et petitionē eius exaudiat velociter et ante terminū ipsum a penis liberando. Breuiter dico q non:et hoc propter tria. Primo quidē propter decretū diuine legis, que dicit Mat.v. Non exibis inde donec reddas nouissimū quadrantem. Et hoc intelligendū est siue per te,siue per aliū,seu alios:vtpote viatores qui ex intentiōe possunt applicare bona sua animabꝰ in purgatorio detentis. Secundo quia tales anime non sunt in statu merendi:nec sibi nec alijs:sed potius in statu satisfaciendi:et sic quā tumcūq deprecentur altissimū eorū tamē oratio non valet eis ad pene expiationē. Da exemplū de detento in carcere,ex iusta cā. Tertio si petitio et oratio taliū animarum illis posset

suffragari apud dñz quo ad pe ne diminutionem seu leberatio nem tūc tantū clamarēt ad au res diuine mie q̄ in breuissimo tēpore omnino liberarentur: et sic super fluerēt suffragia eccle sie et cetera bona que fiunt a vi uentibus pro liberatione taliū De quib⁹ bonis habes. xiij. q. ij anime ad hoc etiam propositū facit. c. pro obeuntib⁹ vbi supra Quis enim captiuus in carce cere si sciret q̄ ad solum clamo rem ipsius, iudex eum liberaret non libenter clamaret quousq̄ ipse iudex eum liberari manda ret? Optat ergo spirit⁹ q̄ quasi deficit in tormentis purgatorij inde liberari: qui videns q̄ per proprias preces inde non po test āte terminū liberari: rogat dñm: vt saltim exaudiat preces ecclesie vel priuatarū persona rum que fiunt pro eo ꝛ tunc est sensus velociter exaudi me dñe scilicet per aliū supplicantem, et rogantem. Unde psal. Inten de anime mee: et libera eam. scꝫ ab istis penis purgatorij.

Lectio. cxij.

¶ Non auertas faciem tuā a me: & similis ero descen dentibus in lacum.

¶ Postquam in precedenti le ctione penitens petiuit a a do mino accelerationem sue exau ditionis simul assignans cau sam eo scilicet quod defecit spi ritus eius, id est vita ei⁹ in bre ui defectura finiēda est. Hic cō sequenter petit ab eodem dño faciē misericordie sue ab eo in pñti nō auerti: quin poti⁹ con uerti. Et similiter faciem glo rie in futuro. Potest etiam ista sententia esse responsio ad pre cedentem. Prius enim penitēs petierat a domino velociter ex audiri: q̄ si quereret ab eo ipse dominus super quo petit ita istāter velociter exaudiri. Hic respondet dicens. Nō auertas faciem tuam a me quin scilicet te oculo interiori videam, et co gnoscam. Si ergo inueni gra tiam in conspectu tuo ostende mihi faciem tuā que profecto plena est gratiarum vt dicitur Hester. xv. sub figura assueri. Tu enim pijssime deus promi sisti zach. primo miseris pecca toribus. Conuertimini ad me, et ego conuertar ad vos. Mo do vides ꝛ testes inuoco celum et terram: quia conuertor ad te in toto corde meo perveram pe nitentiā. Ergo connertere ad me per gratiā: ꝛ noli vltra auer tere faciem tuam a me peniten te: sicut antea auertisti a me le gem tuam preuaricante. Di cit autem Gregorius super hoc passu: et ad propositum no strum: quod sicut domini irati solent auertere oculos a seruis suis vel ab alijs a quibus offē si sunt: et si aliquando illi pro gratia supplicauerint in aliam partem faciem declinare solēt. Ita et deus faciem suam auer tit a peccatore eo quod turpitu dinem scelerum suorum sereno vultu inspicere dedignatur. Sed qui abijt delinquentem: conuerti ad penitentem. Uo cat etiam auersos donat pecca ta conuersis: ergo clamemus ad eum dicentes. Non auertas

faciem tuam a me. Faciem dico non iustitie: quam ostensurus es reprobis: sed faciem gratie/ et misericordie quam ostendis tuis amicis: q si hanc faciem auerteris: profecto similis ero descendentibus in lacum: id est in desperationem: quia vt inquit ipse Gregorius nisi deus misericorditer respexerit peccatorem penitere volentem post perpetrata multa peccata in foueam desperationis cadit.

congrue autem in proposito p lacum desperatio designatur: quia sicut lacus est locus sine lumine: Sic desperat lumẽ gratie / et misericordie non videt: alias non desperaret. Ab hoc igitur lacu qui est via/ & introitus in lacum inferiorem inferni nos preseruet dominus: qui educit vinctos de lacu in quo non est aqua: quia si in illo semel ceciderimus: de facili non resurgem⁹ maxime cum de homine desperante scriptum sit. Treñ. tertio. Lapsa est in lacũ vita mea posuerunt supple demones lapidem super me. hoc est cordis duriciam/ et obstinationem: quia vt dicitur prouerbiorum decimooctauo. Peccator cum in profundum peccatorum venerit contemnit. Hic est lapis qui erat super lacum: id est sepulchrum Lazari Johannis vndecimo. Hic est similiter lapis/ qui positus est super os laci: in quo proiect⁹ est Daniel. vt deuoraretur a leonibus. Danielis. vi. Allegorice autem possumus hunc textum exponere de Christo: qui in tempore sue passionis rogabat patrem suũ: vt non auerteret faciem suam a se. id est a communicatione visionis sue essentie: sicut olim cessante raptu Moysi auertit huiusmodi faciem ab eo. Nam si ita factum fuisset de anima christi tempore tridui: iam ipsa fuisset similis descendentib⁹ in lacum inferni/ seu in limbum patrum in quo erant tenebre sine lumine glorie. Hoc autem non decebat. Sed potius quod ipsa ceteras animas illuminaret: et de tenebris extraheret: vt in hoc ipse Christus quantum ad humanitatem non esset similis mortuis: sed sicut homo iter mortuos liber sicut ante passionem fuerat ab aliis dissimilis vita ipsius. Ideo dicit ad patrem. Non auertas faciẽ tuam a me scilicet separando vnionem diuinitatis a mea humanitate. Item auferendo visionem et fruitionem: et similis ero descendentibus in lacum: id est si hoc faceres similis essẽ illis qui descendunt in lacum inferni: nec eos inde liberare possem. Unde Augustinus pertractans illud Psalmiste. Sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber: dicit q christus nõ solueret a vinculis nisi esset liber a vinculis. Ille liber mortem occidit. Vinculum vinxit. Captiuitatẽ captiuauit. Ascẽdens in altum captiuam captiuitatem duxit.

A ¶ Notandum est aũt iuxta hũc textum q q2 multa in precedentibus variis in locis dicta sũt de facie domini ideo in presenti nihil de ea disseremus sed sermonem nostrũ ad illud quod sequitur scilicet: & similis ero descendentibus in lacũ cõ-

uertemus. Pro quo aduertendum est quod est triplex lacus
Culpe.
Vez Presentis vite
Gehenne
¶ Primus itaque lacus dicitur culpe: de quo loquitur quilibet iustificatus gratias agēs deo et dicens illud psalmiste. Expectans expectaui dominū scilicet tanquam iustificatorez nec frustra ipsum expectaui quia tandem intendit michi: et exaudiuit preces meas: sed in quo? Certe quia eduxit me de lacu miserie et de luto fecis. id est de peccato quod dicitur lacus eo quo sicut de facili cadit homo in lacum: sed non faciliter inde exit. Ita et faciliter et per se cadit in peccatum: sed non de facili nec per se resurgit. secundum illud psalmiste. Spiritus vadens et non rediens.
Hoc autem significatum est per hoc quod filij israel de facili ingressi sunt in egyptum Genesis xlvi. sed cum maxima difficultate inde exierunt: nec per se: sed cum dei adiutorio vt dicitur in principio. Ex odi. vsque ad. xv. c. Dicitur autem peccatum non tantum lacus: sed lacus miserie quia per peccatum fit homo misser amissis omnibus bonis spiritualibus: que prius habebat. Propterea dicitur prouerb. xiiij. quod miseros facit populos peccatum. Bene ergo peccatum dicitur lacus miserie: et lutum fecis. Et proprie loquendo iste lacus significat profunditatem: et abyssum viciorum in quem prothdolor multi graues peccatores proijciuntur a diabolo. qui cum ibi fuerint nolunt inde exire: neque etiam audire quod aliquis moneat eos ad exeundum: quinimo indignantur contra omnē laborantem ad exitum eorum: et presertim contra predicatores veritatis. Unde de talibus merito potest intelligi illud Ezechiel tricesimooctauo. Non expectabunt qui descendunt in lacum veritatem tuam. quia vt dicitur prouer xviij. Peccator cū in profundum peccatorum venerit contemnit scilicet omnia illa remedia per que potest educi de lacu miserie: et de luto fecis. Quod si queras vbinam situatur iste lacus Respondetur tibi quod in corde peccatoris. Nam ibi est locus vilis: et immundus limo: et luto peccatorum plenus: et herbis malarum cogitationū refertus Dicat ergo peccator similis sum descendentibus in lacum i. primis parentibus qui de altitudine innocentie descenderūt in abyssum miserie et culpe.
¶ Secūdus lacus dicitur lacus presentis vite de quo potest intelligi illud apo. xviij. Una hora destitute sūt. i. destituentur omnes diuitie et omnis gubernator: et omnes qui in lacū nauigant. i. omnes homines qui nauigant in lacum huius mundi in fine seculorum destituētur per mortē. Est ergo mundus iste tanquam lacus vmbrosus lutosus periculosus
B ¶ Primo quidem vmbrosus eo scilicet quod viget in eo obscuritas ignorantie et erroris. de quo pōt intelligi illud psalmiste. Posuerunt me in lacu inferiori in tenebrosis et in vmbra mortis: quia reuera vita presens est locus inferior et respectu

celi. Item est tenebrosa: quia non videt homo pro presenti quanta gaudia parata sunt iustis in celo: et quanta supplicia malis in inferno. Alias multi miseri peccatores qui videntur nunc ambulare. vt ceci: resilirent cito a peccatis suis: et penitentiam durissimam agerent. Itē ista vita est vmbra mortis .i. similitudo mortis eterne: q̄ est mors secunda. Secūdo iste lacus est lutosus: quia scilicet in eo sunt feces: et paludes multarum immundiciarum: et iniquitatum. In cuius figura legitur Jeremie tricesimooctauo quod ipse Jeremias proiectus est in lacum: in quo non erat aqua: sed lutum: et descendit ipse Jeremias in scenum. Ad propositum autem per lutum et scenum signantur spurcitie: et iniquitates tam spirituales quam carnales: quibus lacus huius mundi repletur vsq̄ ad os. Cuiusmodi sunt superbia/gula/luxuria/auaritia/ Et huiusmodi. Ita vt merito possit dicere peccator illud psalmiste. Infixus sum in limo profundo. id est in profundo limi: seu peccati. Tertio lacus huius mundi est periculosus. In lacu enim communiter habitant animalia crudelia. etiam quandoq̄ venenosa: vt serpentes et codrili et huiusmodi. Et ideo valde periculosum est balneare se in lacu. Sic et mūdus iste est valde periculosus: quia habitant in eo homines tyranni: et crudeles qui pene infinitis modis molestant: et deuorant pauperes. In cuius figura legitur Danielis sexto: quod ipse daniel positus est in lacu septem leonum vt deuorarent eū sed tamen diuina gratia preseruatus est ab eis: et illi qui fuerant causa tanti mali iussu regis Babylonis illic proiecti: mox a leonibus decerpti sunt et deuorati. Sic et baillivi prepositi/locum tenentes/receptores: et huiusmodi officiales quandoq̄ efficiuntur tyranni: et oppressores pauperum: sed frequenter iusto dei iudicio a maioribus suis: vtpote a rege: vel principe postea depredantur et spoliantur: et quandoq̄ vita confusibiliter: et ignominiose priuantur. Et hoc est q̄d comminatur talibus dominus Esaye tricesimo tertio dicens. Ue qui predaris nonne et ipse predaberis: scilicet a fortiori et potentiori te: vel etiam in morte. Quandoquidem omnia temporalia excepto modico sudario ate auferentur. Item periculositas huius laci ex alia parte ostenditur per hoc scilicet quod sunt in eo septem leones: qui non expectant nisi predam: per quos intellige septem peccata mortalia. Et certe in graui periculo est: qui cōstituitur inter septem leones. Dicat ergo omnis viator. Similis sum descendentibus in lacum. id est primis parentibus/ qui de altitudine paradisi terrestris: qui ad literam in alto situs est secundum Paulum orosium: descenderunt in lacum miseriarum huius deserti in quo et nos sumus.

¶ Tertius lacus: est lacus gehenne: de quo scribitur Esaye vigesimoquarto. Congrega-

buntur supple reprobi in congregatione vnius fascis in lacum videlicet inferni: vt similes sint in pena: qui similes fuerunt in culpa. Nam sicut in celo mansiones multe sunt: vt dicitur Johan. decimoquarto. ita quod in vna mansione statuuntur prophete, in alia patriarche in alia apostoli i alia martyres z huiusmodi. ita suo modo in inferno sunt diuersa receptacula: vnum pro malis prelatis Alterum pro malis religiosis Aliud pro vsurarijs aliud pro principibus tyrannis aliud pro adulteris: et sic de alijs. Da similitudinem de carceribus regijs in quib⁹ sūt diuersa reclusoria differentia in obscuritate et artitudine in quibus recluduntur homines pro varietate delictorum. ideo sequitur in predicta auctoritate et claudentur ibi in carcere sed vbi certe in inferno vbi reclusus est sathan secundum illud Apocalip. vigesimo ligauit eum per annos mille et misit eum in abyssum et clausit z signauit super illum. Quod autem subditur et post multos dies visitabuntur: non debet intelligi de visitatione ad redemptionem prout dogmatizasse fertur origenes promittens veniam post mille annos omnib⁹ damnatis etiam demonibus de quo Augusti. xxi. libro de ciuitate. capit. decimoseptimo. ita meminit dicens Quidam estimant damnatos post certi temporis metas pro cuiusqȝ peccati quantitate lōgioris siue breuioris inde liberandos. Inter quos misericordior fuit origenes qui et ipsum dyabolum et angelos eius post grauiora p meritis et diuturniora supplicia ex illis cruciatibus eruendos et sanctis angelis sociandos credidit. sed illum et propter hoc et propter alia nonnulla et maxime propter alternationes sine cessatione beatitudinis et miserias non immerito reprobauit ecclesia. hec ille Patet ergo quod predictum verbum Johannis non debet intelligi de visitatione ad redemptionem: sed ad resurrectionem post multos ergo dies visitabuntur damnati: id est ab inferis vocabuntur vt receptis corporibus statim ad perpetuas penas retrudantur in predictum lacum. Et tunc dicere poterit quilibet reprobus conquerens de demonibus illud psalmiste. Posuerunt me in lacu inferiori in tenebrosis: et in vmbra mortis notanter autem dicit in lacu inferiori eo quod in inferno sunt quatuor lacus vlȝ purgandorum patrum puerorum, damnatorū: z iste quartus lacus est ceteris inferior. ideo bene dicit reprobus Posuerunt me in lacu inferiori. In hunc itaqȝ lacum inferiorem descendit primus angelus ruens de celo secundum quod dictum fuit ei a domino. Esay. xiiij. ad infernum detraheris i profundum laci. Item in eundem lacum inferiorem descenderunt Dathan Core, z Abyron. quandoquidem terra aperuit os suum. descenderuntqȝ in infernum viuentes: eo scilicet quod suscitauerant seditionem et murmur in populo dei

vt dicitur numeri decimosexto. Item in hunc lacum mittentur vniuersaliter omnes reprobi in die iudicij Apocalipsis. decimonono. Mittentur in stagnum ignis ardentis Et tunc quilibet electus cum viderit talem: et tam dolorosum casum gratias aget domino dicens illud psalmi. Saluasti me a descendentibus in lacum. Circa quod nota si vis quomodo infernus comparatur laco propter tria.

¶ Primo quidem propter obscuritatem Unde damnatus potest dicere de domino illud psalmiste Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi. id est sicut illos qui condemnantur ad perpetuos et teterrimos carceres nunquam inde eripiendi. Secundo propter fetorem. lacus enim quandoque pro cloaca capitur: et ideo merito significat fetorem intollerabilem inferni. de quo Joelis. i. Computruerunt iumenta in stercore suo id est homines damnati in fetore inferni. Unde et scriptura comparat cruciatus inferni rebus fetentibus vt in ibi in psalmista Ignis sulphur et spiritus procellarum pars calicis eorum. Propterea dicunt doctores theologi in quarto Sententia quod in fine seculi omnes immunditie corporales et materiales congregabuntur in loco damnatorum ad maiorem cruciatum ipsorum Tertio propter exeundi difficultatem seu magis impossibilitatem. Sicut enim qui cadit aut proijcitur in profundum lacum non potest per se inde exire. Ita neque damnati de inferno. quia vt dicitur. prouerbiorum secundo. Omnes qui ingrediuntur ad eam scilicet regionem inferni non reuertentur nec apprehendent semitas vite. Item vt dicitur. Sapientie secundo Non est qui agnitus sit reuersus ab inferis Merito ergo concludi potest quod reprobus potest iuste et veraciter dicere predictum verbum videlicet. similis ero descendentibus in lacum. a quo periculo nos eripiat dei miseratio et similes nos faciat ascendentibus in celum hic per gratiam et illic per gloriam.

¶ Lectio. c. xiij.

¶ Auditam fac michi mane misericordiam tuam quia in te speraui.

¶ Postquam in precedenti lectione penitens deprecatus est dominum vt non auertat faciem misericordie sue et gratie ab eo ne per talem auersionem tandem efficiatur similis descendentibus in lacum supple inferni per reprobationem. Hic consequenter exorat eundem dominum deum vt cito propicietur ei misericordiam suam impendendo dicens. Auditam id est cognitam fac michi mane id est celeriter et sine mora. misericordiam tuam. Uel mane / id est post finem huius seculi. vt exponit glosa interli-

nearis. Vel mane. id est in ortu gratie tue in corde meo vt merito possim dicere illud. ps Misericordia domini magna est super me. Et nota quod referendo ly mane ad resurrectionem generalem in huiusmodi clarissimo mane quod nunquam ad vesperascent maxime apparebit et relucebit misericordia domini super electos quos tunc dupliciter glorificabit. scilicet in corpore et in anima. Tunc enim dicet seruis suis id est angelis qui erunt ministri illius resurrectionis generalis. Cito proferte stolam primam: id est corpus quod propterea dicitur stola prima quia precessit animam inquantum fuit originaliter in primis parentibus et instuite illud scilicet spiritum humanum. Et tunc fiet perpetuum mane sole semper existente in oriente et luna in occidente, quequidam luna tunc tantum illustrabit totam partem oppositam soli quantum nunc sol illustrat mundum quem illuminat. quia tunc erit lux lune sicut lux solis. et lux solis erit septempliciter clarior quam modo sit vt dicitur Esaye. xxx Est igitur duplex mane prout dicit dominus Petrus de palude primum quod sequitur noctem culpe mortalis. secundum quod sequitur noctem mortis naturalis. De primo scribitur in psalmista. Bonum est confiteri domino et psallere nomini tuo altissime ad annunciandum mane misericordiam tuam quam supple fecisti relaxando peccata. De secundo mane similiter scribitur in psalmista. Mane astabo tibi supple sedenti super solium excelsum glorietur quando venturus es iudicare viuos et mortuos. Circa ergo primum mane debemus rogare dominum et dicere Auditam fac michi mane misericordiam tuam id est fac me audire in effectu illam dulcissimam vocem Remittuntur tibi peccata tua Similiter circa secundum mane quod est resurrectionis generalis debemus dicere. Auditam fac michi mane misericordiam tuam Illam inquam misericordiam quam tunc loqueris dicendo. Venite benedicti patris mei posidete regnum. etc. Dicamus ergo ad dominum illud. Canticorum secundo. Sonet vox tua in auribus meis. vox enim tua dulcis et facies tua decora. Illa inquam facies quam ostensurus es electis in die iudicij. Allegorice autem iste textus secundum ipsum de palude potest exponi in persona christi petentis resurrectionem suam accelerari et mane fieri et in hoc exauditus fuit quia mane seu diluculo resurrexit secundum illud Matthei vltimo. Surgens Jesus mane prima sabbati apparuit primo Marie Magdalene. Dicebat itaque filius ad patrem: ille homo ad trinitatem. Auditam fac michi mane misericordiam tuam. id est fac me cito resurgere miserendo carni mee propter obedientiam tibi prestandam crucifixe et deinde toti humane nature. et huius petitionis causam allego scilicet quia in te speraui. Vbi aduertandum: quod in christo fuit spes sed non

sicut in aliis hominibus. Nam
fuit in eo spes secundu3 quod
spes est certa expectatio futu-
re beatitudinis ex parte glori-
ficationis corporalis: non au-
tem secundū quod est certa ex-
pectatio future beatitudinis a
nime: quia illam beatitudinem
habuit ab instanti conceptio-
nis sue. Fuit ergo in Christo
spes talis qualis nūc est ī bea-
tis animabus in celo que expe
ctant futurā beatitudinē suo-
rum corporum.

A ¶ Notandum est autem cir
ca illud. Auditam fac mihi ma
ne mi ericordiam tuam: quod
deus facit audire hominibus
misericordiā suam variis mo-
dis ⁊ horis seu temporibus.

	Mane.
scz.	Meridie.
	Vespere.

¶ Primo igitur deus facit ali-
quibus audire misericordiam
suā mane: scilicet illis quos ad
se trahit per gratiam ex singu
lari misericordia i mmane sue
iuuentutis: ipsa enim dei mise-
ricordia hortatur iuuenes et
paruulos dicens Prouerbiorum
viij. Qui mane vigilauerint ad
me inuenient me. Ecce quomo
do auditam facit mane miseri
cordiam suā deus. vnde Osee.
vi. Quasi diluculum prepara-
tus est egressus eius: scilicet di
uine misericordie ⁊ veniet qua
si imber nobis temporaneus ⁊
serotinus terre. Et post pauca.
Misericordia vestra: id est mi-
sericordia vobis data quasi nu
bes matutina ⁊ quasi ros ma-
ne pertransiens. Nam sicut nu
bes matutina: similiter et ros
matutinus sola virtute solis ap
parent qui vapores terre qua-
si imperceptibiliter sursum ele
uat vnde predicta generantur
ita ex solo dei munere q̄ est sol
misericordie ⁊ totius clarita-
tis eterne fit qd' aliquibus im-
partiātur dei munera: ⁊ ad ip-
sum quodā peculiari modo at
trahātur in primeua etate: sci-
licet immane iuuentutis sicut
patuit in beato Joanne bapti-
sta de quo canit ecclesia. Antra
deserti teneris sub annis ciui-
um turmas fugiens petisti ne
leui: id est veniali saltem macu
lare vitam famine posses. Non
ne etiā mane auditam fecit mi
sericordiam suam beato Nico
lao de qua legitur quod adhuc
pendēs ad vbera quarta ⁊ sex-
ta feria tantu3 semel suggebat
vbera matris sue. Nonne simi-
liter auditam fecit mane mise-
ricordiam suam beato Domi-
nico patri nostro. De eo nempe
legitur quod cum adhuc esset
puerulus nec dū a nutricis cu
stodia segregatus deprehēsus
est frequenter relicto lecto su-
per nudā terram dormire qua
si iam abhorrescens carnis de
litias, ⁊ sic de multis aliis quos
preuenit diuina misericordia
i mmane sue iuuentutis in cuius
figura legitur Exod. xvi. quod
mane ros: id est manna ad mo-
dum roris iacuit per circuitu3
castrorum filiorum Israel. Man-
na celitus missum hora matu-
tina ad filios Israel significat
dei misericordiam quam mit-
tit de celo inmane iuuentutis
ad filios suos: id est electos. et
nota quod non tantum audire
facit deus misericordiam sua3
talibus iuuenibus ad bonum

eos prouocando: verumetiam a malo eiusdem preseruando. Propterea dicit Bernardus. ser.lxxxviij. quod homo in multa caderet peccata nisi omipotentis pietas eum conseruaret fateor: inquit et fatebor nisi qr dominus adiuuit me paulominus cecidisset in omne peccatū anima mea. Hec ille. Preterea dici potest quod tunc auditaz facit deus mane misericordiaz suam: quando scilicet aliquem paruulum adhuc mali inexpertem ad se vocat per mortem secundum illud Sapientie. iiij. Placens deo factus dilectus et viuens inter peccatores translatus est: raptus est ne malitia mutaret intellectū eius aut ne fictio deciperet animam illius Multi enim morientes in mane iuuentutis audiunt dei misericordiaz dicentē illud Mathe. xix. Sinite paruulos et nolite ꝓhibere eos venire ad me talium enim est regnum celorū. qui tamen si ad virilem seu decrepitam etatem peruenissent: forte exigentibus suis demeritis in mortis articulo audissent dei iustitiā dicentē illud Mathei. xxv. Ite maledicti in ignē eternuz. qui. rc. Dicat ergo ad dominum paruulus cui auditam facit deus mane misericordiam suam eū scilicet ad se per mortem vocādo illud Psalmiste. Exaltabo mane misericordiam tuam: cuius causa subditur: quia factus est susceptor meus scilicet in mortis articulo: et refugium meum cōtra hostem infernalem in die tribulationis mee: id est mortis quando scilicet hostis meus tribulauit animā meā et dolor mortis carnē. Ecce quomodo deus facit aliquibus audire mane misericordiam suam.

¶ Secundo deus facit aliquibus audire misericordiā suam meridie quales sunt illi quos ad suum seruitium vocat in virili et plena etate quando scilicet sol carnalis concupiscentie apud eos est in suo magno feruore: seu quando sol naturalis sensus est in suo magno splendore. Nunquid auditam fecit deus meridie misericordiā suā ipsi Ade quando scilicet post esum ligni vetiti venit ad ipsū circa meridiem vt eum inuitaret ad penitentiā. At vero his q̄ peccauerat quasi audire formidabat misericordiam se vocantem. Unde Genesis. iij. dicitur quod cū Adam et Eua audissent vocē domini dei ambulantis in paradiso ad auram post meridiem absconderūt se a facie domini in medio ligni paradisi. Item nunquid auditam fecit deus meridie misericordiam suam ipsi paulo quandoquidē in adolescentula etate ipsius que est quasi meridies in homine vocauit eū de celo quem circumfulsit lux immensa vt dicitur Act. ix. Quid autem lux ista nisi dei misericordia? quam auditam fecit eidē apostolo dominus cū ait. Saule: Saule quid me persequerꝫ? Propterea idem apostolus de huiusmodi misericordia loquitur. i. Timoth. i. dicens. Prius blasphemus fui et persecutor: et cōtumeliosus: sed misericordiam dei consecutus sum: quia ignorans feci in incredulitate.

Quid deniq; referam de Mattheo: de Zacheo: de Magdalena: de Augustino: ⁊ similibus. Nonne tales audierunt vocez domini in meridie? quãdoquidẽ in etate adhuc florida ⁊ feruida: relictis erroribus ⁊ peccatis suis ad dominum corde ꝯtrito ⁊ perfecto conuersi sunt Profecto hec misericordia magna est maxime attẽto quod in illa etate plus feruet concupiscentia carnalis: similiter plus insurgũt tentamenta demonis quam alias: in cuius figura legitur Numeri.xiij. quod Amalech habitat in meridie vbi per Amalech qui interpretaꝛ gens bruta significãtur homines lubrici ⁊ carnales qui more brutorum insequuntur suas concupiscẽtias sicut equus ⁊ mulus quibus non est intellectus et tales dicunꝛ habitare in meridie eo quod ĩ plena ⁊ florida etate plus tentãtur quã alias vt dictum est ⁊ plus abũdant hũores ⁊ materia seminis tunc quam in iuuenili aut senili etate: in cuius rei signum legitur. ij. Reguz.xi. quod Dauid post meridiem deambulans in solario domus regie vidit Bersabee se lauantem ex aduerso super solarium suum. Et statim exarsit in concupiscentiã eius dormiuitq; cuz ea. Nonne etiã post meridiem exarserunt duo illi senes presbyteri in concupiscentiam Susanne? Daniel. xiij. Unde in Psalmista: carnis tentatio vocatur demoniũ meridianum a quo nos preseruet dominus.

¶ Tertio: deus facit aliquibus audire et percipere misericordiam suaz vespere: quales sunt illi qui cũ declinant ad vite occasum ⁊ aduesperascit in eis dies naturalis vite ex speciali dei gratia conuertuntur ad cor de quibus in Psalmista. Cum occideret eos: id est cum mors de propinquo instaret: querebant eum ⁊ reuertebãtur: supple ad ipsum per penitentiam qui ab eo recesserant per culpam. Tales autem figurantur per colũbam quaz Noe emisit de archa ⁊ que ad ipsum rediit ad vesperam portans ramum oliue virentibus foliis in ore suo. Genesis. viij. Ubi ad propositum per colũbam emissam extra archaz significatur peccator qui per peccatum suum ponitur extra archã ecclesie militãtis saltim merito quamuis non semper numero. Nihilominus ex spãlissima dei gratia illuc quãdoq; reuertitur ad vesperã: id est in senectute qui extra vagatus fuerat in iuuentute: ⁊ tunc portat ramum oliue virẽtibus foliis in ore suo quando ex dei misericordia assumit penitentiam cum fructibus illius. Et hoc est quod quod dicitur Luce.iij. Facite: inquit Christus: fructus dignos penitẽtie. Circa quod aduertendum ꝙ nonnulli ferunt ramum penitentie sed tamen non virẽtibus foliis sicut illi qui ieiunant: orant: et pietatis opera ꝯplent: sed sine viriditate gratie immo cum peccato mortali quod siccitatẽ inducit in anima. Alii autẽ ferunt huiusmodi ramum in ore tantum: quales sunt multi prelati ⁊ predicatores qui nõ habent nisi verba de quibus sal-

nator Matthei.xxiij.dicunt et non faciunt. Alij vero sunt qui ferũt huiusmodi ramum penitentie cũ virentibus folijs:id est cum gratia: et hoc in triplici loco.primo quidem in corde per contritionẽ: secũdo in ore per confessionem:tertio in manu per sanctã operationem et condignam satisfactionem. Et hij proprie dicũtur facere fructus dignos penitẽtie.Qui ergo extra archam ecclesie vaganti sunt per mortale peccatũ nec illic redierunt in mane iuuentutis:aut meridie virilis et perfecte etatis: saltim redire illic studeant aduesperascente iam die in ipsis: quia vt vulgo dicitur.Melius est tarde quã nunquam: quia vt dicitur. xxvi.q. vi.Si presbyter. penitentia in vltimo momento vite vtilis ad salutẽ esse potest. Item Augustinus dicit secũdum quod recitatur de penultima disti. vij. Nullus q penitẽtia si in extremo vite hiatu aduenerit sanat et liberat. Ecce quomodo dñs facit aliquib9 audire misericordiã suã sero. i.in fine vite. Hoc fuit in bono latrone qui quã primũ dixit Christo. Memẽto mei dñe dum veneris in regnũ tuum:mox ait ad eũ Christus: hodie mecũ eris in paradiso. Ecce quomodo auditã fecit sibi de9 q sero misericordiã suã. Nullus tamen debet expectare vsq ad extremam necessitatem cõuerti ad dñm et querere eius misericordiam quia sera penitentia multum dubia est vt dicitur de pe.di.vij.Si quis positus. Unde apostolus Heb.xij dicit q Esau non inuenit locũ penitẽtie.patet ergo quomodo pijssim9 deus facit audire hominibus vocẽ misericordie sue in triplici differentia temporis scilicet mane:meridie:et vespere. Propterea dicebat Psal. vespere:mane:et meridie narrabo et annunciabo.q.d. Ego manifestabo peccatoribus vt nullus desperet de venia q omni tẽpore paratus es suscipere peccatorem ad te reuerti volẽtẽ siue vespere siue mane siue meridie maxime cũ promiseris per Ezechielem prophetam tuum q in quacũq hora ingemuerit peccator omnium iniquitatũ eius non recordaberis ampli9 eiusdem.xviij.

¶ Ceterum aduertendũ iuxta illã secundã clausulã: qr in te speraui:q quãuis in tertio ps precedẽti super illo versu: quoniam in te dñe speraui tu exaudies.etc. Ostensum sit multipliciter et quare sperare debemus in dño. Nihilominus ad hec in presenti iuxta eandẽ materiã paulisper insistendum est. Notandum est ergo q debem9 sperare in domino tripliciratione scilicet.ratione

Omnipotentie v̄ris.
Proprietatits naturalis.
Experientie singularis.

B ¶ Primo igitur debemus sperare in domino ratione omnipotentie v̄ris.quanto enim aliquis princeps aut domin9 est potentior:tanto plus in eo sperare dicunt famuli ipsius: et quotquot subsunt eius dominio:qr quanto potentior: tanto facilius eos potest protegere et tueri ab aduersarijs et potiora dona tribuere illis.

Modo sic est quod deus a deo potens est quod omnia in dictione eius sunt posita: nec est qui possit resistere volūtati sue vt dicebat illa sancta Hester. xiij.capitulo. Ipse enim est qui dominatur a mari vsq ad mare et a flumie vsq ad terminos orbis terrarū: et ideo super omnia in ipso sperare debemus. Sic enim egerunt viri sancti q̄ nos precesserunt et bene fuit illis. Unde Psalmista. In te sperauerūt patres nostri sperauerunt et liberasti eos. Ad te clamauerunt: supple in necessitatibus suis. Et salui facti sunt: in te sperauerunt et non sunt confusi. Propterea scriptura. Ecclesiastici. ij. nos admonet dicēs. Respicite filij nationes hominū et scitote: quia nullus sperauit in domino et cōfusus est. Uidemus enim quod cum miluus vult rapere pullos galline mox omnibus dimissis currūt ad matrē abscondentes se sub alis ipsius sperantes ibi protegi quod si miluꝰ deorsum descenderit: tūc contra ipsum vnguibꝰ: alis: et rostro pugnat gallina pro pullis suis frequēterque preualet. Ita in proposito cum sentimus tentationes demonis insurgere in nobis statim debemus currere ad diuinam protectionem sub qua tuti erimus: quia contra eam nihil preualere potest: et hoc est quod petebat Psalmista cū dicebat ad dominū. Sub vmbra alarum tuarū protege me a facie impiorum: id est demonum qui me afflixerunt: scilicet suis tentationibus: persecutionibꝰ: et suggestionibus: sed quomodo: profecto ipsi demones inimici mei animam meam circundederunt: vt scilicet multitudine tentationū ad peccatū eam traherent: quod vt facilius facerent adipem suum concluserunt: id est peccati delectationem ostenderunt dicentes. O quanta delectatio est in venereis in potibus et cibis: sed tamen tandem os eorum locutū est: id est loquetur superbiam scilicet in repetitione pene: faciunt enim demones sicut astuti sophiste qui celant propositū: immo quasi subridendo argumentantur: donec respondens aliquid concesserit: per quod ipsum ducāt ad inconueniens. Ita in proposito. Unde Gregorius. Diabolus primo blande decipit. Deinde violenter ad supplicium trahit. Summopere ergo caueamus ne nos apprehendat calidus tētator: sed in omni eius tentatione spē nostram ponamus in domino qui est sempiternus adiutor.

¶ Secundo sperare debemus in domino ratione proprietatis naturalis. Nam sicut proprietas hominis est ridere: solis lucere: ignis calefacere et huiusmodi: ita propriū est deo misericordiam impendere: et auxiliū ferre omnibus sperantibus in ipsum et in suis necessitatibus inuocantibus nomen suū. Unde Psalmista. Spera in eo et ipse faciet: supple tecum misericordiam. Non enim seipsum negare potest. Ipse autem dicit de quolibet sperante in eum in Psalmista. Quoniam in me sperauit liberabo eū: supple a tentatione: et si non semper statim

eo quod aliquādo expedit homini tentari ab extrinseco: tamen finaliter liberabo ipz postquam videro eum viriliter decertasse. Interim autem protegam eum ne videlicet succumbat tentationi ꝛ preualeat contra ipsum inimicus. Unde Bernardus. O dulcissima Christi liberalitas in se sperātibus nō deesse. Ratio autem talis liberationis ꝛ protectiōis assignatur cum subditur: quoniam cognouit nomen meum. Cognouit quidem non tam speculatiue quam practice: quia etiā demones cognoscunt nomen domini speculatiue. Unde deuotus Bernardus. Nō nouit nomē domini qui illud assumit in vanū: vel qui dicit domine domine ꝛ non facit que dicit: vel qui ipsum non honorat vt patrem/aut non timet vt dominū Nos autez inquit si nouimus nomen sanctum quod inuocatū est super nos. Desideremus vt semper sanctificet in nobis. Hec ille. Item de hoc alibi idē Psalmista. Sperent in te domine qui nouerunt nomen tuum. Est itaqꝫ noscere deum practice ipsum cognoscendo amare ꝛ gustare quam suauis est dominus: et ideo beatus vir qui ipsum sic cognoscēdo sat in eo. Debemus itaqꝫ in domino sperare propter proprietatē eius naturalez. Unde Gregorius in quadam collecta: deus cui proprium est misereri semper ꝛ parcere. Quia igit misereri ꝛ parcere est deo proprium. Consequenter oportet dicere qđ punire ꝛ iustitiā facere est ei alienū. Nam sicut apis habet duo officia. Primum est mellificare et istud est proprium ꝛ connaturale officiū. Item habet pungere ꝛ hoc est ei quasi alienum quia inde affligitur eo qđ plerunqꝫ pungendo aculeum suū relinquit in carnem illiꝰ quem pungit. Ita in proposito quotiens deus dat me sue misericordie facit officium sibi propriū: sed quando ad hibet aculeum sue iustitie: facit officium quasi sibi alienum ꝛ inuolūtarium: quia inuite punit. Unde ipse dicit Esaye.i. Heu consolabor super hostibus meis ꝛ vindicabor de inimicis meis. Super quo dicit glosa quod more pij patris peccatores licet inimicos plangit et percutit. Sed cū deus sit summe potens quis ergo cogit eum ad se vlciscendum de inimicis suis peccatoribus. Ad hoc respondet Chrisostomus super Matthe. dicēs quod solus peccator qui eius misericordiam nō desiderat: ꝛ q̄ in peccatis semper perseuerare effectat.

¶ Tertio debemus sperare in domino ꝛ in misericordia eius ratione experientie singularis Ipse enim non solum theorice seu speculatiue cognoscit miserias nostras atqꝫ fragilitates: verumetiam ꝛ practice ac longo exercitio. Nā ante suam incarnationem illas sciebat speculatiue tantum sed ex quo factus est homo ipsas didiscit experimento in corpore suo illas sufferēdo triginta trium annorum spacio. Unde Psal. Quomodo miseretur pater filiorū misertus est dominus timentibus se quoniam ipse cognouit

figmentum nostrum: id est fragilitatem nostram. Figmentuz enim proprie dicitur opus figuli quod multū est fragile: quia ad modicum tactum frāgitur. Ita et homo est valde fragilis: tam ex parte corporis quā anime Matth.xxvi. Spiritus quidem promptus est: id est spiritualis natura qualis est: natura angelica: caro autē infirma: id est homo ex anima et carne compositus. De ista autem experientia loquitur Apostolus Hebreorū.iiii. Non inquit habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris tentatū per omnia pro similitudine absqz peccato: id est ad similitudinem aliorū hominum absqz tamen illa tentatione que peccato saltim veniali non caret: qualis est tentatio q̄ est ab intra: id est a carne. Cuz enim aliquis medicus expertus est in suo corpore aliquam grauem infirmitatē vtpote febres: colicam passionem: aut huiusmodi tunc efficitur misericordior alijs qui similē patiuntur egritudinem. Ita in proposito de Christo et de nobis. Ipse enim in corpore suo didicit qualiter nobis afflictis et tribulatis misereri debēt. Patet ergo quomodo sperare debemus in domino et propter quid.

Lectio.cxiiij.

Notam fac mihi viam in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam.

Postquam in precedenti lectione ostensum est quomodo penitens petit a domino in generali vt cito audire cū faciat misericordiam suam eo potissimum quod in ipso solo sperat: hic consequenter ostenditur in particulari qualem misericordiam ab eo petat cum dicitur. Notā fac mihi viā in qua ambulem. Hec enim maxima misericordia est scire: scilicet viam per quam ambulandum est ad deū quam scire non possumus nisi ab eo qui est via: veritas: et vita: et ideo si volumus ipsam scire ab illo ipsius notitiā querere debemus secundum illud Thobie quarto. Omni tempore benedic deum et pete ab eo vt vias tuas dirigat. Hinc propheta Dauid dominū exorans aiebat: viam inquit iustificationū tuarū instrue me: id est fac me scire practice mandata tua per que iustificas homines et que sunt via eundi ad te secūdum illud Matth. decimonono. Si vis ad vitā ingredi serua mandata. Et alibi. Dirige me in semitam rectam propter inimicos meos: supple demones qui nituntur quantum possunt illam mihi claudere: et ab ea me auertere. Hanc igitur viam artam per quaz pauci ambulant et que ducit ad vitam eternaz tu domine deus debes mihi misero peccatori qui ad te ire volo notam facere et rationem allego: quia ad te leuaui animaz meam: scilicet per spem quam in te et de tuo adiutorio habui. Et nota quod ista eleuatio fit per contentum terrenorum et appetitum celestium. quia vt dicit Gregorius. Facile contē-

sist terrena qui se erigit ad divina conspicienda: quidā eniꝫ sunt qui animam suam peccando pedibus conculcāt quales sunt luxuriosi/auari/ ꝛ gulosi: sed penitens animam suam ad deum eleuat per amorem et desiderium supernorum: et ideo exaudiri meretur a domino. vt enim inquit Gregorius super hoc passu: qui appetit infima: nullatenus erigitur ad summa Qui ergo amore celestium veraciter accensus est merito dicere potest illud Psalmiste. Ad te domine leuaui animā meam Beat⁹ certe ille est qui hoc dicere potest. Beatus plane queꝫ iniquitas non onerat: quē delectatio non reuocat: quem voluptas deorsum non inclinat: quem cupiditas non grauat: quem opulentia non deprimit: queꝫ ambitio non trahit: sicut scriptum est in psalmista. Beatus vir cuius est auxilium abs te ascensiones in corde suo disposuit. Hec Gregorius. Allegorice autem secundum Petrum de palude potest exponi iste versus de Christo: ꝛ nō solum presens versus: sed et totus ipse psalmus. Nam vt dicit Hieronymus super tituluꝫ huius psalmi. Iste psalmus cōtinet vocem illius qui pro nostra redemptione semetipsum exinaniuit formam serui accipiens vt nos ad celestia erigeret. Sic ergo iste versus exponitur in persona Christi cuius anima ab instanti sue creationis trinitate reuelante cognouit omnem viam quam deinceps ambulauit ipse Christus homo: atqꝫ in verbo vidit quicquid postea egit ꝛ passus fuit: atque quicquid sibi ab aduersariis Iudeis et aliis decretuꝫ erat fieri vt enim dicitur. Ioannis decimotertio. Sciuit omnia que ventura erant super eum. Poterat ergo merito dicere deo patri. Notam fac mihi viam in qua ambulem: id est omnia ventura super me: quia ad te leuaui animā meam: hoc a te petendo et tuis mandatis semper obediendo: atque tuaꝫ gloriam et non meam querendo.

¶ Item istud verbum potest esse vox humani generis petētis incarnationem filii dei per quam nota facta est nobis via celi. Sicut ergo existentes in medio mari ingruente tempestate/ nescientes quomodo ad portum salutis peruenire possint. sursum respiciunt ad maris stellam. Ita antiquitus in mari huius mundi ad deum leuabant sancti patres animas suas rogantes vt deus mitteret viam: que doceret eos qualiter ambulare deberent: vt ad portum eterne salutis peruenire possent: viam in quam: scilicet illam de qua Joannis decimoquarto. Ego sum via/ veritas/et vita. Merito ergo dicere poterat Adam cui clausa erat via ligni vite ad deum.

Notam fac michi viam in qua ambulem: id est ostende mihi filium tuum visibilem in terris quem sequar. Quia ad te leuaui animam meam: videlicet penitendo de offensa per me commissa.

A ¶ Notandum est autem iuxta hunc textum quod duplex

est via vt dicit saluator. Matthe.vij. Una arta que ducit ad vitam: et pauci sunt qui inueniunt eam. Alia autē lata, et spatiosa, que ducit ad perditionē et multi sunt qui inueniunt, et qui ambulant per eam. In primis ergo loquendo de prima via que bona est: et secura. Quilibet memor sue salutis debet rogare dominum: et dicere presentem sententiam: scilicet notam fac mihi viam in qua ambulem.

B ❡ Hec autem via bona iterum est multiplex.

❡ Prima quidem generalis, et necessaria: et hec dicitur via obseruantie legalis, sine qua nullus adultus potest saluus fieri de qua Matthe.xix. Si vis ad vitam ingredi: serua mandata scilicet non homicidium facies non adulterabis: nō facies furtum: non falsum testimoniū dices. et sic de alijs que ibi continentur. Et similiter Exod. xx. Qui autem non incedunt per hanc viam que regia est: et ideo omnibus communis tandē cadunt in precipitium eternū: secundum illud Psalmiste. Maledicti qui declinant a mandatis tuis. Hanc autem viam notam fecit deus Moysi: et per eū omnibus nobis, quando scilicet dedit illi precepta decalogi in monte Synai. Exod.xx. Unde psalmista. Notas fecit vias suas Moysi filijs Israel volūtates suas. Notanter autem dicit pluraliter vias suas ꝓpter preceptorum pluralitatē. Hec vero via facilis est: quia vt dicitur. i. Joannis.v. Mandata ei⁹ grauia non sunt. Itē Matthei.xi. Jugum meum suaue est et onus meum leue. Item breuis est: quia in lege euangelica nulla ꝑcepta cerimonialia antique legis que multa erant: remanserunt: sed tantum moralia, que sunt tantū decem.

Item hec via est pulchra, et honesta: non talis qualis est via mandatorum legis mahumeti que multa turpia, et inhonesta cōtinet. De hac autem dicitur in psalmo. Equitas testimonia tua ineternū. Item alibi. Omnia mandata tua equitas.

C ❡ Secūda via bona in qua ambulare debemus versus celum dicitur via charitatis de qua in Psalmista. Nouit dominus viam iustorum. Justi autem qui nemini nocent neq; effectu neq; affectu: sed omēs diligunt corde: ore: et opere: et horum viam: id est operationem: nouit domin⁹: id est approbat: et ad vitam eternam acceptat. Hec autem via saltim quantum ad dilectionem proximi ante Christi aduentum erat multis innota: sed ipsemet Christus eam notā fecit omnibus. Matthei.v. dicēs. Audistis quia dictum est antiquis. Diliges proximū tuum, et odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vob; diligite inimicos vestros benefacite his qui oderūt vos et orate pro persequentibus: et calūniantibus vos. In quibus verbis precipit ipse legislator Christ⁹ inimicos tripliciter diligendos: scilicet corde, ore, et opere: vt patet intuenti textum. Hanc etiam viam seruus Christi Paulus nobis notam fecit. i. Corinthiorū.xij. dicens. Ad-

huc excellentiorem viam vobis demonstro: scilicet viam charitatis que inter omnes virtutes est melior via ambulandi versus celum. Unde de ipsa potest intelligi illud Prouerbiorum xxxi. Multe filie: id est multe virtutes congregauerunt diuitias sed tu supple charitas supergressa es vniuersas: tum in nobilitate quia maior horum charitas. i. Corinthiorum. xiii. tum in necessitate: quia vt ibi concludit Apostolus: cetere virtutes/ et dona sine charitate non prosunt: tum in duratione. Fides enim et spes euacuantur in patria: non aut charitas: quin immo magis ibi perficitur. Ecce quomodo via charitatis est excellentior inter omnes vias quibus itur in celum. Per hanc viam incessit Christus: qui ex abundanti charitate animam suam posuit pro ouibus suis. Joannis. x. Item per hanc viam secutus est eum Paulus: qui vt dicitur Romanorum. ix. Optabat ex nimia charitate anathema esse pro fratribus. Similiter per hanc viam secutus est eum Petrus quem cum interrogasset ipse Christus si eum diligeret. Respondit. Domine tu omnia nosti: tu scis domine quia amo te. Per hanc viam secutus est ipsum Joannes euangelista: qui in sua prima canonica quasi per longum valde commendat charitatem: per hanc viam secuti sunt Christum ceteri apostoli/ similiter et martyres tradentes corpora sua propter deum ad supplicia. Per hanc viam Christum secutus est beatus Paulinus Nolane ciuitatis episcopus qui vt refert Gregorius in suo dialogo lib. iii. tante charitatis erga proximos fuit: quod seipsum vendidit pro redimendo filio mulieris vidue. Et breuiter quotquot placuerunt deo per hanc viam charitatis ambulauerunt per quam tandem ad celestia regna peruenerunt quos si cupimus sequi in futuro: eos primo sequamur in presenti.

D ¶ Tertia via per quam possumus tute in celum ambulare: dicitur via humilitatis de qua potest intelligi illud Esa. l. Parate viam domini: id est parate vos ad recipiendum dominum per gratiam in presenti: et ad ambulandum tandem post eum in celum: et hoc per humilitatem. Ideo subditur omnis mons et collis humiliabitur. Per montem et collem omnis superbus et arrogans intelligitur: quem oportet humiliari: si velit debite parare viam domini. Excelsus quippe est dominus/ et valde immensus: et ideo non nisi in corde valde profundo per humilitatem recipi potest. Arcta est porta celi: et ideo non nisi qui paruus fuerit per humilitatem per eam intrare potest. Unde Augustinus super Joannem. Excelsa est patria: humilis est via. Ergo qui querit patriam excelsam: quid recusat viam: id est humilitatem? Item Gregorius super hoc passu. Si inquit ad deum leuare vis animam tuam primo necesse est: vt in teipso deficias per humilitatem: nec super te causa iactantie rapiaris: sed omnibus te inferiorem sentias: et sic in te spiritum superbie extinguas.

Nō te generis nobilitas extollat: non erigat honor: non inflet prudētia. hec ille. Hanc ita que humilitatis viā per quam eundum est in celum notam fecit dominus in sacra scriptura vt ibi Prouerbiorum. xv. gloriam precedit humilitas. Item in euangelio Christus ter fertur dixisse. Omnis qui se humiliat exaltabitur. Non solum autem verbo: verumetiam exemplo notam fecit nobis dominus noster Christus hanc humilitatis viam. Quandoquidē humiliauit semetipsum factus obediens patri vsq; ad mortē: mortem autem crucis. Philippē. ij. Propterea Matthe. xi. dicebat vnicuiq; volenti in celū ascendere. Discite a me quia mitis sum / et humilis corde. Super quo Augustinus de verbis domini. Discite a me non mundū fabricare: non cuncta visibilia / et inuisibilia creare non in ipso mūdo miracula facere: et mortuos suscitare: sed quoniam mitis sum et humilis corde. Cogitas magnā fabricam constituere celsitudinis: de fundamento prius cogita humilitatis. Hec ille. Nā vt inquit hieronymus ad cellantiam. Nihil est quod nos ita et hominibus gratos / et deo faciat. quam si vite merito magne humilitatis infimi simus. Item deuotus Bernardus in quadam epistola. Uis capere celsitudinez dei. Cape prius humilitatem Christi. Per hāc itaq; viam ambulauerunt post Christū sancti apostoli secundum quod eos docuerat. Matthei. xx. dicēs. Qui voluerit inter vos primus esse: erit vester seruus. Nonne per hanc viam fideliter incessit Petrus qui reputans se indignū crucifigi ad instar magistri sui pedibus inuersis elegit mori. Quid dicam de Paulo: qui se abortiuū fatetur: et indignū vocari apostolu; .i. Corinthior. xv. Quid de Joanne Baptista qui quanuis adeo sanctus esset: vt a Judeis. Christus crederetur dicit tamen se non esse Christum: neque Heliam: neq; prophetam: sed tantum vocem clamātis in deserto. Joannis. i. Quid denique de Magdalena / que ex humilitate stabat secus pedes domini dum audiret verbū illius Luce. vij. per hanc igitur viaz humilitatis ambulemus post Christuz: vt nos exaltet in die visitationis.

¶ Quarta via per quā possumus secure ambulare versus celum dicitur via aduersitatis / et et tribulationis: de qua potest intelligi illud Sapientie. x. Justum deduxit dominus per vias rectas: id est per multas tribulationes que patiēter tollerare propter deum faciunt hoīez in mortis articulo recte in celum ascendere tanquam nihil purgabile habentē. Ideo sequitur: et ostendit illi regnum dei. Ostendit inquā in re / seu in effectu. Et ad hoc propositum loquitur Paulus Actu. xiiij. dicens quod per multas tribulationes oportet nos introire in regnum dei. Item Christus de hac via loquens Luce. ix. ait. Qui vult post me venire abneget semetipsum / et tollat crucez suam. Ecce tribulatio quotidie ergo nō satis est semel pati ad-

versa propter christū nisi quotidie ferantur Tollat ergo ver9 patiens crucem suam quotidie et sequatur me inquit saluator Et vere qui patienter sustinet aduersa recte sequi christū dicitur: qui cū malediceretur nō maledicebat. et cum pareretur non comminabatur: vt dicitur. .i. petri. ij. Quid est ergo ferre crucem suam post christum nisi patienter ferre queque aduersa propter ipsum? De hac autem via figura legitur Exodi decimotertio vbi dicitur q dominus populum israeliticū egredientem de egypto non duxit in terram promissionis per viam planam breuiorem/ac faciliorem videlicet per viam terre philistijm que vicina est terre promissionis: sed per viam deserti/que erat via longa/aspera/et dura: in qua sustinuerunt multos labores: et tandem ea transacta cum pene infinitis periculis et malis intrauerūt terram lacte / et melle manentem que celestem patriaz degnat in qua habitat omne bonum/ et nullum malum. Paucissimi tamen intrauerunt respectu totius illius multitudinis que exierat de egypto. et hoc ē signū q paucissimi sunt: qui virtuose vtant aduersis: et per ea perueniant ad terram glorie celestis. Hanc autem viam eundi in celum notā fecit nobis christ9 qui inter pene īfinita mala/ et aduersa patientiam seruans tandem celum conscendit secundum illō Luce. vigesimoquarto. Oportuit Christum pati et ita intrare in gloriam suam. Per hanc viam secutus est cum latro pēdens in cruce ad dexteram ei9 Luce vigesimotertio. Similiter et sancti dei martyres: de quibus canit ecclesia. Ceduntur gladijs more bidentum: nō murmur resonat: non querimonia sed corde. t. m. bene cō. cōs. pat. Item per hanc viam olim perueniet ad sinum Abrahe ille Lazarus vlceribus plenus. De quo dicitur Luce decimosexto q eo mortuo portatus est ab angelis in sinum Abrahe. Studeamus et nos in aduersis patientiam seruare: si velimus cum christo perpetuo regnare.

¶ Quinta via per quam ambulandum est in celum dicitur via penitentie salutaris: de qua non incongrue potest intelligi illud psalmiste. In mari via tua et semite tue in aquis multis. Per mare itaque in proposito penitētia designat: que debet esse cum amaritudine cordis/ oris/ et operis. De amaritudine quidem cordis scribitur. Esaye trigesimooctauo. Recogitabo tibi omnes ānos meos in amaritudine anime mee. De amaritudine vero oris habetur Job decimo Loquar supple in confessione me accusando in amaritudine anime mee. De amaritudine autem operis seu / satisfactionis scribitur in eodem Job decimoseptimo. In amaritudinibus morat oculus meus. Flere enim peccata sua ad satisfactionem pertinet et hec triplex amaritudo significatur in illis mulierib9 hoc nomine Maria nuncupatis que emerunt aromata: vt venientes scz ad sepulchrum vngerent Iesum: de quibus habes Mar-

ciultimo:quia profecto his tribus partibus penitentie debemus vngere Jesum iratum iratum contra nos: vt per talem modum rigor sue ire/et iustitie conuertatur in dulcorẽ misericordie. Quiꝰ vero vie semine sũt partes integrales ipsius penitentie: que sunt contritio cordis/confessio oris/satisfactio operis He autem semite debẽt esse in aquis multis: quia qui vere penitet: et ambulare vult per dictas semitas in seculum debet abundanter flere contendo confitendo/et satisfaciẽdo. Hanc autem viam eundi in celum notam fecit dominꝰ pauperibus peccatoribus dicens. Mat.iiij. Penitẽtiam agite appropinquabit regnum celorũ. Per hanc viam multi peccatores ambulauerunt in celum: vt pote Petrus/Paulus/zacheus Matheus/latro/Magdalena/Maria egyptiaca Pellagia: et pene infiniti vtriusqꝫ sexus homines. Per hanc ergo viam et nos miseri peccatores studeamus efficaciter incedere. attendentes/et formidantes illud Christi verbum Luce.xiij. Nisi penitẽtiã habueritis omnis peribitis.

S ¶ Sexta via ambulandi in celum dicitur via sanctificationis baptismalis. de qua potest intelligi illud psalmiste. Beati immaculati in via. In quibus verbis duo principaliter tanguntur de rite suscipientibꝰ baptismum. Primum est ꝙ tales adhuc existentes in via dicuntur beati scilicet in spe ⁊ tandẽ in re. Et profecto tales merito dicuntur beati: quia vt dicitur in psalmo. Beati quorũ remisse sunt iniquitates: ⁊ quorũ tecta sunt peccata. Beatus vir cui nõ imputauit dñs peccatum. Secundum ꝙ tangitur estꝙ tales baptizati dicuntur immaculati: id est sine macula: eo ꝙ aqua baptismalis aufert omnẽ immũditiam tam actualẽ quã originalem/tam mortalem quam venialem. vt dicitur de conse. dist. iiij. et per baptismũ ⁊.c. paruulo. Item extra de baptismo.c. maiores. Item extra de diuortijs.c. Gaudemꝰ dicitur ꝙ quãuis in baptismo cõiugia nõ soluantur tamẽ crimina ibi dimittuntur. Idem habes in decretis dist. xxvi. deinde. Unde Cassiodorus super psalmũ hoc dicit ꝙ in baptismo sic omia peccata dimittuntur vt nos restituat puritati ade Merito ergo de rite baptizatis/et sic decedẽtibꝰ potest dici illδ Apoc. xiiij. Sine macula sunt ante thronũ dei. Hanc itaqꝫ viam ambulandi in celum notam fecit dñs noster iesus christus Joannis. iij. dicens. Nisi quis renatus fuerit ex aqua/⁊ spiritu sancto nõ potest introire in regnum dei. Per hanc viam ambulant in celum paruuli baptismati dũ moriuntur secũdum ꝙ innuit saluator Luce decimooctano dicens. Sinite paruulos venire ad me talium enim est regnum dei. Et non solum paruuli sed et grandeni si in gratia baptismali decedant. Patent ergo sex vie ambulandi in celum quas nobis notas fecit dñs iesus christus a deo ꝙ nullus potest pretendere ignorantiã circa viam salutis eterne: neqꝫ di

cere seu conqueri cum aposto: lo thoma qui dicit ad dominũ Jo.xiiij. Quomodo possumus viam scire. Sed veraciter vnus quisq; nostrum potest eidẽ do: mino dicere illud psalmiste.

Notas michi fecisti vias vite per quas supple si ambulare vo luero tandem ad implebis me leticia vultu tuo. nec quidẽ ad tempus et raptim sed in perpe tuũ quia delectationes in dex: tera tua vsq; in finem. Cauea: mus ergo ne simus de numero illorum de quibus cõqueritur dominus in psalmo dicens.

Isti non cognouerũt: id est co: gnoscere noluerunt vias meas quib⁹ iuraui in ira mea si pro non supple intrabunt in requi em meam.

H ¶ Preterea notandum q̃ sicut dominus ostendit et notã facit sextuplam viam bonã bo: nis ambulandi in celum: ita et diabolus sextuplam malam vi: am ostendit et notam facit ma: lis ambulandi in infernum nec expectant ipsi maliq; diabolus talem viam eis notam faciat. verumetiam ipsum preueniunt frequenter et quasi rogare eum videntur sigillatim dicendo.

Notam fac michi viam in qua ambulam: scilicet in infernum. Ipse autẽ diabolus quasi eos libenter exaudiendo ostendit eis aliam et aliam viam pro va rietate et conditione peccatorũ siue peccantium in qua ali⁹ sic: alius sic ibat.

¶ Primo itaque peccator su: perbus videtur dicere diabolo Notam fac michi viam scilicet: superbie in qua ambulem sup: ple post te in infernum. Ad te enim et per te peto eam michi notam fieri tanquam ab eo qui ipsam bene nouit quia per eam ambulasti quando de celo cor: ruisti et dictum est tibi a domi no Ad infernum detraheris in profundum laci. Esaye decimo quarto diabolus autem vide: tur illi respondere et dicere.

Ambula post me per viam mon tuosam et altam. appetendo se culi dignitates / honores et a: liis volendo preesse: nunquam autem subesse alios i corde tuo deprime: et teipsum per arro: gantiam extolle. Cumq; exalta tus fueris neminem reuerere. sed oẽs sperne. et caue ne de ta li monte quandoq; descendas in vallem humilitatis: sed sic firmiter sta quousque per mor: tem mecum descendas in abys: sum vt quos vna culpa tenuit: vna claudat gehenna. Merito autem via superbie dicitur mõ tuosa. quia sicut via montuosa est laboriosa et pesona ratio: ne difficultatis: ita et via super bie. hoc patet in illis qui appe tunt seculi honores pro quib⁹ adipiscendis frequenter mul: ta expendunt et multum labo: rant ita vt quandoq; sequatur mors. Unde et merito tales di: cere possunt illud Sapientie. quinto. Lassati sumus in via iniquitatis: est superbie. Ini: quitas enim vt aliquando di: ctum est dicitur quasi nõ equi: tas. Non est autem equum vt aliquis se supra se per superbi: am extollat. ecce quomodo via superbie bene via iniquitatis dicitur in qua lassantur homi: nes frequenter sequitur. ambu lauimus vias difficiles: quia

non nisi difficulter superbi consequuntur optatum. Frequenter enim anxiantur: perturbantur: tristantur: et alijs famulantur quamuis inuite: sed vt perueniant ad honorem intentum. Propterea dicit Gregori⁹ in moralium quod omne quod hic eminet meroribus plus affligitur quam honoribus gaudet Per istam viam montuosam post luciferum qui primus inuenit eam ambulauerunt versus infernum pene infiniti peccatores vtpote pharao quando descēdit in profundum maris rubri quasi plumbum in aquis vehementibus cum suo exercitu. Exodi decimoquinto Similiter Dethan chore et abyron qui superbientes contra Moysem descenderunt in infernum viuentes Numeri decimosexto. Item Amā Hester sexto. Item holofernes Judich decimotertio. Item Anthiochus secundo Machabeorum nono. Item nicanor secundo Machabeorū decimoquinto. et huiusmodi plures.

¶ Secundo homo auarus dicit diabolo saltim virtualiter. Notam fac mihi viam in qua ambulem scilicet versus infernum. Ad cuius petitionē diabolus ostendit ei viam spinosam et valde asperam dicens. Hec est via quam petis et que te ducet ad erternam perditionem, testis est Paulus primi. Thimotheū sexto dicens. Qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem et in laqueum diaboli ⁊ desideria multa inutilia et nociua que mergunt homines in interitū et perditionem. Merito autem dicitur ista via spinosa quia christus Luce octauo comparat diuitias temporales spinis eo quod mētem lacerant distrahendo a dei timore pungunt continuis sollicitudinibus/timoribus ⁊ angustijs cruentare faciunt inducendo ad diuersa peccata / vt mendatiorum proditinum: fallaciarum: periuriorum: vsurarum et huiusmodi quia vt dicitur Ecclesiastici vndecimo. Si diues fueris non eris immunis a delicto. Propterea diabolus / videtur loqui cuilibet auaro et dicere illud Osee secūdo. Sepiam vias tuas spinis: quasi dicat ex abundantia temporalium faciam te ruere quasi quadam necessitate in multitudine peccatorum. Per hanc itaque spinosam ambulant in infernum omnes auari raptores et fures vsurarij ⁊ simoniaci. per hanc viam in infernum descendit diues epulo: ibique sepultus est Luce decimosexto Similiter ananias et saphira eius vxor per istam viam illic descenderunt. Actuum quinto. Item Judas qui ex auaritia vēdidit suum magistrum. Mathei vigesimosexto. Similiter symon qui voluit emere gratiā operandi miracula vt ex inde diues fieret cui dicit Petr⁹ pecunia tua tecum sit in perditionem Actuum octauo et sic de alijs.

¶ Tertio luxuriosus dicit interpretatiue diabolo. Notā fac mihi viam in qua ambulam. scilicet post te in infernum. Ad quem diabolus. Ueni sequere me et ostendam tibi quam viā

tenere debeas. Et tunc ostēdit eiviam lutosam dicens. Hec est via in qua ambulare habes si velis me sequi in infernū quia scriptum est Apocalipsis vigesimoprimo ꝙ pars fornicatorum erit in stagno ardēti igne et sulphure. Si enim fornicatores et adulteri regnum dei non possidebunt vt dicitur hebreorum decimotertio. restat. quod in infernum perpetuo detrudentur. Dicitur autem luxuria via lutosa eo quod vicium carnis maculat tanquam lutum immundum nedum animā verumetiam et corpus. Unde prime Corinthiorū sexto dicit apostolꝰ. Omne peccatū quodcunqꝫ fecerit homo extra corpus suum est. qui autem fornicatur in corpus suum peccat. Vicie platee ciuitatis parisieñ. tempore hyemali / et humido abundant luto valde tenaci et immundo propter quod olim lutecia dicebatur que nunc parisiꝰ appellatur. Sic in proposito homines carnales qui sunt pleni humore corrupto et luto fetide luxurie valde difficulter purgantur. Facilius nempe induci possunt auari ad liberalitatē vsurarij ad restitutionē: symoniaci ad restitutionem superbi ad humilitatem: gulosi ad sobrietatem et sic de alijs vicijs quam homines carnales ad continentiam. Unde de quolibet tali potest intelligi di dici illud psalmiste. Inquinate sunt vie illius in omni tempore. Et bene dicit in omni tempore: qz talis non discernit inter diem festum et non festum inter tempus sacrum quale est tempus quadragesime: et non sacrum. Nec certe mirum quia vt ibi subditur auferuntur iudicia tua a facie eius. Non enim recogitat qualia et quam stupenda iudicia olim feceris tu domine deus de talibus fornicatoribus qualia pro nullo alio peccato fecisti. Hoc patuit in diluuio.

¶ Item in submersione sodome et gomorre. O quis enumerare posset quot milia hominū vtriusqꝫ sexus ambulauerunt per hanc fedam et lutosam viam in infernum a deo vt veri similiter credi possit plures per hanc viam descendere in abyssum quam per cetera vicia etiam simul sumpta. Nonne aliquādo dictum est quod omnis caro corruperat viam suam super terram Genesis sexto. Heu quis etiam hodie non videat pene omnem carnem corrupisse viam suam? Nonne matrimonia plena sunt adulterijs? Nonne continentia sacerdotalis versa est in immunditiam et lutum sacrilegij. absit vt omnes sint tales alias quomodo staret mundus. multitudini tamen malorum loquor que profecto magna est et nimium magna vnde prodholor.

¶ Quarto inuidus dicit diabolo. Notam fac michi viam in qua ambulem scilicet in precipicium eternum. Cui mox diabolus ostendit viam obscuram et tenebrosam dicēs ei. Hec est via quam petis ingredere per eam vsqꝫ ad nos. hec autē via competit ipsi inuido. Nā inuidus dicitur quasi non videns

to quod inuidus non potest videre prosperitatem aut felicitatem alterius cui inuidet absq3 cordis sui afflictione. secundum illud psalmiste. Peccator scilicet inuidus videbit super ple felicitatem proximi et irascetur dentibus suis fremet et tabescet. Item Jeronimus dicit quod inuidia est sibiipsius primum mordax. cui alludit verbum Hugonis de sancto victore dicentis. Inuidia est in suum actorem reciproca de bonis alterius tabescentis animi cruciatus. In cuius figura legitur primi Regum tertio. quod oculi hely caligauerant nec poterat videre lucernam dei antequam extingueretur: Applicatio est facilis dummodo per lucernam dei lucentem intelligas virtutes et merita que posuit dominus in viro iusto per quas lucet coram aliis per bonam famam. sed istud lumen non libenter vident inuidi quia oculis egris odiosa est lux que puris est amabilis. vt dicit Augustinus. Ecce quomodo inuidia est via tenebrosa per quam inuidi ambulant in infernum. Unde de luxuriosis et inuidis loquitur psalmista dicens hec via illorum tenebre et lubricum et angelus domini persequens eos. dicit autē tenebre propter inuidos. lubricum autem propter luxuriosos. angelus autem domini persequens tales est diabolus qui dicitur angelus domini p creationem vel quia est executor iusticie ipsius in puniendis malis. Hic autem angelus persequitur tales multipliciter tum quia trahit eos et ruere facit de peccato i peccatum. Tū quia tandem trahit eos in infernum. Tum quia cum ibi fuerint cruciat eos diuersis et mirabilibus tormentis.

¶ Per hanc viam ambulauerunt multi in infernum vtpote Cayn qui inuidebat fratri suo A bel quod dominus respexisset ad munera ipsius Abel: non autem ad munera sua propter quam inuidiā occidit eū Genesis quarto. Per hanc viam descendit in infernum saul de quo legitur primi Regū decimooctauo quod cum Dauid occidisses philisteum et audisset ipse saul mulieres cantantes saul percussit mille et Dauid decem milia. sermo iste displicuit regi et ex tunc inuidere cepit ipsi Dauid. Similiter per hanc viam descendit in infernum Achitofel qui videns quod non fuerat factum secundum consilium suum. sed potius secundum consilium serui eius chusai circa prelium in eundem contra Dauid: abiens in domum suam seipsum suspēdio interiit. Etiam hodie non desunt viri et mulieres qui per hanc viam ambulantes descendant in infernum vti videre est in curiis principum vbi permaxime regnat inuidia. Item inter rectores communitatum. inter operarios eiusdem artis. inter homines eiusdem vocationis et sic de aliis.

¶ Quinto gulosus et dapibus deditus dicit dyabolo saltim opere. Notam fac michi viam in qua ambulem scilicet post diuitem epulonem in infernum. Ip

se autem dyabolus scita gulosi voluntate ostendit ei viam lautam complantatam diuersis generibus arborum afferentium omnem differentiam escarum delicatarum iam paratarum ad esum. Nam in ramis dictarum arborum videntur lepores et cuniculi perdices et capones assati pendere. Item ex vtraqꝫ parte talis vie sub ipsis arboribus apparent vites onuste vuis maturis quibus compressis statim elicitur vinum preciosum Dicit ergo diabolus gulosis. Hec est via quã paraui vobis per quam ambulare potestis in infernum de qua scribitur Treñ. iiij. Qui vescebantur voluptuose interierunt in vijs. Item prouerbiorum decimosexto. Vir iniquus id est diabolus lactat amicum suum. Id est gulosum: et ducit eum per viam non bonam Per istam non bonam sed pessimã olim ambulauit vsqꝫ ad infernum diues ille epulo de quo legitur Luce decimosexto. quod ibi tandem sepultus fuerit Similiter et illa. xxiij. milia virorum de quibus legitur Exodi. xxxij. quod postquã superflue comedissent et bibissent tandẽ surrexerunt ludere sed descendente moyse de monte exterminati sunt sicut corpore ita ꝛ anima vt verisimiliter creditur Item per hanc viam ambulauit in infernum ille de quo legitur Luce. xij. quod cum haberet multa bona dicebat anime sue. O anima multa habes bona posita in annos plurimos requiesce comede/bibe/epulare. Et mox audiuit vocem dicentem ei. Stulte hac nocte animam tuam demones repetent a te: que autem parasti cuius erunt? Ecce quomodo gulosi ambulant in infernum.

¶ Sexto homo iracundus dicit interpretatiue dyabolo. Notam fac michi viam in qua ambulem supple in infernum. Ad quem ipse dyabolus Veni ostẽdam tibi viam quam tenere debes et tunc ostendit ei viam tumultuosam Dicitur autem via tumultuosa illa via per quam multi ambulantes mutuo se comprimunt ita vt vnus trudat alium atqꝫ alius alium pugno percutiat et quandoqꝫ pedibus conculcet. Sic et iracundi alios qñqꝫ conculcant vbis / cõtumelijs clamori rixis/minis odijs / ꝛqñqꝫ verberibus Et de hac via scribitur in psal. Contritio et infelicitas in vijs eorum scilicet hominum iracundorũ quia aliquando accidit quod tales in furore et ira sua alios percutiunt ad mortem ꝓpter quod per iustitiam conteruntur in corpore per mortem et infelices efficiuntur idest nõ felices et omni miseria atqꝫ opprobrio pleni. et viam pacis nõ cognouerunt: sed potius viam tumultuosam: viam brigosam rixis et discordijs plenam non est timor dei ante oculos eorũ quia si bene attenderent qualiter deus puniuit Cayn qui ex ira occidit fratrem suum Abel vt dicitur Genesis quarto non sic irascerentur in fratres suos Similiter si diligenter cõsiderarent illam domini sentẽtiam Matthei quinto. Omnis qui irascitur fratri suo reus erit

indicia:profecto mitigarēt irā suam. Sed quia nec istud nec illud aduertunt ideo more canum prosequuntur iram suam insequentes passionem suam vnde ad propositum scribitur Prouerbiorum decimoquarto Est via que videtur homini supple iracundo iusta eo scilicet ꝙ talis iustum putat quicquid exequitur commotionis tempore vt dici.xi.q.iij. Illa. Sequitur i predicta auctoritate nouissima autem eius deducunt ad mortem supple eternā Ecce quomodo homo iracundus ambulat per viam tumultuosam et rixosam in infernū. Per hanc viam illic peruenit Cayn Genesis.iiij. Similiter ⁊ Absalon qui ex magna ira ꝙ gerebat aduersus patrem suū Dauid tunc per hanc viam ambulauit vsqꝫ in infernum quādo currens subter quercum mā sit in ramis eius per capillos suspensus secundi Regum decimooctauo. et sic multis alijs Patet ergo quomodo sex genera hominum malorum ambulant per varias vias que eos deducunt in perditionem. de q̄bus potest intelligi illud verbum apostoli Philipenses tertio Multi ambulant quos sepe dicebam vobis nunc autem et flens dico inimicos crucis christi: quorum finis interitus Studeamus ergo omissis his vijs latis et spaciosis ambulare per vias rectas quamuis arctas ⁊ difficiles que ducūt ad vitam eternam. de quibus prius dictum est.

¶ Lectio.cxv.

¶ Eripe me de inimicis meis domine ad te confugi doce me facere voluntatuam quia deus meus es tu.

¶ Postquam in precedenti lectione penitens rogauit dominum vt illi ostendat viam bonam per quam possit ambulā do ad eum in celum peruenire Hic consequenter attendens qualiter demones insidiantur his qui volunt per talem viā incedem vt sic eos impediant et ad viam oppositam que ad perditionem ducit pertrahant Rogat dominum vt illi auxilietur atqꝫ eum protegat dicens: Eripe me de inimicis meis domine De inimicis meis inquā tam visibilibus quam inuisibilibus. id est a dyabolo et a suis membris vt dicit glosa interliteris. Hoc autem debes rationabiliter facere. quia ad te cō fugi tanquam ad eum qui solus potest prestare auxilium i aduersis et necessitatibus cunctis. non sequor ergo trāsgressorem Adam qui post peccatū a te fugit et se abscondit inter ligna paradisi tanquam seruus fugiens dominum suum vt dicit eadem glosa sed ad te confugi tanquam ad protectorem humane salutis ⁊ tanquam ad pium et misericordem dominū animaduertens quod nullus ad te confugiens aliquandocō fusus est. aut a te repulsus. Preter hoc etiā doce me facere voluntatem tuam. quia si me non doces faciam voluntatem meā

quo nil deterius. Hoc etiã secundum debes facere sicut z p̃mum rationem allego. q2 deus meus es tu. Ad alium enim curterem vt inquit dominus Hugo cardi. si ab alio factus essẽ Tu enim es totum quod habeo. non solum dator hereditatis. verum etiam ipsa mea hereditas tu me creasti. tu es de9 meus ergo doce me facere voluntatem tuam.

¶ Notandum est autem iuxta primam clausulam huius versus quod triplex hominum genus potest merito clamare ad dominum et dicere. Eripe me de inimicis meis. zc. secundũ quod iste textus potest tripliciter exponi videlicet allegorice moraliter literaliter. Hi ergo homines sunt.

Christus
Iustificatus
Aduersatus

A ¶ Primo igitur christus ingruente passionis tempore poterat dicere ad deum patrem. Eripe me de inimicis mei. scilicet iudeis querentibus aĩam meam et signanter ab inimico meo mortali iuda qui procurat et festinat me tradere iudeis vnde poterat ipse christus tunc dicere illud p̃s. Eripe me de. ab homine malo a viro iniquo eripe me Iste autem vir malus est iudas qui fuit malus sibi et iniqu9 christo. tum quia ipsum prodidit quod valde iniquum fuit p̃s. Qui edebat inquit christus panes meos magnificauit. super me supplantationem. tum quia loculos habens infideliter se habuit. quia que pauperib9 distribuere iussus fuerat. vxori et familie prodige dabat. Unde Iohan. xij. de eo dicitur quod ea que mittebantur scilicet intra loculos portabat. id est asportabat habebat enim vxorem et prolem secundum illud p̃s. Fiant filij eius orphani et vxor eius vidua. ecce quomodo iniqu9 fuit Quod autem sequitur. Qui cogitauerunt iniquitates in corde tota die. c. p̃l. ad iudeorum pontifices refertur qui dicebant de christo. Quid facimus quia hic homo multa signa facit si dimittimus eum sic omnes credent in eum et venient romani et tollent locuz nostrũ et gentem. Iohannis vndecimo Sequitur ergo. Acuerunt linguas suas sicut serpentes. quando scilicet dixerunt pylato de christo. Crucifige crucifige eum. Luce vigesimotertio. Quod vero subditur venenum aspidum sub labijs eorum. refertur ad illam malitiosam interrogationem qua dixerunt christo. Magister scimus quia verax es et viam dei in. v. d. et non est tibi cura de aliquo. Dic ergo nobis quid tibi videtur: licet censum dari zc. Mathei vigesimosecundo Sequitur. Quorum os maledictione et amaritudine plenum est. Hoc refertur ad illas falsas accusationes quas dixerunt aduersus innocentissimum agnũ christum coram pylato / de quibus loquuntur euangeliste diffuse. Et breuiter totus iste psalmus ad literam potest legi de christo vt patet clare intuenti. Non ergo immerito petebat christus de inimicis

suis liberari. In cuius etiam persona loquebatur idem. psalmista. cum dicebat in alio passu. Eripe me de inimicis meis deus meus et ab insurgentibus in me libera me. eripe me de operantibus iniquitatem ⁊ de viris sanguinum. id est homicidis iudeis salua me. quia ecce ceperũt ⁊c. que omnia ad literã exponuntur de ipso christo. Similiter ille psalmus De⁹ laudez meam ne tacueris quia os peccatoris ⁊c. ad literã partim exponitur de iuda ⁊ parti de iudeis aduersus christum. sicut patet intuenti postillam magistri Nicolai de lyra. Sed forte dices christum aut nõ rationabiliter petiuisse a deo patre eripi de inimicis suis iudeis. aut saltim non fuisse exauditum. Responsio. ad hoc potest dupliciter dici. Primo quidem quod christus talem ereptionẽ petebat secundum sensualitatem sicut etiam in orto petiuit non mori. Secundo dici potest probabiliter quod ipse christ⁹ predicta petebat etiam secundum rationem deliberatam. et tunc fuit exauditus quando deus pater in sua gloriosa resurrectione eripuit eum de manibus iudeorum vniuersaliter secundum illud ps Exurgat de⁹ id est christus virtute tamen diuinitatis ⁊ dissipent inimici eius ⁊ fugiant qui oderunt eũ a facie eius sicut deficit fumus deficiant. Hoc autem ad literã factum est quando christo resurgente terremotus factus est magnus et pre timore exterriti sunt custodes et facti sunt velut mortui. Matthei vigesimo

¶ Secundo homo iustificatus scilicet per penitentiam potest merito dicere ad dominũ. Eripe me de inimicis meis domine. id est a demonibus qui michi ab eis per penitentiam recedenti et ad te cõfugienti valde inimicantur ⁊ aduersantur vt iterum me capiant in laqueis suis. in hoc similes custodi carceris qui captiuum fugientem diligenter cum clientulis aut armatis prosequitur. In cui⁹ figura pharao per quem dyabolus designatur cum maximo exercitu insecutus est filios israel recedentes de terra et obedientia illius: et tendentes versũs terram promissionis. Unde penitens potest designari p illam paruam ciuitatem obsessam de qua legit'. Ecclesiastes. ix. Ciuitas parua et pauci in ea viri. Uenit contra eam rex magnus et vallauit eam. extruxitq; munitiones per girum et perfecta est obsidio. Inuentusq; est in ea vir sapiens et pauper qui liberauit ciuitatez per sapientiam suam. Ad propositum ciuitas parua in qua pauci sunt viri qui scilicet possint resistere aduersariis animam penitentis designat in qua sũt parua merita et virtutes parue seu remisse Rex magnus qui venit contra eam dyabolum significat qui recte rex magnus dicitur eo quod ipse est rex super omnes filios superbie qui profecto multi sũt respectu humilium. hic ergo rex valde indignatur quando aliqua talis parua ciuitas rebellat eius imperio. et ideo vallat eam et obsidet vndiq; querens eã iterũ

suo subiugare imperio, quod si vnus ad hoc non sufficiat tūc assumit septem spiritus nequiores se in sui subsidium. Sed quale remediū ꝑfecto oportet recurrere ad illū virum paupérē ꝛ sapiētem vcȝ Jesum xp̄m in quo et si sint omnes thesauri sapientie et scientie dei absconditi. Nichilominus quandiu in hac mortali vita deguit paupertatem sectatus est. Si quis ergo cum tentatur ad ipsum refugerit proculdubio liberabit ciuitatem suam et eripiet eum de omnibus inimicis suis. Et de istis spiritualibus inimicis dat Gregorius super hoc passu talem similitudinē. Qui inquit ambulat in via. Insidias metuit. hostium timet incursus. predonum perhorrescit impetus ita et qui viam saluti s ambulare desiderat. debet exorare altissimum vt ab inimicis spiritualibus eripiatur presertim attento quod inter ipsos omni die graditur et ꝙ ex omni parte pericula grandia sibi imminent atqꝫ insidie parantur sibi ab eisdem inimicis qui alios necant: alios suffocant/ alios submergūt: alios subito interimunt / et sic de alijs quotidianis insidijs malignorum spirituum. Quis ergo horum inimicorum humane salutis insidias euadere poterit nisi quia deo auxiliatur? Dicat ergo sibi vnusquisqꝫ nostrū Eripe me de inimicis meis. ꝛc. Item illud. psal. Domine refugium factus es nobis.

¶ Tertio homo aduersatus seu tribulatus temporaliter potest merito clamare ad dominum auxilium petendo et dicere. Eripe me de inimicis meis domine. Sepe enim deo permittente multi mali insurgunt aduersus iustum pauperem vt sic conseruetur in humilitate aut certe vt sic purgetur de leui commissa iniquitate. aut forte vt proficiat in patientia et virtute. vnde dicere potest illud psalmiste Circundederunt me scilicet mali sicut apes. et exarserunt sicut ignis in spinis. In quibus verbis notantur duo modi quibus mali aduersantur bonis et simplicibꝰ. Primus est auferendo per detractionem eorum famam. et hoc notatur cum dicitur. Circundederunt me sicut apes Apes enim quamuis sint melliflue tamen semper secum ferūt aculeum in cauda quo pungunt quos circundant. Ita et mali quamuis videantur mel gerere in ore. tñ in cauda. idest retro habent aculeum detractionis. Unde poeta. Qui mel in ore gerit et me retro pungere querit eius amicitiam nolo michi sociam. Secundus modus quo mali nocent bonis est auferendo et depredando eorum temporalem substantiam. et istud notatur cum subditur. et exarserunt sicut ignis in spinis. Nam sicut ignis semel incensus inter spinas comburit et consumit quicqnid ibi inuenit tam siccum quam viride. Ita et mali si semel succendantur igne auaritie et concupiscentie aduersus rem proximi sui. finaliter totum destruunt et consummunt pauperis substantiam siue rapiendo. siue co

ram iudice inique eum defatigando.et iste ignis proprie potest vocari ignis grecus. qui post se nichil dimittit nisi cineres. Sic et ipsi auari dum modo sint potentes persequūtur simplices et bonos vsqȝ ad cineres:idest vsqȝ ad mortem vel vsqȝ ad extremam paupertatem Ita vt quandoqȝ oporteat eos ostiatim mendicare ꝛ proprium solum relinquere qui prius satis abundabant.

¶ Item eis imponunt quodnū quam cogitauerunt vt sic eos peramplius vexent. De hoc historiam habemus tertij Regū vigesimo primo de Jezabel vxore Achab que suscitauit falsos testes aduersus Naboth qui testificarentur eum dixisse blasphemiam :vt sic lapidatus vinea ipsius transiret in dominium / et possessionem ipsius Achab quod et factum est. Sed neqȝ Jezabel neqȝ Achab vir eius euaserunt dei iudicium. Ita neqȝ illi qui per vias obliquas diripiunt terras : et modicas possessiones pauperum. Patet ergo quomodo diuites:et auari exardent : id est extra ardent sicut ignis in spinis:id est in bonis pauperum et modicis diuitijs eorum/que per spinas designantur. Luce octauo Contra quam oppressionem vt ab ea eripiatur. debet ipse pauper ad dominum recurrere : et dicere. Eripe me de inimicis meis domine.

¶ Item ad hoc propositum potest legi principium illius psalmi quinquagesimioctaui Eripe me de inimicis meis deus meus vsqȝ ibi. Intende ad visitandas omnes gentes.ꝛc. Taliter enim orabat dominum ipse Dauid cum persequeretur ad mortem primo a Saule/deinde a proprio filio suo Absalon. Unde ex quadam singulari confidentia ad ipsum dominum dicebat. Dominus qui eripuit me de ore leonis:et de manu bestie liberauit me. Ipse me eripiet de manibus inimicorum meorum. et hoc trahitur ex primi Regum capitu. decimoseptimo. Item predicta verba potest dicere ecclesia seu cetus christianorum cum sentit inimicos suos scilicet infideles temporaliter contra eam preualere :vel etiam fidem destruere. Nam vt dicitur secundi paraliti.xx. Cum ignoremꝰ quid agere debeamus :hoc solum residui habemus: vt oculos nostros dirigamus ad dominum supple dicentes Eripe ꝛc. Hoc autem inquit ecclesia debes facere:quia ad te confugi qui solus potes auxilium michi contra huiusmodi inimicos meos prestare : quia non est aliusqui pugnet pro nobis supple xpianis nisi tu deus nr̄ ꝫ ¶ Ceterum notandum iuxta alteram clausulam vbi dicitur doce me facere voluntatē tuam.ꝛc. quod tam profunda et nobis occulta est dei voluntas pro presenti statu vt non possit nobis inotescere nisi per reuelationem dei secundum illud Sapientie nono. Quis potest scire consilium domini:aut quis poterit cogitare quid velit deus? Si enim voluntas hominis non possit sciri nisi ab eodem reueletur quomodo scie

tur voluntas dei nisi ab eodez manifestetur? Sed profecto ipse dominus deus sufficientissime nobis reuelauit: atq; manifestauit suam voluntatem in scriptura sacra vtriusq; testamenti ita vt nullus possit circa ipsam: aut quid circa nos velit ipse dominus pretendere ignorantiam.

¶ Pro quo notãdum quod triplex est differentia hominũ iustorum.

Quidam sunt incipientes
Quidam proficientes
Quidam vero perfecti

¶ Quantum igitur ad primuz genus hominuz iustorum: qui est incipientium: si incipiens diceret domino deo. Domine deus meus cupio saluare animam meam. Hoc autem minime possum: nisi primum cognouero quid iubeas me facturuz Ideo doce me facere voluntatem tuam: quia deus meus es tu: in quem solum iactaui omnem spem meam. Responderet illi dominus. Voluntas mea circa te est: vt peccatum totaliter deseras: et ad me toto corde per penitentiam teipsum cõuertas. Ita enim decretum est. Ezechielis decimooctauo. Nunquid voluntatis mee est mors impii dicit dñs deus: et non vt conuertatur a viis suis et viuat. Item Joelis secundo Cõuertimini ad me in toto vestro. vt enim dicitur secundi Regum decimoquarto. Non vult deus perire animam sed retractat. id est a peccato quãtum in se est reuocat: cogitans ne penitus pereat: qui abiectus est. Item secunde Petri tertio. Nolens deus aliquos perire: sed omnes ad penitentiam reuerti. Ecce qualiter dominus docet incipientes per sacrã scripturam facere voluntatem suam / que est vt declinent a malo et faciant bonũ. Et de hac volũtate dei erga incipientes possumus dare tale exemplum.

Sit vnus argentarius / qui habeat vnam cupam de auro / vel argento valde pollitam / que casu cadat in lutum. Nunquã propter talem feditatem proiicit argentarius ipsam cupam tam preciosam? Certe non. sed eam iterum ponit in fornacem: vt magis clarificetur quam prius. Hoc autem non faceret de vase luteo / vel vitreo quod est parui valoris. Sic in proposito. Nam postquam homo qui est precisissima creaturarum inferiorum vtpote ad dei ymaginem formatus cecidit in lutum peccati siue luxurie: siue superbie / aut huiusmodi deus non statim proiicit ipsuz a facie sue misericordie: sed multum curat eum renouare / et decorare nec vult quod deperdatur vel damnetur seu etiam annichiletur: sed magis vt reparetur in fornace penitentie: vt sic totaliter clarificatus / et ab omni fece purgatus sit idoneus presentari in celis coram sua maiestate. Et hoc est quod dicit apostolus prime Thimotheum secundo. Deus inquit vult omnes homines saluos fieri: et agnitionẽ veritatis venire.

¶ Secundo si proficiens diceret domio. Doce me facere voluntatem tuam. Utiq; respõderet illi dominus. Volũtas mea

quam volo vt facias est vt in bono / quod incepisti perseueres: nec sis de numero illorum: qui bene incipiunt: sed male perseuerant: et pessime finiunt.
Non enim dictum est qui bene inchoauerit: hic saluus erit: sed tantum qui perseuerauerit vsque in finem Matthei decimo Multi enim filiorum Israel inchauerunt viam que ad terram promissionis ducebat: qui tamen illic minime peruenerunt quia interim mortui sunt. Est ergo perseuerandum vsque in finem. Quamuis enim itinerantibus versus certum locum in omnibus prospere succedat: si tamen terminus non attingitur: totus labor ociosus est.
Ita et in via morum non sufficit bene agere: nisi addatur bene perseuerare. Unde prouerbiorum tricesimo dicitur quod tria sunt que bene gradiuntur et quartum quod feliciter incedit. Illa tria que bene gradiuntur sunt contritio: confessio / satisfactio. Per hec enim tria graditur homo versus celum: sed quartum quod feliciter incedit est finalis perseuerantia: que sola introducit hominem in celum: quia vt dicit Gregorius. Incassum bonum opus agitur: si ante vite terminum deseratur. Propterea ad talem perseuerantiam nos admonet scriptura Ecclesiastes vndecimo dicens. Mane semina semen tuum: et vespere non cesset manus tua. Et in psalmo. Exibit homo ad opus suum et ad operationem suam vsque ad vesperam. Sed proh dolor pauci sunt qui efficaciter velint hanc facere domini voluntatem scilicet in bono perseuerare vsque in finem. Unde Gregorius super Ezechielem homelia tertia versus finem ita ait. Sunt quidam qui magna deliberant: et peccatorum suorum conscij multa ex his que possident distribuere pauperibus pertractant: vt culpas suas ante dei oculus misericordie visceribus redimant: iamque hec inchoant operari: et plerunque cum operantur paupertatis timor eorum animos concutit: atque timentes ne egeant: erga egentes tenaces fiunt: seque ab ea quam ceperant bona operatione suspendunt: sicque retro aspiciunt. Contra quos loquitur saluator Luce nono dicens quod nemo mittens manum ad aratrum et respiciens retro aptus est regno dei.
¶ Tertio si perfectus: et qui nichil purgabile habet dicere domino. O domine deus meus doce me facere voluntatem tuam. Certe illi respondere posset dominus mea voluntas est vt mecum venias in celum. Si enim veraciter sit de me vt dictum per Apostolum meum Paulum quod volo omnes homines saluos fieri: permaxime tamen: et singularius obseruatores voluntatis mee / et mandatorum meorum saluare volo. Huius autem voluntatis diuine ratio est quia artifex cupit et vult ducere opus suum ad finem propter quem factum est. Deus autem non fecit hominem vt semper maneret in hoc mundo: eo quod mundus iste non est nisi via quam intra

mus per portam natiuitatis: et eximus per portam mortis: sed ipsum fecit vt post erumnas: et miserias huius vie patienter tolleratas ipsum coronet i celis sine fine. Unde Luce duodecimo dicebat saluator. Noli te timere pusillus grex quia cō placuit patri vestro dare vobis regnum. Postquam autem homo perfectus assumpt9 fuerit in celum. tunc gratias agēs deo de tanto beneficio vtiq3 illi dicere poterit. O domine deus ecce nunc video: quia in voluntate tua deduxisti me scilicet cum adhuc ambularem in terris : et tandem cum gloria suscepisti me videlicet in celis. Audiant ergo cuncti apostolum Romanorum duodecimo. dicentem. Probetis que sit voluntas dei bona quantum ad incipientes. beneplacens quantum ad proficientes: et perfecta quantum ad peruenientes Ecce quomodo ipse dominus docet quemlibet iustum facere voluntatem : suam secundum triplicem modum predictum.

Sed forte queris quomodo : et vbi docet nos dominus facere voluntatem suam. Responsio de hoc docet nos multipliciter.

D ¶ Primo quidem per legem nature: quam nobis indidit. Hec autem lex sufficienter dictat maiori esse parandum: et potissime qui non nisi recta/ honesta/et vtilia iubet: cuiusmodi est deus.

¶ Secundo per legem veterem vnde Psalmista In capite libri scriptum est de me vt facerem voluntatem tuam deus meus volui scilicet illam facere. Ubi aduertandum quod caput libri psalmorum est illud principium totius operis : vbi dicitur Beatus vir qui non abijt in consilio iustorum Sequitur Sed in lege domini voluntas eius: et in lege eius meditabitur die: ac nocte. Item in psalmista. Notas sicut vios suas : Moysi scilicet dominus filijs israel voluntates suas. Tertio per legem nouam. Johannis sexto. Hec est voluntas eius q̄ misit me: vt omnis qui credit in ipsum non pereat: sed habeat vitam eternam. Cum autem sit vna: et eadem voluntas patris et filij sequitur quod aipse filius : vult sicut et pater quod omnis qui credit in eum non pereat . sed habeat vitam eternam. Ex quo ergo ipse dominus docet nos tam multipliciter facere voluntatem suam. Sequitur quod debemus eam libenter facere: tum propter vitandum supplicium quia vt dicitur Luce duodecimo. Seruus qui cognouit voluntatem domini sui : et non se preparauit : nec fecit secundum voluntatem eius: plagis vapulabit multis: tum propter consequendum premium Matthei septimo. Qui facit voluntatem patris mei: qui in celis est: ipse intrabit in regnum celorum. tum propter implendum preceptum. Si enim reges et principes volunt voluntatem suam adimpleri: alias puniunt inobedientes : quanto magis ille qui est rex regum et dominus dominantiū. Unde primo Machabeorum tertio dicitur. Si

eat voluntas in celo sic fiat.

¶Lectio.cxvi.

¶Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam propter nomen tuum domine viuificabis me in equitate tua.

¶Postqam in precedenti lectione: penitens rogauit dominum obnixe vt eum eriperet de inimicis suis spiritualibus / qui sunt vitia vel demonia: qui volunt ipsum deducere ad terram tenebrosam et opertam mortis caligine: terram miserie. &c. Hic consequenter rogat instanter ipsum dominū vt spiritus eius bonus per oppositum ad spiritum malignū deducat eum ad terram rectam que proprie terra viuentium appellatur dicens. Spiritus tuus bonus deducet. &c. Super quo glo. interlinearis. Spiritus tuus bonus non meus: malus inquit penitens qui duxit me in terram peruersam deducet me in terram rectam. id est in terram viuentium in qua nichil tortuosum: aut obliquū est propter nomen tuum domine quasi dicat scio quod nullo modo nerui illuc perueniant: nisi propter nomen tuum domine quod est Jesus: quod idē valet sicut saluator. Peto ergo vt rem nominis tui impleas in me. Sequitur viuificabis me. quasi dicat penitens ad hoc q spiritus tuus bonus deducat me in terram rectam: rogo vt prius viuifices me scilicet vita gratie in presenti contra mortem peccati Ephe.ij. Cum essemus mortui peccatis conuiuificauit nos in christo. Et hoc i equitate tua. id est propter eqtatem tuam: non propter merita mea Sed videtur quod psalmista rectius dixisset in persona penitentis. Uiuificabis me in misericordia tua / et non in equitate tua maxime cum dicat aposto. Titu.iij. Non ex operibus iusticie que fecimus nos sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit Responsio. Hic non accipitur eqtas pro rigore aut debito iustitie sed potius pro iustitia mia temperata quamuis ergo deus gratis viuificet peccatorē equitas tamen est vt exaudiat humiliter supplicantem Beatus autem Grego. super illo verbo Spiritus tuus bonus. &c. exponens hunc passum cōformiter ad id quod dictum est. dicit sic Constat quia ad malū seu peccatum deduxerat peccatorem suus spiritus. i. peruersa eius voluntas vel etiam spirit⁹ malign⁹: et fortasse deduxerat eū in regionē longinquam in qua substantiam suam dissipauit: a qua quidem regione reuocauit eum spiritus eius bonus & deducit eum in terram rectam: q spinas et tribulos non germinat. propterea apostolus Romano. viij. dicit quod qui spiritu dei aguntur hi filij dei sūt: si autem filij: & heredes: & si heredes: ergo hereditatem possidentes que autem ista hereditas nisi terra viuentium? que

hic terra recta nūcupatur. De qua etiam alibi loquitur Psal. dicens. Mansueti autem hereditabunt terrā. Si ergo inquit Gregorius. hereditas filiorum est: et illi sunt filij dei/ qui aguntur spiritu dei: cū ipsa hereditas sit terra viuentium. Restat qꝫ qui spiritu dei illuminātur: ad terram rectam deducentur: ad quam quicunqꝫ peruenerit: nūqꝫ inde exibit. Si ergo cupimus ingredi terram rectam: a spiritu dei bono optemus deduci: qui solus viam nouit.

A ¶ Sed tamē pro maiori declaratione huius passus est notandū iuxta illud verbū. Spiritus tuus bonꝰ deducet me in terrā rectam: quod spiritussanctus qui nedū est bonus: verūetiā optimus deducit hoīes in triplicem terram: pro varietate personarum: scilicet in terram.

Penitentie salutaris.
Religionis obseruantialis.
Glorie celestialis.

¶ Primo itaqꝫ spiritus bonus seu diuinus quosdā deducit in terram rectam penitentie salutaris. In cuius signum legitur Mat. iiij. qꝫ ductus sit Jesus in desertum a spiritu: scilicet sancto scđm glo. or. ibidē. Uñ Gregoriꝰ in homel. Absqꝫ vlla dubitatione conuenienter accipitur: vt a spiritu sancto ductus credatur: vt illuc eum suus spiritus duceret. Ubi eum ad tentandum spiritus malignus inueniret. Item similiter Lu. iiij. dicitur qꝫ Jesus plenus spiritusancto regressus est a Jordane: et agitabatur spiritu i deserum. xl. diebus. glo. cur dubium veniat a quo spiritu Jesus in desertum duceretur: preponit: quia plenꝰ spiritusancto. Iste ergo spiritus diuinus tunc ducit hominem in desertum penitentie vbi inuenitur terra recta que ducit ad terram celestem: quādoquidem inspirat nos ad assumendā penitentiam in presenti: ne oporteat nos torqueri in futuro. Sed aduertēdum qꝫ ipse spiritussanctus non sic duxit Christum in desertum quasi inuite eū trahendo illuc: sed sua spōte illuc ductus est. Per quod significatur quod q̄ vult digne penitere hoc debet facere spontanee vt quia deum offendit. De ratione eniꝫ operis virtuosi est quod sit voluntarium. Item secundum Gregor. Non sunt deo grata coacta seruitia. Sic ergo peniteat homo vt possit dicere cum propheta. Uoluntarie sacrificabo tibi: scilicet in penitentie assumptione que est sacrificiū valde deo gratum quando voluntarie et non quasi inuite et ex timore assumitur sicut plerique faciūt cū se morituros sentiunt ꝯtra quos loquitur illud decretū nullus. de penultima distinctione. vij. vbi dicit Augustinus qꝫ nullꝰ debet expectare penitere quando peccare non potest arbitrij querat libertatē vt delere possit commissa non necessitatem.

B ¶ Secūdo iste spiritus bonus quosdaꝫ homines deducit in terraꝫ sancte religionis que est via recta eundi in celuꝫ. In cuius rei testimoniū dicit beatus Tho. xij. q. vl. art. iij. in solutione ad tertium quod rationabiliter dici potest qꝫ per ingressum religionis aliquis con

sequatur remissionem omniuz peccatorū. Unde allegat quod in vitis patrum legitur quod eandem gratiaz consequuntur religionem intrantes quā con sequūtur baptizati. Sed quod ista deductio in predictam ter= ram fiat a spiritu bono patet. Nam idez beatus Thomas in opusculis in tractatu cōtra re trahentes homines a religio= nis ingressu: cap. ix. dicit nō es= se multum consiliandum circa religionis ingressum eo q tale desiderium seu propositū nō potest esse nisi a spiritu sancto qui ad meliora carismata solet inducere homines. Propterea i. Tessa. v. dicit apostol9. Spi= ritum nolite extinguere: vbi di cit glosa. Si cui spiritussanct9 ad horā aliquid reuelet seu in= spiret nolite eum prohibere lo qui quod sentit. Modo sic est quod ipse spiritussanctus non solū reuelat docendo quid ho= mo debeat loqui: verumetiam suggerēdo quid facere debeat. Sequitur ergo quod cum ho= mo moueatur ad ingressum re ligionis per instinctum spiri= tussancti qd non debet differre vt humanū requirat cōsilium: sed statiz debet sequi instinctū ipsi9 spiritussancti. Unde Eze chielis. i. dicit quod quocunq ibat spiritus illuc cūte spiritu et recte pariter leuabantur se= quentes eum. Non solum autē istud probari potest authorita tibus sacre scripture: verume= tiam exemplis sanctorum.

¶ Unde narrat Augustin9 in. viij. lib. cōfess. de duobus mi= litibus quorum vnus lecta vi= ta beati Anthonij repletus de siderio vite celestis: dicit socio suo. Ego deo seruire statui: et hoc ex hac hora ī hoc loco ag= gredior te socie charissime si pi get imitari: noli aduersari. Tūc aliter volo et nūc te sequi Ecce quomodo subito spirit9 bonus tangit corda hominum deducendo eos in viam rectaz scilicet sancte religionis et con uersationis singularis. Unde Gregorius in home. penthe. O qualis artifex est iste spiritus. Nulla ad docendum mora agi tur ī omne quod voluerit mox vt tetigerit mentē docet solūq tetigisse docuisse est. Nam hu= manum animum subito vt illu strat immutat. Propterea ipse Aug. in predicto lib. viij. cōfes. seipsum reprehendit de hoc q retardabat suam cōuersionem ita inquiens. Nō erat omnino quid respōderem veritate con uictus nisi tantuz verba lenta et somnolēta modo: ecce modo sine paululū. Sed modo et mo= do non habebat modum et sine paululum in longum ibat hec ille. Sz fortassis dicet aliquis non video q homo debeat pre cipitare ingressum religionis maxime cū scriptū sit. i. Jo. iiij Nolite credere omni spiritui sed probate spiritus si ex deo sint. Modo sic est ad propositū ingrediendi religionem ex deo non est maxime cū tale propo= sitū frequenter dissoluatur per exitum religionis. Dicitur au= tez Act. v. q consiliū seu opus dei dissolui non potest igitur. et c. Ad hanc obiectionem respō det. d. s. xxij. q. vi. art. vlt. in sol. ad. i. dicens. quod illa proposi tio Joannis probate spiritus

si ex deo sint tantum habet locum in dubijs: ingressus autez religionis inter dubia non debet computari sed omni habenti tale desiderium constare debet quod sit a spiritusancto cuius est deducere hominē in terram rectaz. Nec huic obstat ꝙ aliqui retrocedūt quia nō omne quod est a deo incorruptibile: aut inuariabile est. Alias neqꝫ creature corporales aliquā do corrumperētur neqꝫ habēs gratiam illam amittere posset quod est hereticuz. Dicat ergo ad dominum omnis volens animam suaz saluare in sancta religione. Spiritus tuus bonꝰ deducet me in terram rectam: id est ad claustralem ⁊ regularem vitam. Non enim deducit hominem ad religionem distortam seu dissolutam scitam esse talem: sed tantum ad rectam ⁊ bene reformatam in qua veraciter colitur deus. Dicat inqꝫ omnis talis ad dominuz illud psalmiste. Deduc me in semita mandatoruz tuorum: id est per semitam mandatorum tuorum deduc me ad celestem gloriam quia ipsam scilicet gloriam volui ⁊ toto corde cōcupiui. Sed queris que sit hec semita mandatorum dei. Respondeo ipsa semita obseruatio consiliorum est per quam facilius seruātur mandata ⁊ securius atqꝫ commodius peruenitur ad celestez gloriam sicut videmus ꝙ frequenter ambulantes ⁊ qui cognoscunt vias accipiunt semitam per quā citius perueniūt ad terminum.

¶ Tertio: iste spiritus bonus deducit quosdam quanuis nō omnes in terrā glorie celestialis: de qua quidam terra scribitur in psalmista. Credo videre bona domini in terra viuentium. Unde iste spiritus est ille qui operatur circa hominez iustum illa de quibus Sapien. x. Iustū deducit dominus super spiritussanctus per vias rectas ⁊ ostendit illi regnum dei et dedit illi scientiam sanctorū honestauit illum in laboribus et compleuit labores illius. In fraude circunuenientium illū affuit et honestum fecit illum. Custodiuit illum ab inimicis: et a seductoribus tutauit illuz et certamen forte dedit illi vt vinceret.

¶ In quibus verbis notantur plura bona que predictus spiritus bonus operatꝰ circa quēlibet electum.

D ¶ Primum igitur bonum est directio in vltimum finem beatificum per debita media: quia iustum deducit dominus per vias rectas: scilicet in paradisum. Sed que sunt ille vie recte: profecto obseruatio mandatoꝝ dei secundū illud Matthei. xix. Si vis ad vitā ingredi serua mandata. Uel iste vie recte sunt contritio/ confessio/ satisfactio/ que merito dicuntur vie recte: quia recte faciūt hominem ascendere in celum. Matthei. iiij. penitentiam agite appropinquabit regnum celorum. Exod. iij. ibimus viam trium dierum. Uel dic qđ iste spiritus bonus quosdaz deducit in celum per viam latam et communez sicut bonos laicos qui per viam mādatorum perueniunt ad celum. Alios dedu

cit per paruas: z artas semitas sicut religiosos qui per obseruantiam votorũ vadunt ad celũ. Alios deducit per vias spinosas et petrosas sicut illos q̃ patiuntur multa aduersa propter Christũ quales sunt martyres: alios illic deducit p vias aquosas et fontales sicut paruulos qui per aquaz baptismi ingrediũtur celum. Et omnes istos deducit sursum per vias rectas.

¶ Secundum bonum qđ operatur spiritussanctus circa electum est felicitatis eterne largitio: ideo subditur: z ostendit illi regnũ dei: scilicet per apertam visionem. Nam postquam ipse spiritussanctus iustum deduxit in p̄senti per vias rectas id est virtuosas puras et sanctas que recte ducũt ad celum restat quod tali decedenti ostẽdat gloriã sempiternam quam tanto labore quesiuit: et tanto desiderio concupiuit: z hoc est deducere hominem iustum in terram rectam.

¶ Tertium bonum est intellectus illuminatio in presenti: vt scilicet talis cognoscat q̃ sunt per eum agenda z que fugienda: et similiter que credenda. Ideo subditur. Dedit illi scientiam sanctorum: id est similem scientiam practicam illi sciẽtie quam habuerunt illi qui nunc regnant cum deo in celo cũ hic viuerent: vel dic quod scientia quam habuerunt sancti fuit ꝙ elegerunt in presenti puniri et cruciari: vt in futuro possent perpetuo gloriari.

¶ Quartum bonũ est bona fama que multum prodest saltim ad proximorum edificationem Ideo sequitur. Honestauit illũ in laboribus: id est honestum z preclarum fecit illum in operationibus suis laboriosis quas gessit in vita preseruando eum a scandalis z confusionibus.

¶ Quintuz bonum est finaliter omnis mali ablatio. Solẽt em̃ pauperes agricole assumere vestes viles quando vadũt ad laborem: sed in die festo eas totaliter relinquũt z aliis vestibus honestis z mundis se induunt Ita i proposito iusti in presenti pauperrime induũtur: quia mortali corpore quod repletũ est omni immunditia z spurcitia. Ratio huius est: quia sunt in continuo labore circa salutẽ operandam: sed in futuro post quã: scilicet hec omnia transierint induẽtur vestimentis glorie z iocunditatis secundum illud Apoc.xxi. Absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorũ: z mors vltra non erit: neque luct⁹ neq; clamor: neq; dolor erit vltra: q̃ prima abierunt Et dixit qui sedebat in throno. Ecce noua facio omnia: z hoc est quod subditur vbi supra et compleuit: supple de⁹ labores illius: scilicet viri iusti transeũtis de hoc mundo ad patrem.

¶ Sextũ bonum est cõtra omnes aduersarios protectio. Iustus em̃ potest aduersari z agitari ab aduersariis seu inimicis visibilibus qui sunt homines mali et ab inuisibilibus qui sunt spiritus maligni. De⁹ autem protegit ipsum ab vtrisq;. Primo quidem ab hominibus malis. Ideo dicitur. In fraude circumuenientiuz illi affuit. zc.

Et proprie quidē dolosi et fallaces mercatores dicuntur circunuenire in fraude iustum eo quod non sit astut⁹ in fallacijs huius seculi. Hoc autem prohibet Apostolus.i.Thess.iiij. dicens. Neqȝ circunueniat quis in negotio fratrem suum: quoniā vindex est dominus de omnibus his qui scilicet circunueniunt proximum suū negotiando. Dominus autē protegit iustum contra huiusmodi aduersarios nō quidem vt nullo modo illi noceāt temporaliter: sed patientiam illi conferendo: vt possitqueqȝ aduersa ferre equanimiter. Secundo vero eundē iustū protegit dominus ab inimicis inuisibilib⁹ et malignis spiritib⁹ vt ei nō noceant quo ad bona anime: ideo subditur. Custodiuit illum dominus ab inimicis: id est demonibus Itē vt ipsum suis astutijs ꝛ tentationib⁹ fallacissimis non seducant: maxime cū habeant mille nocendi modos. ideo subinfertur ꝛ a seductorib⁹ tutauit eū. Nec solum spiritussanctus custodit ipsum iustum a talibus inimicis aut etiam a talibus seductoribus ipsum tutat: verū etiam dat ꝛ virtutem ꝛ potestatem vincendi huiusmodi inimicos ꝛ seductores in prelio spirituali. Ideo tandem subditur Et certamen forte dedit illi vt vinceret: quia vt dicitur.i.Corinthiorum.x. Fidelis est deus qui nō patietur vos supple iustos tentari supra id quod potestis: sed faciet cum tentatione prouentum vt possitis sustinere. Specialissime autem spiritussanctus custodit iustuȝ in mortȝ articl'o ab inimicis suis demonibus ne contra eum preualeant. Item tūc ipsum tutat ne eum seducant ꝛ finaliter dat ei certamē ne ipsum in abyssuȝ trahant: sed facit eum de ipsis gloriose triūphare. Patent ergo sex genera bonorum q̄ operatur spiritussanctus quē psalmista vocat spiritum bonū circa quemlibet iustum ad regnū celeste electum.

E ¶ Notandum est preterea q̄ qui vult duci in terraȝ rectā per istū spiritum bonum debet obseruare spiritualiter quicq̄d obseruare solent corpaliter illi qui volunt facere aliquod magnum viagiū seu peregrinationē. Tales enim solēt in primis deferre aliquod signū supra se q̄ sint peregrini sicut illi q̄ vadūt Romā habēt in pileo figuram duarū clauiū. Item q̄ vadunt ad beatum Jacobū deferunt burdonē, maletam: pileū, ꝛ huiusmodi. Scdo solēt querere bonū vinū ꝛ panem si sint pecuniosi. Item quando inueniunt pulchrū fontem solent se ibi lauare ꝛ refrigerare presertim tempore estiuo. Item solēt quandoqȝ deferre quedā leuia medicamina cum quibus inungunt articulos pedū suoꝝ aut huiusmodi si fuerit necesse Itē solent excutere puluerē aut lapillos de pedibus suis: q2 possent eos ledere et impedire ab ambulando. Itē ꝛ finaliter solēt querere viā ab illis q̄ sunt de patria: vel qui iam reuertūt de loco ad quē vadūt ꝛ veniūt eis obuiā. Ita suo mō spūaliter debet facere ille qui vult deduci a spū bono in terrā rectam.

cit per patuas: artas semitas sicut religiosos qui per obseruantiam votorũ vadunt ad celũ. Alios deducit per vias spinosas et petrosas sicut illos q̃ patiuntur multa aduersa propter Christũ quales sunt martyres: alios illic deducit p vias aquosas et fontales sicut paruulos qui per aquaz baptismi ingrediũtur celum. Et omnes istos deducit sursum per vias rectas.

¶ Secundum bonum qđ operatur spiritussanctus circa electum est felicitatis eterne largitio: ideo subditur: ⁊ ostendit illi regnũ dei: scilicet per apertam visionem. Nam postquam ipse spiritussanctus iustum deduxit in p̃senti per vias rectas id est virtuosas puras et sanctas que recte ducũt ad celum restat quod tali decedenti ostẽdat gloriã sempiternam quam tanto labore quesiuit: et tanto desiderio concupiuit: ⁊ hoc est deducere hominem iustum in terram rectam.

¶ Tertium bonum est intellectus illuminatio in presenti: vt scilicet talis cognoscat q̃ sunt per eum agenda ⁊ que fugienda: et similiter que credenda. Ideo subditur. Dedit illi scientiam sanctorum: id est similem scientiam practicam illi sciẽtie quam habuerunt illi qui nunc regnant cum deo in celo cũ hic viuerent: vel dic quod scientia quam habuerunt sancti fuit ꝙ elegerunt in presenti puniri et cruciari; vt in futuro possent perpetuo gloriari.

¶ Quartum bonũ est bona fama que multum prodest saltim ad proximorum edificationem Ideo sequitur. Honestauit illũ in laboribus: id est honestum ⁊ preclarum fecit illum in operationibus suis laboriosis quas gessit in vita preseruando eum a scandalis ⁊ confusionibus.

¶ Quintuz bonum est finaliter omnis mali ablatio. Solẽt em̃ pauperes agricole assumere vestes viles quando vadũt ad laborem: sed in die festo eas totaliter relinquũt ⁊ alijs vestibus honestis ⁊ mundis se induunt Ita i proposito iusti in presenti pauperrime induũtur: quia mortali corpore quod repletũ est omni immunditia ⁊ spurcitia. Ratio huius est: quia sunt in continuo labore circa salutẽ operandam: sed in futuro post quã: scilicet hec omnia transierint induẽtur vestimentis glorie ⁊ iocunditatis secundum illud Apoc. xxi. Absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorũ: ⁊ mors vltra non erit: neque luct⁹ neq̃ clamor: neq̃ dolor erit vltra: q̃ prima abierunt Et dixit qui sedebat in throno. Ecce noua facio omnia: ⁊ hoc est quod subditur vbi supra et compleuit: supple de⁹ labores illius: scilicet viri iusti transeũtis de hoc mundo ad patrem.

¶ Sextũ bonum est cõtra omnes aduersarios protectio. Iustus em̃ potest aduersari ⁊ agitari ab aduersarijs seu inimicis visibilibus qui sunt homines mali et ab inuisibilibus qui sunt spiritus maligni. De⁹ autem protegit ipsum ab vtrisq̃. Primo quidem ab hominibus malis. Ideo dicitur. In fraude circumuenientiuz illi affuit. ⁊c.

Et proprie quidē dolosi et fallaces mercatores dicuntur circunuenire in fraude iustum eo quod non sit astut⁹ in fallacijs huius seculi. Hoc autem prohibet Apostolus.i. Thess.iiij. dicens. Neqꝫ circunueniat quis in negotio fratrem suum: quoniā vindex est dominus de omnibus his qui scilicet circunueniunt proximum suū negotiando. Dominus autē protegit iustum contra huiusmodi aduersarios nō quidem vt nullo modo illi noceāt temporaliter: sed patientiam illi conferendo: vt possitqueqꝫ aduersa ferre equanimiter. Secundo vero eundē iustū protegit dominus ab inimicis inuisibilib⁹ et malignis spiritib⁹ vt ei nō noceant quo ad bona anime: ideo subditur. Custodiuit illum dominus ab inimicis: id est demonibus Itē vt ipsum suis astutijs ꝛ tentationib⁹ fallacissimis non seducant: maxime cū habeant mille nocendi modos. ideo subinfertur ꝛ a seductorib⁹ tutauit eū. Nec solum spiritussanctus custodit ipsum iustum a talibus inimicis aut etiam a talibus seductoribus ipsum tutat: verū etiam dat ꝛ virtutem ꝛ potestatem vincendi huiusmodi inimicos ꝛ seductores in prelio spirituali. Ideo tandem subditur Et certamen forte dedit illi vt vinceret: quia vt dicitur.i. Corinthiorum.x. Fidelis est deus qui nō patietur vos supple iustos tentari supra id quod potestis: sed faciet cum tentatione prouentum vt possitis sustinere. Specialissime autem spiritussanctus custodit iustuꝫ in mortꝫ articl'o ab inimicis suis demonibus ne contra eum preualeant. Item tūc ipsum tutat ne eum seducant ꝛ finaliter dat ei certamē ne ipsum in abyssuꝫ trahant: sed facit eum de ipsis gloriose triūphare. patent ergo sex genera bonorum q̄ operatur spiritussanctus quē psalmista vocat spiritum bonū circa quemlibet iustum ad regnū celeste electum.

E ¶ Notandum est preterea ꝙ qui vult duci in terraꝫ rectā per istū spiritum bonum debet obseruare spiritualiter quicq̄d obseruare solent corpaliter illi qui volunt facere aliquod magnum viagiū seu peregrinationē. Tales enim solēt in primis deferre aliquod signū supra se ꝙ sint peregrini sicut illi q̄ vadūt Romā habēt in pileo figuram duarū clauiū. Item q̄ vadunt ad beatum Jacobū deferunt burdonē, maletam, pileū, ꝛ huiusmodi. Scd'o solēt querere bonū vinū ꝛ panem si sint pecuniosi. Item quando inueniunt pulchrū fontem solent se ibi lauare ꝛ refrigerare presertim tempore estiuo. Item solēt quandoqꝫ deferre quedā leuia medicamina cum quibus inungunt articulos pedū suoꝝ aut huiusmodi si fuerit necesse Itē solent excutere puluerē aut lapillos de pedibus suis: qꝛ possent eos ledere et impedire ab ambulando. Itē ꝛ finaliter solēt querere viā ab illis q̄ sunt de patria: vel qui iam reuertūt de loco ad quē vadūt ꝛ veniūt eis obuiā. Ita suo mō spūaliter debet facere ille qui vult deduci a spū bono in terrā rectam.

¶ Primo quidem talis debet deferre signumq peregrinatur versus illam terram. Istud autem signum est caracter baptismalis per quem discernuntur. fideles ab infidelibus: et filij dei a filijs diaboli qui habent caracterem bestie in frontib9 suis vt dicitur Apocalipsis.xiiij. Predictum tamen signum potest esse fallax sicut patet in malo christiano qui habent signũ et nomen christiani sed nõ opera. Da exemplũ de illis coquinis vulgariter loquendo qui quãdoq deferunt insignia alicuius peregrinationis quã nũquam fecerunt. Unde.xxij.q.v. Cauete dicit Ambrosi9 q mendacium est christianum se dicere et opera christi non facere. Item Augustin9 de fide ad petrum. Firmissime inquit tene et nullatenus dubites non omnes qui intra ecclesiam catholicam baptizantur accepturos esse ad vitam eternam sed tantũ eos qui percepto baptismate recte viuũt regnum celorum non habebunt iudei pagani et scismatici sic nec catholici criminosi illud possidere poterũt. Hec ille.

¶ Secundo talis qui vult ire in celum debet freqũeter sumere illum delicatum panem et illum preciosum bibere potũ de quibus loquitur christus Jo. vi. dicens. Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus. Abstinere autem totaliter ab isto cibo et potu mortem inducit culpe et gehenne. Unde vbi supra. Nisi (inquit christus) manducaueritis carnem filij hominis et biberitis eius sanguinem non habebitis vitã in vobis. Si ergo velim9 q spiritus bon9 deducat nos in terram rectam tempore et loco comedamus hunc panem et bibamus istum potum: quia christ9 promisit vbi supra dicens. Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem: habet vitam eternam scilicet in spe. et tãdem habebit in re. Uel habet vitam eternam: id est gratiam spiritussãcti que est arra vite eterne que tandẽ dabitur illi.

¶ Tertio qui vult deduci ĩ terram rectam celi debet frequenter se lauare contra ardorem peccati in fonte penitentie qui semper presto est et paratus inuenitur tanquam omnibus cõmunis. Unde zacharie.xiij. In die illa scilicet in die legis gratie erit fons patens domui Dauid et habitantib9 hierusalem in ablutionem peccatoris. Iste igitur fons penitentiam significat que patens est domui Dauid: id est omnibuspeccatorib9 qui per domuz Dauid qui fuit peccator designantur et breuiter est communis omnibus habitantibushierusalem: id est in mundo isto et hoc ad abluendũ peccata. Ista est aqua quã olim promiserat domin9 Eze. xxxvi. dicens. Effundam super vos aquam mundam et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Iste fons olim fuit occult9 adeo vt dicat apostolus Hebreorum. xij. q Esau non inuenit locum penitentie sed ipsum nobis reserauit et cũctis peccatoribus palam fecit benedictus christus in suo aduentu, maxime autem cũ dicit

Matthei. iiij. penitentiam agite appropinquabit enim regnū celorum. Itē quando clamabit in templo dicens illud Jo. vij. Si quis sitit veniat ad me ꝛ bibat.

¶ Quarto qui vult deduci in predictam terrā que supra omnes celos est est debet habere aliqua medicamina ad inungēdum plagas suas per que intellige sacramentum extreme vnctionis cuius materia est oleū oliuarum per quod quidē oleū seu sacramentū sanātur parue plage et communes a quibus regulariter nullus adultus potest esse inexpers ꝛ ille sunt peccata venialia. vel etiā reliquie precedentium peccatorum. Et de hoc scribitur Jacobi. v. Infirmatur quis in vobis inducat presbiteros ecclesie ꝛ orent super eum vngentes eum oleo in nomine domini. Sequitur ꝛ si in peccatis fuerit remittentur ei.

¶ Quinto cupiēs deduci in dictam terrā debet excutere puluerem de pedibus suis ne ipsū grauet et impediat ab ambulādo. Per ipsum autem puluerē in proposito intellige temporalia bona que proprie nō sunt nisi cinis et puluis. in cui⁹ rei signum etiam aurum et argentum quandoqȝ artificiose rediguntur in puluerem ita vt ibi videatur magis figura cineris quam auri vel argenti. Hunc itaqȝ puluerem substantie temporalis debet omnis qui cupit ascendere in celum excutere de pedibus affectionum suarū ne huiusmodi puluis eum impediat ab ambulando versus celū. Et hoc spiritualiter voluit innuere ipse christus Matthei decimo et Marci. vi. quādo dixit discipulis suis quos mittebat ad predicationis officium vt excuterēt puluerem de pedibus suis et hui⁹ ratio est quia qui habet pedes mentis lutosos aut puluere conspersos per inordinatum amorem temporalium non potest ambulare in celum. In cuius rei testimoniū dicit christus Matthei. xix. ꝙ diues difficile intrabit in regnum celorum. Deinde facili⁹ inquit est camelum per foramē ac⁹ trāsire quā diuitem intrare in regnum celorum. Propterea ipse christus cena facta cū lauisset aliquorum discipulorū pedes et venisset ad petrum: dicit ei petrus ex humilitate. Nō lauabis mihi pedes ineternū. Ad quem christus. Si non lauero te non habebis partē mecum. Ex quibus verbis liquet aperte ꝙ ipse christus loquebatur non de pedib⁹ corporeis sed potius de affectionibus mētis Sūt itaqȝ huiusmodi pedes lauandi per purgationem luti et pulueris auaritie necnō vniuersalis nequitie.

¶ Sexto et vltimo qui cupit efficaciter ire in celum debet querere viam ab illis qui eam nouerunt scilicet a peritioribus ꝛ doctioribus se secundum illud psalmiste. Interroga patrē tuum et annunciabit tibi maiores tuos et dicent tibi. Vñ Malach. ij. dicit. Labia sacerdotis custodiunt scientiā et legem requirent ex ore eius scilicet simplices et illiterati. Sed profecto multi sacerdotes hodie ne-

sciunt viam que ducit in terrā rectam. nesciunt inquam neqꝫ speculatiue neqꝫ practice: ideo eam alijs docere non possunt sed iuxta domini sententiā ceci sunt et duces cecorū et ideo iam ipsi quam eorum subditi frequenter tā in foueam erroris quam culpe aut etiam gehēne cadunt quia vt dicit gre. in suo pastorali.c.ij. Cum pastor per abrusta graditur ad precipitium grex sequitur.

¶ Precipue autem dicta via est querēda a domino iesu christo que eam vtiqꝫ bene nouit. Si ergo eam scire desideras ipsum interroga per exercitium sacre scripture et eam docebit te potissime in sacro euangelio. Nā ibi docet pastores qualiter incedere debent per hanc viam dicens Joh. decimo. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Item subditos docet incedere per viam obedientie Matthei vigesimo tertio. Quecunqꝫ dixerint vobis seruate et facite. Item religiosos docet incedere per viam paupertatis Matthei decimonono Si vis perfectus esse vade et vende omnia que habes et da pauperibus: et veni et sequere me. Item diuites per viam liberalitatis ⁊ misericordie ad pauperes Luce decimosexto. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis vt cum defeceritis recipiant vos in eterna tabernacula. Item oēs per viam charitatis. Mat. v. Diligite inimicos vestros. ⁊ ce. Patet ergo quid a nobis obseruandum sit si velimus ꝙ spiritus dñi bonus deducat nos in terram rectam.

Lectio.cxvij.

¶ Educes de tribulatione animam meam: et in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos.

¶ Postquam in precedenti lectione penitens suppliciter exorauit dominum vt spiritus eius bonus deducat eum post hanc miseram vitam in terram rectam: id est ad celestem gloriam. propter quam fecit ipse dominus hominem. Hic cōsequēter exorat eundem dominum, vt in mortis articulo propicietur ei et hoc dupliciter. primo quidem animam suam a corpore in quo multa patitur educēdo. Nam vt dicit glosa interlinea. tunc educit deus de tribulatione animā penitentis: quādo data venia et omnium peccatorum remissione iubet eam exire de seculo aut de corporis ergastulo quasi de carcere. Dicit ergo Educes. id est rogo vt educas de tribulatione animam meam. id est de tempestate ad tranquillitatem. de lamētatione ad perpetuam leticiam de obscuritate ad lucem inaccessibilem. Secundo orat eūdē dñm vt propicietur ei preseruando ipsum ab insultu inimicorum suorum demonum qui in articulo cuiuslibet etiā quātumcunqꝫ sancti solent comparere vt sciam si aliquod ius in eo habeāt. ideo dicit et in misericodia tua non immerito meo disperdes. id est rogo vt disper

das omnes inimicos meos scilicet inuisibiles vt nihil possint contra me quinimmo rogo te vt tunc eos longe facias a me: quia valde eos timeo.

Taliter ergo operare et fac vt valeam tibi gratias referendo dicere illud Psalmiste. Inimicos meos dedisti mihi dorsum et odientes me disperdisti.

Possumus autem hunc passum tripliciter exponere conformiter ad dominum patriarcham de palude. Primo quidem literaliter de Dauid qui cum esset in multiplici tribulatione constitutus maxime, eo tempore quo fugiebat a facie saul. similiter et a facie absalon filii sui preuidit in spiritu prophetico suam liberationem futuram: atque omnium inimicorum suorum vindictam et punitionē: et de vtroque in presenti loquitur dicens. Educes de tribulatione animam meam et in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos. Inimici autem dauid fuerunt saul, absolon, hisbo sech, abner, sibba, semey, achitofel et huiusmodi. quos omnes disperdidit dominus ex magna misericordia sua quam fecit ipsi Dauid cui promiserat regnum israel similiter et semini suo. Secundo istum versum possumus exponere moraliter in persona cuiuslibet penitentis cuius anima educitur de tribulatione graui quando liberatur ab aliqua grandi tētatione effugatis demonibus seu etiam superatis carnis motibus et insultibus. aut similiter quando liberatur per penitentiam ab omnibus peccatis. Nam hec oīa genera inimicorum penitentis aduueniente spiritussancti gratia fugantur disperduntur et velut fumus quem pellit vehemens vētus deficiunt. Et de hoc potest intelligi illud psalmiste. Ortus est sol et cōgregati sunt et in cubilibus suis collocabantur.

Exibit homo ad opus et cetera. Ubi nota quod ortus solis in proposito designat aduentum gratie spiritussancti in corde penitentis. Orto igitur isto sole: tunc omnes predicti inimici hominis congregantur simul vt simul exeant: et tunc in cubilibus suis collocant cum ipsi demones stipati multitudine peccatorum redeunt ad conscientiam alterius hominis. Unde primo exierant secundum illud. Luce nono. Cum immundus spiritus exierit ab homine ambulat et cetera. Eiectis itaque et dispersis predictis inimicis veri penitentis. tunc libere exibit homo ad opus suum scilicet virtuosum et meritorium vsque ad vesperam: id est vsque ad mortem: vel quousque de nouo peccet mortaliter et incipiat declinare in eo dies gratie. Uel dicit quod tunc deus educit de tribulatione animam humanam quando eripit eam a conscientia et synderesi delictorum quia vt dicit Gregorius super hoc passu.

Inter multiplices humane anime tribulationes et innumerabiles afflictionum molestias: nulla est maior afflictio quam conscientia delictorum.

In hac itaqꝫ tribulatione posi
tus peccator ad eum recurrat
in quo solo est vera consolatio
Si enim inquit naufragus cu=
frag⁹ cupiens vitam in vndis
seruare semel adeptam tabulā
non ante dimittat quam aufra
ctus labore seuientium procel
lorum deficiat. aut vehiculi p̄=
sidio adiutus aptum littus at=
tingit quis in huius maris ma
gni et spaciosi naufragio dei
non amplectetur sapiētiam cu
ius gubernetur presidio et de=
ducat regimine? Sed que dei
sapientia nisi christus secundū
ꝙ apostolus prime Corinthio
rum primo ait. Christum dei
virtutem et dei sapientiē tiam.
Teneamus ergo lignum salu=
tis in pelago procellose tempe
statis per quod possimus et a
periculo horrende mortis eri=
et de tribulatione diabolicarū
tentationum educi. Hec Gre=
horius. Tertio possumus pre=
sentem versum exponere allego
ce de christo cuius anima tunc
de tribulatione educta est quā
do de inferno erepta est non ta
men si quod ibi tribulata fue=
rit. sed quia educta sit de loco
tribulationis ī quo scilicet alie
anime tribulabāt. Unde loqui
tur christus deo patri dicens.
Educes de tribulatione ani=
mam meam: scilicet per resurre
ctionem quod et factum est.
De quo beneficio gratias agit
ipse christus deo patri dicens
illud psalmiste. Domine eduxi
sti ab inferno animam meam.
Quod autem sequitur. et in mi
sericordia tua disperdes omēs
inimicos meos intelligitur de
demonibus iudeis custodibus
sepulchri et iuda qui fuerunt
inimici christi quos dispersit
deus pater. Nam demones vir
tute passionis et resurrectionis
ipsius christi effugati: confra=
ctis ydolis et templis in quib⁹
adorabantur dispersi sunt se=
cundum ꝙ predixerat ipse chri
stus Joānis duodecimo dicēs
Nunc princeps mundi huius
eijcietur foras: scilicet de cor=
ribus demoniacorum et posses
sorum atqꝫ ydolorum in quib⁹
olim passim inhabitabant: nūc
vero nunquam aut raro. Sed
quo ad alia peccata deabolus
nō ē ex toto effugatus. sed liga
tus per annos mille vtpote mi
nus potens habitare in cordi=
bus hominum per culpam quā
prius. Ecce quomodo dispersi
sunt inimici christi demones
eo resurgente: de iudeorum au
tem dispersione non est q̄ igno
ret quomodo: scilicet dispersi
sunt per vniuersum orbem per
titum et vespasianum. Unde de
hoc Matthei vigesimo secūdo.
dicitur ꝙ missis exercitib⁹ suis
perdidit homicidas illos et ci=
uitatem illorum succendit:
Sūt ergo iudei dispersi in vin
dictam mortis christi: nec ta=
men compuncti vt dicit psalm̄.
Quia nondum recognoscunt
suam culpam eo quod execauit
illos malitia eorum. Qualiter
autem dispersus fuerit iudas
liquet aperte Actuum primo.
vbi legitur ꝙ suspēsus crepuit
medi⁹ et diffusa sunt omnia vi=
scera eius. De custodibus ve=
ro sepulchri dicitur Matthei.
vigesimooctauo ꝙ angelo de=
scendente de celo ad locum se
pulchri saluatoris et lapidem

reuoluente exterriti sunt custodes et facti sunt velut mortui. Ecce quomodo deus pater exaudiuit christum filium suum petentẽ vt in misericordia sua disperderet omnes inimicos suos. Sed quō in mia dispersi sũt videtur enim ꝙ potius in iusticia quā in misericordia disperdiderit illos de⁹ pater. Responsio huiusmodi dispersio fuit quidem ipsis dispersis ad iusticiam; sed nobis christianis et omnibus qui crediderunt in christum ad misericordiam: qꝛ felix inquit poeta quem faciũt aliena pericula cautum. Item iste text⁹ potest exponi de quolibet sancto patre existente in limbo ante christi aduentum q̄ firmissime sperabat inde liberari per descensũ ipsius christi in predictum locum. Dicebat ergo quilibet talis ad christum preuisum. Educes de tribulatione: id est de hoc loco tenebrarum animam meam. Et nota ꝙ in hoc proposito tribulatio capitur large scilicet pro pena damni. Tribulabantur ergo dicte anime quia erãt extra locum quietis eterne. Vñ psal. in persona cuiuslibet talis loquitur dicens. fuerunt mihi lachrime mee panes die ac nocte dum dicitur mihi per singulos ꝛc. Quod autem sequitur. et in misericordia tua disꝑdes oẽs inimicos meos ad demones refertur qui et si non affligerent predictas animas sanctorũ patrum in limbo detentas que solam penam damni patiebantur et hoc ad tempus: tamen illis insultabant dicentes ꝙ in vanum sperabant defensum christi ad eas liberandas. Tunc ergo christo ad eas ex misericordia magna descendente et inde ipsas educente: dispersi sũt et in fugam conuersi demones. ¶ Notandum est autem iuxta illud. Educes dñe tribulatione animam meam quod istud verbum potest esse supplicatio trium generum personarum tribulatarum querentium a domino educi et omnino liberari a tribulationibus suis.

¶ Primo igitur potest esse vox et supplicatio existẽtis in mortali peccato qui animaduertens tribulationem quam patitur pauperrima ei⁹ anima clamat ad dominum dicens. Educes: id est rogo vt educas. de tribulatione animam meam. Est enim mortale peccatum tã quam carcer anime de quo quidem carcere nullus liberatur nisi a deo misericorditer extrahatur. Quod considerans regius propheta dauid dicebat. Educ de carcere animam meã ad confitendum nomini tuo. Est enim mortale peccatum velut profũda et fetidissima cloacha in qua misera anima immergitur et deturpatur. Fatu⁹ ergo valde est peccator qui nõ petit a domino inde educi et liberari: quia si hoc a corde petierit proculdubio inde eũ educet dominus. In cuius figura legitur Actuum duodecimo. ꝙ cum petrus seruaretur in carcere et oratio fieret ab ecclesiã ad deum pro eo. tandem ministerio angeli ad eum de celõ missi. inde eductus est et dictã

tribulationē in nomine domini euasit. Ita et nunc multos educit dominus de carcere et tribulatione peccati virtute orationum ecclesie vel sanctarum personarum orantium pro miseris peccatoribus. Insuper et ostētione sue misericordie. Serpens enim qui coluber dicitur si semel ingressus fuerit per os hominis dormiētis in corpus eius summum remedium ad ipsum inde extrahendum est presentare lac calidum ante faciē talis hominis cuius saporez si senserit serpēs de corpore egrediens in peluim se immerget vt lacte quod summe diligit satietur. Sic et piissimus deus qui non vult mortē peccatoris: sed vt magis conuertatur et viuat cum videt peccatū in corde alicuius hominis nititur et laborat ipsum inde extrahere ostendens ipsi peccatori lac dulcissime misericordie sue ne desperet de venia. Istud lac dominus porrexit corā facie Dauid post commissum adulterium: et inde extraxit serpentem venenosum luxurie quando ipse Dauid dixit ad Nathan. Peccaui domine. Ad quem Nathan. Dominus inquit transtuli a te peccatum tuum. ij. Regum. xij. Item istud lac porrexit coram facie Pauli cum iret in Damascū ad persequēdum Christi discipulos: quandoquidem circunfulsit eum lux de celo in signū misericordie: et statim extractus est ab eo serpens tortuosus superbie: quando scilicet in terram prostratus dixit. Domine quid me vis facere? Actuum. ix. Similiter istud lac dulcissime misericordie non cessat piissimus dominus adhuc ostendere miseris peccatoribus vt a serpente venenoso liberentur dicens illud Matthei. iiij. penitentiaz agite appropinquabit regnum celorū. Item dicens illud Ezechielis. xviij. Nolo mortē peccatoris: sed. etc.

¶ Secundo predictum verbuz potest esse vox iusti hominis q̄ animaduertēs quantis malis: et tribulationibus sit referta hec vita misera ad dominū clamat et dicit. Educes: id est educ de tribulatione animam meam de tribulatione quidem superbie qua diabolus eam non cessat tribulare. Item de tribulatione auaritie qua ipsam tribulat mundus. De tribulatione etiam luxurie qua eaz tribulat die ac nocte misera caro. Non solum autez peto animam meā educi de predicta triplici tribulatione culpe. Uerum etiam de multiplici tribulatione pene et miserie: quia vt dicitur Job. xiiij. Homo natus de muliere breui viuens tempore repletur multis miserijs. Educ ergo tu domine animam meaz a predicta multiplici tribulatiōe: quia tu solus es refugium meum a tribulatione que circundedit me. Ab hac tribulatione petebat educi Paulus cum dicebat. Cupio dissolui et esse cum Christo Philippen. i. Item Romanorū vij. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Item Job cū dicebat. Tedet animam meam vite mee. Eiusdem. x. Similiter. iij. Regū

decimonono. Helias attediat⁹ super miserijs et tribulationibus vite huius orabat dominū dicēs: sufficit mihi domine: scilicet hucusque vixisse tolle animam meā quasi diceret. Educ de tribulatione animam meā. At vero per contrarium multi sunt peccatores qui non obstā tibus tribulationibus ꝛ amaritudinibus huius mundi bene vellent nunquam ab eo separari si hoc esset possibile in hoc similes multis curialistis: qui et si pene infinita mala patiātur in curijs principum: vix tamen eas relinquere volunt. In hoc etiam similes concubinis virorum inhonestorum que ꝛ si aliquando multa aduersa cū eis patiantur etiam vsque ad verbera vix tamen ab eis recedūt. In hoc similiter pares canib⁹: qui et si frequenter percutiantur a dominis suis nunquam tamen eos deserunt: sed si eos eiecerunt per vnam portam reuertuntur per aliam. Sic etiā est de amatoribus mundi: qui non obstantibus tribulationibus et fallatijs quas ab eo persepe patiunt: ipsum tamen minime deserere volunt: et tales sunt valde fatui: quia non considerāt fraudes ꝛ astutias eiusdem mundi.

¶ Tertio predicta locutio potest esse vix cuiuslibet existentis in purgatorio: dicentis ad dominum. Educes de tribulatione animam meam. Sed que est illa tribulatio a qua petit talis liberari. Certe multiplex est.

Primo nempe est ibi priuatio diuine visiōis que est maxima pena sicut per oppositum visio quo ad beatos est maxima: et precipua felicitas: maxime cū visio sit tota merces.

Secundo est ibi cruciat⁹ ignis qui est eiusdem nature cū igne inferni.

Tertio est ibi violenta detentio in loco illo tenebroso. Est tamen ibi vnū quod facit predictam tribulationem aliqualiter tollerabilē: scilicet firmissima spes perueniendi ad gloriam celestē: ideo notanter dicitur in presenti textu. Educes quasi dicat certus sum quod si et. Ubi aduertandum quod dominus educet tales animas a loco purgatorij collocādas in celum multipliciter.

Primo quidem educet eas de loco paupertatis ꝛ indigentie ad locum summarum diuitiarum et totius abundantie. In cuius figura dicitur in psalmista de filijs Israel: quod eduxit eos dominus cum argento et auro: ꝛ non erat in tribubus eorum infirmus.

Secūdo eas educet de loco carceris ad locum maxime libertatis. In cuius figura legitur Danielis sexto: quod rex Babilonis precepit Danielē educi de lacu in quo fuerat proiectus. Tertio educet eas de loco arcto ad locum latum ꝛ spatiosum qualis est celum: ꝛ tunc quelibet earum dicere poterit illud ps. Eduxit me supple dominus in latitudinem saluum me fecit quoniam voluit me. Quarto educet eas de loco tristitie ꝛ meroris: ad locum gau-

dij et totius exultationis. Un‑de psalmista. Eduxit populum suum in exultatione et electos suos in letitia. Quinto educet eas de loco tenebrarum ad lo‑cum claritatis eterne. Job deci‑moseptimo. Noctem verterunt in die et rursum post tenebras spero lucem. Sexto educet eas de loco et statu vilitatis ad lo‑cum ⁊ statum maximi honoris In cuius figura legitur Gene‑sis quadragesimoprimo. ꝙ mi‑nistri regis egypti eductū Jo‑seph de carcere totonderūt ip‑sum ⁊ mutatis vestibus eum re‑gis presentauerunt. Sic etiam agunt sancti angeli circa ani‑mas quas iussu domini de car‑cere purgatorij educunt presen‑tandas coram summo rege in celis. Nam ablata ab eis tristi‑tia. Depositisqꝫ prioribus ve‑stibus assumuntur officio an‑gelorū ad palatium regis eter‑ni vbi induūtur vestibus clari‑tatis eterne.

Lectio.cxviij.

¶ Et perdes omnes qui tri‑bulāt animam meam, quo‑niam ego seruus tuus sum.

¶ Postquam in precedenti le‑ctione ostensum est qualiter pe‑nitens deprecatur dominū su‑per duobus. Primo quidem vt iminente mortis tempore di‑gnetur educere animam suam de mortali corpore inquo tri‑bulatur quam perducat ad lo‑cum et quietis eterne. Secūdo vero vt indicto mortis articu‑lo velit eam tueri et protege‑re contra spirituales inimicos qui tunc insurgunt. Hic conse‑quenter exorat eundem domi‑num vt velit ipsum preseruare vniuersaliter ab omnibus ini‑micis suis siue inuisibilibus si‑ue visibilibus etiam consangui‑neis et amicis carnalibus qui plerunqꝫ circunstant morientē ⁊ tribulāt animam suam: id est ipsam impediunt ne tantū pos‑sit deo / et sue saluti intendere quātum fore esset illi necesse di‑cit ergo. Et perdes omnes qui et cetera.

A ¶ Sed fortassis queret ali‑quis si liceat penitenti perdi‑tionem inimicorum sue salutis postulare a domino. Respōsio quāuis de hoc multa dicta sint in precedentibus super illo ver‑su. In chamo ⁊ freno maxillas ꝛc. adhuc tamen hoc vnum di‑cam. Et si non permittat carita‑tis preceptum vt qui proximo suo optet perditionem eternā. nō tamen semper male agit qui ei quia malus est imprecatur a domino perditionem tempora‑lem siue quo ad bona tempora‑lia siue quo ad corpus ꝛc. quin immo hoc in casu licitū est sci‑licet ad salutem anime illius si‑cut legitur fecisse paulus qui vt dicitur. i. Corint. v. tradidit quēdam hominem de corintho potestati sathane corporaliter vexandum. vt sic per penam corporis spiritus eius saluus fieret. Nonne etiam helyseus imprecatus est seruo suo gyesi lepram naaman in penam aua‑ritie sue quarti Regum quinto

Unde fertur quod cum semel quidam prediues diu infirmatus fuisset. tandem fecit venire ad se quendam virum sanctuz commendans se orationibus illius pro sanitate recuperanda. Cumqz eum diligenter interrogasset vir sanctus in quo statu esset melior Respondit qꝫ in statu egritudinis. Et ego inquit rogo dominum vt in tali statu te vsqz in finem conseruet. quod et factum est. Rationabiliter ergo impenitēs optat malis tribulantibus eum iniuste: seu ad peccatum inducentibus quantum in ipsis est talez perditionem temporalem: quatenus per eam euadant perditionem eternaz dicens. perdes tu supple domine deus: omnes qui tribulant animam meam. Ad literam autem secundum dominum patriarchaz de pallude. iste versus potest legi in persona Dauid: qui non optando maliuole. sed predicendo prophetice dicit ad dominū Et perdes omnes qui. rc. Et sicut predixit ita factum est.
Nam a parte rei perdidit deus omnes qui tribulauerunt animam ipsius Dauid. quod patet. Nam Achitofel se suspendit secundi Regum decimoseptimo. Absalon filius ipsius Dauid interfectus fuit secundi Regum decimooctauo. Itē sabba filius botri monēs seditionem contra eundem Dauid decapitatus fuit secundi Regum vigesimo Similiter Saul qui frequenter quesierat ipsuz Dauid occidre. crudeli morte interijt: quia proprio mucrone se necauit primi Regum vltimo. qꝫ autem ipse dominus debuerit perdere inimicos ipsius dauid ostenditur cū dicitur. Quoniam ego seruus tuus sum. Dominus enim debet vindicare iniuriam serui sui: et ex iniuria facta seruo dominus habet actionem iniuriarum cōtra iniuriantem secundum leges ciuiles et humanas. Modo sic est qꝫ Dauid erat seruus dei secundum quod ipse dicit psalmista inueni Dauid seruū meum. ergo ipse dominus debuit eum defendere / et omnes qui tribulabāt animā suā perdere.

¶ Notandum est autem iuxta istam primam causulam. Et perdes omnes qui tribulāt animam meam quoniam ego seruꝰ tuus sum. qꝫ secundum triplicem sensum huius clausule scilicet allegoricum misticum / et moralem / tria hominū genera possunt merito ad dominum dicere. Et perdes omnes. rc. cetera Hi ergo sunt.

Christus.
Iustus.
Glorificandus.

¶ Primo itaqz christus imminente passionis sue tempore iste poterat dicere ad patrem. Tu supple pater celestis perdes omnes qui tribulant animam meam: id est qui querunt animam meam vt auferāt eam per mortem. Unde Jeremie vndecimo videtur ipse christꝰ vindictam querere de iudeis tribulantibus animam suam dicens ad patrem. Uidi eam vltionem tuam ex eis. Itē in psalmista.

Qui insurgunt in me confundantur. seruus autem tuus letabitur. Quod quidem verbum exponit magister Nicolaus de Lyra de christo ad litteram Similiter et illum textum eiusdem psalm̄. sic inquientis de iudeis. Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum et in retributiones et in scandalum. Obscurentur oculi eorum ne videant et dorsum et cetera. sequitur.

Effunde super eos iram tuam/ et furor ire tue comprehendat eos. Fiat habitatio eorum ꝛc. Et omnium harum imprecationum ratio redditur cum immediate subditur. Quoniam quē tu percussisti persecuti sunt.

Multa his similia repies tam in psalmis quam in scripturis prophetarum que ad litteram non nisi de christo intelligi possunt. Aduertre tamē diligens lector ꝙ talis imprecatio non fiebat a christo zelo vindicte sed tantum iustitie. Non enim in eo poterat cadere inordinata passio sicut neqꝫ culpa. Sed videamus quo nam pacto exauditus fuerit a deo patre ipse christus. Ecce enim perditus est corporaliter / et eternaliter qui eū tradidit Judas nequissimus. quandoquidem se ipsum suspendens de altitudine patibuli sui descēdit in abyssum inferni. Unde ad litteram de eo dicitur in psalmista et est vox christi ad patrem dicentis.

Constituitur super eum peccatorem: id est diabolum qui antonomatice dicitur peccator. qui quidem peccator super ipsam iudam tunc constitus est quando scilicet ipse sathanas in eum ingressus est vt dicitur Johannis decimotertio.

Sequitur et diabolus stet a dextris eius. id est ab eo auferat si quid boni prius fecerat. cum iudicatur exeat condemnatus. tunc enim miser iudas seipsum iudicauit cū dicit peccaui tradens sanguinem iustum Matthei vigesimoseptimo vel aliter cum iudicatur. s. iudas a christo dicente. Ue homini illi per quem filius hominis tradetur. Matthei vigesimosecūdo exeat condemnatus. Et hoc impletū fuit quādo ipse iudas accepta bucella intrante in eum sathanas: exiuit a sancto consortio christi et discipulorum eius et iuit ad principes sacerdotum et phariseos vt proderet magistrum suum. Sequitur et oratio eius fiat in peccatum: id est ad finem peccati. Hec autē oratio iude fuit quando dicit principibus sacerdotum. Quid vultis mihi dare et ego eū vobis tradam: quequidem oratio nō fiebat ad deum: sed ad eius inimicos. Ecce quomodo perditus est iudas qui tribulauit preciosam christi animam: id est vitam.

Nonne etiā herodes qui tribulauit christum quando spreuit ipsum et illusit et induens eum veste alba perditus est quando scilicet a vermibus consumptus interijt Actuum duodecimo. Nōne similiter pilatus qui tribulauit benedictū christum tum flagellādo. tum coronam de spinis capiti eius imponendo. tum ad mortem eum cō

demnendo perditus est quando ita miserabiliter vitam finiuit.
D ¶De eo nempe legitur in hystoria scolastica super actus apostolorum.c.lvij.eiusdem historie q post christi mortem de multis accusatus est aqud tyberium cesarem. Precipue aut de violenta innocentu interfectione. Item q iudeis reclamantibus ponebat ymagines gentilium in templo. Item et tertio quia pecuniam repositam in corbanam redegerat in vsus suos: inde faciens aque ductu in domum suam. Et pro his omnibus deportatus est in exilium lugduni vnde oriundus erat. vt ibi in opprobrium generis sui moreretur: hec vbi supra.
De ei9 tame morte alia legitur hystoria quauis apocripha in legenda aurea in fine sermonis de passione domini: vide ibi si vis. Nonne denique iudei q multipliciter tribulauerat anima christi. tum ipsum samaritanu et demoniacum vocando: tum miracula eius impugnando. tu mortem eius apud dictum pylatum procurando inusitato et inaudito modo perdidi sunt.
Quando quide teste Josepho in libris de bello iudaico et eusebio in historia scolastica post moniciones plurimas et signa de celo missa. vtpote de stella q sub forma gladij visa est stare supra ciuitatem ante excidium illius. Item de cometa qui per totum annum visus est ardere supra eandem ciuitatem.
Item de curribus et quadrigis que. xij. maij circa occasum solis vise sunt in omnem circa regionem per aerem circunferri: et cohortes armatorum nubibus commisceri. Item de vocibus per ipsum aerem coclamatibus et dicentibus. Recedam9 ab his sedibus. et sic de multis alijs tandem indicibili et inaudita a die diluuij seueritate puniti sunt et exterminati. Nam Titus et Vaspasianus. lxij. a passione domini obsidentes ciuitatatem: ad tantam calamitatem eos qui intra erant redegeruntvt matres proprios natos deuorarent. Alij autem cibum bonum. Aliaque vilissima in cibu sumerent. Alij vero in via publica pre defectu cibi spiritum exaltarent. Tandem ergo post biennium capta ciuitate et in predam data muri et queque edificia solo equata sunt. Etvt Josephus refert decies centena milia iudeorum fame et gladio perierunt et vndecim millia vediti sunt triginta pro vno denario. Ecce ergo quomodo perditi sunt temporaliter et eternaliter qui animam benignissimi christi tribulauerunt nec de hoc postea penituerunt.
¶Scdo exponedo huc textum moralit de viro iusto notadu q qlibet talis pot dicere ad dnm non quide optando: sed veraciter predicendo. perdes oes qui etc. Ut enim dicitur Luce. xviij. Deus faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte. Item Deut. xxxij. Sanguinem filiorum suorum vlciscetur: et vindictam retribuet in hostes eorum. Item in psalm. Cognoui quia faciet do

minus iudicium inopis et vindictam pauperum. Ipse enim est qui dicit. Michi vindictam et ego retribuam. Romanorū. duodecimo: Sed forsan queris qui sunt illi qui tribulant animam iusti? Responsio. profecto illi sunt caro/mundus/ demonia/ qui aduersus eum diuersa mouent prelia. Propterea spiritussanctus vnumquemqꝫ iustum seu penitere volentem admonet dicens Ecclesiastici secundo. Fili accedens ad seruitutem dei sta in iusticia et in timore et prepara animam tuam ad tentationem.

Nam caro tanquam familiaris: et domesticus inimicus quo nullus periculosior quasi assidue tribulat ipsam pauperem animam per consensum ad libidinem. Similiter mundus per auaritiam. Item dyabolus per superbiam. Et hec est illa maledicta trinitas que nititur distruere opus illud sanctissimum quod benedicta trinitas in nobis effecit. Unde in figura horum inimicorum salutis iustorum et qui nō cessāt tribulare animas ipsorum legitur Josue nono quod chananei congregati sunt contra Sabaonitas in die qua transfugerunt ad Jesum filium naue.

¶ Item ad idem propositum legitur Exodi decimo quarto. quod tota egyptus insecuta est filios israel a seruitute ipsorum egyptiorum recedentes et ad sacrificandum domino in deserto pergentes.

¶ Propterea dicit psalmista. quod multe tribulationes iustorum. supple in presenti. sed de omnibus his liberabit eos dominus supple in futuro perditis vt dictum est eorum tribulatoribus. Dicit ergo iustus ad dominum: qui vindex est omnium malorum et signanter eorum qui tribulant innocentes et iustos. perdes tu supple deus omnes qui tribulant animam meam: tam demones quam malos homines perdes inquam eos in die iudicij ad yma inferni ipsos deijciendo et dicendo. Ite maledicti i ignem eternum ꝛc. Matthei vigesimo quinto. Et quidam non iniuria eos sic perdes. quoniā ego seruus tuus sum. quem supple ipsi ita tribulant Sapientie. nono. Seruus tuus ego sum et filius ancille tue id est militantis ecclesie que pro tanta ancilla domini dicitur: quia illi in presenti famulatur et obsequitur.

¶ Tertio exponēdo hunc passum mistice de quolibet glorificando in generali resurrectione.

¶ Aduertandum quod rectissime omnis talis dicere potest ad dominum Et perdes omnes qui tribulant animam meam. Sed qui nam sunt qui tribulant in presenti animam glorificandi hominis in corpore: et anima in celis. preter eos tres quos supra immediate diximus Certe hi sunt. caliditas: et frigiditas, humiditas et siccitas infirmitas et mortalitas. sitis et esuries. Hi enim tanquam crudeles et capitales inimici hominis: tribulare non cessant

animam eius.id est vitam in p̄sentí itavt non sit qui possit totaliter subterfugere tyrannidem eorum : seu tribulationez etiam qnantacunq; splendeat dignitate aut potestate.virtute aui sanctitate.Unde psalmista.Tribulauerunt eos inimici eorum sepe liberauit eos.scicet dominuset hoc quidem ad tempus.Nam quotiens dominus nos releuat ab egritudine siti aut esurie et huiusmodi totiens liberat nos sed non sic quin relabamur frequenter.

E ¶Et ad hoc propositum facit hystoria seu forte fabula que narratur de illo qui circuibat vicos et plateas ciuitatis cuiusdam clamans vindictam seu iustitiam sibi fieri de quodam nequissimo seruo suo Cui cum semel satisfecisset ita vt diceret.Satis est.nolo plus. In crastinum : repetiuit debitum ab eo tanquam si nunquam aliquid sibi dadisset.

¶Hic ergo homo adductus coram iudice ciuitatis et ab eo i̅terrogatus de quo seruo tantum conqueretur.

¶Respondit quod de ventre suo affirmans quod pluries illi satisfecerat etiam abundantissime.Nichilominꝰ omni die repetebat debitum:sin alias occideret dominum suum.Declaratio est facilis vnde de isto seruo potest dicere quilibet homo vñ illud psal.Tota die impugnans tribulauit me.

¶Item Trenorum primo.Uide domine quoniam tribulor. Sed profecto equissimus ille iudex celestis Christus Jesus cum in fine seculorum venerit reformare corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue perdet omnes p̄dictos hostes nostros qui in presenti non cessant tribulare nos.et de hoc loquitur beatus Gregorius super hoc passu ita dicens.Quod dicitur.perdes omnes qui tribulant animam meam quoniam ego seruus ꝛc ad illam beate vite felicitatem referendum est in qua nullum habebimus aduersarium: nullum metuemus inimicum cum absorbebitur mors in victoria cum illa nouissima inimica destruetur mors : cum immutati fuerimus et equales angelis effecti.Modo enim nichil quietis aut securitatis inuenire possumus dum adhuc in nobisipsis ingemiscimus grauati : ad optionem expectantes redemptionem corporis nostri.Cum autez mortale hoc induerit immortalitatem tunc nulla erit dyabolice fraudis impugnatio:aut carnalis concupiscentie insultatio sed cuncta tunc ibi erunt consona et immortalitas perpetua . ibiq; sola vox audietur exultationis et salutis perpetue.Unde ad propositum Apocalipsis septimo :dicitur quod electi post generalem resurrectionem non esurient neq; sitient amplius neq; cadet super illos sol neq; vllꝰ estus.et sic de aliis defectibus quibus pro presenti subiicitur omnis caro.Patet ergo quod dominus in die iudicii perdet omnes tribulantes animas nostras: id est vitam humanam.

Perdet iquam ita vt vltra omnino non sint: aut vt ad debitum temperamentum reducantur. quod pro tanto dicitur: quia quattuor qualitates prime remanebunt: in corporibus glorificandis. Cum maximo tamen temperamento ita vt non valeant contra se inuicem agere sicut nunc contingit.

F ¶ Ceterum aduertandum iuxta illam secundam et finalem partem. Quoniam ego seruus tuus sum. quod tria hominum genera possunt dicere hoc verbum seruus tuus ego sum.

scz
Justus viator
Beatus comprehensor
Criminosus peccator.

¶ Primo igitur iustus viator potest dicere ad dominum. Seruus tuus ego sum. Unde psalmista. Seruus tuus ego sum et filius ancille tue. id est sancte matris ecclesie que tibi in humilitate et simplicitate: deseruit: et ideo ancilla dicitur Seruus ergo tuus inquit iustus ad dominum ego sum et hoc triplici iure

vcz
Gubernationis
Redemptionis
Conuentionis

G ¶ Primo igitur iure gubernationis, Ipse enim dominus tanquam summus prouisor omnium creaturarum specialem curam gerit de iustis gubernandis sicut bonus dominus de suis famulis. Qui autem ab alio regitur et pascitur seruus eius efficitur Modo sic est quod iustus regitur: et prouidetur in necessarijs a domino: et non aliunde secundum illud primi Corinthiorum iiij. Quid habes quod non accepisti scilicet a deo. Restat ergo vt quilibet iustus seruus dei censeatur. Hec tamen seruitus a filiatione non distinguitur. Seruus ergo domini dicitur iust9 ratione subiectionis Filius vero ratione adoptionis singularis que fit per gratiam Proptera psalmista in persona iustorum loquitur dicens. Sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum Ita oculi nostri ad dominum deum nostrū: donec misereatur nostri scilicet gloriam impartiendo: qui iam gratiam largitus est. Taliter autem se vocabat seruum domini ipse Salomon cum dicebat orando ad ipsum dominum. Audi domine hymnum et orationem quam seruus tuus orat coram te hodie vt oculi sint rc. tertij Regum octauo Similiter et Esayas quadragesimonono capitulo dicens. Hec dicit dominus formās me ex vtero seruum sibi: vt reducā Jacob ad eum rc.

¶ Secūda ratio redemptionis. Seruus enim secundum leges dicitur ille qui non est sui iuris: sed qui est subditus aliene potestati: sicut patet de illis qui capiuntur in bello iusto qui cum occidi possint: nichilominus quia cum omni instantia petunt vitam saluam. Ideo preseruantur a morte: et ex hoc efficiuntur serui victorum: et subijciuntur potestati ipsorum. Modo sic est quod

Christus in bello iusto crucis quod habuit contra principē huius mundi: nos acquisiuit sibi: et a morte eterna preseruauit. Ideo iustum est vt ei obediamus: et vt voluntatem nostram sue voluntati que nullo pacto errare potest: supponamus. Nam vt dicitur prime Petri primo. Non corruptibilibus auro: vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione: sed precioso sanguine agni immaculati Christi. Ecce quomodo sumus serui domini ratione redemptionis. Et ideo debemus eum timere et diligēter eidem seruire secundum illud Josue vigesimo quarto. Timete dominum: et seruite ei corde perfecto: atqȝ verissimo.

¶ Tertio ratione conuentionis dicitur iustus seruus domini. Hec autem conuentio primo facta est in baptismo quando scilicet ipse iustus abrenunciauit sathane et omnibus pōpis eius et promisit fidelitatem perpetuaȝ vni summo deo trino et vno Demum hec conuentio trino et vno Demum hec conuentio et fidelitas que forte violata fuerat persequentem actualem culpam rursum renouata fuit per reconsiliationem confessionis sacramentalis vbi scilicet promisit penitens morum et vite emendationem sine qua promissione nullus peccator venit absoluendus eo quod confessor neminē debet absoluere quem non credit veri similiter a deo interiꝰ absolutum. Sed audiant miseri peccatores dominum conquerentem et dicentem Malachie. primo Si dominus ego sum vbi est timor meus Seruiamus ergo domino in sanctitate et iustitia coram ipso omnibus diebus nostris. vt dicitur Luce primo.

¶ Secundo principaliter quilibet beatus potest dicere domino predictum verbum scilicet Seruus tuus ego sum. hec tamen seruitus a libertate non differt. de qua etiam potest intelligi illud verbum Gregorij in collecta .Seruire deo regnare est. Unde in figura huiꝰ legitur tertij Regum decimo. quod cum regina sabba venisset ad regem Salomonem et vidisset magnificentiam atqȝ dispositionem mirabilem domus sue ait. Beati sunt serui tui qui stant coram te semper et audiunt sapientiam tuam. Ad propositum per regem Salomonem intelligitur ille qui est rex regum et dominus dominantium cuius serui sunt omnes beati qui assidue stant coram facie maiestatis sue in celis. Et profecto tales sunt vere beati quia habent quicquid volūt et nullum malum volunt. Johannis decimoseptimo Hec est vita eterna vt cognoscant te verum deum et quem misisti Jesum christum. Propterea dominus Esaye.lxv. de huiusmodi seruis suis loquitur dānatis dicens. Serui mei comedent et vos esurietis. serui mei bibent et vos sitietis. serui mei letabuntur et vos confundemini, serui mei laudabunt pro

pre exultatione cordis: et vos clamabitis pre dolore cordis: et pre contritione spiritus vlulabitis.

¶ Tertio principaliter peccator criminosus potest dicere diabolo qui ipsum ad peccatum traxit. Ego seruus tuus sum: quia vt dicitur secunde Petri secũdo. A quo quis superatus est huius et seruus est. Ista tamen seruitus simpliciter voluntaria est: quia vt dicit Ambrosius et recitatur decimoquinto questione prima. Non est. Voluntarium seruum sibi diabolus auctionatur neminem iugo seruitutis astrictum possidet nisi se ei prius peccatorum ere vendiderit. Super quo dicit glosa quod precium qđ recipit peccator a diabolo cũ se ei subijcit est delectatio pcti quã ei diabolus suggerit quemadmodum ergo seruus non facit voluntatem suã: sed domini sui eam exequens prout ille iubet. Ita criminosus peccator non facit quod sibi dictat recta ratio vel cõscientia seu synderesis: sed qđ suggerit ei diabolus ita impotens factus ad sibi resistendum ex culpa commissa. Et quia vt dicitur Matthei sexto. Nemo potest duobus dominis seruire: scilicet cõtrarijs et contraria iubentibus. Ideo qui seruit Mammone vł diabolo per quodcũque crimen: non potest deo seruire: nec aliquod opus eidem gratum exhibere. Unde in figura huius seruitutis damnatissime. Legitur Iudicum secundo quod filij Israel fecerunt malum in conspectu domini et seruierũt Baalim et Astaroth. Applicatio est facilis. Similiter miser peccator potest peccato quo inuoluitur dicere predictum verbum scilicet: ego seruus tuus sum: quia vt dicitur Joannis octauo. Qui facit peccatum seruus est peccati. Unde Augustinus libro quarto de ciuitate dei: capitulo tertio. Bonus: inquit: si seruiat liber est. Malus autem si regnat seruus est: nec quidẽ vnius hominis: sed quod grauius est tot dominorum quot vitiorũ. Excutiamus ergo propter benedictum deum hãc durissimam et vilissimam seruitutem et studeamus soli domino corde/ore/et opere seruire secũdũ quod nobis ꝑcipitur Deuteronomie sexto. Dominum deum tuum timebis et illi soli seruies: vt cum venerimus in hora mortis ad portam paradisi dicturi. Domine domine aperi nobis: si interrogemur: quis es tu possimus merito et veraciter dicere domino. Ego seruus tuus sum. Et ideo peto ex misericordia in domum tuam recipi: nõ quidem sicut seruus qui non manet in domo ineternum sed magis sicut adoptionis filius qui manet ĩ domo patris ineternum. Ad quam domum nos tãdem introducat ille qui in trinitate perfecta viuit et regnat. Amen.

¶ Explicit vtinam tam commoda quam prolixa postilla per modum sermonũ edita per fratrem Guillemum Pepin: sacre

theologie professorem conuentus Ebroycen in ducatu Normannie ordinis fratrum predicatorum cui finē imposuit. Anno dominice salutis millesimo quingentesimo decimo: die vero. xvi. mensis Julij. Ad laudē gloriam et honorem domini nostri Jesu Christi: sue quoqꝫ intemerate genitricis Marie: ac diui Patriarche dominici: totiusqꝫ curie celestis.

¶ Ego igitur minimus filiorū diui patris Dominici materiā salubrem vt potui: si tamen aliquatenus potui domino miserante/ atque adiuuante tractaui: et ad finem vtcunqꝫ perduxi. Sed vt verbis vtar diui Aurelij Augustini de verbis domini: sermōe vndecimo. Quicquid in dicte materie difficultate apprehendere non valui: nō imputetur ipsi veritati: que salubriter pios etiam cum occultatur exercet: sed infirmitati mee que vel intelligenda conspicere vel intellecta explicare non potuit. De his autem que forte potui et cogitando inuestigare: et dicendo expedire. Illi tante sunt agende gratie a quo petiui: ad quē pulsaui: vt haberem vnde meditando alerer: otium vitarem: et animarum salutem quamuis exiliter procurarem. Ipsi ergo soli gloria qui est benedictus in secula. Amen.



¶ GVLIHELMVS BERtauld Cœnomanus, Ioanni Perier filio suo S. D. P.

HOC OPVSCVLVM (MI MEcœnas) animo lætante legi, lectaq; commandaui. Non enim a iudicio & sententia eruditorum virorum discedit atq; discrepat, neq; a quoquã dimouendum puto. Ideo apostoli sententiam vt consideram: duxi oportere silẽtio potius quam verbo, linguas compescere detrahentium. Plurimum ergo (mi fili) inuitabant hæ Institutiones perdoctæ, præceptaq; viri, tam præcellentis authoritatis, vitæq; integerrimæ. Non etiam parum inflammat ordo prædicatorum religiosissimus, qui admodum ęgre ferebat lumen tanto tempore radientissimum, pene extinctum manere, presertim is qui Cœnobium incolit Parisiense: cuius nomen, cultusq; tam longe, lateq; in omnes deffusus est nationes. Cuius, tot sunt acerrimi fidei as=

sertores, vt viri sanctitate refulgentes, tot pio ritu clari, tot acumine valentes, & eruditione conspicui, vt nulla prorsus sit natio, quæ huic ordini multum non debeat. Huius doctoris sapientia non tantum verborum habet proprietatem, sed dicendi modum, sententiarumq; veritatem, ita vt nunquam a recto tramite declinasse nequaquã inuenitur, Sed qui eum impugnauerit, semper de veritate fidei Christianæ fuerit suspicatus. A cuius decretis Parisienses theologi non latum vnguem dimouere, vbi omnes vno ore hunc nihil sensisse, docuisse, aut scripsisse, quod sanæ fidei, vel bonis moribus aduersetur, denuntiarunt. Quapropter ego, tuaq; genitrix, obnoxe te deprecamur, vt hunc vnum colas: & in omnibus fidum ducem, cui etiam non ab re nomen expositoris tributum est, etiam ab omni iniuria defendere digneris: & tuum genitorem tibi obsequẽtissimum ad maiora animabis, & vt semel finiam, in omnibus tuis negotiis me imposterum habebis. Vale, & me cum tuo fratre Albino Blochet simul & Gulielmetam vestram amantissimam Sororem, redama. Ex nostra Biblyoteca Anno salutis Christianæ supra Millesimum Quingenttsimum Tricesimum, nono.

Regnante Francisco Valesio huius nominis primo, Christianissimo Francorũ Rege,

DEO OPTI. MAXI. GRATIAE




calibrite
colorchecker CLASSIC
mm